FLAVII JOSEPHI
OPERA OMNIA,
GR. LAT.
TOMI II.



AMSTELAEDAMI } Apud { R. & G. WETSTENIOS.
LUGD. BAT. } Apud { SAM. LUCHTMANS.
ULTRAJECTI } Apud { JACOBUM BROEDELET.

M. D. CC. XXVI.

FLAVII JOSEPHI
QUAE REPERIRI POTUERUNT,
OPERA OMNIA
GRAECE ET LATINE,
Cum Notis & Nova versione

JOANNIS HUDSONI, S.T.P.

Aulae B. Mariae Virginis Principalis, & Bibliothecarii Bodlejani.

Accedunt nunc primum Notae integrae, ad Graeca JOSEPHI *& varios ejusdem Libros,*

D. EDUARDI BERNARDI, JACOBI GRONOVII, FRANCISCI COMBEFISII, JO. SIBRANDAE, HENDR. ALDRICHII,

Ut & ineditae

In Universa FL. JOSEPHI Opera,

JOANNIS COCCEI, EZECHIELIS SPANHEMII, HADRIANI RELANDI, & selectae ALIORUM.

ADJICIUNTUR IN FINE

CAROLI DAUBUZ Libri duo pro Testimonio FL. JOSEPHI de Jesu Christo;

Et ejusdem Argumenti EPISTOLAE XXX. virorum Doctorum, ut REINESII, SNELLII, JO. FR. GRONOVII aliorumque, Philologicae & Historicae; ut &

PETRI BRINCH Examen Chronologiae & Historiae Josephicae; JO. BAPTIST. OTTII Animadversiones ad JOSEPHUM & specimen LEXICI FLAVIANI; CHRIST. NOLDII Historia Idumaea, seu de Vita & Gestis Herodum &c. &c.

Quorum Syllabus exstat ante initium Libri Primi Antiquitatum.

Omnia collegit, disposuit, & post JO. HUDSONUM *ad Codices fere omnes, cum impressos, tum Manuscriptos, praecipue* LUGDUNO-BATAVOS, *diligenter recensuit, Notasque passim suas, & quinque in fine Indices adjecit*

SIGEBERTUS HAVERCAMPUS;

Linguae Graecae, Historiarum & Eloquentiae Professor, in Academia, quae Lugduni est, Batava.

TOMIS DUOBUS.

AMSTELAEDAMI, LUGD. BAT., ULTRAJECTI } Apud { R. & G. WETSTENIOS. SAM. LUCHTMANS. JACOBUM BROEDELET.

M. D. CC. XXVI.

ILLUSTRIBUS ET AMPLISSIMIS
ACADEMIAE LUGDUNO-BATAVAE CURATORIBUS,

ALBRECHTO NICOLAO,

BARONI DE SCHAGEN, TOPARCHAE IN GAUDRIAAN, EQUESTRI ORDINI NOBILIUM HOLLANDIAE ADLECTO, MAGISTRORUM RATIONUM COMITATUS HOLLANDIAE PRIMO, JUDICII VENATICI ADSESSORI, AGRI RHENOLANDICI CURATORIBUS ADSCRIPTO, SOCIETATIS INDICAE ORIENTALIS RECTORI &c. &c. &c.

HERMANNO VAN DEN HONERT, J.U.D.

DORDRACENAE URBIS SENATORI AC CONSULARI, AGGERUM ALBLASSERWERDENSIUM COMITI &c. &c.

CORNELIO VAN VALKENBURG, J.U.D.

HARLEMENSIS URBIS SENATORI ET CONSULARI, EJUSDEM URBIS PRAETORI, AGGERUM RHENOLANDICAE PRAEFECTURAE ADSESSORI &c. &c.

EORUMQUE COLLEGIS
AMPLISSIMIS ET GRAVISSIMIS,

URBIS LUGDUNO BATAVAE CONSULIBUS,

CONRADO RUISCH J.U.D.
NICOLAO VAN BANCHEM J.U.D.
AEGIDIO VAN DER MARK.
THEODORO VAN GROENEVELD J.U.D.

ET

VIRO AMPLISSIMO

DAVIDI VAN ROYEN J.U.D.

ILLUSTRI CURATORUM ET CONSULUM CONSESSUI A SECRETIS, NOVAM HANC JOSEPHI EDITIONEM

D. D. D.

SIGEBERTUS HAVERCAMPUS.

*

ILLUSTRES ACADEMIAE PATRES,

SCRIPTOR ISTE, VOBIS QUEM OFFERO,

QUIS, ET QUALIS SIT, SI QUAERITIS;

JUDAEUS EST FLAVIUS JOSEPHUS,

NOTUS OMNIBUS.

ANNALES QUI NOBILIS CONDIDIT GENTIS,

CUJUS DUCTOR COLONIAE DEUS;

FAMAMQUE, FALSIS TEMERATAM CRIMINIBUS,

VICTURIS CONTRA APIONEM DEFENDIT CHARTIS.

SACERDOTALI ORTUS GENERE,

PONTIFICES PROAVOS ET REGES VIDIT.

HINC AD HISTORIAM ATTULIT

SANCTAM MENTEM, FIDUM CALAMUM, CELSUM SPIRITUM,

TANTI VIRI MIRABILES NE LATERENT CASUS

MIRANDA MAXIME ORBI QUI PATEFECIT,

LEGI VOLUIT

VITAE SCRIPTOR IPSE SUAE:

NE VIDERETUR VIXISSE MALE, QUI SCRIPSIT BENE.

IRATI DEI JUDICIUM TREMENDUM

SENSERE SOLYMAE, DEVOTA CIVITAS;

HORRUIT HERODUM STIRPS EXCISA RADICITUS;

SUBIIT EXSTINCTUM MOSIS IMPERIUM.

FILIUM

FILIUM DEI, VITAE DUCEM, JESUM CHRISTUM,

JUSTUM, VERACEM, SACERDOTEM SUMMUM,

PATRIA ADORANT MOENIA, SED PROSTRATA;

SANCTA DESIGNANT ALTARIA, SED EVERSA;

UT DOMINUM AGNOSCIT TEMPLUM, SED DESTRUCTUM;

AB HOSTE, A SUIS, A COELO.

FLAMMIS IN PORTICIBUS, IN ADYTIS CREPITANTIBUS,

CLARA LUX ORITUR EVANGELIO.

PRAECO JOSEPHUS.

JUDAEUS UT SCRIBENS, AN CHRISTIANUS,

PARUM DIFFERT.

VERITATI SUA FAMA VEL AB HOSTE CONSTAT.

AUCTOREM HUNC MAGNUM,

NOBILEM, DOCTUM, DISERTUM, UTILEM,

SAEPIUS AD PRELUM REVOCARANT TYPI,

NON PRO SUO NITENTEM MERITO.

PLURES TENTARANT PER ORBEM ERUDITI,

INFAUSTO OMNES ADFLICTI SIDERE.

QUORUM FLEBILES AUXIT RUINAS,

SEPELIIT QUEM NUPER HEROUM ALTRIX,

UBI NOVAE FLORENT ATHENAE,

GENS ANGLICANA, MAGNUS HUDSON,

QUI LATIO QUOQUE PURIOREM DEDIT.

** HUJUS

HUJUS EGO SOLLICITA PREMENS VESTIGIA,
CONRADENS UNDIQUE FLAVIO QUAE PROSINT,
LABORIOSA HAEC EDIDI VOLUMINA,
ORBI BENE UT FACEREM ERUDITO,
VOBIS NON MINUS UT PLACEREM;
DECUSQUE BATAVO CONSTARET LYCAEO,
LUGDUNIQUE INCLYTUM VIGERET NOMEN;
CUJUS EX MEMBRANIS, SENIO VERENDIS,
JUVENTAS JOSEPHO, CEU PELIAE, DATUR.

JUDAEUM SCRIPTOREM TITUS IMPERATOR
BIBLIOTHECAE INSERUIT FLAVIAE,
IN ICONE SUSPEXIT ROMA.
VOS ME AD ALTA EVECTUM MUNERA
CONSPICUUM FLORI REDDITIS JUVENTUTIS,
ORNATIS TITULIS, INVITATIS PROEMIIS,
QUOD SPIRO, QUOD SPERO, VESTRUM EST.

L E

LECTORI BENEVOLO
S. D.
SIGEBERTUS HAVERCAMPUS.

RESPONDIT tandem votis nostris eventus, neque conatus ille, visus quibusdam audax & periculosæ opus aleæ, irritus fuit. Quasi vero, aut equum *Sejanum* agitaret is; qui *Flavii* Operibus edendis incumberet; aut *Fulviam*, fatalem maritis suis uxorem, domum duceret; sic omnes *Josephum* edere cogitantes idem manere fatum, notissima inter Eruditos vagabatur fabula. Meticulosus merito, imo stultus a cordatis viris vocari meruissem, si animum infringi hisce plus quam anilibus nugis sivissem. Ita videlicet mecum reputabam: omnes illos, qui tam longo atque difficili labori sese adplicuissent, vel duodecima diei hora cœpisse ædificare, vel in longum laborum suorum procrastinasse usum; quin nec hoc mirum videbatur, vegeto corpore & virentibus annis abreptos quosdam, qui in ea desudarant palæstra, quum misceri quotidie funera senum juvenumque videamus. Imo tanto magis stimulum indies admoveri mihi sentiebam, ut perficerem opus perfectoque gauderem, quod plures ante me vel ad primam lineam prolapsos, vel in medio cursu destitutos, vel denique, ad ipsam metam impacto vitæ curriculo, effusos, in vanum exercuisset. Dederant in hunc Agonem olim & proximis quoque temporibus nomina *Bertrami*, *Scaligeri*, *Casauboni*, *Cunæi*, *Petiti*, *Bigotii*, *Bœcleri*, *Noldii*, *Vossii*, *Cocceji*, *Scotani*, *Bosii*, *Monathii*, *Bernardi*, *Spanhemii*, *Olearii*, *Gronovii*, *Relandi*; & quis non, qui vel inter principes Eruditi Orbis gradiebatur, vel inseri principiis illustri aliquo edito facinore ambiebat? Quorundam intra verba stetit fides; Plurimos in ipso labore mors oppressit; Huic indignatio præreptæ laureæ, illi obortæ simultates, aliis alia obfuerunt.

Tandem (neque enim dissimulanda sunt merita aliorum, sed sua cuique jura reddenda) omnium omnem superavit jactum *Joannes Hudson*, vir Græce doctissimus, & cujus plurima in Helladem exstant merita. Hic enim est, qui *Josephi* nobis dedit Opera, non tantum ad perfectissimam, multorum annorum sudore, limam revocata; verum, abdicata illa Veteri, & non uno nomine culpanda, quæ *Epiphanii Rufiniique* nomine fulgebat, Versione; ad ipsa Græca prorsus Novam laboriosa concinnavit industria. Sed ipse dum *Josepho* suos indulget annos, laborem cepit multum, fructum laboris percepit nullum. Discessit enim ad plures, dum suprema manus operi inponitur, & in Indice versantur typi, præfandi quoque vice aliis derelicta. Avide hanc Editionem Batavi Germanique exspectabant Bibliopolæ, ut addita nova quadam accessione hederam placentem suæ merci apponerent. Ea caussa *Gronovium*, *Olearium*, *Relandum* continuit, ne vel ante sua publicarent, vel acrius etiam Scriptori huic incumberent, quam multum sperata illa Editione frui liceret. Sic nulla præter Anglicanam illam Cl. *Hudsoni* præ manibus erat Editio, elegans certe, sed pro more gentis pretiosa, nec facile omnibus comparanda. Quare, quum præclaro instituto laudatissima hæc Bibliopolarum Triga, qui jam ante magno ære *Jo. Cocceji* notatum emendatumque manu exemplar suum fecerant, atque de aliis ad novam locupletationem sibi prospexerant, mihi suum aperuisset consilium revocandi *Josephi* ad typos Batavos, quam maxime fieri posset luculenter &

operose; & studii mei & officii esse existimavi hunc amplecti laborem, atque in id incumbere, quo majore, quam hactenus, cum usu fructuque haberetur atque legeretur ab omnibus nobilissimus Historiarum Auctor, & proximo post Sacros Scriptores loco *Flavius Josephus*.

Prima inde mihi cura fuit, in omnes oras circumspicere, atque Doctos ubicunque Viros sollicitare de juvando hoc insigni molimine meo, deque plurimorum Eruditorum votis bene mereri. Angliam tantum non expilaverat Cl. *Hudsonus*, omnibusque ibi perlustratis Bibliothecis, residuum inde nihil fecerat; missa & ipsi aliunde plurima erant subsidia. Et tamen posteriorum curæ atque diligentiæ quædam reliquisse testari hæc Editio poterit, quæ novis Collationibus atque Accessionibus haud pœnitendis locupletata, dignitatem suam facile tuebitur. Principem certe merentur locum Codices duo *Lugd. Bat.* quos olim possedit *Isaacus Vossius*, quorumque excerpta quædam habuit Cl. *Hudsonus*, & copia itidem facta fuisse *Jo. Coccejo* notata manu ejus ad oram libri testantur. Hos diligenti cura inspeximus, passimque varietatem illorum, ubi a *Vossianis* excerptis discrepabant, per literas L. B. nonnunquam lineolis (L. B.) inclusas, ubi *Hudsonianis* Lectionibus interseri necesse erat, adnotavimus. Uterque Codex in charta scriptus est, sed notæ valde bonæ & antiquæ; Prior, qui olim pertinuit ad *Wilhelmum Nooms*, ut appositum nomen testatur, posteriores Antiquitatum libros novem integros continet, non vero decem, uti perperam inpressum exstat in Bibliothecæ Lugd. Bat. Catalogo Pag. 392. Num. 26. incipit enim ab initio libri duodecimi; & quoniam hi maxime libri corruptissimi olim erant, hinc *Bosii* editionem retardavit, quod integrum horum Codicem nancisci nondum potuerit, hujus MS. excerpta interim plurimum desiderans, ut scribit *Grævius* in Epistola ad *Heinsium*, quæ in novissima Collectione Cl. *Burmanni* occurrit Num. CLI. Eosdem libros, sed addito undecimo, exstare accepi in *Mediolanensi* Bibliotheca *Ambrosiana*, verum ita cum editis congruentes, ut vix inde discedere animadvertas. Placuit tamen ejus Codicis dare notitiam eam, qualis ad nos pervenit ex literis Clarissimi Italiæ sui luminis *Ludovici Antonii Muratorii*. *Vetustior* (inquit) *Flavii Josephi MS. Codex pergamenus Ambrosianæ Bibliothecæ signatus Lit. F. n. 128. fol. minori, qui fuit olim Archiepiscopi Philadelphiæ, mancus est, ac initium habet a libro* XI. *Hist. Judaicarum. Præstantissimæ ceterum notæ, ac venerandæ antiquitatis. Prima pagella in superiori externo angulo lacera: aliæ omnes integræ, nullaque temporis injuria vitiatæ, ita ut perspicue legi possint ab homine vetustiorum characterum perito, vel in ejus codicis lectione parumper exercitato; nam litera β in eo semper hac forma scribitur u. κ vero u, ita ut ab υ, quam frequentissime in eodem codice idem character repræsentet, nec minimum differat. Rari admodum nexus, at is in errorem facile inducit, qui λ. & ι complectitur, ea forma perpetuo expressus, quæ pro litera μ in adjacenti verbo sit accipienda. Subscriptam præterea literam jota recentiorum more nullam habet, sed vocali suæ adhærentem.*

Post eam partem historiarum sequuntur libri Antiquitatum, ac demum vita Josephi græce scripta, & typis vulgata.

Primæ pagellæ faciem alteram a prima integra linea fideliter exscripsi, atque ita se habet; & præter τὸ ὕστερον πρότερον *duobus in locis, nil aliud varium notavi ab impresso, quo utor, Aureliæ Allobrogum typis Petri de la Roviere* 1611.

Καὶ τὸν ναὸν οἰκοδομήσουσι, καὶ τῆς ἀρχαίας ἀπολαύσουσιν εὐδαιμονίας, ταῦτ' αὐτοῖς παρέσχε. παρορμήσας γὰρ τὴν Κύρου ψυχὴν, ἐποίησεν αὐτὸν γράψαι κατὰ πᾶσαν τὴν Ἀσίαν. Ὅτι Κῦρος ὁ βασιλεὺς λέγει. ἐπεί με ὁ Θεὸς ὁ μέγιστος τῆς οἰκουμένης ἀπέδειξε βασιλέα. πείθομαι τοῦτον εἶναι ὃν τὸ τῶν ἰσραηλιτῶν ἔθνος προσκυνεῖ· καὶ γὰρ τοὐμὸν προεῖπεν ὄνομα διὰ τῶν προφητῶν. Καὶ ὅτι τὸν ναὸν οἰκοδομήσω αὐτοῦ ἐν ἱεροσολύμοις ἐν τῇ ἰουδαίᾳ χώρᾳ. ταῦτα δ' ἔγνω κῦρος ἀναγινώσκων τὸ βιβλίον, ὃ, τῆς αὐτοῦ προφητείας ὁ ἡσαΐας κατέλι-

πόλιν περὶ ἐτῶν διακοσίων καὶ δέκα. ὕτος γὰρ ἐν ἀποῤῥήτοις εἶπε ταῦτα λέγειν τὸν θεόν. Ὅτι βέλομαι κῦρον ἐγὼ πολλῶν ἐθνῶν καὶ μεγάλων ἀποδείξας βασιλέα. πέμψαι μου τὸν λαὸν εἰς τὴν ἰδίαν γῆν, καὶ οἰκοδομῆσαι μου τὸν ναόν.

Ταῦτα ἡσαΐας προεφήτευσεν ἔμπροσθεν, ἢ κατασκαφῆναι τὸν ναὸν ἔτεσιν ἑκατὸν καὶ τεσσαράκοντα. Ταῦτ' ὖν ἀναγνόντα τὸν κῦρον. Καὶ θαυμάσαντα τὸ θεῖον ὁρμή τις ἔλα--βεν.

Addiderat Cl. idem *Muratorius* in ſuis ad me literis, miſiſſe ſeſe olim ad *Hudſonum* ipſum nonnulla adnotamenta ſua in antiquiſſimam *Joſephi* Verſionem Latinam, quam Ambroſianæ Bibliothecæ MS. Codex ex Ægyptia papiro conflatus, ac propterea venerandæ antiquitatis, complectitur, ſed nunquam certiorem ſeſe fuiſſe factum, an ad *Hudſonum* pervenerint. Ego vero perveniſſe quidem exiſtimo, verum uſui non fuiſſe, quod ille plane novam adornaverit verſionem. Quare ego quoque recipere non potui conditionem oblatam mihi ab Eruditiſſimo atque amiciſſimo viro *Petro Piovene* S. I. qui a Re Antiquaria eſt Sereniſſimo Duci Parmæ atque Placentiæ, unico in Italis oris literatorum Mecænati; Scripſit enim in Sereniſſimi Principis ſui Bibliotheca exſtare Exemplar Joſephi Latinum curioſiſſimum in pergameno XIII. circiter ſeculo elaboratum, & mirum quantum ab exemplaribus adhuc evulgatis diſcrepans; ordine primum deinde verbis.

Poſterior Codex MS. Bibliothecæ *Lugd. Bat.* Pag. 395. Num. 72. in charta ſerica conſcriptus, libros VII. de Bello Judaico omnes complectitur, in initio tantum & fine paullum mutilus; deëſt enim Prologus, & incipit Συνέπεσε τῆς δυνατοῖς ἰυδαίων &c. finit vero aliquanto ab extremis poſtremi libri, in verbis Ἀντίοχῳ δὲ &c. Exſtat præterea in eadem Bibliotheca pag. 402. Num. 7. Fragmentum *Joſephi* ex Libro Antiquit. XIV. quod in Græcis ante defuit, excerptum videlicet ex Codice illo inſigni Antiquit. L. B. de quo modo egimus. Comprehendit Decreta illa Romana & Aſiatica, quæ primus vulgavit, ingenti ex hoc MS. ſuppleta lacuna, *Jacobus Gronovius*, una cum Emendationibus quibuſdam in Suidæ Lexicon. Unde & hiantem illum locum in Editione ſua ſupplevit *Hudſonus*, paucula tantum in Notis ſuis ex *Gronovianis* Animadverſionibus excerpens, quæ ſuis locis a pag. 706. & ſequent. inſertæ integræ in hac Editione comparent. Inter alia collectanea reperta mihi etiam fuit Oratio *Agrippæ* & *Berenices* ad Judæos tumultuantes, quæ exſtat Lib. II. de Bello Cap. XVI. pag. 186. cujuſque Collatio exſtat inter Addenda pag. 181. Ipſe vero Codex reperitur in Catalogo Bibliothecæ *Lugd. Bat.* pag. 396. Num. 13. ut taceam Editionem unam atque alteram *Joſephi* ab *Iſaaco Voſſio* multis in locis cum MSS. ſuis, & ab aliis collatam, uti Editio Baſ. 1544. cujus mentio pag. 391. Num. 5. & Genevenſis, pag. 391. Num. 6. qui apparatus univerſus in præſtantiſſima illa Bibliotheca ſervatus, uſui noſtro inſerviit. Credideram & amplius quid ibi me inventurum; quum legerem pag. 403. Num. 34. memorari Lectiones *Flavianas* deſcriptas ex libris *Hermolai Barbari* & *Scipionis Catoromachi*; ſed animadverti nihil cum Flavio noſtro illis commune eſſe. Atque hæc quidem propius ad manum fuerunt; petita vero longius atque accepta ſunt ea quæ ſequuntur. Poſſedit *Fred. Roſtgardus* Nobiliſſ. Danus, exemplar MS. *Joſephi* de Bello Judaico præſtantiſſimum, quod itidem in Catalogo librorum ejus, menſe Januario hujus anni Hafniæ ſub haſta venditorum, pag. 459. Num. 151. ſic deſcribitur: *Joſephus de Bello Judaico, Græce. Codex MS. chartaceus, optimæ notæ, quadringentorum circiter annorum. Spiſſum volumen in 4to minori.* Integer vero iſte Codex eſt, atque nullo modo interruptus a principio uſque ad finem pergit; inque ejus calce adſcriptum erat notum illud de *Jeſu Chriſto* teſtimonium. In tempore collationem ejus inſtituerat vir doctiſſimus, & cum alias, tum hoc facto optime de me & eruditis meritus *Joannes Grammius*, Linguæ Græcæ in Academia

 Haſ-

Hafniensi Professor; cujus liberalitate ex suis quoque MSS. transmissus ad me est accuratissima pariter Collatio librorum contra *Apionem*, ipsius, uti & superior de Bello, manu instituta & scripta. Citatur ultima hæc nomine Codicis *Hafniensis*, quoniam ita appellaverat quoque *Hudsonus*, qui non nisi pauca ejusdem excerpta nactus fuerat. Numerum jam MSS. si quærimus densitatemque Variantium Lectionem, immanem sylvam ex Regiis Codicibus *Gallia* ad nos transmisit; fuitque ibi fautor hujus Operis, atque indagator talium Thesaurorum *Jacobus Philippus D'Orville*, tum peregre ibidem Studiorum caussa agens; nunc vero post visam quoque Britanniam, Italicis fruens opibus, & antiquum visens Latium; cujus inde avide reditum exspectamus, ut collectam undique eruditionem pleno sinu in patriæ suæ gloriam effundat. Hæ vero Collationes & aliæ plures propter infinitum V. L. numerum, & quod serius venissent, in Addendis collocantur pag. 1. & seqq. Complectuntur autem libros de Bello Judaico ad sex vel septem MSS. collatos; inter quos Regius seculi undecimi, & insigne Exemplar Bibliothecæ *Coislinianæ*. Liber deinde *Josephi* de *Maccabæis* cum quinque Codd. Parisiensibus miræ discrepantiæ collatus cernitur ibid. pag. 157. usque 171. Vita dein *Josephi* cum MS. Regio pag. 171. usque 175. Ordo tum sequitur & lectio capitum atque fragmenta quædam ex Regiis item Codd. pag. 176. usque 180. Denique Variæ Lectiones excerptæ ex MSS. Codd. Regiis quinque in Antiquitates Judaicas, quarum magna parte usus *Bigotius* fuit, & quæ passim in *Hudsonianis* titulo *Bigotianarum* citantur (sicuti excerpta *Bigotiana*, nullo certo adscripto Codice in plurimorum Doctorum Virorum manus atque Bibliothecas pervenerunt) sed sine auctoritate ulla ex quibus Codd. depromtæ essent; quare conspectum earum accuratissimum invidere Curioso Lectori nolui, præsertim quum plurima quoque occurrant in iisdem quæ frustra in *Bigotianis* quæras; misit hanc ultimam farraginem Parisiis D. *Sallierus*, atque invenies pag. 424. usque 481. quæ ultimæ Librum itidem de Vita, & alios contra *Apionem* cum MSS. collatos exhibent. Et hæc quidem de Codd. MSS. qui vel in tempore vel serius ad nos pervenerunt, quibusque vel in Notis usi sumus, vel prout citius tardiusve ad nos venerunt, inter Addenda collocavimus.

Progredior jam ad Doctorum Virorum Curas quibus auctior hæc Editio quam *Hudsoniana* procedit, quæque vel editas Notas vel ineditas complectuntur. Editæ sparsim fuerant Notæ *Edw. Bernardi* & *Henrici Aldrichii* ad aliquot Antiquit. & de Bello libros; item *Francisc. Combefisii* ad Librum de Maccabæis; *Jacobi Gronovii* ad Decreta Romana & Asiatica: Ineditæ autem, & quas nunc primum damus, *Joannis Cocceji*, *Ezechielis Spanhemii*, & *Hadriani Relandi*, quibus nostras subinde animadversiones correctionesque adspersimus. De singulis horum aliquid dicendum est, ut & insuper de illis, in quas frustra inquisivi.

Norunt omnes, magno impetu atque maximo labore ad *Josephi* scripta provolasse virum undecunque doctissimum, & ab orientali præsertim literatura instructissimum, *Edwardum Bernardum*. Tota historia *Josephi Bernardini* & abortivi veluti fœtus, expresse admodum continetur in Vita ejusdem, quæ a *Thoma Smitho* edita est Londini MDCCIV. una cum *Roberti Huntingtoni*, Episcopi *Rapotensis*, Vita & Epistolis. At quoniam istius libelli pauca admodum impressa sunt exemplaria, & ob id in paucorum versetur manibus, ipsa ejus verba apponam, prouti leguntur pag. 29. & seqq. *Jam sibi redditus Bernardus, ad anteactos labores, isto itinere per annum & ultra intermissos, alacriori animo reversus est. Habuit vero, si quisquam alius, vastum omniumque disciplinarum capax ingenium, quod industriam, laxamentis debili infirmoque corpori sustentando necessariis ægre cedentem, multo minus turpi*

otio

otio & ignavia obsolescentem, nunquam destituit. Verumtamen licet scientias Mathematicas ex instituto Professionis diligenter quidem excoluerit, uti postea videbimus, tamen longe fortiori animi propensione & genio ductus, amœnioris literaturæ, puta Historiæ, tum sacræ tum prophanæ, omnium gentium omniumque seculorum, Chronologiæ & Antiquitatum studium magis deperibat, habebatque in deliciis. Nec diu pulcherrima & maxime optanda ingenii vires hac ex parte late explicandi defuit occasio. Ante plures annos D. Fellus, illius opera usurus, Josephi, *præstantissimi Historicorum, & post Scriptores sacros maxime æstimandi, novam, eamque cæteris omnibus emendatiorem, editionem typis Sheldonianis adornare constituerat: sed ab isto proposito, nescio an subsidiis ad id opus complendum destitutus, an ex fama de V. Cl. Andrea Bosio fere ubique sparsa, quod ille nimirum eundem quoque edendum destinasset, collectis undique e codicibus MSS. Viennensibus, Lipsiensibus, Schlusingensibus, quos ipse, * Vir maxime industrius sagaxque, & in Græcis literis excellens contulit, variantibus lectionibus, & etiam e Parisiensibus & Florentinis, quorum nimirum lectiones amicorum suorum curæ ac humanitati debuit, aut aliorsum impeditus, tunc sibi desistendum esse pro prudentia sua voluit, præstolaturus, donec foetum istum nobilem, quem omnes pulcherrimum suisque partibus absolutum fore & ominabantur & optabant, prelum Lipsiense, obstetricante doctissimo Bosio, parturiisset. Ille ista bona spe per multos annos concepta, & quæ luctuosa Bosii, de re literaria scriptis suis hactenus præclare meriti, & opere destinato longe præclarius merituri, morte plane decollaverat, frustratus, metam, sine læsa cujuspiam æmuli cursoris in isthoc stadio ambitiose certaturi fama, jam attingi posse satis gnarus, istius incepti, auspiciis suis, qui omnia in Academia potuit, maturandi sive gloriam sive onus in Bernardum curavit transferendum. Bernardus autem instar sapientis Architecti de omni idonea re materiaria, instrumentis, reliquoque necessario apparatu, ante jacta ædium condendarum fundamenta, summe solliciti, quantum esset exemplarium manuscriptorum, tum Græci textus, tum versionis Epiphanianæ in nostris Bibliothecis latentium, primo in usus suos comparavit, schedis Bosianis, jam illo instigante, ab hæredibus ingenti pretio redemptis, & magni sane faciendis: cum ex Samuelis Petiti largis commentariis longe antea in Bibliothecæ Bodleianæ gazophylacium ex Gallia transvectis, vix quippiam subsidii ad illustrandum textum colligi potuerit, (demptis exceptisque quibusdam e membranis Peirescianis, ab illo Viro ingeniosissimo olim exceptis) † quos nimirum spissa Rabbinicorum observationum farragine ad nauseam usque oppleivisset. Deinde, Bernardus, specimine operis Josephici edito, doctissimos Amicos suos per Galliam, Belgium, & Germaniam, alibique sparsos, crebris literis solicitavit, ut suppetias in hac re omnibus profutura laboranti ferre vellent. Vix quicquam nuncii aut faventiori aure exceptum aut sonantiori plausu. Omnes bona dicere de opere & Editore certatim gestiebant: & inter ipsos quoque D. Isaacus Vossius, acerrimus ingeniorum censor, imo laudum, quas aliqui jure vendicaverint, sive ex exquisitissimo judicandi acumine, sive ex morositate indolis, sæpe nimium quam parcus. Hisce subsidiis instructissimus Bernardus grande hoc opus jam aggressus est; frustra querelas suas de hac palma sibi prærepta interponente D. Monachio Leidensi, inque illo, crasi licet labore continenti vigiliisque pene exhausta, ac viribus debilitatis, alacer & sibi constans, neglecta bonæ valetudinis cura, diu perseveravit. Unde vero contigerit, quod opus istud desideratissimum & tanto molimine elaboratum, quasi in medio abruptum, pro deplorato relinqueretur, salva & integra manente D. Bernardi fama, heic paucis indicabo. Multi versionem Epiphanii, tanquam imperfe-*

* Ad D. Bosium scripsit Bernardus A. M.DC.LXXIII. de hac, quam dudum aggressus est, editione, epistolam inter cæteras de eodem argumento ad illum datas editum, pag. 137. Vide epistolam Schelhammeri ad eundem, p. 462. Vide quoque D. Lionelli Jenkinsii epistolam ad eundem, p. 425. De literis vero hisce D. Jenkinsii v. epistolam D. Ezechielis Spanhemii ad Bosium, p. 465.

† Vide epistolam Bredelii ad Bosium, p. 350.

fectam, indoctam, & Græco textui in quamplurimis parum respondentem, redarguentes, novam, vel saltem Gelenii interpretationem recognitam & emendatam, ubi iste Vir doctissimus præ festinatione aut oscitantia sensum Authoris non rite fuisset assecutus, importune & pene ingestis conviciis desiderarunt, & de variantium lectionum in molem vix tolerandam excrescentium copia acriter questi sunt. Quod & ipse primo inspectis perlectisque, D. Bernardi rogatu, antequam typis excluderentur, schedis, objectum iri facile præsentiebam, amice monens, in his tanto cum labore, ne dicam curiositate, annotandis, inque censum referendis, omnem operam inutiliter collocari: paucis tantummodo, quarum ope vera Græci, ubi aut luxatus aut corruptus jacebat, textus lectio erui & restitui potest, exceptis, & cum cura seligendis: exemplo Viri præstantissimi, & in hisce literis tractandis summo cum judicio exercitatissimi, Henrici Valesii, quod imitandum proposui: versionibus Rufini Aquilejensis & Epiphanii Scholastici sæpenumero ab illo consultis, inque novum examen, ubi opus erat, revocatis. Librarii autem, alii ex aliis transcribentes, voces sæpe aut mutarunt aut addiderunt, prout ipsis lubebat: unde pro numero exemplarium, si plura suppetiissent, feracior ejusmodi lectionum seges, non cujuspiam bonæ frugis, & plane resecandæ, continuo excresceret. Quod de quamplurimis quoque Græcis lectionibus, quarum tamen diversa ratio laboriosa exploratione melius indigeret, pariter dicendum est: sæpe enim pompæ quasi causa & ad ostentandam diligentiam ab Editoribus recentioris ævi accumulari solent. Maxime vero displicuit Commentariorum prolixitas, in quibus integræ Dissertationes, ad calcem operis meliori jure rejiciendæ, aut justo volumine seorsim edendæ, extra omnem, ut hi putabant Censores, necessitatem inferuntur. Hinc inter Curatores & D. Bernardum primo ortæ simultates, deinde mutua displicentia; & apertæ lites, utrisque, pro diversa, quam secuti sunt, sententia, argumentis ultro citroque agitatis tenacissime inhærentibus. Hoc ussit animum Bernardi, ægerrime ferentis, aliam methodum, contra quam ipse statuisset, sibi juberi ineundam. Cessant operæ Typographicæ, nec amplius jam, Democraticis Schismaticisque rempublicam literariam, pariter ac civilem & ecclesiasticam, turbantibus, præsertim post D. Felli, præcipui hujus editionis fundi, animam in cœlis receptam, de edendo integro Josepho sumptibus Universitatis erat cogitatum. Post sex septemve annos, D. Bernardus importunis trium bibliopolarum Oxoniensium precibus victus, opus illud demum in manus sumpsit, jam contractiori forma ad modulum novi speciminis publicandum: cum vero flagrante bello tanto oneri ferendo vix essent, paucis schedis impressis, jam suæ temeritatis satis convicti, & ipsi quoque destiterunt. Ita de Josepho ejusque Chronologia restituta conclamatum est: cujus tristi fato comites & asseclæ, Aristeas, Josephus Gorionides, & Hegesippus de excidio urbis Hierosolymorum, *prostrati, tantisque sub ruinis sepulti jacent. Quantum vero in omni literarum genere excelluerit Bernardus, qualem Polyhistora & Criticum, quanta subtilitate ingenii, quam solerti pollentem judicio, quam in intricatissimis temporum supputationibus accuratum, quam in Scriptoribus omnium generum, Latinis, Græcis, Chaldaicis, Syriacis, Arabicis, Armeniacis, Copticis, legendis familiarem, quam antiquitatum sacrarum prophanarumque probe callentem, in Scholiis, annotationibus, & dissertationibus in quatuor libros Archæologiæ Judaïcæ Flavii Josephi, & partem quinti, (in his enim solis illius sudavit industria, nec ultra in alienam provinciam extenditur) se præstiterit, supervacanei erit laboris hic pluribus ostendere: cum id jam omnes, distractis exemplaribus, norint, & ubivis sit testatissimum. Dolebunt mecum harum literarum studiosi & amantes, hisce, sive æquis sive iniquis, interpellationibus, grave istud damnum, quod vix seculum reparaverit, Reipublicæ literariæ contigisse.*

Hujus *Bernardi* Curas integras, prout ad Græca ipse edidit, suis locis adposuimus, excerpserat enim modo pauca quædam, quæ ad Varietatem

Le-

Lectionis facerent, *Hudsonus*; quum *Græca* dico, intelligo Notas ejus in *Josephum* inchoatas & editas, quæ *Græcam* ejus dictionem aut historiam illustrant; plura enim in ejus Editione *Latinam* Veteris Interpretis versionem spectant, quæ nullum hic locum merebantur, quod aliam atque novam Cl. *Hudsoni* interpretationem secuti sumus. Inter illos libros, quos de Bello edidit, in Primo atque parte Secundi crebro in Notis *Aldrichii* nomen legitur. Fuit autem *Henricus Aldrichius* Rector in Ædibus Ecclesiæ Christi; eratque omnibus humanioribus studiis egregie excultus; musices gnarus & Musarum amicus, Poëta quoque haud mediocris; Indulgentia summa exstitit erga Alumnos, præsertim Nobiles, qui sub ejus auspiciis vivebant, disciplinæ alias Ecclesiasticæ exactor rigidus, Presbyterianarum partium inimicus atrox, Regiæ vero auctoritatis propugnator acerrimus. Diu vixit in Academia summa cum gratia & virtutum omnium laude; perpauca scripsit, exque suis ipse scriptis nihil fere edidit, factis vero suavissimam sui memoriam amicis & posteris reliquit.

Francisci deinde *Combefisii* Commentarium ad libellum de *Maccabæis* inter reliquorum Notas inseruimus. Opusculum hoc cum Notis ejus & nova contra *Erasmum* Versione editum erat in Auctario novissimo Bibl. Patrum, atque inde in *Josephi* sui Appendicem receperant *Lipsienses* anno MDCXCI. Denique, & Præceptoris quondam nostri honoratissimi, *Jacobi Gronovii*, doctissimis ad ingentem istam Lacunam, ab isto primum expletam, Notis meritum locum adsignavimus.

Apparent autem nunc primum *Jo. Cocceji*, *Ezechielis Spanhemii*, atque *Hadriani Relandi* ad *Josephi* Opera Omnia Notæ. Exemplar *Cocceji* ubique ad oras adspersas habebat MSS. collationes, *Bigotianas* videlicet ex duobus Codicibus optimæ notæ ad Libros x. priores. Antiq. *Vossianas* vero ad reliquos, ut & Libros de Bello. *Bigotianæ* quidem in plurimorum venerunt possessionem, nam & *Bernardus* habuit, & *Hudsonus*, & ipse reperi in *Josephi* Editione Basileënsi ad marginem diligenter adscriptas, habuique ex humanitate plurimum reverendi *Mystæ* Harlemensis Ecclesiæ *Abrab. Allardini*, qui insuper alterum exemplar *Josephi* possidet, in quo omnia illa, quæ sua manu in meo *Jo. Coccejus* perscripsit, alia nitidiore descripta exstabant. Quorum librorum etsi propter Originales, aliosque a priore manu, non magnus mihi usus esse potuit; volui tamen publice exstare commendationem hanc honestissimam suavissimi quondam in literarum rudimentis, altioribusque deinde disciplinis, mei sodalis. Multas conjecturas libro suo adscripserat *Coccejus*, quas fideliter sub ejus immortali nomine publicavimus. *Relandi* vero meritum haud exiguum quoque erga *Josephum* exstitit; inserta enim charta pura, ubique Notas suas & Animadversiones seminaverat, in numerum molemque majorem excreturas, si per acerba, heu! tanti viri fata licuisset. Sunt tamen illæ tales, ut adfirmare ausim, plurimam Auctori Maximo lucem affundere, atque ingenium scribentis doctrinamque mirifice commendare. Debemus illas hæredum laudatissimæ benevolentiæ. Magna apud omnes Eruditos fama est *Ezechielis* illius *Spanhemii*, qui non modo suis præluxit majoribus, sed inexpletam omnifariæ eruditionis videtur habuisse copiam. Notum erat nobis exstare Codicem manu ejus notatum in Bibliotheca Potentissimi Borussiæ Regis, sed ardua via adipiscendi; tandem eluctatus molestias, ipsum Exemplar manu ejus ubique conscriptum nactus sum, mittente Cl. viro *Maturino Veyssière la Croze*, Regiæ Majestati a Bibliotheca, idque ex singulari humanitate Baronis *de Printz*, qui ipse addita Latinissima Epistola, verbis quoque honorificentissimis munus illud exornavit. Et utinam immortalitate dignus ille Heros adhuc inter vivos versaretur; quo omnes commendata illa tot virtutibus adspicientes ora, ut *Josephi* quoque *Spanhemiani* Servato-

rem suspicerent! In recensendo autem *Josepho* duo intendit Ill. *Spanhemius*, primum ut *Josephi* dictiones & narrationem ubique inter se conferret, dein ut rariora verba atque significantiores dictiones, quales multæ in nobili hoc Auctore occurrunt, ex *Homero*, *Æschylo*, *Euripide*, *Sophocle*, *Hesychio* & aliis, illustraret; quæ quidem omnia plurimum ad Scriptoris hujus intellectum facere, nemo inficias iverit. Breves plerumque ejus Notæ sunt, neque mirum, quum in ora Editionis *Gelenianæ Genevensis* omnia illa scripserit, manu difficili, per citationes locorum ad paginas, quæ ut Novæ huic Editioni per Capita & Paragraphos aptarentur, multo labore constiterunt. Hasce notas adepti sumus, ubi typi pervenissent jam ad finem Lib. Quinti. Usi itaque mox sumus illis ab initio Libri vi. & quæ notata erant ad Libros v. priores, inter Addenda seu Appendicem locavimus pag. 416. Exemplari *Spanhemiano* complures chartæ solutæ adjectæ erant, manu ejus descriptæ, quæ præter alia multa Indicem quoque Geographicum pulcherrimum, atque alios continebant Indices; unde apparet omnino animum ad *Josephi* Editionem applicuisse insignem illum Virum. Comprehendebant pagellæ istæ solutæ Chronologica *Josephi*; Æras apud *Josephum* in Historia Sacra & Externa observatas; Rectores *Syriæ* & *Judææ*; *Judææ* Præsides & Procuratores, nomina item aliorum Præsidum in *Josephi* scriptis occurrentia; Observationes de *Josepho* ipso; Loca & Verba in *Josepho* suspecta & notanda; verba denique *Josephi* apud *Hesychium* observata; Quæ omnia collocata sunt in extremo Tom. II. pag. 402. & seqq.

Omnibus hisce Variorum Doctorum Notis inter *Hudsonianas* locum dedimus, sed ita, ut semper illorum nomen adpingatur, ubi vero nullum additum nomen est, eas sciat L. B. *Hudsonianas* esse. Crebro autem in illis, ut & in Addendis (jam loco suo insertis) & Addendis *Hudsonianis* nomina leguntur Eruditorum Virorum *Ibbetsoni* & *Lauthii*, quorum conjecturæ ibidem laudantur; in hosce ante mihi ignotos inquisitione facta, *Ibbetsono* prænomen *Richardo* dari agnovi, virumque ipsum privatam vitam & paucis notam egisse; *Lauthios* vero esse duos ejus nominis, in pagis prope Londinum degentes, quorum ulteriorem notitiam dare nequeo.

Jam tandem aliquid quoque adferam de iis, quæ feruntur in sermonibus, Doctorum Virorum lucubrationibus, quæ vel interciderunt, vel in occulto servantur. Præter hosce scilicet quos modo memoravi, notum est *Petrum Cunæum*, *Stephanum Le Moyne*, sive *Monachium*, *Gottfridum Olearium*, & *Jacobum Gronovium* serio omnes de edendo *Josepho* cogitasse. *Petri Cunæi* laboriosa commentatio, repetita sæpius lucerna evigilata, voracibus flammis, ipso quidem volente & coram jubente domino, absumta est. Quum etenim Clarissimum illud Academiæ nostræ Lumen, quæ ultima ipsi fuit gravaretur ægritudine, sentiretque sibi vitæ lucem, se cito suis defuturum; captata occasione quum juxta focum forte decumberet, neptem suam jussit certum chartarum fasciculum (quo videlicet omnia quæ ad *Josephum* adnotaverat comprehendebantur) ex Museo suo adferre, atque allatum coram oculis suis igni injicere; quod ita factum ex Amplissimis doctissimi istius Viri nepotibus intellexi. Incerta magis de *Monachii* laboribus fama est; volunt, densum fuisse ipsi Volumen, in quod omnia (ut erat diffusæ admodum eruditionis) quæ ad *Josephum* aliquo modo trahi possent, conjiciebat; certum vero illud, ipsum dolore percitum, quod *Bernardus* novam hujus Auctoris Editionem occupasset, abjecisse per tempus consilium suum de edendo *Josepho*, atque plurima ex illo Observationum Oceano in Libros, quos sub titulo Variorum Sacrorum edidit, derivasse. Dicitur tamen postea ad antiquum reversus laborem; sed intervenit suprema dies, atque ita imperfectum relictum non modo illud opus est, verum nusquam quoque densum

illud

illud Volumen, multis ante (ut ferunt) visum & ostensum, apparuit, licet etiam nomine Magistratus inquisitio per Domesticos esset habita, quod mihi etiamnum quædam ex illis superstes ita se habuisse adfirmavit. *Olearium* quod attinet, adfirmare nequeo, an aliquid ad prelum paratum habuerit, amici ex Germania nunciarunt mihi nihil ex lucubrationibus ejus in hunc Auctorem inveniri. *Jacobi Gronovii* denique ipse aliquid vidi penes filium *Abrahamum*, inchoatum non perfectum, Notulas videlicet, quæ non ultra primum Antiquitatum librum pergerent, atque adeo vix ad vigesimam nonam integri *Josephi* partem pertinerent; scriptas in schedis tumultuariis; neque tamen illas neglectui habuissemus, si nostri arbitrii ea res fuisset; famam vero Viri & Eruditionem multo melius tuebuntur doctissimæ illæ ad Decreta Romana & Asiatica Observationes, quas suo loco inseri curavimus. Nihil etenim, quod prece vel pretio acquiri potuit, a nobis fuisse prætermissum patere potest ex Notulis postumis *Joannis Sibrandæ* Franequerani, atque in patria ibidem Academia Prælectoris quondam Græcarum Literarum; quæ & ipsæ non ultra primum istum Librum progrediuntur, & tamen legi possunt post eundem pag. 60. & nobiscum ultro communicatæ fuerunt a praestantissimo *Joanne Doitsma*, Hornanæ Scholæ prudentissimo Moderatore.

Et hæc quidem sunt, quæ ad *Flavii Josephi* contextum illustrandum summa cum cura a nobis requisita, vel ultro a Viris Doctis, quorum nominibus publice a nobis honos (ut par est) habetur, suppeditata fuerunt. Quoniam vero Tomus Posterior mole sua Priorem minime æquaret, in illum conjecimus quæcunque vel serius accepimus, vel integros inplebant libellos, ad Josephicam tamen scriptionem facientes. Unde præter illas, quas memoravimus, Collationes, invenies ibi Doctissimi Viri *J. Wasse* Specimen Examinis V. L. *Hudsonianarum* pag. 51-56. *Jo. Alberti Fabricii*, Germanorum longe clarissimi, Excerptum ex Bibliotheca Græca de *Flavio Josepho*, sed plurimum ab auctore, qui pro sua humanitate id ad nos transmisit, locupletatum, pag. 57-71. Sequuntur dein Præfatio *Arnoldi Peraxyli Arlenii*, longe pulcherrima ad *Diegum Hurtadum de Mendoza*, quæ præfixa Editioni *Basileënsi* immerito ab aliis Editoribus fuit neglecta, pag. 72-75. aliarumque simul subsequentium Editionum Præfationes, ut & *Thomæ Ittigii* laudatissima Prolegomena, pag. 76-95. Appendix dein ad *Flavii Josephi* Opera, quæ una cum *Ittigii* Prolegomenis in postrema Editione *Josephi* Germanica exstat, olim a *Jo. Alberto Fabricio*, ut ipse testatur, tunc adhuc admodum juvene (vide ibidem paullo superius pag. 76.) congesta; qua continentur *Aristeas* de LXX. Interpretibus, Fragmentum *Josepho* tributum περὶ παντὸς, & alia quædam, quæ inveniri ibidem possunt usque pag. 156. interpositis dein quibusdam V. L. habes Excerptum de *Josepho* ex *M. Andreæ Frankenbergeri* Institutionibus Antiq. & Histor. pag. 182-185. quod excipiunt *Caroli Daubuz* Libri duo, quibus asseritur *Josepho* ut legitimum Testimonium illud vexatissimum de *Jesu Christo*, usque pag. 232. quibus ob argumenti similitudinem adjunximus xxx. *Epistolas Philologicas & Historicas* plurium eorumque celebriorum in literis Virorum, quæ minori olim forma editæ Norimbergæ anno 1661. cura *Christophori Arnoldi*, Eruditorum usui minus patebant, & procedunt usque pag. 285. Testimonium illud de Jesu exstat in Editione nostra Antiqu. Lib. XVIII. Cap. III. §. 3. pag. 876. atque ibi cum versaremur, de peculiari Dissertatiuncula super illud cogitatio animum subiit, cum alia, quæ Numismata, *Josepho* illustrando sculpta, explicaret (quæque hanc Præfationem meam sequitur) ad finem Tomi II. adjicienda; Sed, ut verum fatear, quæ dici possunt, dicta sunt omnia, & quantumvis clamitent Faber, & qui illum sequuntur, omnino *Josepho*, ita

ut legitur, tribuendum existimo, quæcunque Scriptorem nobilem caussa stimulaverit, ut nobilissimum hoc emblema purpuræ suæ assueret.

Post hæc omnia occurrit *Petri Brinch*, apud *Danos* Collegii Medicei Inspectoris Chronologiæ & Historiæ *Fl. Josephi* Examen, quod editum *Hafniæ* A. MDCCI. rarissime in hisce terris visum, ab amicis *Hafniensibus* ad me transmissum est. Scriptum vero illud, in quo ab origine Mundi usque ad mortem Herodis Magni Chronologiam Josephicam examinat; & præterea ex Antiquitatibus ejusdem Judaicis notat & examinat ea, quæ Scriptoribus Sacris V. T. parum consentanea, vel certe illis non sunt memorata, invenitur pag. 290-304. Et quoniam hic mentio incidit discrepantiæ cujusdam *Josephicæ* cum S. S. commodum inserere heic lubet stricturas quasdam, quas adscripserat in fronte libri sui Reverend. *Albertus Albertboma*, Ecclesiæ Lugd. Bat. quondam pastor fidelissimus, quique in literis plurimum sibi vixit, miraque cura atque diligentia omnes Bibliothecæ suæ libros a capite ad calcem maxima cum attentione legerat. Josephum inter illos avidissime pervolutaverat, ut adscripta ubique loca ex aliis scriptoribus, inter legendum observata, abunde testabantur. Is itaque hisce ipsis verbis ad hæc Capita seu Numeros retulit crimina quædam, seu astutias *Josephi* nostri.

I. *Plerumque Auctor* COPIOSIUS COMMEMORAT, *quæ a Mose & Sequentium temporum Historicis Sacris compendio tradita sunt, & narratione sua quamplurimis Scripturæ locis lucem affundit: quod inprimis observare licet l. 4. c. 8. Antiq. ubi sæpissime legum Mosaïcarum rationes & causas exponit.*

II. *Nonnunquam tamen (nescio quo consilio)* OMITTIT, *quæ tradiderant Scriptores Sacri: ita paucissimis mentionem facit raptus Eliæ: nihil quoque refert de Naamanis lepra ope Elisæi curata.*

III. *Rursus varia Historiæ Sacræ* ADTEXUIT, *quorum sola fides penes nostrum Auctorem est. Vide quæ scribit de Mosis rebus gestis in Ægypto. sic Plurima Historiæ Salomonis admiscuit, de quibus altum in S. Litt. silentium.*

IV. ORATIONES *a summis viris publice habitas totidem quasi verbis repræsentat, & velut integras exhibet, quorum fragmenta solummodo in S. Libris supersunt, prout mos quoque est Historicis præstantissimis Livio & aliis. Confer Voss. de Arte Histor. c. 20. 21. & Justin. l. 38. c. 3. in f.*

V. *Ad eundem modum Epistolas, velut ex autographo recitat; e. g. literas Hirami & Salomonis.*

VI. *Inprimis notandum est*, AUCTOREM NOSTRUM SOLLICITE CAVISSE, NE NARRATIONES DE REBUS SACRIS MINUS PLACEANT GENTILIBUS:

1. *Hinc* MIRACULA *a Deo olim edita, ad captum Ethnicorum vulgo exponit. Exempla videri passim possunt.*

2. *Eo spectat formula, sæpe ab Auctore usurpata ut in fine Lib.* II. *&c.* SED DE HIS UT CUIQUE LIBET, ITA SENTIAT.

VII. *Sæpissime profert* TESTIMONIA AUCTORUM GENTILIUM, *ad confirmationem Historiæ Sacræ.*

VIII. *Plurimum quoque utitur* LOCUTIONIBUS, *Græcis & Romanis Scriptoribus usitatis.*

1. *Eo quoque referendum est, quod Hebræorum menses vulgo interpretatur mox adjecta appellatione Macedonum, aliquando etiam Ægyptiorum.*

2. SUPPUTAT *quoque* TEMPORA *per Olympiades & per annos Coss. Rom.*

IX. SOMNIA, *quæ viris quibusdam Sanctis divinitus contigerunt, interpretatur fere (ut videtur) ex regulis Oneirocriticis Veterum. Erat autem Josephus ipse interpretandorum somniorum peritus, uti de se testatur.*

X. DIVINA ORACULA (*quæ Romanum Imperium spectant*) *ita vulgo exponit, ne ingrata queant esse Romanis. e. g. illa quæ notat de somnio Nabuchodon. & passim.*

XI.

XI. Ut Judæorum Gentem *Ethnicis commendet*,

1. *Eorum hospitalitatem & benignitatem erga alias gentes maxime laudat.*

2. *Principum extraneorum munificentiam erga Judæos studiosius etiam commemorat.*

XII. *Adde quod in Græcorum & Rom. gratiam censeat Josephus sacram Poësin fere contineri metris earum gentium. Clerici Ep. Hieron. p.* 311. Hæc ille.

Similis fere argumenti sunt Dissertatiunculæ quædam, studiose conscriptæ ab *J. B. Ottio*, atque ad nos transmissæ ab eodem Eruditissimo Viro, curante plurimum Reverendo *F. A. Lampe*, S. Th. celeberrimo in Ultrajectina Academia Professore. Continent *Omissa Varia a Flavio Josepho*, & insuper *Centuriam Locorum N. T. cum Flavianis vel Phrasibus vel Historiis aliquid commune habentium &c.* quæ quidem ultima pars specimen continet laboris utilissimi, si quis eum subire vellet, ut ad Raphelii morem, sicut ille ex Polybio, Xenophonte atque Arriano collegit, quæ ad N. T. illustrationem faciant, *Josephum* quoque accurata industria perlegeret; quem plurimum in phrasi sua atque verbis cum S. S. N. T. convenire inter legendum sæpissime deprehendimus. Misit vero hasce Observationes inprimendas Auctor, ut salivam literatis moveat Lexici in *Josephum* Operosioris commemoratio atque promissio, in quo secundum literarum ordinem pag. 320. in fine, congesta dicit quidquid vel *Josepho* vel ex *Josepho* S. S. lucem credidit adferre posse, & sic quasi *Concordantiam* fore *Josephicam*. Verba ejus hæc sunt: *Hanc Centuriam speciminis saltem loco damus; possent enim in sexcenta alia Scripturæ etiam Novi Testamenti loca pura sisti, quibus aliquid vel ex Josepho lucis affunditur vel ex Scriptura ipsi. Majores nostri labores ex quibus hæc excerpsimus, in modum Lexici conscripti justum & magnum Volumen in Folio habent & quasi Concordantiam, infinitis Observationibus refertam, cumprimis in iis quæ ad Geographiam pertinent, quibus parum aut nihil desit, dein quæ rem Numismaticam veterem illustrant, consignata enim sunt non paullo minus quam mille Hebræa, Græca, Romana Numismata, quæ omnia vel absolute vel quodammodo ad hunc Authorem referri possunt.* Ipsius Lexici Specimen habes pag. 319. ex quo consilium & modus Viri Præstantissimi omnibus patere potest. Sed in ejus Libri editione observandum erit, prius omnia *Josephi* loca, quæ ex Veteribus ante *Hudsonum* Editionibus expressa sunt, conferri ad novissimam debere, ut non solum Libri, Capita, Paginæ, sed verba quoque respondeant; dein ut Numismata non alia adferantur, nisi quæ *Josepho* illustrando faciant, eaque, si fieri possit, multa hactenus inedita ostendant, Nummi ipsi justa magnitudine, non veluti æquales picturæ sculpantur, neque archetypis deteriores, in quo tantum propter inscitiam artificum ex Typographorum avaritia peccari video, ut pluries, imo nonnunquam prima vice repetiti, vix umbram similitudinis ostendant. *Ottiana* ista comparent pag. 305-323.

Sequitur dein pag. 324-329. Dissertatio *Christophori Cellarii* contra istum celeberrimum Novatorem *Joannem Harduinum*, qua contra illum *Flavii Josephi* de *Herodibus* historiam a νοθείας suspicione vindicat. Agmen denique claudit Opusculum Doctissimum, *Christiani Noldii* Historia *Idumæa*, seu Diatribe de Vita & Gestis *Herodum*. pag. 333-401. Quæ enim supersunt superius memoravimus, *Spanhemiana* videlicet & Collationes quasdam MSS.

Universum Opus Indices claudunt; Auctorum videlicet, qui a *Josepho* citantur; Vocum Græcarum, quæ observatu digniores apud *Josephum* occurrunt; Chorographicus Regionum, Urbium, Locorum &c. multum ex schedis *Spanhemianis* suppletus atque emendatus, sicuti in illo quoque Rerum, qui sequitur plurimum Incomparabilis ejus viri nobis profuit industria. Index Quintus atque ultimus nomina habet Scriptorum quibus in Notis aliqua lux affunditur.

SIGEBERTI HAVERCAMPI NOTÆ IN TABULAS DUAS NUMISMATICAS,

QUÆ CONTINENT NUMISMATA XLI. PRO ILLUSTRANDIS VARIIS JOSEPHI LOCIS.

Nummi, quibus Asteriscus apponitur, ex Musæo Nostro vulgantur.

TAB. I.

NUm. I. ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΑΔΡΙΑΝΟϹ ΚΑΙϹΑΡ. *Caput* Hadriani, *corona laurea, radiis inde erumpentibus, quasi alter* Apollo, *decori. Ab altera parte dimidia ratis est, *cum literis quibusdam lectu difficilibus, sed ex quarum reliquiis apparet pertinere Numisma ad* Dorenses, *qui ob beneficium aliquod ab* Hadriano *acceptum sese* Sebastenos, *i. e. Cæsarcenses vocant.*

Doram, Phœniciæ *civitatem plus semel commemorat Antiq. Lib.* XIII. *Cap.* VII. *pag.* 655. *&* 656. Josephus. *Ubi enim prælium describit inter* Antiochum *atque* Tryphonem, *& quomodo hic ex superiore* Syria *ejectus fuerit in* Phœniciam, *addit insecutum ad* Doram *usque* Tryphonem, *qui in se receperat, fuisse* Antiochum; *fuisse autem dicit locum munitum & expugnatu difficilem. Sita fuit hæc civitas in* Phœnicia *ad montem* Carmelum, *uti testatur* Flavius *Lib.* II. *Contra* Apionem §. 9. *pag.* 478. *ubi paullo ante lepidam fabellam ejusdem* Apionis *commemorat, videlicet* dum bellum Judæi contra Idumæos haberent longo quodam tempore, ex aliqua civitate Idumæorum, qui in ea Apollinem colebat venisse ad Judæos, cujus hominis nomen dicitur Zabidus, deinde eis promisisse traditurum se eis Apollinem Deum Dorensium: venturumque illum ad nostrum templum, si omnes ascenderent, & adducerent omnem multitudinem Judæorum. Zabidum vero fecisse quoddam machinamentum ligneum, & circumposuisse sibi, & in eo tres ordines finxisse lucernarum, & ita ambulasse, ut procul stantibus appareret, quasi stella per terram iter agens. Judæos quidem, inexspectata visione obstupefactos, cum procul quidem abessent, quiescere: Zabidum vero multa quiete ad templum venisse, & aureum detraxisse cantherii caput (ita enim scripsit, facetus videri volens) & rursus Doram velociter se contulisse. Igitur & nos dicere possumus, quod asinum, hoc est semetipsum, gravat Apion, facitque stultitia simul & mendaciis oneratum. nam & loca ponit, quæ nusquam terrarum exstant, & civitates earum ignarus transfert. Nam Idumæa quidem regioni nostræ confinis est, posita juxta Gazam, & nulla in ea est urbs Dora: in Phœnicia vero juxta montem Carmelum civitas Dora appellatur, quæ nihil commune habet cum Apionis nugis. quatuor enim dierum itinere distat à Judæa. Cur itaque nos præterea accusat, quod non habeamus communes cum aliis Deos, si sic facile credidere patres nostri ad se venturum Apollinem, & cum stellis super terram eum ambulantem intueri putaverunt? Scilicet enim manifestum quod lucernam nunquam prius conspexerunt, qui tot & tanta lucernarum accensionis festa celebrarunt.

Integrum adduxi locum, quod ex eo appareat urbi Doræ (*licet perperam* Idumææ, *a qua, uti in Notis docemur, quatuor dierum itinere distabat, tributæ*) *adscribi cultum* Apollinis, *ita ut* Apollo *Deus* Dorensium *appelletur. Quod* Doræ *tamen* Phœniciæ *convenire singularis hic docet nummus, quem sub* Hadriano *cuderunt* Dorenses, *in quo ab altera parte* Apollinis *insignia, radios præter laurum, Imperatorio addunt capiti; & ab altera parte navalem suam potentiam, per navis figuram exprimunt. Fuit enim hæc urbs eo nomine inclita, quare etiam* ΝΑΥΛΟΧΟΣ *seu* Navale *dicta fuit, uti observat* Spanhemius *ad Lib.* V. *Antiqu. Cap.* I. *pag.* 422. *in* Addendis. *Ipsum vero Nummum secum ex itinere* Græco *atque* Asiatico *musice redux adduxit Nobiliss. & Generosiss.* Jo. Ægidius ab Egmont, de Nieuburg, *ipsumque inter reliqua omnis generis inedita Numismata, ex indulgentia ejus, in usum meum, & aliquando forsan publicum, delineari jussi.*

Num. 2. ΗΡΩϹ ΕΥΡΥΠΥΛΟϹ. *Caput Herois* Eurypyli; *ab altera parte* Paphiæ Veneris *templum, cum inscriptione,* ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΕΠΙ ϹΤΡΑ. ΠΩΛΛΙΩΝΟϹ. Pergamenis *cur* Eurypylus *in Nummis decori sit, erudite (ut solet) explicat* Spanhemius *de Usu & Præstantia Numism. pag. minoris Edit.* 479. *Adducimus vero Nummum hunc, ut ostendamus, id quod dicimus in Notis ad Antiq. Lib.* XIV. *Cap.* XIV. *pag.* 722. *semper nomen id efferri per duplex* Lamda, *&* ΠΩΛΛΙΩΝΑ *æque ab Antiquis ac* ΠΟΛΛΙΩΝΑ *scribi, quod & idem docet Nummus qui numero inferius* 32. *occurrit, & qui observatur Num.* 11.

Num. 3. *Caput biceps, virile atque muliebre; ab altera parte laureæ inclusa cernitur bipennis inter monogramma quoddam, botrum, atque pharetram, cum literis* ΤΕΝΕΔΙΩΝ. *Similes huic nummo (qui nunc primum ex Musæo Nobilissimi* Markii *prodit) innuit Ill.* Spanhemius *in Notis suis ad Antiqu. Lib.* XI. *Cap.* VI. *pag.* 568. *ubi ad illa de Rege* Persarum, *cujus thronum cum securibus circumstabant Satellites,* παρειστήκεσαν δὲ τὸν θρόνον αὐτῷ πελέκεις ἔχοντες ἀρ[illegible], *notat, sic quoque securigeros circa solium* Teni *aut* Tenedi *fuisse, quo securi continuo plecterentur rei.*

Num. 4. ΜΟΚΑ ΙΕΡ. ΑϹΥ. ΑΥΤΟ. *quæ epitheta declarant fuisse urbem* Mocam *Sacram, jure Asyli gavisam, & suis legibus usam. Nummus vero ipse, delineatus apud* Patinum *pag.* 184. Antonini Pii *est, atque Deam* Fortunam *in templo tetrastylo exhibet. In alio ejusdem urbis nummo (quem in* Severo *memorat* Vaillantius *pag.* 84. *nusquam vero adhuc depictum offendi) eadem epitheta occurrunt; & muliebris deprehenditur figura, dextra præferens spicas & papaver, læva vero cornucopiæ tenens, ad indicandam regionis ejus summam fertilitatem. Fuit vero* Moca *civitas* Arabiæ, Maacha *aliis dicta, de qua Nota consuli potest* Spanhemii, *qui hosce citavit nummos ad Antiqu. Lib.* VII. *Cap.* VI. *pag.* 378.

Num. 5. SER. GALBA IMP. CAES. AUG. *Caput* Galbæ *laureatum. Ab altera parte laureæ inclusa hæc legitur inscriptio.* ΕΠΙ ΜΟΥΚΙΑΝΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΕΤ ΙΖΡ. *qua innuitur cujus fuisse anno æræ*

***** An-

Antiochensis CXVII., de qua, uti & de Nummo hoc videndus Norisius in celeberrimo de Epochis Syro-Macedonum libro pag. 165. Hujus Muciani, Syriæ Præsidis, sæpius cum laude mentionem facit Josephus, ipsumque hunc nummum citavit Spanhemius ad Lib. IV. de Bello. Cap. I. pag. 266.

Num. 6. ΝΕΡΩΝ. Caput Neronis laureatum, & ab altera parte, pro fertilitate terræ designanda, Cornucopiæ gemina figura, cum inscriptione ΓΑΔΑΡΕΩΝ ΛΑΡ. Gadara, Cœle-Syriæ urbs, cujus epocham docet Eminentiss. Norisius pag. 297. & seq. crebro a Flavio commemoratur; narrat enim Lib. I. Cap. VII. de Bello, pag. 69. & Antiquit. Lib. XIV. Cap. IV. pag. 690. instauratam fuisse Gadara (Judæi enim paullo ante everterant) a Pompejo, post devictum Aristobulum, in gratiam liberti sui Demetrii Gadarensis. Eandem urbem antea Alexander Jannæus, Judæorum rex, post decem mensium obsidionem expugnaverat, teste eodem Antiqu. Lib. XIII. Cap. XIII. pag. 669. postea vero Herodes Magnus minus civiliter Gadarenses tractavit; unde acris Legatorum ad Cæsarem Augustum in Syria agentem expostulatio cum Herode, quem imperiosum, acerbum, atque tyrannum nuncupabant; quemque de vi, rapinis, & templorum eversionibus, sed infelici successu, accusabant, teste Josepho Antiqu. Lib. XV. Cap. X. pag. 775.

Num. 7. Spectat & hic nummus ad Gadara, de quibus modo egimus; eumque descripsit Norisius pag. 300. non autem depinxit, communicatam modo scripturam ejus a Nicolao Toinardo memorans; depinxerat vero jam olim Æneas Vicus inter Neronis Numismata, verum alteram tantum partem, quam itaque solam dare possumus. Legitur ibi præter inscriptionem ΓΑΔΑΡΑ æra eadem, quæ in superiori, L. ΛΑΡ. addita priori litera quæ nota anni apud Græcos esse solet; innuitur autem annus CXXXI. Male enim connectuntur apud Vicum literæ ΛΛ. quasi ΛΜ. essent. Figura vero muliebris turrito capite, dextra lauream tenens, læva cornucopiæ, palmamque ad pedes, ad caput stellam habens, urbis Gadaræ Genium designat, quæ Neroni, tanquam Apollini alteri, victoras suas musicas gratulari videtur. Capitis epigraphe apud Norisium est ΝΕΡΩΝ ΚΑΙCΑΡ.

Num. 8. & 9. Sufficit delineationem aureorum horum numismatum proponere, quæ passim apud Antiquarios, Vaillantium, Begerum & Spanhemium (ex quo pag. 404 & 406. desumta sunt) celebrantur & explicantur. Occurrunt in illis capita jugata Ptolemæorum Ægypti regum, quorum amorem & munificentiam in literas & literatos, & alii omnes passim, tum quoque Josephus celebrat, ubi studium Philadelphi pro conquirendis libris Judæorum Sacris, atque magnifica ejusdem donaria, Hierosolymas missa, commemorat Antiq. Lib. XII. Cap. II. pag. 590. ubi ipsos hosce Nummos, in Notis, citat Spanhemius, cum inscriptione ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ. in quibus a parte illa, quæ ΑΔΕΛΦΩΝ inscribitur, Ptolemæi Philadelphi, ejusque conjugis simul ac sororis, Arsinoës jugata occurrunt capita; ab altera vero parte illa Ptolemæi Lagi atque Berenices pariter jugata spectantur. Putat vero male verti Ill. Spanhemius pag. 406. ab Leone Allatio in Monumento Adulitano ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ per Deorum Fratrum, atque ipse mallet, Deorum Fratris Sororisque; sed frustra; quum pariter jam olim fratres inter Deos dixerit Saturnum & Opem Tertullianus Lib. Ad Nationes II. Cap. XIII. Incesto jam junctos Opem & Saturnum Fratres recepistis.

Num. 10. Caput muliebre, sine inscriptione; ab altera vero parte est Aquila fulmini insistens inter cornucopiæ & literam Π. cum inscriptione ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ. Protulit nummum hunc Begerus Tom. III. Thes. Brandenburgici pag. 33. quod autem in hac pictura, capitis ornatum & ipsam aliquo modo faciem differre vides a Begeriano nummo, inde est, quod partem priorem juxta nummum, quem ipsi hujus Reginæ possidemus, pingi sculpique curavimus, haud ingratam hanc varietatem rati fore Antiquitatum studiosis in Nummo plane memorabili.

Existimat Cl. Begerus faciem hanc muliebrem referri debere ad Cleopatram, Ptolemæi Euergetæ, tertii Ægyptiorum regis, ante Berenices scilicet, Magæ, Cyrenarum regis filiæ cum eodem nuptias, uxorem. Totum Viri Cl. argumentum sola litera Π. nititur, quam ipse pro numerali capit, atque ad annum æræ Alexandrinæ LXXX. refert, regnique adeo Euergetæ XV. ut ipse computat. Verum ut alia taceam, sublato fundamento hujus conjecturæ, & ipsa tota corruit, quum insuper contra Historiarum nitatur fidem. Literæ similes in Nummis Ægyptiorum non sunt numerales, nisi litera insuper L. quæ Λυκάβαντος denotat addatur, uti apud Vaillantium pag. 124. & alibi videre est, verum semper initiales sunt alicujus urbis, quæ nummum istum cuderit; sic ibidem apud Vaillantium & pag. 111. 115. &c. literæ ΠΑ. denotant a Paphiis cusos nummos; uti pag. 70. litera ΗΡ. docent ab Heracleopolitis profectum nummum ibidem Philopatoris; & pag. 84. ΣΑ. Salaminem designare creduntur; atque pag 50 ΘΕ. Thebæos, & sic in cæteris. unde literam Π. Pelusium, vel aliam Ægypti urbem denotare existimo; faciem vero illam ad aliam Reginam referendam esse, vel uno hoc argumento. Quum Magæ filiam Berenicen uxorem caperet Ptolemæus, Euergetes postea dictus, vivebat adhuc pater ejus Philadelphus, atque aliquot post annis vixit. Unde nequaquam uxori Euergetis, quæ statuatur ei etiam ante Berenicem nupta fuisse, ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ, qui in hoc nummo legitur, titulus convenit. Quæ ut jam omnia mittam, ipse meam sententiam in medium adferam. Puto videlicet pertinere ad Cleopatram, filiam Antiochi Magni, Syriæ regis, quæ nupta fuit Ptolemæo Epiphani, quinto Ægypti regi, & cui in dotem pater dedit Cœlen-Syriam, Phœnicen, Judæam & Samariam; Supervixit ipsa marito, & magno in honore habita a filio, cui ob id Philometori cognomen fuit, majore multo Ægyptiorum desiderio, ætate florente decessit; uti docet Vaillantius pag. 88. in præclarissima sua Ptolemæorum Historia. Est itaque ipsa hæc Cleopatra illa, cujus mentionem fecit Josephus Lib Antiqu. XII. Cap. IV. pag. 600. Postea autem (inquit) amicitiam & fœdus cum Ptolemæo fecit Antiochus: eique filiam suam Cleopatram nuptum collocavit, & Cœlen-Syriam, & Samariam, & Judæam, & Phœnicen dotis nomine tribuit. Jam etenim bellum contra Romanos decreverat Antiochus Magnus, & ob id validas affinitates potentesque socios quærebat. Est & denique ejusdem hujus Cleopatræ alter mihi nummus, æreus quoque, & alio tempore publicandus, hoc paullo minor, cum simili typo, sed litera urbis initiali M. qui similiter Cl. Begeri penitus convellit sententiam de æra hoc modo expressa.

Num. 11. Caput inberbe, nudum, quod ex falsa inscriptione ΟΥΗΔΙΟΣ ΝΑΣΩΝ Ovidio (qui hinc in Editionibus Poëmatum suorum faciei filum sortiri nunc solet) tribuitur ab Ill. Spanhemio pag. 43. Operis Minoris, seu 54. Majoris. Ab altera parte facies est barbata, quam Jovi tribuo, cum inscriptione ΜΕΝ... ΑΣΙΟΥ.

Diximus ad Num. 2. in antiquo ære & ΠΩΛΛΙΩΝΑ scribi, & ΠΟΛΛΙΩΝΑ. Plures vero nummos, hujus explicandi gratia, adducit Spanhemius, in quibus per O. non vero per Ω. prior pars nominis istius scribi solet, quem consulat Lector erudiri cupiens. Certum quidem est, cusum hunc nummulum sub Augusto, quod ex adscriptis nominibus Vedii, & Menandri qui Parrhasii filium se scribit, apparere potest. Depingit enim inter Augusti nummos Goltzius tab. LXXV. Num. 24. unum, in cujus altera parte legitur ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΑΣΙΟΣ. Templum est octo columnis suffultum, ad cujus latera caduceus est cum quatuor spi-

spicis; ad Cæsaream vero Palæstinæ pertinere docet inscriptio Num. ibidem 23. ubi legitur ΟΥΗΔΙΟΣ ΠΩΛΛΙΩΝ ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. juxta caput Augusti ad cujus collum pharetra est. Idemque Templum in altero Cæsarensium cernitur, citante Vaillantio in Augusto pag. 4. cum eodem nomine; adscribitur enim ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΡΑΣΙΟΥ. & ad caput, quod Augusti est, & nudum sine laurea, ΠΟΛΛΙΩΝ ΚΟΥΠΕΔΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. Denique ipse Spanhemius in postrema atque majore Editione pag. 54. & 55. Augusti pariter nummum citat, in quo Cæsaris ejus ab altera parte caput cum literis ΠΟΛΛΙΩΝ ΚΟΥΠΕΔΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. ab altera simile caput barbatum ut in hoc (quem explicamus) nummulo, & literis ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΑΣΙΟΥ. qui nummi omnes, sicuti nimis aperte ad Augustum ipsum pertinent; ita nulla ratio est quare hunc Augusto abjudicaremus, & Ovidio largiremur, nisi literæ ΝΑΣΩΝ quas quidem ego quovis pignore ausim contendere non ita in nummo extare, vel recenti fabrica, in nummo cætera antiquo, artificio, sordidis hominibus nimis familiari, exsculptos fuisse; ita ut ex literis ΠΟΛΛΙΩΝ remanserint antiquæ posteriores duæ, reliquæ vero ΠΟΛΛΙ ita mutatæ fuerint, ut litera Ι. in Σ. mutata fuerit, proxima Λ lineolam in medio, ut Α. fieret, acceperit, deletis dein primis ΠΟ. tertia Λ. manserit, verum virgulam ad latus, ut Ν. fieret acceperit; & sic novus in nummis hospes Ovidius Naso pro Vedio Pollione emerserit. Uterque vero & Menander ille Parrhasii filius, & Vedius Pollio, Cupedii filius, cum magistratus fuerint Cæsarensium uno atque eodem tempore, Cæsari Augusto nummos cuderunt; neque privato Ovidio id facere, florenti licet amicitia Cæsaris consueverunt; vel, fulmine ejus afflato poeta, ausi fuerunt; vel denique post mortem, ad revocandam Musarum Venerumque omnium Sacerdotis memoriam potuerunt; ut qui vivente adhuc Augusto magistratu Cæsareënsi perfuncti fuerunt.

Num. 12. Rarissimus hic nummulus nunc primum ex nostro Museo prodit; neque enim ante quis unquam Aretæ Regis faciem in tanta Antiquitatis felicitate exhibuit. Reservare eum constitueram, ut una cum aliis pretiosis antiquæ Monetæ reliquiis quæ in Musæo nostro aliorumque Belgarum servantur, aliquando operosius prodiret in publicum; sed in Flavii Josephi gratiam exprimere eundem hic placuit; magnam enim ibi, ut ex Indice videre est, historiæ partem Aretas facit. Habet a priore parte caput Regis diademate cinctum: a posteriore figuram muliebrem, stantem, dextra tenentem pateram, læva hastam, cum inscriptione ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΕΤΟΥ. Nummulus hic ex ære est, rarissimus, & optime conservatus.

Num. 13. M. SCAVR. AED. CVR. in imo REX ARETAS. per transversum EX S. C. Camelus, ad cujus pedes Rex genuflexus ramum profert. Ab altera parte P. HYPSAE AED. CVR. & in imo C. HYPSAEVS COS. PREIVER. CAPTV. Jupiter in quadrigis currentibus, dextra fulmen tenens, sinistra habenas, in imo scorpio visitur.

Quæ ad hujus denarii explicationem pertinent, peti possunt ex Commentatoribus ad Familias Romanas, Ursino & Vaillantio; quantum vero Josephicæ historiæ illustrandæ huc iste refertur denarius, inspici meretur Lib. Antiq. XIV. Cap. V. pag. 691. ubi legimus redemisse Aretam Regem Arabiæ bellum trecentis talentis a Scauro & ipso pacis satis cupido. Eadem fere leguntur de Bello Lib. I. Cap. VIII pag. 69. ubi hunc quoque nummum in partes advocat Aldrichius.

Cum autem Scaurus (inquit) in Petram Arabiæ regiam expeditionem fecisset, & propter difficillimum ad eam aditum agrum in circuitu depopularetur, & exercitus fame laboraret, Antipater Hyrcani jussu frumentum ex Judæa, & alia quibus opus erat ei præbebat: missusque ad Aretam legatus à Scauro, quoniam ejus hospes esset, persuasit ei ut pecunia vastationem agri redimeret. & ipse trecentorum talentorum sponsor fit. Atque his conditionibus Scaurus bellum finivit: non minus quod ipse hoc voluerat, quam quod Aretas idem concupiverit. Alibi vero sic scribit:

Interea Scaurus, in Arabiam ingressus, Petram quidem ne accederet locorum difficultate prohibetur: quæ vero circa Pellam erant omnia depopulabatur; hoc tamen facto malis conflictatur. Nam exercitus fame laborabat: atque ad eam levandam conferebat Hyrcanus, per Antipatrum mittens victui necessaria; quem etiam ad Aretam, quasi ei familiarem, delegat Scaurus, ut pecunia ille pacem ab ipso redimeret. Atque persuasum est Arabi, ut trecenta daret talenta: & his conditionibus Scaurus ex Arabia exercitum educebat.

Num. 14. Judæam a Vespasiano Titoque captam complures referunt nummi, cum pluribus typis atque inscriptionibus a Græcis pariter & Romanis in horum, ut & in Domitiani honorem cusis. Sola itaque raritas & insignis inscriptio nummum hunc, quem ineditum hactenus ex Museo nostro damus, commendant. Cernitur in illo caput Domitiani laureatum, cum literis ΔΟ..... ΚΑΙΣΑΡ. ab altera parte Victoria, ped in globo imprimens, clipeo, palmæ arbori appenso, inscribit: in circuitu Judæa capta hîce ipsis Græcis literis designatur. ΙΟΥΔΑΙΑΣ ΕΑΛΩΣΙΑΣ.

Num. 15. Neque hunc addidissem, quamvis non inter vulgares, nummulum, nisi eximia ars atque pulchritudo in integerrimo eluc ns denario plurimam illi gratiam adderent. Capita habet M. Antonii Triumviri fratrisque ejus Consulis L. Antonii, cum inscriptionibus L. ANTONI COS. & M. ANT. IMP. AVG. III VIR. R. P. C. M. NERVA PROQ. P.

M. Antonii amicitia Magnus factus est Herodes, qui illi ad extremum usque fidus mansit, & turrim, Antoniam dictam, in ejus honorem ædificavit. M. vero Antonii plures in Familia Antonia apud Vaillantium exstant nummi, qui cum rebus Judaïcis, Historia Josephica & devicto Aristobulo communionem aliquam habent; sed nolumus numero gravari. M. & L. Antoniorum facies repræsentasse contenti, quoniam utriusque merita erga Judæos egregia fuerunt, sicuti Decreta P. R. ostendunt; in quibus Marci & Lucii Antonii nomina laudantur Antiqu. Lib. XIV. Cap. X. §. 13. & §. 17. pag. 708. & 709.

Num. 16. Magnum Pompeji nomen in Oriente fuit, ubi maximas res armis gessit, plurimosque partibus suis faventes Bello Civili invenit. Hujus Pompeji cum alias virtutes, tum continentiam, ut qui a sacris pecuniis ornamentisque Templi Hierosolymitani nihil abstulerit, merito laudat Flavius Antiqu. Lib XIV. Cap. IV. pag. 690. Non mediocriter autem læsa est templi religio, inaccessi prius & pedibus & oculis. Nam Pompejus & ejus comitum non pauci in penetrale ingressi sunt, & ea viderunt quæ nemini alii mortalium, nisi pontificibus solis, videre fas erat. Cum autem intus essent & mensa aurea, & sacrum candelabrum, & pateræ quibus libatur, & magna vis aromatum, prætereaque in thesauris sacræ pecuniæ ad duo talentorum millia, nihil horum præ pietate attigit: sed hac in re convenienter suæ virtuti se gessit. Sequenti vero die, jussis æditimis ut fanum purgarent, utque Deo libarentur quæ lex juberet, pontificatum restituit Hyrcano (tum propter alia ejus erga se Officia, tum quia Judæos incolas Aristobulo auxiliari prohibuerat) bellique auctores securi percussit. Quæ eadem fere repetuntur Lib I de Bello Cap. VII. pag 68. Quare non injucundum existimavi vultum ejus, qualem proxime ad veram venerandi ejus oris similitudinem accedere puto, ex integerrimo, qui penes me est, denario depingere. In eo Q. Nasidius, cujus nomen legitur prisco more Q NASIDIV. scriptum, infra navem cum velo expanso & remigantibus, dum classi Sexti

Pompeji præfuit, ejus enim partibus, patris judicium in Cneo contra Cæsarem sequendo secutus, adhæsit, Cnei Pompeji Magni expressit vultum, in quo juxta Lucanum Lib. VIII. ℣. 679. agnoscitur

> —— —— —— illa verenda
> Regibus hirta coma, & generosa fronte decora
> Cæsaries.

Sive κόμης ἀναςολὴ, ut Græci vocabant. Tridens vero ante vultum, & delphinus in imo, maris denotant imperium, adeoque Neptuno Regi Cneum Pompejum adæquant.

Num. 17. & 18. Græciæ Veteris, seu Italiæ, celebris admodum erat civitas Tarentum, ubi Josephus notat Antipatrum, Herodis Magni filium, accepisse ex Judæa literas, quæ Pheroræ obitum, malum ipsi omen, annunciaverint. Lib. Antiqu. XVII. Cap. V. §. I. pag. 836. Plura hujus nobilis urbis, & Lacedæmoniorum olim coloniæ exstant Numismata; in quibus fere omnibus conditores ejus atque instauratores Taras & Phalanthus exhibentur; cujus generis & hæc duo sunt Numismata ex Musæo nostro, quæ in quibusdam minutiis ab hattenus editis discrepant, sed de quibus nunc quidem agere supersedemus.

Regni Commagenes crebra mentio occurrit apud Josephum, sed præcipue memorabilis est eversio regii ibidem nominis, quod immerito Romani, fisco suo studentes, sub ampliatore ejus Vespasiano, abstulerunt Antiocho ultimo, qui, si quis alius, una cum sobole sua, optime de istis Orbis domitoribus, atque de ipso Imperatore, fuerat meritus. Fatum miserandi istius Regis, qui ex summis opibus, senili ætate, nullo suo merito, ad privatam recidit fortunam, copiose descripsit Historicus Lib. VII. de Bello Cap. XXVII. pag. 420. Hujus Antiochi, filiorum itidem ejus, aliorumque Commagenes Regum quum residua Numismata sculpta invenerim Volumine I. Thesauri Britannici pag. 108. & seq. non ingratum Lectori meo fore spectaculum judicavi, si singula apponerem, sunt autem decem numero.

Num. 19. ΒΑΣΙ. ΜΕΓ. ΑΝΤΙΟΧΟΣ. ΕΠΙ. Caput regis Antiochi diadematum. Ab altera parte Laureæ includitur Capricornus, sub quo Seleucidarum nota, Anchora, conspicitur, cum inscriptione ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ. Nummum hunc ad Antiochum I. pertinere credunt.

Num. 20. ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓ. ΑΝΤΙΟΧΟΣ ΕΠΙΦΑ. Caput regis Antiochi diadematum, ita ut extrema pars alterius nodi per collum diffluat. Ab altera parte Scorpio cum solita inscriptione ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ laureæ inclusus cernitur. Nummus hic paullum differt ab Haimiano, quoniam ex meo dedi Musæo, tam pulchrum integrumque, ut vix unquam similem viderim. Putat autem Jo. Massonus Antiocho III. qui sub Tiberio decessit, esse assignandum.

Num. 21. ΒΑΣΙ. ΑΝΤΙΟΧΟΣ. Caput regis diadematum. Ab altera parte duæ cornucopiæ decussatim positæ, & inscriptio ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ.

Num. 22. ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓΑΣ ΑΝΤΙΟΧΟΣ. Caput diadematum Antiochi Regis; ab altera parte Scorpio Laureæ inclusus cum inscriptione ΛΑΚΑΝΑΤΩΝ.

Num. 23. ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓΑΣ ΑΝΤΙΟΧΟΣ. Caput Regis diademate revinctum; ab altera parte Laureæ inclusus Scorpio, cum literis ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ.

Num. 24. ΒΑCΙΛΕΥC. ΜΕΓ. ΑΝΤΙΟΧΟC. Miseri regis Antiochi ultimi senile caput, ultima diadematis parte in collum diffluente. Ab altera parte Scorpionis typus & solita inscriptio.

Num. 25. Caput Caji Cæsaris, cum inscriptione ΓΑΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΓΕΡΜΑΝΙΚ. ..... Ab altera parte Regis cujusdam caput est, quem non male arbitratur Haimius pag. 242. Antiochi cujusdam Commagenes esse, & quidem ejus qui Caligulæ vixerit temporibus. Notas idem illas, quæ sub mento regii capitis visuntur se non capere asserit. Dolendum certe est circa oras non integriorem esse nummum, quæ videntur literas habuisse nomen & dignitatem depicti capitis indicantes. Sicuti vero testantur Scriptores, Antiochum quendam a Cajo donatum fuisse non tantum Commagenes regno verum etiam maritimis Ciliciæ oris, hic vero nummus in rei testimonium & gratitudinis ergo ab Antiocho cum sua non tantum, sed & Imperatoris Romani effigie percussus sit, ita in eodem vocare se Commagenes & Ciliciæ Regem potuit; ut literæ ΙΑ quæ adhuc supersunt, reliquæ sint ex ΚΙΛ. quæ Ciliciam designaverint.

Num. 26. ΑΝΤΙΟΧΟ.. ΒΑΣΙΛ... Caput Regis diadematum, quod impressas ad collum & mentum duas habet notas seu marcas (quales creberrimæ in Græcorum nummis) quibus impressum est Cornucopiæ decussatum, quod ad Num. 21. in Commagenorum quoque nummo vidimus, & Seleucidarum insigne Anchora. Ab altera parte Scorpio Laureæ includitur cum inscriptione ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ. Pertinet vero nummus ad eundem, de quo modo, Antiochum, IV. videlicet, a Cajo atque Claudio ad honores evectum.

Num. 27. ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ ΙΩΤΑΠΗ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΣ. Caput elegans Jotapes Reginæ diademate cinctum. Altera pars cum inscriptione ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ solitum Scorpionis & Laureæ habet symbolum.

Num. 28. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΥΙΟΙ. Regii juvenes equis insidentes. Ab altera parte Capricornus in Laurea, subtus Anchora est, desuper vero Stella, cum inscriptione ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ. Juvenes illi duo filii sunt infelicissimi istius Antiochi ultimi Commagenes Regis, Epiphanes & Callinicus, quorum iras animumque ob ereptas Regni spes describit Josephus de Bello Lib. VII. Cap. VII. pag. 420. sicuti & mirabilem audaciam majoris, sive Epiphanis, dum cum Macedonica sua phalange vastissima Hierosolymæ mœnia vi superare conatur Lib. V. de Bello Cap. XI. pag. 354.

Num. 29. ΙΩΤΑΠΗ......... Caput muliebre. Ab altera parte caput juvenile est cum literis non satis cognitis.

Longiorem vero de hisce omnibus sermonem instituerem, nisi doctissimi viri Jo. Massoni diligentia, isto me onere levasset. Exstat enim ejus Dissertatiuncula super hosce Nummos ipsosque Commagenes Reges, Antiochos omnes dictos, Tomo Primo Thesauri sui Britannici pag. 113. a Nicolao Francisco Haymio insertus. At quoniam is liber rarior in hisce terris est, & non nisi magno parari potest, ipsa Clarissimi viri verba prout exstant subjiciam. Ita vero se habent:

Cum plurium ANTIOCHORUM, in Commagene regnantium meminerint Scriptores antiqui; non erit inutile explicandis superioribus aliisque Nummis, qui diversos etiam vultus ferre videntur; si brevem & accuratiorem præmiserimus notitiam Principum, qui Regionem illam sub imperio tenuerunt, ex quo amplissimum Seleucidarum regnum ad angustos hosce terminos redactum est, donec Romanorum Provinciæ formam, imperante Vespasiano, subiit.

I. Qui primus in hac serie occurrit, Antiochus nomine & Commagenæ Rex Dioni diserte dicitur, in anni U. C. 685. actis ([a]), ut qui tum, & quidem post Luculli de Tigrane victoriam ([b]), ac Urbis, quæ Tigranocerta ab hoc Armeniæ Rege nominata fuerat, expugnationem, in fidem receptus est. Appianus vero, qui in Luculli rebus hunc Commagenæ regem non memorat, postea Pompeji contra Mithridatem gesta narrans, scribit, ([c]) Pompejum, superato Tauro ([d]), bellum Antiocho Commageno intulisse, donec & ille in amicitiam receptus est. Deinde constitutiones Regnorum & Provinciarum à Pompejo factas tradens, addit, cum Antiocho

(a) Lib. 35. fragmentorum initio.
(b) Reportatam pridie nonas Octobr. si Plutarcho fides in Lucullo.
(c) De Bellis Mithr. p. 244. vid. & p. 251.
(d) Anno scil. U. C. 690.

tiocho Commageno commisisse Seleuciam, & quidquid ex incursu in Mesopotamia ceperat. Id *Strabo* antiquior Auctor confirmat quo ad *Seleuciam*, quam dicit *Castellum fuisse Mesopotamiæ ad Euphratis Pontem situm, in quo Tigranes Cleopatram, Selenem vocatam, interemit aliquandiu inclusam, cum Syriâ excidisset* (a).

Utrum vero hic *Antiochus Commagenus* idem fuerit cum *Antiocho* XIII. & ultimo Syriæ Rege, qui *Antiochi Pii* filius erat, disputant doctissimi viri. *Vaillantius* quidem unum eundemque fuisse affirmat; at fatebor, mihi rem obscurissimam videri, licet omnia Scriptorum antiquorum loca ad accuratum revocaverim examen, quod hîc prolixius discutiendum non puto.

Utut sit, recte videntur eruditi viri de primo *Commagenes* Rege *Antiocho* intelligere, quæ *Cicero*, dum *Ciliciæ* Proconsul erat, anno *U. C.* 703. scribit de *Rege Antiocho Commageno*, lib. 15. famil. Epist. 1, 3, & 4. Nullo saltem testimonio probari potest, hunc *Antiochum* esse diversum ab illo, qui paucis ante annis eam regionem, *Luculli & Pompeji* gratia, moderabatur.

Idem quoque omnino videtur, cujus *Julius Cæsar* meminit in descriptione Copiarum, quas *Pompejus* comparaverat ante *Pharsalicam* pugnam, anno U. C. 706. circiter medio commissam. *Ducenti* Equites, ait Cæsar (b), *ex Syriâ à* COMMAGENO ANTIOCHO, *cui magna præmia Pompejus tribuit, missi erant.* Hæc certe *præmia* manifeste indicant, eundem esse *Antiochum*, cui Pompejus, præter Commagenem, & alia in Mesopotamiâ dederat, *uti supra* vidimus.

An ille vero postea in Cæsaris amicitiam receptus, ac sic in regno confirmatus fuerit cum Cæsar in Syriam ex Ægypto sub Æstatis initium An. U.C. 707. venisset, expressis quidem verbis Historia non tradit. Id tamen ex *Hirtii* (c) narratione, de rebus à Cæsare in Syria constitutis, colligere fas est. *Commoratus*, inquit, Cæsar, *fere in omnibus Civitatibus*, [*Syriæ*] *quæ majore sunt dignitate, præmia bene meritis & viritim & publice tribuit; de controversiis veteribus cognoscit, ac statuit. Reges, Tyrannos, Dynastas Provinciæ*, [*Syriæ*] *finitimosque, qui omnes ad eum concurrerant, receptos in fidem, conditionibus impositis Provinciæ tuendæ ac defendendæ, dimittit & sibi & Populo R. amicissimos.*

Igitur exinde credere licet, *Antiochum* illum haud alium ab eo fuisse, quem *Dio* ad annum *U.C.* 716. *lib.* 49. scribit oppugnatum & *Samosatis* obsessum à *Ventidio M. Antonii* legato ac ab ipso *Antonio*, in hujus amicitiam, ante urbis expugnationem, receptum esse. Quibus consona profert *Plutarchus* in Antonio.

II. Verum brevi post tempore Rex ille successorem habuerit MITHRIDATEM (d); quandoquidem *Plutarchus* ibidem inter Reges, qui cum copiis M. Antonio ante *Actiacam* pugnam, anno U. C. 723. adfuerunt, numerat *Mithridatem Commagenæ Regem.* Hunc autem locum haud satis attente doctissimus *Norisius* legerat, autumans (e) Plutarchum *recensere Mithridatis auxiliares copias bello Actiaco, in Castris Antonii;* quasi vero ipsemet Rex non interfuisset. Quid illi tum acciderit incompertum; novimus solummodo, alium continuo regnum occupasse.

III. Alter enim ANTIOCHUS *Commagenus à Dione*, sub fin. lib. 52. ad annum U. C. 725. memoratur, quem Augustus tum *ad se excivit, quod fratris sui, cum quo litem habebat, missum Romam legatum dolo occidisset. Eum*, subjungit Dio, *Antiochum in Senatum adductum, damnatumque interfecit.*

Quis vero fuerit ille *frater* hujus *Antiochi*, non aperit Dio, nec utrum tunc temporis adhuc in vivis successerit *Antiocho* fratri, seu potius *Commagenem* Augustus Romano subjecerit Imperio.

IV. At alius MITHRIDATES, decem circiter post annis, scilicet U. C. 734. Rex creatus fuit ab Augusto, in Syria degente ac Orientis Provincias ordinante, uti *Dio* ad eum annum lib. 54. testatur. *Mithridati cuidam*, ait, *Commagenem, quod ejus Rex patrem hujus Mithridatis occidisset, puero etiamnum attribuit.* Verum neque hinc patet, quis fuerit *Rex* ille, qui *Mithridatis patrem* occiderat; an jam ante defunctus, vel tunc demum Regno motus.

Igitur haud recte Ill. *Norisius* (f), tanquam ex utroque *Dionis* loco, asserit, 1°. *Antiochum* anno U.C. 725. condemnatum *fratrem* fuisse prioris *Mithridatis*; 2do. hunc ab illo fratre occisum, atque 3°. eundem esse patrem *Mithridatis* secundi, qui *puer* Antiocho successerit patruo. Nihil horum certe scribit *Dio*, nec ullo modo innuit; ut primo intuitu liquet. Imo potius contraria, præsertim quo ad duo postrema puncta, docet. Etenim diserte illo scribente, *Antiochum* esse ab Augusto neci datum, *quod fratris legatum occidisset*; manifestum est, cum simul non fuisse necis fraternæ reum; alias hanc certe graviorem mortis *Antiochi* causam multo-satius dedisset Historicus sapiens. Deinde *Dio* clare satis indicat, *patrem* posterioris *Mithridatis* regem non fuisse, sed potius hominem privatum; siquidem tradit, cum à *Rege Commagenes* occisum esse.

V. Proximus porro successor, quem Historia nobis monstrat, ANTIOCHUS est ille, cujus tantum mortem *Tacitus* ad An. U. C. 770. narrat (g). *Per id*, inquit, *tempus Antiocho Commagenorum, Philopatore Cilicum, Regibus defunctis, turbabantur Nationes, plerisque Romanum, aliis Regium imperium cupientibus.* Verum tunc Commagene facta est ab Imp. *Tiberio* Provincia Romana, remque anno sequente *Germanicus* in Orientem missus, perfecit. *Commagenis*, addit idem Auctor (h) *Q. Servæus præponitur, tum primum ad jus Prætoris translatis.* Quam mutationem *Strabo* (i) quoque, tunc libris Geographicis coronidem imponens, adnotavit, in Commagenes descriptione: Nunc, subdit, *Provincia facta est.*

IV. Iterum tamen ad jus Regium, mortuo *Tiberio*, rediit, anno U. C. 790. seu Æræ Christianæ vulgaris 37. Ad hunc enim Dio lib. 59. scribit, *Cajum* Caligulam ANTIOCHO, *Antiochi filio; Commagenem, paternum regnum, adjectis Ciliciæ maritimis, dedisse.* Hoc quidem regnum idem Imperator postea abstulit, licet ei *Antiochus* assentator & tyrannidis magister esset, teste eodem Historico ad An. U.C. 793. At ipsum statim reddidit *Claudius* primo imperii anno, prout *Dio* ad annum U. C. 794. narrat. *Antiocho*, ait, *Commagenen, quam idem Cajus ei dederat ademeratque, restituit.* Quod confirmat Josephus (k), scribens, *Antiochum Commagene, & parte quadam Ciliciæ donatum* à Claudio fuisse.

(a) *Strabo* lib. 16. pag. 749. ubi quidem MSS. pro Τῷ Κομμαγηνῷ uti *Casaubonus* legit, habent τῷ Κομμαγηνῶν; sed prior lectio confirmatur illo *Appiani* loco.

(b) De Bello Civ. lib. 3. c. 5.

(c) De Bell. Alex.

(d) Eum forsan spectat Nummus Aleppo ad D. *Carol. Hedges* missus, ac à postica parte cum *Pallade* sic inscriptus: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ. ab antica vero cernitur caput imberbe cum tiara, quæ Cassidi similis, uti repræsentatur apud Cl. *Spanhemium* T. 1. f. 482. qui ad Ponti Regem refert suum.

(e) De Epoch. Syrom. Diss. II. c. IV. p. 127.

(f) Ibid. p. 127. (g) Annal. lib. II. c. 42. (h) Ibid. c. 56.

(i) Lib. XVI. p. 749. sic & *Joseph.* Antiq. lib. XVIII. c. 3.

(k) Antiq. lib. 19. c. 4. ubi tamen vocem ex isto Dionis loco emendandam esse, recte jam notavit *Tillemontius* hist. T. 1. p. 1012.

Ad hanc autem *Ciliciæ* partem, *Antiocho* datam, pertinuiſſe *Clitas*, ejus oræ accolas, uti & Civitatem *Anemurienſem*, docet Tacitus ad annum U.C. 805. Annal. XII. c. 55. ubi narrat, *agreſtium Cilicum nationes, quibus Clitarum cognomentum*, tunc tumultuantes, & eam Civitatem obſidentes, ad officium reductos eſſe *à Rege ejus oræ Antiocho*, uti vocat. Eidem *& Armeniæ* partem tribuit *Nero*, ejus operâ in bello contra Parthos uſus, ex *Tacito* Annal. lib XIV. c. 26. collat. cum lib. XIII. c. 7, & 37. Nec minus utilis fuit Romanis contra Judæos ([a]), quin & *Veſpaſianum*, ad Imperium nitentem potentiſſime juvit, cum eſſet *vetuſtis opibus ingens, & inſervientium Regum ditiſſimus*, uti habet *Tacitus*, Hiſt. lib. II. c. 81.

At tandem in ſenectute, cum ante felix & potens vixiſſet, *Antiochus* à Pæto Syriæ Proconſule accuſatus, quod cum Parthis contra Romanos conſpiraſſet, regno fuit ſubmotus, *anno*, inquit Joſephus ([b]), *Veſpaſiani quarto*, ſeu U. C. 825. atque tranſlatus eſt, primum *Lacedæmonem*, deinde *Romam*, ubi honorifice habitus reliquam tranſegit vitam, cum duobus filiis, EPIPHANE & CALLINICO, de quibus plura inferius notabimus.

Sic demum *Antiochi* regnum in Provinciam Romanam à *Veſpaſiano* redactum eſt. Quod *Suetonius* his, in *Veſpaſiani* vita, verbis tradit c. 4. *Item Tracheam Ciliciam, & Commagenem, ditionis Regiæ uſque ad id tempus, in Provinciarum formam redegit.*

His præmiſſis ad ipſos tandem Nummos, ſupra exhibitos accedendum; & primum quidem ut melius diſtinguantur de poſtremis dicemus, quos certo ſcimus ad ultimum *Antiochum*, ejuſque familiam ſpectare.

Id genus autem ſunt tertius (in Tab. noſtra Num. 19. uſque 29.) & reliqui ad nonum uſque. Etenim, quod ad ipſum *Antiochum* attinet, tertius Nummus eandem prorſus faciem repræſentat, licet juveniliorem, ac quæ cernitur in IV. V. VI. (VIII. quoque) & VII. Jam vero ex IV. certiſſime novimus *Antiochum, eo ſignatum, in Cilicia* regnaſſe, quod de nullo alio, præterquam de poſtremo Commagenes Rege *Antiocho*, affirmari poteſt, uti ſuperius ex Hiſtoricis antiquis oſtendimus. *Lacanatas* enim *Ciliciæ* populum fuiſſe demonſtrat *Ptolemæus*, qui Geographiæ lib. V. Civitates *Ciliciæ* mediterraneas recenſens, primum ſingulis *Tracheæ*, ſeu *Aſperæ* regionibus ſuas adſcribit urbes, ſuoque ordine venit Λακανιτιδ@ regio, cujus Civitas apponitur Εἰρηνόπολις. Hæc autem apud ſcriptores ſequioris ævi in *Cilicia ſecunda* ponitur, ut fuſius videre eſt in Cl. *Cellarii* Geographia antiqua lib. III. c. VI. p. 144, 145.

Corrigendi vero ex hoc Nummo vulgares *Ptolemæi* codices, atque pro ΛΑΚΑΝΙΤΙΔΟΣ, legendum ΛΑΚΑΝΑΤΙΔΟΣ.

Cæterum parem huic Nummum habuit Cl. *Vaillant*, ut ipſemet indicat, hæc de *Auguſta*, Ciliciæ urbe ſcribens ([c]): *Hæc autem erat, cum* Lacanatide, *ditionis Antiochi Regis Commagenæ, ut confirmat noſter ejus Principis Nummus cum epigraphe* ΛΑΚΑΝΑΤΩΝ.

At errat celeberrimus ille vir addens ([d]), *utramque regionem, ut & regnum Commagenæ, Romanis acceſſiſſe anno U. C. 771. poſt mortem illius Principis*, Antiochi ſcil. anno antecedente defuncti. Etenim hicce *Antiochus* nullam *Ciliciæ* partem ſub ſua ditione unquam habuit; ut quæ demum *Antiocho* ejus filio data fuerit.

Nec minus hallucinatur, dum *Auguſtanorum* Ciliciæ Populorum Epocham ab eodem anno U. C. 771. deducit; ſiquidem alibi demonſtrabo, eam haud ante annum 773. iniiſſe potuiſſe, præſertim *ex Elagabali* Numiſmate in eadem Gaza Nobiliſſimi Ducis Devoniæ inſcripto: ΑΥΓΟΥϹΤΑΝΩΝ. ΕΤΟΥϹ. ΗϘΡ. anno 198.

Sed ut ad *Antiochi* Regis nummos revertamus, tertius, hic exhibitus, faciem juvenilem repræſentans, ſub initium ejus regni cuſus nobis videtur, uti contra ſub finem ejuſdem ſcalptus eſt ſextus, vultum ſenilem ferens. Adde quod & forma litteræ *Sigma* ([e]) Veſpaſiani potius temporibus convenit.

Deinde quo ad Nummum Num. 27. hic poſitum, non eſt dubitandum, quin ad uxorem ejuſdem *Antiochi* poſtremi pertineat; quandoquidem ex alio Nummo, in *Cilicia* maritima cuſo, conſtat, huic Regi *Jotapen* fuiſſe conjugem. Scilicet celeberrimi Antiquarii ([f]) jamdudum vulgarunt numiſma, à *Sebaſtenis* cuſum, in cujus antica parte idem *Antiochi* caput cernitur hac cum epigraphe: ΒΑΣΙΛ. ΜΕΓ. ΑΝΤΙΟΧΟΣ. ΕΠΙ. in Poſtica vero legitur circa muliebr. figuram ſedentem, *&c.* ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ. ΙΩΤΑΠΗ. ΣΕΒΑΣΤΗΝΩΝ. Quem nummum ad alium Regem referri non poſſe, pluribus demonſtravit Ill. *Noriſius* adverſus *Seguinum & Harduinum*, qui cum *Antiocho* III. tribuunt.

Quibus addendum, Nummos hujuſce *Jotapæ*, quales plurimos in *Britannicis* ([g]) & aliis Muſæis tractavi, ejuſdem eſſe metalli, ſcalpturæ, ac formæ, cum aliis *Antiochi* IV. Nummis; atque in uno etiam, penes eruditiſſ. ac Reverend. Covel, idem occurrere ſigma, ſinuatæ ſcil. in rotundum figuræ, quam in VI. *Antiochi* Nummo cernimus. Caput enim Reginæ diademate redimitum & huic N. 27. geminum, ſic inſcribitur in *Coveliano* Nummo: ΒΑϹΙΛΙϹΑ ([h]) ΙΩΤΑΠΗ. ΦΙΛΑΔΕΛ. In aliis hæc ultima vox integre legitur, ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΣ, non vero ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ, uti male *Seguinus* habet.

Num. 28. porro Nummus, hucuſque Antiquariis ignotus, ambos certe filios, *Antiochi* IV. *& Jotapes*, nobis exhibet, prout me docuerunt id genus nummi cæteris integriores. Talem & elegantiſſimum poſſidet ampliſſima & aliis rariſſimis undique congeſtis Cimeliis referta D. *Hans Sloane* Baroneti Gaza, in quo manifeſtiſſime ſub ipſis Principibus Equitantibus legitur ΒΑϹΙΛΕΩϹ. ΥΙΟΙ. REGIS. FILII; quæ verba ſatis clare in aliis etiam cernuntur Nummis Gazarum Illuſtriſſimorum D. D. Ducis *Devoniæ*, ac Comitis *Pembrochiæ*, *&c.*

Itaque hic habemus EPIPHANEM & CALLINICUM, quos ſupra diximus *Antiochi* IV. filios fuiſſe, & quos *Joſephus* à fortitudine in Romanos, & pietate in patrem laudat; de *Bello Jud. lib.* VII. *c.* 27. Ubi *Pæti* impetum narrans: *Antiochus*, inquit, *decrevit, toto regno, in quo erat ſtatu, relicto, cum conjuge ac liberis egredi. —— Pætus autem in Samoſatam, qui eam capeſſerent, mittit, & per eos civitatem tenebat —— —— Haud tamen Rex vel ipſa neceſſitate adductus eſt adverſus Romanos aliquid bellicum gerere. —— Adoleſcentibus autem bellique peritis, vique corporis præſtantibus*, FILIIS *ejus, non erat facile in calamitate ſine pugnâ durare. —— Vehementi autem pugnâ per totam diem habitâ, inſignem demonſtrarunt fortitudinem, &c.* deinde narrat fu-

(a) *Joſeph.* de B. J. III. c. 2. & VI. c. 12. *Tacit.* Hiſt. L. II. c. 81. & L. V. c. 1. &c.
(b) De B. Jud. lib. VII. c. 27.
(c) Num. Impp. Gr. p. 261.
(d) Sic & p. 149. V. ΑΥΓΟΥϹΤΑΝΩΝ.

(e) Cujuſmodi occurrit in alio ejuſdem Regis Nummo, penes D. Car. Hedges, ſic: ΑΝΤΙΟΧΟϹ. ΕΠΙ. ΒΑϹΙΛΕΥϹ. ΜΕΓ.
(f) Vid. *Seguin.* Sel. Num. p. 402. ed. 2. *Harduin* de Popp. & urb. p. 587. Ed. 1. *Noris* de Epoch. p. 129. ſeqq.
(g) D. *Caroli Hedges* Equitis aurati, D. *Gulielmi Lloyd* filii Epiſcopi Vigor. D. *Falkner*, &c.
(h) Sic cum ſimplici C. tantum.

fugam *Antiochi* Patris, cum *Conjuge ac filiabus*, *in Ciliciam*, atque *Epiphanis* cum decem Equitibus ad *Vologesem* Parthorum regem, cujus postea litteras ad *Vespasianum* commendatitias tulerunt, Romam, cum audivissent Patrem *Antiochum* regie *Lacedæmone* vivere. *Patre autem ad eos* [filios] *Lacedæmone statim advecto, cum omnis honor eis haberetur, ibi* [scil. Romæ] *mansere.*

Nequaquam vero hic omittendum est, *Epiphani*, de quo ceu majore natu loquitur ubique Josephus, desponsatam fuisse *Drusillam*, à Patre *Agrippa* majore, qui eam *sexennem* reliquit, cum *anno* Æræ nostræ XLIV. obiret; ex *Josepho*, Antiq. XIX. c. 7. Cujus loci interpretationem latinam, à *Gelenio* factam, Cl. *Norisius* tantum ob oculos habebat, cum scriberet (a), *Josephum* L. C. *auctorem esse*, *Antiochum* IV. *curasse*, *ut filio suo majori natu* Epiphani MARIAMNE *Agrippæ Judæorum regis filia decennis desponderetur*; quamvis ipsemet Eminentiss. vir, aliquot ante paginis, rectius dixisset, Agrippam despondisse *Drusillam filiam nondum* (b) *sexennem Epiphani majori filio regis Antiochi.*

Epiphanes tamen Uxorem non duxit *Drusillam*, quæ deinceps AZIZO regi *Emesenorum* data est à fratre *Agrippa* juniore: *Epiphanes enim*, narrat Josephus (c), *Antiochi regis filius recusavit ejus nuptias, nolens Judaicos mores amplecti*, *ut erat* Drusillæ *patri pollicitus.*

Cæterum & Princeps ille, *Antiochus Epiphanes* vocabatur, non secus ac pater, si *Josepho* fides, de B. J. Lib. V. c. 29. Gr. at Lat. L. VI. c. 12. Ut nullum sit dubium, quin *Epiphanes* fuerit cognomen huic familiæ fere proprium; quæque sit alias prima hujus tituli causa, origo, & significatio, de qua prolixe satis jam alii (d) tractarunt.

Ita & *Callinicus* aliud erat cognomen, quo alter *Antiochi* IV. filius à fratre majore distinguebatur; quemadmodum & aliis datum est, eàdem distinctionis causâ, variis Principibus, atque præsertim inter Seleucidas *Demetrio* III. ac *Antiocho* XIII. ultimoque Syriæ Regi, qui simul *Epiphanes & Philopator* cognominabatur; si quidem ejus sint, ut Antiquariis hucusque visum, Nummi (e) his signati titulis.

Unde, uti & ex *Anchorâ* in plurimis *Commagenorum* Nummis cusâ, non male colligere possumus, *Antiochos* hosce *Commagenos* revera ex *Seleucidarum* Gente suam originem duxisse. Videtur enim hæc *Anchora*, quæ & in aliis Seleucidarum Numismatibus scalpta, ad illam alludere, quam scriptores antiqui (f), tradunt in *Seleuci* prioris femore signatam, cum nasceretur, atque sculptam in annulo, quem *Laodice* mater recepit ab Apolline, & filio dedit in futuri regni auspicium & augurium. Imo, si *Justino* credimus, *Originis ejus argumentum etiam in posteris mansit: siquidem filii, nepotesque ejus* ANCHORAM *in femore*, *veluti notam generis naturalem*, *habuere.*

Ad eandem quoque *Antiochi* IV. Commageni familiam forte spectat illa JOTAPE, cujus nomen & caput in Nummulo meo, supra N°. 29. conspicitur. Eadem certe non est facies, ac illa *Jotape* prioris, quam *Antiochi* IV. uxorem diximus; nec etiam ejusdem metalli, aut scalpturæ videtur nummus.

Jam vero novimus ex *Josepho*, non modo *Antiocho* IV. FILIAS fuisse, quibuscum uti & *uxore* in *Ciliciam* fugit (g); sed & unam ex illis filiabus, JOTAPEM quoque dictam, *Alexandro*, Judæo ex *Herodis* stirpe Principi, nuptam fuisse, *Antiq.* XVIII. *c.* 7. Hunc locum *Alexandri* genealogiam simul dilucide pingentem hic dabimus integrum, ut continuo pateat hac de re Cll. virorum error. *Cæterum*, teste Josepho, *Alexander Herodis regis filius, qui à patre necatus est*, *Alexandrum & Tigranem filios suscepit*, *è Glaphyrâ Archelai Cappadocum regis filiâ. Ex his Tigranes apud Armenios regnans*, *cum apud Romanos delatus esset*, *sine liberis obiit. Alexander autem Tigranem fratri cognominem filium habuit*, *qui Armeniis Rex à Nerone fuit datus*, *filiumque genuit Alexandrum. Hic Antiochi Commagenorum Regis filiam* JOTAPEN *duxit*, *&* Lesidis, Ἡελιοδ@, *in Cilicia rex à Vespasiano constitutus est.*

Inde, inquam, facile retegitur Recentiorum hallucinatio, qui scripserunt, *Alexandrum Jotapes maritum*, *pronepotem* Herodis magni fuisse. Sic præ cæteris hic mihi nominandus Purpuratus *Norisius*, (contra *Seguinum & Harduinum* disputans, de Nummis, à *Sebastenis & Commagenis*, cum *Jotapes* nomine, cusis, quos illi tribuebant *Jotapæ* Alexandri conjugi,) eundem sequutus errorem hæc habet (h): *At nullus dubito utrumque nummum pertinere ad Jotapem uxorem Antiochi* IV. *regis Commagenes*, *ac matrem Jotapes*, *quæ Alexandro*, TIGRANIS, *regis Armeniæ*, FILIO, *ac Herodis Magni* PRONEPOTI, *nupta fuit.* Quibus gemina, sex post paginis, repetit: *Alexander erat filius Tigranis*, *qui Tacito* lib. 14. *dicitur* Cappadocum ex nobilitate regis Archelai nepos; *siquidem Tigranes patrem habuerat Alexandrum Herodis regis filium*, *ac matrem Glaphyram*, *filiam Archelai regis Cappadociæ. Hinc Vespasianus donavit Alexandro ac Jotapi insulam & Urbem Sebastem*, *quam ejusdem Alexandri laudatus proavus septem fere lustris possederat.*

At vero manifestum ex superioribus Josephi verbis fit, 1°. huncce *Alexandrum* fuisse Herodis M. *abnepotem*, non *pronepotem*, atque 2°. *Tigranem* ejus patrem, Armeniæ regem, fuisse Archelai *pronepotem*, non vero *nepotem*, ut male *Tacitus* scripsit. Hunc autem gravissimi alias Historici Romani errorem jam dudum doctiss. *Noldius* (i) sic recte confutaverat: "Nam cum Tigranem, *pronepotem* Archelai fuisse, præter Josephum, *Ant.* XIIX. *c.* 7. "ipsa rerum series ostendit. Quo pacto enim *Tigranes*, *nepos*, circa medium *Augusti* natus (Pater (k) non multo post *victoriam ad Actium* ab "*Herode* interfectus) sub *Nerone* (l) agere aut pati "potuit? quo profecto tempore natura eum aut "morte aut senio ita multaverat, ut rebus gerendis aptus tum haud esse potuerit.

Quo ad regionem, cujus rex *Alexander*, conjux *Jotapes*, creatus à *Vespasiano* fuit, partem *Ciliciæ* fuisse ex Josepho liquet; verum ejus nomen, librariorum culpâ, obscurum adhuc remanere mihi videtur. Etsi enim vox Ἡελιοδ@, quæ in libris vulgatis, ac in Codice MS. Florentino legitur (m) mutetur ab *Harduino* in Νησιάδ@, hancque emendationem suo calculo probet Cl. *Norisius*, qui nomen illud cum Jesuita intelligit de *Insula*, & *urbe*,

(a) De Epoch. p. 136. coll. p. 128.
(b) Hac voce non utitur *Josephus*, cui *Drusilla* dicitur omnino ἑξαετής.
(c) Joseph. Ant. L. XX. c. 5.
(d) *Joan. Marsham* Can. Ægypt. p. 54. *Henr. Noris* de Epoch. p. 129. – 131. &c.
(e) Qualem possidet Nobiliss. D. *Dux Devoniæ*; cum in alio, Gazæ Ampliss. D. Comitis Pembrochiæ ΔΙΟΝΥΣΟΥ insuper legatur cognomen; scil integre: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΝΤΙΟΧΟΥ. ΔΙΟΝΥΣΟΥ. ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ. ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ. ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ.
(f) *Appianus* in Syriac. p. 123. *Justin.* L. XV. c. 4.

(g) De B. J. lib. VIII. c. 27.
(h) De Epoch. p. 132. & 137.
(i) Histor. Idum. p. 367.
(k) *Alexander* nempe, qui ab *Herode M.* suo patre necatus, quique filium habuit *Tigranem*, primum in Herodis familiâ regem *Armeniæ*, atque adeo *nepotem* ejusdem Herodis M. simul & *Archelai* Cappadocis ex ejus filia *Glaphyra.*
(l) A quo *Tigranes* alter, de quo loquitur *Tacitus*, Rex Armeniæ datus est.
(m) Sic *Norisius* de *Epoch.* p. 235. testatur, atque in nonnullis Codd. latinis legi, *Isades*, ac in aliis *Ysades*, cum in Editione Gryphiana An. 1539. habeatur *Lesidi.*

be, primum *Eleusa*, dein *Sebaste* dicta; Attamen mihi persuadere nequeo, eam emendationem facile posse ex linguæ Græcæ genio, aut ex Geographia probari.

Quidquid sit, haud integrum dare possumus assensum interpretationi, quam Cl. *Wildius* suo assignavit nummo ([a]), qui nostro similis, licet haud ita sit integer. Affirmat enim, ut de re certâ, *Jotapam*, eo nummo insculptam, Antiochi Commagenorum tertii reguli, filiam esse, Alexandro, Herodis M. pronepoti nuptam *&c.* scilicet haud satis caute suo Nummo eandem adaptat descriptionem, quam *Harduinus* de Nummo dederat à *Sebastenis* cuso, quam vero pluribus *Norisius*, toties *laudatus* ([b]), confutaverat.

Duo priores supersunt nummi hic exponendi; verum id paucis absolvemus; siquidem nihil certi de his affirmare valemus, nisi eos æque inter se differre, in Regum imaginibus, ac ab aliis Nummis quos *Antiocho* IV. assignavimus. Addam tantum forte priore repræsentari *Antiochum* I. qui, cum per plures regnaverit annos, non nisi *senex* obire potuit, qualis in eo nummo facies cernitur. Ita & alter in 2°, senilis itidem, vultus forsan fuerit *Antiochi* III. sub *Tiberio* defuncti, qui & prioris filius potuit esse. Sed de his conjecturas ulterius prosequi non placet; judicent eruditi lectores pro ut lubebit, atque candide nostras excipiant stricturas, quas auctiores & forsan emendatiores aliquando dabimus, si quod jam ab aliquot annis molimur, opus, de *Syriæ Antiquitatibus*, edere liceat. Tum & alios, cum CLEOPATRÆ nomine, Nummos à *Commagenis* cusos exhibere poterimus, si nos supremum Numen juverit.

Num. 30. *Numisma eximium, metallo, pondere, pulchritudine, arte, raritate & integritate conspicuum; ex purissimo autem est auro, penditque unciam & monadas 74. Exstat quidem apud Vaillantium & Haimium depictus, verum hic ex Musæo nostro nescio quid plus vigoris animi ex visu spirat; præterea id quod* Apollo *sedens dextra tenet, nullo modo sagitta in meo est, ut in reliquis, sed bacillus potius, nisi regium sit sceptrum; neque enim retro pinnas habet, & in media parte crassescit. Pertinet vero insigne hoc numisma ad* Syriæ *Regem*, Antiochum III. *cognomento* Magnum; *eundem illum, cujus expeditionem contra Judæam, & clementiam meritaque in victos & deditities, epistolas itidem in illorum gratiam scriptas, luculenter commemorat* Josephus *Antiq. Jud. Lib.* XII. *Cap.* III. *pag.* 597. *& seqq.*

Num. 31. Raphanæas, Syriæ *urbem, duobus in locis commemorat* Flavius *Lib.* VII. *de Bello Cap.* I. *in fine, seu pag.* 405. *ubi dicit duodecimam* Romanorum *legionem olim apud* Raphanæas *fuisse; atque iterum ibidem Cap.* V. *pag.* 411. *ubi Fluvium Sabbaticum labi ait medium inter* Arcæam, *regni* Agrippæ *urbem, atque* Raphanæas. *Hujus urbis eximium possideo Numisma, primariæ magnitudinis, qualia Medallionum nomine vocant; non modo propter urbem ubi cusum est, verum multo magis propter Augustæ cujus vultum refert, suspiciendum. Exhibet enim ab altera parte caput* Anniæ Aureliæ Faustinæ, *quam* Elagabalus *olim inter alias conjugem sibi adscivit, cujusque mulieris nummos rarissimos esse norunt harum rerum periti. Adscribitur* ANNIA ΑΥΡΗΛΙΑ ΦΑΥϹΤΕΙΝΑ. *ad humeros, pro more istorum temporum luna crescens conspicitur; quasi ut inter nymphas Diana, sic inter* Romanas *nurus Augusta pulchritudine maxime emineret Ab altera parte Dianæ multimammiæ est symbolum, verubus suis innixæ, ante quam habitu muliebri stans figura cernitur, dextra hastam tenens, læva vestem ad latus convolutam sustinens. Legitur in circuitu* ΕΠΙ ϹΤΡ. ΚΥΡΙΝΟΥ ΡΑΦΑΝΕΩΤΩΝ *& inferius æra* ΑΟϹ. *sub Stratego* Quirino *a populo* Raphanæarum *urbis. Est vero pulcherrimum & integerrimum Numisma, quod omnino ab omni nobeiae suspicione longissime abesse a quovis inspiciente deprehendi potest; fallitur que idcirco* Virginius Valsechus, *qui in Dissertatione Historico-Chronologica de* M. Aurelii Antonini Elagabali *Tribunitia Potestate quinta, pag.* 68. *&* 74. *dubitat de fide hujus nummi atque typi, eo quod æra* ΑΟϹ. *quæ, juxta* Antiochensem, *annum* CCLXXI. *designat, minus ætati* Elagabali *per omnia conveniat, atque ipse similem aliquem arte confectum noverit; quæ quidem argumenta contra eruditos oculos, veritatis testes, nihil valent.*

Num. 32. ΔΡΟΥΣΟΣ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΚΑΙΣΑΡΕΣ ΝΕΟΙ ΘΕΟΙ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΙ. Drusus & Germanicus Cæsaris Novi Dii, Fratrum amantes. *Sedet uterque Princeps; alter simpulum, alter lituum manu gestat. Ab altera parte in corona quercea legitur* ΚΟΙΝΟΥ ΑΣΙΑΣ. Communitatis Asiæ, *& in circuitu* ΕΠΙ ΓΑΙΟΥ ΑΣΙΝΙΟΥ ΠΟΛΛΙΩΝΟΣ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ. sub Cajo Asinio Pollione Proconsule. *Vide ad Num.* 2. *Hic vero desumtus est ex Morellii specimine Ed. Secundæ Tab.* XV. *Num.* 4.

Num. 33. Jovis Hellenii *meminit* Josephus *Lib.* XII. *Antiq. Cap.* V. *pag.* 610. *ubi* Samaritæ *omnem cognationem cum* Judæis *abnegantes, ab* Antiocho Syriæ *rege petunt, ut Templum* Garizitanum, *quod nullo adhuc alicujus Dei nomine fuisset decoratum, consecrari vellet* Jovi Hellenio, *quod ipsis, ut qui Græcos mores amplecti viderentur,* Syriæ *quoque rex concessit, ut in fine capitis legitur. Cultus autem hujus* Jovis Hellenii, *seu* ΔΙΟΣ ΕΛΛΑΝΙΟΥ. *ut ex Dorica dialecto Nummi appellant, admodum insignis inter* Græcos Græcorum*que fuit colonos; uti abunde docuimus ad* Philippi Parutæ Siciliam *Numismaticam pag.* 343. *Passim juvenili facie, lauru & nonnunquam spicis coronata, depingitur, & ab altera parte Aquila fulmini insistens cernitur, cui ad latus Astrum adest. Ratio picturæ ejus est, quod a* Jove *& benigno ejus sidere fertilitatem terræ procedere Græci agnoscebant.*

Num. 34. Rhodi *insulæ* Rhodiorum*que plus semel mentionem apud* Josephum *fieri invenias, fuitque semper multum apud veteres nobilitata, & eo quoque nomine felix, quod terræ motu aliisve casibus afflicta maximos Reges certatim beneficos sibi experta fuerit. Ex eo itaque amore gloriæ, quo inpatienter ardebat* Herodes, *atque animi magnitudine singulari,* Ægyptiis *regibus aliisque* Rhodi *cultoribus æquiparari sese voluit, dum urbem* Rhodum, Cassiano *bello afflictam, quamvis inops, & per tempestatem, facta quoque oneris jactura, illuc appulisset, fovit tamen atque ultra vires etiam suas recreavit; uti docemus Lib Antiq.* XIV. *Cap.* XIV. *pag.* 727. *Pro sua opulentia Græcarumque artium fama, semper urbs hæc pulcherrimos, frequentesque adhuc in omnium cimeliis nummos, cudit. In iis passim Solis cernas radiatum caput, ad mirabilis istius colossi effigiem adumbratum, atque florem, unde urbi pariter atque insulæ nomen. Singularem itaque* Rhodi *nummum produxit* Haymius *in Thes.* Brit. *Tomo* I. *pag.* 138. *in quo a priori parte conspicitur caput virile diadematum, a posteriori Floris solita cum calyce adnato figura, caduceo præterea, litera* Ρ. *quæ Rhodi est initialis, atque nomine* ΑΡΙΣΤΑΚΟΣ. *Docet ibidem literas* ΑΚΟΣ *recenti manu refectos fuisse, priores vero* ΑΡΙΣΤ. *vetustas esse & a prima manu, remanere præterea in reliqua nummi ora lituras aliarum, quæ olim extiterint literarum. Unde ipse suspicatur legi debere* ΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΗΣ. *Caput itaque refert ad* Aristocratem, Rhodiorum *ducem, cujus meminerit* Suidas, *quemque idem ait ob magnam virtutis exspectationem ad principatum a civibus fuisse evectum, sed opinioni de se conceptæ minime respondisse. Plura contra hanc sententiam proferre possem, sed meam simpliciter proponere malo. Literæ* ΑΡΙΣΤ. *sive* Aristacum, *sive* Aristocra-

(a) Select. Num. T. V. pag. 41, 42.
(b) De Epoch. p. 132. seqq.

cratem, sive etiam Aristotelem, Aristarchum, Aristomachum, aliudve nomen expresserint, ad magistratum urbis Rhodi referendæ sunt, prouti passim in eorundem Rhodiorum nummis magistratus nomen, nunquam vero caput, exprimitur. Et sic apud Choulium, ubi de Apolline agit in libro de Religione Romanorum, Aristocriti nomen agnoscitur, apud Begerum Thes. Brand. Tom. 1. pag. 412. Aristedæ; apud Goltzium Tab. XXIII. Num. X. Aristei. Imo idem Choulius alteram nummi cujusdam Rhodii partem profert (nam caput, quod Solis, ob præcedentes nummos fuisse videtur, non adest) in quo ΑΡΙΣΤΑΚΟΣ expresse legitur; est vero nummi typus simillimus nostro, prout & Aristei ille Goltzianus. Eosdem autem nummos cum hoc Haymii non esse, patet ex capite Solis, & quod ex argento sint; hic vero sit æreus & caput diadematum exprimat. Quoniam vero in omnibus idem Floris & Caducei typus observatur, credo eodem tempore & pari occasione cusos hosce nummos fuisse. Caput vero ex diademate, non Principis vel Imperatoris exercitus, sed Regis esse agnoscitur; atque vel Apollinis Regis est, vel potuit esse Hieronis Primi, Syracusanorum Regis; apparebit enim quædam similitudo, si velis Parutianam meam inspicere Siciliam, ibique Tab. CXLVIII. & CXLIX. quærere Num. 18. 19. 20. & 24. At quid Hieroni Siculo cum urbe & insula Rhodo? Dicam. Ex Rhodo insula per majores suos Lindios ortus fuit hic Hiero, uti demonstravi in Commentariis Parutianis pag. 344. 354. & 1026. unde & symbola urbis Rhodi plus semel in nummis Syracusanis, sub eo rege cusis, apparent, uti docui ibidem. Hinc Rhodiis impensius studens, plurima illis contulit beneficia. Memorabilis historia exstat apud Polybium; narrat enim is Lib. v. pag. 598. quomodo post terræ motum istum, quo misere afflicta fuerat civitas, & admirabilis ille Colossus Solis conciderat, ad omnes Reges Civitatesque legatos Rhodii miserint, tanto cum successu, ut ditissimi inde evaserint. Munificentissimos inter enumerat Gelonem & Hieronem fratres, qui præter argenti talenta septuaginta quinque, lebetes argenteos & alia tanta dederint dona, ut illa quoque insuper ad centum assurgerent talenta; & post hæc & majora beneficia, quasi dando beneficium tam præclaræ civitati, ipsi accepissent, statuas in eorum Digmate posuisse, Populum videlicet Rhodiorum a Populo Syraculano coronatum. Neque miror sane, si & aliis Regibus publice honorem aliquem Rhodii, sapientes sane viri, & ob prudentiam a Polybio laudati habuerint, & Gelonem Hieronemque præcipue, in posterum etiam demereri sibi studuerint, ejusque faciem ut Benefici alicujus Numinis (non tamen addito nomine, ne regem liber populus videretur agnoscere) in ære signato publico nomine exstare voluerint. Hos enim vel similes honores intelligere videtur Polybius, dum pag. 600. concludit, immerito famam magnanimitatis & splendoris sui temporis Reges captare ex minutis donis, quæ quandoque afflictis dare soleant, ob quæ tamen parem benevolentiam atque honorem a Græcis sibi haberi postulent, atque antiquis Regibus ab iisdem haberi est solitus. Adspiravit itaque Herodes ad antiquam illam Gelonis, Hieronis, Antiochi, Ptolemæique in liberalitate Rhodiis præstita gloriam; notatque insuper Josephus de Bello Lib. 1. Cap. XXI. eundem Rhodiis ad classem parandam instruendamque pecunias sæpe multisque in locis præbuisse.

Num. 35. Caput muliebre velatum & turritum. Ab altera parte Minerva gradiens dextra Victoriolam sustentat, læva clypeo nititur, cum hac inscriptione ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ. Exhibet nummum hunc Haymius Tom. 1. pag. 146. ad Philopatorem autem, ex stirpe Regis Tarcondimoti, regnantem in Ciliciæ maritimæ parte refert ibidem Massonus. Ciliciæ vero maritimæ sæpius mentionem facit Josephus, præsertim Antiq. Lib. XIII. Cap. XIII. pag. 671. ubi quoque regionis ejus urbem Mopsuestiam (cujus inferius nummum proferemus) nominat. Omnis vero oræ ejus olim Pompeji temporibus Rex erat Tarcondimotus quidam, Romanis fidelissimus trans Taurum socius, uti eum laudat Cicero ad Famil. Lib. XV. Ep. 1. cujus filium ejusdem nominis Augustus in regno confirmavit, quemque successionem suæ posteritati tradidisse asserit Strabo Lib. IV. pag. 676.

Num. 36. Caput muliebre velatum; ab altera parte est dimidia navis, cum inscriptione ΑΓΡΙΠΠΕΩΝ. Urbs Agrippias sæpius Josepho memoratur, dicta ita ab Herode, quum antea Anthedon vocaretur, teste eodem Lib. de Bello Lib. 1. Cap. IV. pag. 60. & Cap. XXI. pag. 108. ubi cum Raphia & Gaza conjungit; erat enim sita ad mare viginti circiter stadiis a Gaza dissita. Nomen in Agrippæ, qui gener Augusti fuit, memoriam accepit; sicuti Sebaste ab ipso Augusto vocata fuerat; teste eodem ibid. Cap. V. pag. 64. Numeratur inter restitutas & frequentatas a Gabinio, una cum Jamnia, Raphia, aliisque paulo post Cap. VIII. pag. 70. Eadem fere exstant Lib. Antiqu. XIII. Cap. XIII. pag. 670. Cap. XV. pag. 674. Lib. XIV. Cap. V. pag. 691. & denique Lib. XV. Cap. VII. pag. 761.

Num. 37. Caput virile barbatum, cum inscriptione ΠΕΡΓΑΜΟϹ. Ab altera parte Clavæ cernitur involutus Serpens; ad latus est Cornucopiæ; in circuitu legitur ΕΠΙ ϹΤΡΑ. ΚΛ. ΚΕΦΑΛΙΩΝΟϹ. Herois Pergami illud caput est, nobilissimæ in Mysia civitatis Pergami conditoris, cujus urbis incolæ, ob Æsculapii gloriam symbolum ejusdem Dei Serpentem baculo involutum, seu clavæ, in monetis suis referre solent. In hac etiam Græca urbe, Græcorum amantissimus Herodes benevolentiæ & splendoris sui monumenta exstare voluit. Nonne, inquit Flavius, de Bello Lib. 1. Cap. XXI. pag. 109. etiam Athenienses & Lacedæmonii, Nicopolitani, & in Mysia Pergamus Herodis sunt plena donariis? Exstat vero Pergami hic nummulus apud Haymium Tomo 1. pag. 129.

Num. 38. Herculis caput sacra sibi fronde coronatum; ab altera parte inter duos stellatos Dioscurorum pileos sacra Hydria sive cantharus serpente circumvolutus cernitur, cum inscriptione ΜΑΣΑΝΙΣΣΑ... quod magistratus ibidem nomen esse videtur. De typo hoc consuli potest Haymius Tomo 1. pag. 129. Lacedæmonios autem & alibi sæpius laudat Josephus, & de cognatione cum Abramidis gloriari scribit Antiqu. Lib. XII. Cap. IV. pag. 606. ubi Arii Lacedæmoniorum Regis Epistolam ea de re profert, cujus literas dicit fuisse quadratas, sigillum vero Aquilam Draconem tenentem. Responsorias vero Jonathæ, Senatus Judæorum & Communis recitat idem Lib. XIII. Cap. V. ubi itidem de ista cognatione agitur. Sed & alii Lacedæmoniorum nummi apud eundem Haymium & alibi inveniuntur.

Num. 39. Tarsi, nobilissimæ Ciliciæ urbis, meminit Josephus Antiq. Lib. IX. Cap. X. pag. 497. ubi de Jonæ Prophetæ fuga agit; sed & præterea Lib. 1. Cap. VI. pag. 21. primos gentium conditores enumerans, Tharsum quoque, ex Japheti, per Jovanum posteritate, Cilicibus originem dedisse asserit, qui scilicet olim Tharsenses dicti fuerint ex conditoris nomine; unde metropoli quoque nomen Tarso, theta in sermone familiari in tau mutato. Antiquitatemque hanc ex Historico nostro adnotavit Stephanus Byzantinus in suo de Urbibus libro; quare etiam ad d. l. dubitat Cl. Relandus an non naves Tarsis in SS. ad Cilicias referri possint. Non multa hujus urbis ante Romanorum Imperatorum tempora cusa numismata exstant. Elegans tamen hoc est, quod damus ex Begero Tom. III. Thes. Brand. pag. 66. in quo videlicet Jovis atque Herculis ibidem cultus exprimitur; unde ab altera parte sedentis Jovis est effigies, dextra victoriolam, læva hastam tenentis; ab altera parte Herculis symbolum Clava in populea cernitur corona. Addi debuerant literæ numerales ΗΝΡ. sed cum non docuerit Begerus, quem situm in nummi area obtineant, sufficere

mihi visum est, id solum monere. Referri possunt ad æram Seleucidarum, *& designare annum ejus* CLXXXVIII. *& victorias* Alexandri *Regis* Syriæ *ab ejusque ducibus reportatas.*

Num. 40. Seleuci *Sexti, vigesimi ex* Seleucidis Syriæ *Regis, interitum describens* Josephus *Lib.* XIII. *Antiq. Cap.* XIII. *ait illum a* Mopsuestiensibus, *a quibus pecunias exigere vellet; una cum regia & amicis fuisse crematum. Erat* Mopsuestia Ciliciæ *urbs, unicumque hujus nummum inveni apud* Begerum *Tom.* III. *Thes.* Brand. *pag.* 67. *in quo ratio etiam nominis ejusdem ipso typo exprimitur. A priori enim parte* Jovis *caput est; posteriore* Mopsi *focus, unde & appellatam ita fuisse civitatem* Stephanus *& alii docuerunt; inscriptio vero* ΜΟΨΕΑΤΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. *docet liberam fuisse & suis legibus usam; quali titulo plures* Antiochensium *nummi, aliorumque superbiunt. Plura docta ad hunc typum congessit* Begerus; *illas vero notas, quæ in parte inferiori cernuntur, non attigit, quarum alteram monogramma (ut plura talia occurrunt) esse existimo; alteram æram indicare, & quidem* ΗΓ *seu* ΡΓ. *ut innuatur cusus nummus anno centesimo tertio æræ* Seleucidarum.

Num. 41. *Caput diadematum* Mithradatis, Pontici *istius regis celeberrimi, illam animo insitam ferociam etiamnum sublimi ore spirans. Ab altera parte typus ei Regi solitus est, cerva pascens, cum inscriptione* ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ. *Singulare hoc numisma binis de caussis profero; eo quod doceat nomen hujus Regis* Mithradates, *cujus interitum refert Josephus Antiq Lib.* III. *Cap.* III *p.* 688. *& de Bello Lib.* I. *Cap.* VI. *pag.* 66. *non vero* Mithridates *scribi debere; tum, quod unicum hoc, visum quondam a me penes Nobiliss.* H. A. Marckium, *Dom. in* Leure, *sit toto orbe notum, ex auro purissimo atque indubitatæ fidei. Atque hæc in præsenti pro Josepho illustrando Numismata sufficiant.*

JACO-

†JACOBI GRONOVII PRÆFATIO AD DECRETA ROMANA ET ASIATICA.

SI particula hæc debuit eruditissimo Josepho, sed luxato satis, ex hujus Academiæ bibliotheca restitui, habeo quod gratuler mihi, qui ad eam potui metari iter & apprehendere. Antiquos ejus scriptoris codices nescio quo fato lacunis refertos esse apparuit satis ex ipsa Arsenii conquestione atque etiam ratione qua is in edendo fuit usus, ut duos codices composuerit, quorum uterque alterius lacunas explere poterat. Ab eo tempore paulatim hic illic aliquid erutum & productum est, ut docta ejus opera exstarent integriora. Lectus ille mihi primum fuit accuratissime, sed & jucundissime, quum Polybio puer admoverer, & in Suidæ fragmentis animadverterem per viros doctos aliqua isti scriptori attribui, quæ erant Josephi, prout mirabiliter & styli modus & mentis placita in Josepho & Polybio conveniunt, quæ tamen discerni oportet. In eo quisquis legit libri XIV caput XVII, facile ille deprehendit circa finem aut quædam ibi excidisse, aut aliquid male positum esse, quum scribat pag. 485. παραθήσομαι καὶ τὰ γινόμενα ὑπό τε τῆς συγκλήτου δόγματα καὶ Ἰουλίου Καίσαρος, *apponam etiam facta senatusconsulta & decreta Julii Cæsaris.* Attamen omnia vicina quæ sequuntur, sunt Julii Cæsaris; & mox eo occiso M. Antonius & P. Dolabella præponuntur SCto, cui nec caput nec pes adest; mox adnectitur L. Lentulus quasi ille post Dolabellam fuerit. Et sic tum jactat multa etiam esse alia talia ab senatu aut Imperatoribus δόγματα aut ab urbibus ψηφίσματα καὶ γράμματα, quorum nulla ostendit in illis quæ vel antecedunt vel subjiciuntur; nempe quia forsan bene doctus librarius, sed operæ fugiens, aut horrens ad turbam nominum, corripuit seriem narrantis late & exspatiantis in hoc capite Josephi; & quum per mentionem decreti ab Lentulo facti de Judæis in urbe Epheso esset data auctori occasio adnectendi alia decreta de Judæis apud Delios, Sardianos, Coos, Laodicenses, Milesios, Pergamenos, universa ista immerito & inique sunt fastidita.

Hæc quum ægre ferrem & magno omnium silentio dolerem ita putidam & hiantem offensam in tanto scriptore non commovere viros doctos ad remedium quacunque concursatione petendum, denique etiam potui in sermonibus cum fortuna de tanto flagitio queri, quoniam res non erat amplius obscura aut ignorata. Quippe deploraverat jam palam Isaacus Vossius anno præcedentis sæculi LXXII in scripto de Sibyllinis oraculis cap. 8. in hæc verba, quæ recognoscas licet. [*Judæos autem magno istoc tempore numero habitasse in plerisque fere Asiæ urbibus, patet ex beneficiis a Populo Romano collatis, quorum exempla ex Josepho alias dabimus. Nescio enim qua ratione factum sit, ut pleraque illa decreta absint ab editis Josephi exemplaribus, cum & in scriptis libris & in versione exstent antiqua, licet admodum mutila.*] Immo mox anno LXXXIV in Observationibus ad Catullum pag. 313 prolaturus decretum, quod exstat pag. 21, hæc præmittit: [*Verum ut liquidius innotescat, quantopere olim Judæis familiares fuerint orationes in maris litore, adscribam decretum Halicarnassæorum, quo Judæis licentia a Romanis conceditur, ut ritu patrio preces fundant litorales.*] Quo adscripto dein pag. 314 addit: [*Integrum adscripsi ψήφισμα, quoniam & hoc æque ac reliqua decreta, quorum mentionem facit Josephus, absunt a vulgatis hujus scriptoris exemplaribus.*] Quæ tam patulæ & conspicuæ & publice utiles viri docti ejulationes non sunt certe ejus generis, ut sperni mereantur aut inter notitias Josephi non recenseri, quas tot cernimus sane inanes & nihil utiles colligi. Josephus utique præ debilitate hac mancus pergit hærere in eodem luto, etsi post id tempus de eo sæpe sit itum in consilium. Sed etiam summopere stupeo, cur ipse Vossius, qui etiam adscripsit in margine *hæc absunt ab editis*, hoc studiorum Græcorum & eorum historiæ supplementum, hoc nobile solennitatis in talibus decretorum formulis specimen, hoc peculiare facti perquam memorabilis documentum & per quos & qua via id impetrari potuerit, indicium, evulgandi non obiverit ipse decus, præsertim quum per tot annos bene syngrapha velut sua se adstrinxerit ac sciverit se pollicitationi suæ inhærere. Sed obstitit credo illi eadem causa, quam remoratam opinor fuisse etiam priores exemplaris illius possessores, quorum unus adscribitur Wilhelm Nooms: quod etiam exemplar cujus chirographi sit, sane non probatissimi, patet ex varietate vel magis pravitate lectionum, quam ideo partim contextui subjeci, partim in notis memoravi. Nec aliud obstitisse crediderim aliis editoribus ab producendo, sicut forsan & librarios scribas deterrere potuit, quo minus ea suis locis collocarent ac bene depingerent, ut nunc forsan in multis etiam vetustis codicibus

† Quoniam inter reliquas Præfationes hæc neglecta fuerat, hoc in loco apponi curavimus.

cibus frustra quærantur. Erat magna hallucinatio in auctoritate præfixa vel senatus consulto sub Dolabella & Antonio, vel Lentuli decreto sic repetito, ut pateat scribam invitum illa exaravisse. Ignorata norma fuit præfationum in SCtis & edictis, unde illa sunt & in editionibus ita jejune contracta, & hic tantopere involuta, ut bene vix queant expediri & purgari. Præsertim magna erat confusio nominum propriorum, quum minus attenderetur in his Romana consuetudo. His quum Romani adsueverint immiscere tribum, sed perpetua aposiopesi indicatam, os Græcum posterioris temporis nequivit id recte percipere & hinc quoque in hac parte non vitiose agere. In quo tamen omnem iram adversus scribas deprecatur immensa absurditas Jo. Harduini, qui quum in Nummis Illustratis pag. 164 citavisset inscriptionem ab Jac. Sponio publicatam, in qua occurrit *C. Sextilius P. F. Vot.* quam citavi pag. 35, velut rem inauditam & maximi momenti agens posteriores literas explicat *Voturia*, & hinc tum tribum Voturiam, tum acumen suum in Plinii *Galeria* libro VII. sect. L. restituta & Romana consuetudine illustrata ex Asconio Pediano jactans claudit [Vide in Plinianis notis & emendationibus ad lib. VII num. CXXXIX] ubi tamen nihil nisi hoc ipsum quoque reperies & rixam cum imperitis editoribus, qui eam vocem masculino more ac sono deformarint, ignari scilicet tribuum nomina solita sic efferri. At, o bone, præstitisset attulisse notam Pauli Manucii ad Ciceronem lib. VIII. famil. epist. 8. hanc, ubi agit de tribubus. [Galeria. Liv. lib. 27. Plinius lib. 7. cap. 49. etsi pro Galeria legitur Galerius. Sed corrigendus locus est ex antiquo libro avunculi mei Francisci Asulani.] Neque ista verba latent in magno notarum corpore vix animadvertenda: immo illa ipsa solent adnecti Antiquitatibus Romanis Rosini, ut quibuscunque adolescentibus exhibeantur. Cur igitur chartam sic maculat & sibi placere conatur? Sed vides hinc, quam possit conturbare homines nominum ratio. Non ideo tamen sic contineri manum oportebat, aut adeo præclaram nitentis clavi purpuram ex veste Judaica aboleri. Nisi fallor, unum hoc est monumentum, unde discimus, quomodo ab Imperatoribus SCta in provinciis solerent exsecutioni mandari, nempe ut in urbes, quas proponebant, ea mitterent addito mandato suo quod tacitas continebat minas, ni parerent. Itaque rursus insuere tentavi; fortunam præstabit tempus. Vale, qui legis, & quod pag. 110 vers. 29 excidit post vocem *omittente*, *sed Dione apud Xiphilinum illic productum usurpante*, appone.

DE-

DEDICATIO EDITIONIS HUDSONIANÆ.

VIRO LONGE NOBILISSIMO
JACOBO BRUGES
DUCI de CHANDOS
MARCHIONI & COMITI
DE CARNARVON,
ET
BARONI CHANDOS
DE SUDELEY.

CUM post multorum annorum laborem improbum, & magnos sumptus Josepho impensos, pæne languerem, Tu solus, Vir illustrissime, benignitate Tua me labantem excitasti, & munificentia Tua effecisti, ut Operi tam difficili & laborioso par essem perficiundo. quapropter si quid fructus aut emolumenti ex meis Vigiliis capiat Respublica Literaria (capiet autem, uti spero, nonnihil) id omne Tibi acceptum referri debere palam aperteque profiteor. Josephum igitur meum Patrocinio Tuo demisse & humiliter commendo, quem accipias rogo, ut grati animi & observantiæ in Te meæ Testem perpetuum & monumentum futurum. Quod superest, Deum Optimum Maximum enixe precor, ut Te, Vir Nobilissime, Literis & Literatis præsidium certissimum, diutissime servet incolumem.

Tui

&

Dignitatis

Tuæ

Studiosissimus.

JOANNES HUDSON.

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

ANTONIUS HALLIUS.

COGITANTI mihi sæpenumero de Fatis Veterum Scriptorum, mirum omnino videri solet, neminem inter Eruditos extitisse, qui id Josepho præstaret, quod aliquammulti Auctoribus Josepho multo vilioribus jamdudum præstiterunt. Et nescio sane an rei difficultas quosdam ab hoc opere aggrediundo absterruerit; [1] nonnullis certe mors ipsa impedimento fuerit, quo minus opus aggressum laudabiliter conficerent. Utcunque autem hæc se res habeat, id felicitatis uni demum contigit Hudsono, viro in Litteris peritissimo, ut rem diutissime desideratam fortunate absolveret. Et dolendum equidem est, virum doctissimum prius mortem obiisse, quam merita sua in Josephum Ipse Lectoribus suis commonstrasset. Hoc tamen possum pro certo affirmare, Me sæpius ex ipso audivisse, illi non animum fuisse, ut Prolegomena longa ad Josephum conderet, sed Præfatiunculam duntaxat, quid ab eo in sua Josephi Editione præstitum fuerat expositurum. illud alterum pridem factum fuisse optime cognoverat a nobili Eruditorum Pari, Thoma Ittigio in Prolegomenis Josepho Lipsiensi præmissis, & Joanne Alberto Fabricio in [2] Bibliotheca Græca, Opere in suo genere eximio.

Ad quartum usque Indicem, qui est Scriptorum a Josepho laudatorum, Operæ processerant Typographicæ, cum Hudsonus noster, paulo post moriturus, me accersens, Josephum suum mihi in manus tradidit; rogavitque, ut si quæ restarent peragenda ipse perficerem. annui libentissime, ne aut justo ejus desiderio, aut necessitudini, quæ per plures annos inter nos intercesserat, deesse aliquatenus viderer.

Hudsono ad manus erant omnes Veterum Josephi Interpretum & Textus Græci Editiones. Codices MSS. itidem fere omnes vel ipse oculis lustraverat, vel Lectiones ex iis ab aliis collectas possidebat. Criticorum etiam scrinia post Litteras instauratas præstantissimorum diligenter excusserat, & si quod lucis inde ad Josephum suum illustrandum hauriri potuerat id omne in Notas suas transtulerat. quas qui studiose perlegerit, facile judicabit quanti Josephus Hudsono nostro constitit: nihil esse litterarum deprehendet sive veteris sive recentioris ævi, nihil Librorum sive sacri sive profani argumenti, ad quod ille animum oculosque non converterat.

Ex Libris Scriptis, quorum Lectiones ob oculos habuit, Busbequianus videtur esse reliquis brevior, & non omnino absimilis illi Epitome Antiquitatum, quam adhibuisse se testatur Arnoldus Peraxylus in procuranda Editione Basileensi; aut Epitome MS. Librorum de Bello, qua, a L. Capello mutuo accepta, in condendis Annalibus suis Jacobus [3] Usserius se usum fuisse profitetur. Est autem Codex A. Busbequii, qui in Bibliotheca Cæsarea servatur, optimæ notæ; ut & alius etiam J. Sambuci, in eadem Bibliotheca repositus.

Inter Schedas J. A. * *Bosii cæteris præstare videntur Lectiones e Codicibus Tho. Reinesii, viri summi, exscriptæ; & Casparis Barthii, celeberrimi Polyhistoris, ad [4] veterem Josephi In-*

1 Inter quos eminent J. A. Bosius, Stephanus Monachius, Edvardus Bernhardus, Jacobus Gronovius, Godefridus Olearius, & Hadrianus Relandus

2 Lib. IV. c. 6. quod quidem caput, in gratiam Lectorum, post *Testimonia* dedimus recusum.

3 Vide ejus Epist. ad Arn. Boot.

* Quem limam Josephi appellare solebat doctiss. Bernardus.

4 Colon. 1524. Fol.

Interpretem [1] *Notulæ. S. Petiti Conjecturæ, in Bibliotheca Bodleiana reconditæ, minus faciendæ; utpote nimium plus tribuentis Rabbinis, Magistellis istis, qui Antiquitates Judaicas primi omnium corruperunt. Sed Syllabum Codicum, per quos profecerit Hudsonus, ab ipso profectum, infra excusum exhibebimus.*

Textum Josephi diligentissime recognovit, & ad Codices correxit; Errores Typographicos, qui in priores Editiones irrepserant, studiose sustulit; nonnullos tamen aut ipse reliquit, aut fortasse etiam admisit, quos nihilominus omnes, quanta fieri potuit cura, * *ad finem Operis emendatos reperies.*

Josephus Scaliger, recentiorum doctissimus, veterem Flavii Interpretem imperitissimum appellat; neque Sigismundus Gelenius, vir alioquin laude sua minime fraudandus, qui emendare & ad Græca Josephi refingere veterem illam Versionem conatus est, hac in parte, Eruditis satisfecit. Hinc novus Hudsono labor surgebat; nova Versione ab ipso donandus erat Josephus; quam tam pure tamque Latine elaboratam nobis dedit, ut cum Scriptis hujus generis præstantissimis merito conferri posse videatur.

Neque dubium esse potest, quin multi amicorum multa illi subsidia ad Josephum illustrandum subministrarent. Copiam Editionis Basileensis, manu Is. Casauboni passim notatæ, Principi debuit Criticorum Richardo Bentleio; Varietatem Lectionis è Codice quodam Regis Galliarum Michaeli Lequienio, Dominicanorum doctissimo: Observationes quasdam egregias viro eruditissimo Richardo Ibbetsono, discipulo olim suo, cujus conjecturas semper exosculatus est; Annotata illustris E. Spanhemii Cl. Jablonskio. neque prætereundus est Guilielmus Lowthius, Præbendarius Wintoniensis dignissimus, cui tantum debuit quantum familiarium nemini. Alia fortasse aliis.

De Josepho sic fere censuit Hudsonus: Scriptorem fuisse eloquentissimum, & veri studiosissimum; sectatorem in nonnullis Dogmatum S. Joannis Baptistæ, ac proinde Testimonia de IESU CHRISTO *& Jacobo Justo genuina esse; errores quos illi nonnulli eruditorum impingunt Librariorum potius esse quam ipsius Josephi; non esse Auctorem Maccabaici, ut neque Tractatus de Universo, qui sub ejus nomine etiamnum alicubi exstat.*

Quid autem censendum sit de ipso Hudsono, Ego quam potero brevissime expediam. Natus erat [2] *Widopiæ prope Cockermuthum in Agro Cumbrensi paulo post instauratam apud Britannos Monarchiam. Grammaticen in vicinia didicit ab Hieronymo* [3] *Hechstettero. Juvenis admodum Oxonium* [4] *missus, in Collegio Reginensi sub Tutela Thomæ Crosthwaitii, viri varia doctrina & humanitate in exteros ea tempestate celebris, Philosophiæ operam dedit: quam ita coluit, ut Litteras interim Humaniores nunquam neglexerit. illas enim per totum vitæ spatium mirifice dilexit, & tantos in iis progressus fecit, quantos nemo fere suorum æqualium, etsi vixerat in Collegio Litteratorum semper feracissimo. Non multo post quam gradum in Artibus Magistralem* [5] *susceperat, ad Collegium Universitatis commigravit. ubi electus in Socium, per multos annos officio Tutoris functus, Adolescentes ad Philosophiam & bonas litteras instituebat. Dum hæc solita diligentia curaret, Thomæ Hydeo, Linguarum pæne omnium perito, in Præfectura Bibliothecæ Bodleianæ ab Academia* [6] *sufficitur. quem quidem provinciam ad mortem usque summa cum laude administravit. Principalitatem postea Aulæ Beatæ Mariæ Virginis ab honoratissimo Academiæ Cancellario* [7] *obtinuit, rogatu Viri maxime famigerati Joannis Radcliffii, Medicorum omnium sui sæculi facile Principis. Edidit* [8] *Vellejum Paterculum,* [9] *Thucydidem,* [10] *Dionysium Halicarnasseum, Geographiæ veteris* [11] *Scriptores Græcos minores,* [12] *Longinum,* [13] *Mœridem Atticistam, &* [14] *Æsopum. Lactantium prelo paratum habuit; sed quid de eo factum sit, juxta cum ignarissimis scio. Alia minutiora sciens prætereo. Tandem anno* MDCCXIX. *die* [15] *27. Novembris, post diutinum languorem, magno litterarum damno, hydrope extinctus est. Uxorem duxit Margaretam, filiam D. Roberti Har-*

1 Ex manu Christiani Daumii.

* Suo loco ubique in Nova hac Editione sublatos aut correctos invenies.

2 Vulgo Wedehop.

3 Coll. Regin. Oxon. quondam Socio.

4 Anno 1676.

5 1684.

6 Anno 1701. mense Julio.

7 Anno 1712.

8 Oxon. 1693. 8°. & postea 1711.

9 Ibid. 1696. G. L. cum Scholiis, Fol.

10. G. L. cum Notis 2 Voll. Fol.

11. Quatuor Voll. in 8°. 1698, 1703, 1712.

12. Oxon. 1708. & 1718. 8°.

13. Ibid. 1711.

14 Oxon. 1718. 8°. cum nova Versione, & magna Fabularum accessione.

15. Hora 6 A. M. Ætatis circiter 57.

a * 2

Harrison Equitis Aurati; ex qua progenuit filiolam unicam, nomine itidem Margaretam, puellulam novem annorum, forma atque indole eximiam.

Viris eruditis suæ ætatis omnibus innotuit. hinc ipsi natæ doctorum amicitiæ, & cum multis litterarum etiam commercia. Tales erant in Italia Ludovicus Antonius Muratorius, Joannes Maria Salvinius, & vir illustris Franciscus Blanchinius; In Gallia Joannes Boivinus, Ludolphus Kusterus, & cujus amicitiam magni semper fecit Michael[1] *Lequienius; In Germania Godefridus Olearius, Joannes Burchardus Menckenius, Joannes Christophorus Wolfius, Henricus Ludovicus Schurtzfleischius, Joannes Georgius Eccardus, & quem præ cæteris coluit Joannes Albertus Fabricius; In Suecia Ericus Benzelius, a quo Philonem Judæum propediem exspectamus; In Dania vir nobilissimus Fridericus Rostgardus; In Belgio Jacobus Perizonius, Hadrianus Relandus, &, paulo ante obitum, Joannes Clericus. Notiores sunt Angli, quam ut meâ egeant nomenclatione.*

Erat probitate antiqua, facie decora, statura mediocri, valetudine firmissima, quam tamen studiis & vigiliis nunquam intermissis penitus tandem labefactavit. Hæc habui impræsentiarum dicenda de Joanne Hudsono, viro doctissimo, & mei, dum viveret, amantissimo.

1 Damasceni Editor.

Scribebam in Coll. *Regin.* OXON.
VI. Non. Maji MDCCXX.

VETERUM TESTIMONIA DE JOSEPHO, EJUSQUE SCRIPTIS.

SÆCULO II. à CHR. N.

I. *Suetonius Tranquillus in Vespasiano*, c. 5.

APUD Judæam Carmeli Dei oraculum consulentem, ita confirmavere sortes, ut quicquid cogitaret, volveretque animo quamlibet magnum, id esse proventurum, pollicerentur. Et unus ex nobilibus captivis *Josephus*, cum conjiceretur in vincula, constantissime asseveravit fore, ut ab eodem brevi solveretur, verum jam Imperatore.

II. *Justinus Martyr in Orat. Cohort. ad Græcos*, p. 10. *Edit. Paris.*

Ἔτι δὲ καὶ σοφώτατοι, Φίλων τε καὶ Ἰώσηπος, οἱ τὰ κατὰ Ἰουδαίους ἱστορήσαντες, ὡς σφόδρα ἀρχαίου καὶ παλαιοῦ τῶν Ἰουδαίων ἄρχοντος Μωϋσέως μέμνηνται. ὁ γοῦν Ἰώσηπος, τὸ ἀρχαῖον καὶ τὸ παλαιὸν τῆς ἱστορίας καὶ διὰ τῆς ἐπιγραφῆς τῶν βιβλίων σημαίνειν βουλόμενος, ἀρχόμενος τῆς ἱστορίας οὕτω γέγραφε· ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΟΥΔΑΪΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ· τὸ παλαιὸν τῆς ἱστορίας Ἀρχαιολογίαν ὀνομάζων.

Quin & sapientissimi illi Philo & *Josephus*, qui res Judaïcas scripserunt, ut admodum vetusti & antiqui Judæorum principis Moysis faciunt mentionem. Ipse certe *Josephus*, vetustatem rerum per ipsorum librorum inscriptionem significare volens, historiam exorsus ita scripsit; FLAVII JOSEPHI ANTIQUITATUM JUDAICARUM LIBRI: vetustatem historiæ Antiquitatum nomine designans.

III. *Idem iterum*, pag. 11.

Ταῦτα, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, οἱ ἔξωθεν τῆς ἡμετέρας θεοσεβείας περὶ τῆς ἀρχαιότητος Μωϋσέως ἱστορηκότες γεγράφασι· καὶ ταῦτα πάντα παρὰ Αἰγυπτίων ἱερέων μεμαθηκέναι φήσαντες, παρ' οἷς οὐκ ἐτέχθη Μωϋσῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ πάσης τῆς Αἰγυπτίων παιδεύσεως μετασχεῖν ἠξιώθη, διὰ τὸ ὑπὸ θυγατρὸς βασιλέως εἰς παιδὸς ἀνειλῆφθαι χώραν· καὶ διὰ τὴν προειρημένην πρόφασιν πολλῆς ἠξιώθη σπουδῆς, ὡς ἱστοροῦσιν οἱ σοφώτατοι τῶν ἱστοριογράφων, οἱ καὶ τὸν βίον αὐτοῦ καὶ τὰς πράξεις καὶ τὸ τοῦ γένους ἀξίωμα ἀναγράψασθαι προελόμενοι, Φίλων τε καὶ Ἰώσηπος. οὗτοι γὰρ, τὰς Ἰουδαίων ἱστοροῦντες πράξεις, ἀπὸ μὲν τοῦ Χαλδαίων γένους τὸν Μωϋσέα γεγενῆσθαι φασί· τῶν δὲ προγόνων αὐτοῦ διὰ λιμοῦ πρόφασιν ἀπὸ τῆς Φοινίκης ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον μεταναστάντων, ἐκεῖ τὸν ἄνδρα τετέχθαι φασίν· ὃν δι' ὑπερβάλλουσαν ἀρετὴν ὁ Θεὸς τιμῆσαι βουληθεὶς, καὶ πρόαρχοντα καὶ στρατηγὸν καὶ νομοθέτην γενέσθαι τοῦ ἑαυτοῦ γένους ἠξίωσεν, ἡνίκα ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου τὸ τῶν Ἑβραίων πλῆθος ἐπὶ τὴν οἰκείαν χώραν ἐπανελθεῖν ἐδικαίωσε.

Hæc sunt, viri Græci, quæ de Mosis vetustate externi & à religione nostra alieni homines, historias scribentes, tradiderunt: omnia ista se ab Ægyptiis sacerdotibus accepisse professi, apud quos non natus solum, sed etiam qui omni Ægyptiorum disciplina imbueretur, dignus habitus est, propterea quod a Regis filia in filii locum fuerit adoptatus. Propter quam itidem causam magno est eductus studio, quemadmodum in literas retulerunt sapientissimi historiographi, qui de vita ejus & rebus gestis generisque splendore scribendi provinciam sibi sumpsere, Philon & *Josephus*. Hi siquidem, Judæorum res gestas memoriæ mandantes, à Chaldæis Mosen originem traxisse scribunt. Majores quippe ejus per famis causam è Phœnicia in Ægyptum transiisse, atque ibi virum eum genitum memorant: quem Deus ob præstantem ipsius virtutem honore auctum, Principem, Imperatorem, & Legislatorem genti suæ præposuit, cum ex Ægypto Hebræorum multitudinem in regionem suam reverti, justum & æquum esse duxit.

IV. *Idem rursus*, pag. 14.

Ταῦτα οὐ μῦθος ὑμῖν, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, οὐδὲ πεπλασμένας ἱστορίας ἀπαγγέλλομεν· ἀλλ' αὐτοὶ, ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ γενόμενοι, καὶ τὰ ἴχνη τῶν οἰκίσκων ἐν τῇ Φάρῳ ἑωρακότες ἔτι σωζόμενα, καὶ παρὰ τῶν ἐκεῖ ὡς τὰ πάτρια παρειληφότων ἀκηκοότες, ταῦτα ἀπαγγέλλομεν· ἃ καὶ παρ' ἑτέρων ἔξεστιν ὑμῖν μαθεῖν, καὶ μάλιστα παρ' αὐτῶν τῶν περὶ τούτων ἱστορησάντων, σοφῶν καὶ δοκίμων ἀνδρῶν, Φίλωνός τε καὶ Ἰωσήπου, καὶ ἑτέρων πλειόνων.

Hæc vobis, viri Græci, non ut fabulam, neque ut confictam historiam, renunciamus: sed qui ipsi Alexandriæ fuerimus, & vestigia domuncularum apud Pharum adhuc reliqua viderimus, & ab incolis, qui res patrias à majoribus per manus sibi traditas acceperunt, audierimus, commemoramus: quæ ex aliis quoque (aliqua ex parte) intelligere potestis, & potissimum ex eis qui ista scriptis suis inseruerunt, sapientibus & spectatis viris, Philone & *Josepho*, & pluribus aliis.

V. *Idem (vel Auctor incertus) in Quæst. & Respons. ad Orthodox.* p. 462.

Si ignorantia, quæ præter voluntatem provenit, veniam secum affert, ficuti nos Scriptura docet, quomodo qui olim extitere Judæi, & Christum per ignorantiam fupplicio crucis affecere, plurimis & intolerandis affecti funt calamitatibus, ficut in libris *de Excidio* eorum docet *Jofephus*?

Εἰ συγγνώμην ἡ ἀκούσιος ἐφέλκεται ἄγνοια, καθὼς ὑπὸ τῆς γραφῆς διδασκόμεθα, πῶς οἱ μὲν πάλαι Ἰουδαῖοι, τὸν Χριστὸν ἐξ ἀγνοίας σταυρώσαντες, πλείστων καὶ ἀνυποίστων δεινῶν ἐπειράθησαν, ὡς ἐν τοῖς περὶ τῆς ἁλώσεως λόγοις μαρτυρεῖ ὁ Ἰώσηπος;

VI. *Irenæus, in Fragmento è Cod. Bibliothecæ Vindobonensis*, p. 472. *Edit. Oxon.*

Jofephus ait, quod, quando in regali aula educabatur Moses, dux exercitus contra Æthiopes electus, & victor evadens, filiam Regis ejus uxorem duxerit: fiquidem ex amore, quo ipfum profequuta eft, civitatem ei tradiderat.

Ἰώσηπός φησιν, ὅτι, ἡνίκα ἐν βασιλείοις ἐτρέφετο Μωϋσῆς, στρατηγὸς χειροτονηθεὶς κατὰ τῶν Αἰθιόπων, καὶ νικήσας, ἠγάγετο τὴν τοῦ βασιλέως ἐκείνου θυγατέρα· ἐπείπερ πόθῳ τῷ πρὸς αὐτὸν παρεδίδωσιν αὐτῷ τὴν πόλιν.

VII. *Theophilus ad Autolycum*, lib. 3. p. 257. *Edit. Oxon.*

Quod autem attinet ad Phœnicum & Ægyptiorum teftimonium, ficuti fcripfere de temporibus quæ ad nos fpectant, Manetho quidem Ægyptius, & Menander Ephefius, necnon *Jofephus*, qui contexuit *Hiftoriam Belli Judaïci* cum Romanis gefti, ita & ifta nobis fufficere in præfentiarum reor.

Τῆς μὲν οὖν Φοινίκων καὶ Αἰγυπτίων μαρτυρίας, ὡς ἱστορήκασι περὶ τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων οἱ συγγράψαντες [a] Μανεθὼν ὁ Αἰγύπτιος, καὶ ὁ Μένανδρος ὁ Ἐφέσιος, ἔτι δὲ καὶ Ἰώσηπος, ὁ ἀναγράψας τὸν Ἰουδαϊκὸν πόλεμον, τὸν γενόμενον αὐτοῖς ὑπὸ Ῥωμαίων, ἀρκετῶς ἔστω ἡμῖν τὰ εἰρημένα.

VIII. [b] *Clemens Alexandrinus in Stromatum lib.* 1. p. 341. *Edit. Parif.*

Flavius autem *Jofephus* Judæus, qui Judaïcas compofuit hiftorias, colligens tempora, ait, à Mofe ufque ad David effe annos DLXXXV. à David ufque ad fecundum annum Vefpafiani MCLXXIX. deinde ab eo ufque ad decimum annum Antonini annos LXXVII. ita ut à Mofe ufque ad decimum annum Antonini fint omnes anni MDCCCCXXXIII.

Φλαύϊος δὲ Ἰώσηπος, ὁ Ἰουδαῖος, ὁ τὰς Ἰουδαϊκὰς συντάξας ἱστορίας, καταγαγὼν τοὺς χρόνους, φησὶν, ἀπὸ Μωϋσέως ἕως Δαβὶδ ἔτη γίνεσθαι φπέ· ἀπὸ δὲ Δαβὶδ ἕως Οὐεσπασιανοῦ δευτέρου ἔτους, [ἔτη] αροθ΄. εἶτα ἀπὸ τούτου μέχρις Ἀντωνίνου δεκάτου ἔτους, ἔτη οζ΄. ὡς εἶναι ἀπὸ Μωϋσέως ἐπὶ τὸ δέκατον ἔτος Ἀντωνίνου πάντα ἔτη αϡλγ΄.

IX. *Tertullianus in Apologetico adverfus Gentes*, p. 19. *Edit. Parif.*

Judæus *Jofephus* Antiquitatum Judaïcarum vernaculus vindex.

SÆCULO III.

X. *Dion Caffius Hiftor. Rom. lib.* 66. p. 745. *Edit. Hanov.* *Vide infra in Joannes Xiphilinus.*

XI. *Minucius Felix*, p. 36. *Edit. Oxon.*

Scripta eorum relege, vel fi Romanis magis gaudeas, ut tranfeamus veteres, *Flavii Jofephi*, vel Antonii Juliani, de Judæis require.

XII. *Origines in Commentariis ad Matthæum*, p. 223. *Edit. Rothom.*

Ufque adeo autem Jacobus hic Juftitia fua apud populum celeber fuit, ut *Flavius Jofephus*, qui XX. libris *Judaïcam Antiquitatem* confcripfit, rationem reddere volens, quare talia perpeffus fuerit populus, ut Templum etiam dirutum fuerit, dicat hæc illis ira Dei contigiffe, propter ea quæ adverfus Jacobum, fratrem Iefu, qui Chriftus dicitur, perpetraverunt. Ac mirabile quidem illud eft, cum Iefum verum effe Chriftum non crediderit, cum tamen tantam Jacobo juftitiam teftimonio fuo tribuiffe; dicit autem exiftimaffe etiam populum, fe hæc Jacobi caufa fuftinuiffe.

Ἐπὶ τοσοῦτον δὲ διέλαμψεν οὗτος ὁ Ἰάκωβος ἐν τῷ λαῷ ἐπὶ δικαιοσύνῃ, ὡς Φλάβιον Ἰώσηπον, ἀναγράψαντα ἐν εἴκοσι βιβλίοις τὴν Ἰουδαϊκὴν Ἀρχαιολογίαν, τὴν αἰτίαν παραστῆσαι βουλόμενον τοῦ τὰ τοιαῦτα πεπονθέναι τὸν λαὸν, ὡς καὶ τὸν ναὸν κατασκαφῆναι, εἰρηκέναι, κατὰ μῆνιν Θεοῦ ταῦτα αὐτοῖς ἀπηντηκέναι, [c] διὰ τὰ εἰς Ἰάκωβον, τὸν ἀδελφὸν Ἰησοῦ, τοῦ λεγομένου Χριστοῦ, ὑπ' αὐτῶν τετολμημένα. καὶ τὸ θαυμαστόν ἐστιν, ὅτι, τὸν Ἰησοῦν ἡμῶν [d] οὐ καταδεξάμενος εἶναι Χριστὸν, [e] οὐδὲν ἧττον Ἰακώβῳ δικαιοσύνην ἐμαρτύρησε τοσαύτην· λέγει δὲ ὅτι καὶ ὁ λαὸς ταῦτα [f] ἐνόμιζε διὰ τὸν Ἰάκωβον πεπονθέναι.

XIII. *Idem contra Celfum*, l. 1. p. 14. *Edit. Cant.*

Licet enim volentibus legere duos libros *Flavii Jofephi* de *Judæorum Antiquitate*, ubi longam Scriptorum feriem citat in gentis ejus antiquitatis teftimonium.

Δυνατὸν γὰρ τὸν βουλόμενον ἀναγνῶναι τὰ γεγραμμένα Φλαβίῳ Ἰωσήπῳ περὶ τῆς τῶν Ἰουδαίων ἀρχαιότητος ἐν δυσὶν· ὅπου πολλὴν συναγωγὴν συγγραφέων φέρει μαρτυρούντων τῇ Ἰουδαίων ἀρχαιότητι.

XIV. *Idem*

a In *Suida Codd.* Μάνεθως. al. Μανεθώ.
b Idem *Clemens* Strom. 5. meminit τοῦ συντάγματος τῆς Μακκαβαϊκῶν ἐπιτομῆς. Vide *Huet.* D. E. p. 464. Edit. 2.
c Vide *Eufeb.* Hift. Ecclef. lib. 2. c. 23. p. 65. & *Syncellum* p. 339.
d Vide *Martini* Differt. de Loco *Jofephi*, p. 249.
e Vide doctiff. *Huet.* D. E. p. 32.
f Hac de re plura mox infra.

XIV. *Idem iterum*, p. 35.

Εν γὰρ τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς Ιυδαϊκῆς Αρχαιολογίας ὁ Ιώσηπος μαρτυρεῖ τῷ Ιωάννῃ ὡς Βαπτιςῇ γεγενημένῳ, καὶ καθάρσιον τοῖς βαπτισαμένοις ἐπαγγελλομένῳ. ὁ δ᾽ αὐτὸς, [g] καίτοιγε ἀπιςῶν τῷ Ιησῦ ὡς Χριςῷ, ζητῶν τὴν αἰτίαν τῆς τῶν Ιεροσολύμων πτώσεως, καὶ τῆς τοῦ ναοῦ καθαιρέσεως· δέον αὐτὸν εἰπεῖν, ὅτι ἡ κατὰ τοῦ Ιησοῦ ἐπιβουλὴ τούτων αἰτία γέγονε τῷ λαῷ, ἐπεὶ ἀπέκτειναν τὸν προφητευόμενον Χριςόν· ὁ δὲ, καὶ ὥσπερ ἄκων οὐ μακρὰν τῆς ἀληθείας γενόμενος, φησὶ ταῦτα συμβεβηκέναι τοῖς Ιυδαίοις [h] κατ᾽ ἐκδίκησιν Ιακώβυ τοῦ δικαίυ· ὃς ἦν ἀδελφὸς Ιησοῦ τοῦ λεγομένυ Χριςοῦ, ἐπειδήπερ δικαιότατον [i] αὐτὸν ὄντα ἀπέκτειναν.

Nam *Josephus* in XVIII. *Antiquitatum* testatur Joannem extitisse Baptistam, expiationemque baptizatis esse pollicitum. Idem, quamvis Iesum parum cognoscens pro Christo, dum quærit causam Hierosolymorum excidii, Templique demolitionis (cum debuisset dicere id accidisse propter ejus populi contra Iesum insidias, quia Christum à prophetis promissum interemisient) quasi invitus haud procul à veritate discedens, ait hæc contigisse Judæis in ultionem Jacobi cognomento Justi, fratris Iesu qui dicitur Christus, quia justissimum hominem occiderant.

XV. *Idem Lib.* 2. p. 69.

Ταῦτα γὰρ ἤρξατο μὲν ἐπὶ Νέρωνος βασιλεύοντος, παρέτεινε δὲ ἕως τῆς Οὐεσπασιανοῦ ἡγεμονίας, οὗ ὁ υἱὸς Τίτος καθεῖλε τὴν Ιερουσαλήμ· ὡς μὲν Ιώσηπος γράφει διὰ Ιάκωβον τὸν δίκαιον, τὸν ἀδελφὸν Ιησοῦ τοῦ λεγομένυ Χριςοῦ, ὡς δὲ ἀλήθεια παρίςησι διὰ Ιησοῦν τὸν Χριςὸν τοῦ Θεοῦ.

Hoc enim fieri cœptum est sub Neronis imperio, duravitque usque ad Vespasiani tempora, cujus filius Titus solo æquavit Hierusalem; ut *Josepho* videtur propter Jacobum justum, qui vocabatur frater Iesu Christi, ut vero res ipsa clamat, propter Iesum Christum Dei filium.

XVI. *Idem rursus*, p. 167.

Καὶ ὁ βυλόμενός γε [k] ἀναγνώτω τὰ τοῦ Φλαβίυ Ιωσήπυ περὶ τῆς Ιυδαίων ἀρχαιότητος δύο βιβλία, ἵνα γνῷ τίνα τρόπον ἀρχαιότερος ἦν Μωϋσῆς τῶν κατὰ χρόνων μακροὺς περιόδους κατακλυσμοὺς καὶ ἐκπυρώσεις φησάντων γίγνεσθαι ἐν τῷ κόσμῳ.

Si quis certiora cupit cognoscere, legat *Flavii Josephi* libros duos de *Judæorum Antiquitate*, ut sciat Mosem longe ætate superiorem fuisse istis, qui juxta temporum vicissitudines diluvia in mundo fieri & exustiones tradiderunt.

XVII. *Porphyrius de Abstinentia*, lib. 4.

Οἱ δὲ τρίτοι [Εσσαῖοι] τοιοῦτοι ἐτύγχανον τὸ πολίτευμα, ὡς πολλαχοῦ Ιώσηπος τῶν πραγματειῶν ἀνέγραψεν. καὶ γὰρ ἐν τῷ δευτέρῳ τῆς Ιυδαϊκῆς ἱςορίας, ἣν δι᾽ ἑπτὰ βιβλίων συνεπλήρωσεν, καὶ ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς Αρχαιολογίας, ἣν διὰ εἴκοσι βιβλίων ἐπραγματεύσατο, καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ τῷ πρὸς τοὺς Ελληνας, εἰσὶ δὲ δύο τὰ βιβλία. "Εἰσὶ τοίνυν οἱ Εσσαῖοι, Ιυδαῖοι μὲν τὸ γένος. ——

Tertius igitur iste ordo hujusmodi institutis vivebat, ut sæpius *Josephus* in scriptis suis testatum reliquit: in secundo nempe libro *Judaicæ Historiæ*, quam septem libris absolvit, & in decimo octavo *Antiquitatum*, quas viginti libris composuit; & in secundo *ad Græcos*, quod quidem duos libellos complectitur opus. "Essæi, "Judæi quidem natione sunt, *&c.*

SÆCULO IV.

XVIII. *Eusebius Cæsariensis lib.* 8. *Præparat. Evangel. c.* 10. *Edit. Parif.*

Τῶν δὲ οἰκείων οἱ περιφανέςατοι καὶ μνήμης ἀλήςου τούτυς ἠξίωσαν, Ιώσηπός τε καὶ Φίλων, καὶ ἕτεροι πλείους.

At Gentilium suorum clarissimi, *Josephus* & Philo, aliique complures, eosdem memoriæ posteritatis sempiternæ, suis etiam operibus, commendare voluerunt.

XIX. *Euseb. Demonstr. Evangel. l.* 3. *p.* 124. *Edit. Parif.*

——— αὐτάρκης μὲν οὖν καὶ ἡ τῶνδε τυγχάνει περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν μαρτυρία. οὐδὲν δὲ οἷον ἐκ περιουσίας καὶ τῷ ἐξ Εβραίων Ιωσήπῳ μάρτυρι χρήσασθαι, ὃς ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς Ιουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας, τὰ κατὰ τοὺς Πιλάτου χρόνους ἱςορῶν, μέμνηται τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐν τούτοις.

"Γίνεται δὲ κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον Ιησοῦς σοφὸς "ἀνὴρ, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή. ἦν γὰρ παρα-"δόξων ἔργων ποιητὴς, διδάσκαλος ἀνθρώπων "τἀληθῆ σεβομένων. καὶ πολλοὺς μὲν τοῦ [l] Ιυδαϊκοῦ "πολλοὺς δὲ καὶ Ελληνικοῦ ἐπηγάγετο. ὁ Χριςὸς οὗ-"τος ἦν. καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν παρ᾽ ἡμῖν ἀρχόν-"των ςαυρῷ ἐπιτετιμηκότος Πιλάτου, οὐκ ἐπαύ-"σαντο οἱ τὸ πρῶτον ἀγαπήσαντες. ἐφάνη γὰρ αὐ-"τοῖς τρίτην ἡμέραν πάλιν ζῶν, τῶν θείων προφη-

——— ego licet talium hominum de Salvatore nostro testimonium nobis abunde satisfacere debeat, tamen nihil me præter propositum facturum arbitror, si quasi ex abundantia quadam, Hebræi quoque *Josephi* testimonio utar: qui in XVIII. Judaicæ Antiquitatis libro, Pilati tempora in historiam suam referens, de Salvatore nostro mentionem facit, his verbis:

"Existit per idem tempus Iesus sapiens vir, si "modo virum eum dicere oportet, quippe qui "earum rerum auctor fuerit, quæ humanam fi-"dem superant. Docebat porro hic homines, "si quos veritatis studiosos reperiebat: ergo mul-"tos sibi Judaicæ, multos etiam Græcæ factio-"nis adjunxit. Christus plane hic fuit: siquidem "cum magistratibus nostris accusantibus, illum "crucis supplicio affecisset Pilatus, non destite-"runt, qui ab initio complexi fuerant: apparuit "enim illis tertio die iterum vivens, quemadmo-"dum

g Vide Cl. *Spenceri* Annott. in *Orig.* p. 30. & *Huet.* ubi supra.
h Eadem fere habet *Eusebius*, paulo infra; & *Cedrenus* vol. 1. p. 206. *Edit. Parif.* Vide Epist. Cl. *Picquis* in *Bibl. Crit.* R. P. *Simonii*, Vol. II. p. 34.

i Legendum potius, δικαιότατον.
k Al. ἀναγνώτω.
l Deesse videtur ὄχλου, aut simile.

"dum divini prophetæ & hæc, & alia innumerabilia de illo prædixerant, ex quo ad hunc usque diem Christianorum non defecit genus.

"τῶν προφητῶν ταῦτά τε καὶ ἄλλα μυρία περὶ αὐτοῦ εἰρηκότων. εἰς ἔτι τε νῦν ἀπὸ τοῦδε τῶν Χριστιανῶν οὐκ ἐπέλιπε τὸ φῦλον.

XX. *Idem l.* 6. *c.* 11. *p.* 291.

At *Josephus vice eorum*, quæ in sacris libris scripta sunt, *Judaicas traditiones* summa diligentia persequutus est, utpote qui Hebræus ab Hebræis existeret.

Ὁ δέ γε Ἰώσηπος καὶ τὰς ἔξωθεν Ἰουδαϊκὰς [m] δευτερώσεις ἀπηκριβωκώς, ἅτε Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων τυγχάνων.

XXI. *Idem l.* 8. *p.* 397.

Atque optimus hujus rei testis est Hebraicus auctor *Josephus*, qui in XVIII. Judaicæ Antiquitatis libro, quæ ad illa tempora pertinent, exponit: "Herodes, &c.

Μάρτυς δ' ἀξιόχρεως τούτου ὁ ἐξ αὐτῶν Ἑβραίων Ἰώσηπος, ὧδέ πως ἱστορῶν τὰ κατὰ τοὺς χρόνους ἐν [n] ὀκτωκαιδεκάτῳ Ἀρχαιολογίας. "τὴν δὲ βασιλείαν, κ. τ.

XXII. *Idem in Hist. Ecclesiast. l.* 1. *c.* 4. *p.* 17. *Edit. Valesii.* 1659.

Hujus porro descriptionis sub Quirinio celeberrimus apud Judæos Historiarum scriptor *Flavius Josephus* mentionem facit: aliam quoque narrationem de Galilæorum secta, qui iisdem temporibus emersit, statim subnectens.

Ταύτης δὲ τῆς κατὰ Κυρήνιον ἀπογραφῆς καὶ ὁ τῶν παρ' Ἑβραίοις ἐπισημότατος ἱστορικῶν Φλαύϊος Ἰώσηπος μνημονεύει, καὶ ἄλλην ἐπισυνάπτων ἱστορίαν περὶ τῆς τῶν Γαλιλαίων κατὰ τοὺς αὐτοὺς ἐπιφυείσης χρόνους αἱρέσεως.

XXIII. *Idem iterum*; *l. eod. c.* 6. *p.* 20.

Hujus rei locupletissimum testem habes *Josephum*.

Ἔχεις καὶ τούτου ἀξιόχρεων τὸν Ἰώσηπον μάρτυρα.

XXIV. *Idem rursus*, *l. eod. c.* 11. *p.* 29, 30.

—— Joannem Baptistam ab Herode juniore capite truncatum fuisse sacra Euangelii scriptura commemorat. Cui adstipulatur etiam *Josephus*, qui & Herodiadis ipsius nominatim meminit, & diserte narrat, quomodo Herodes priore & legitima conjuge repudiata, quæ Arethæ regis Arabum filia erat, hanc fratris sui uxorem à viro suo per vim adductam sibi conjugem adscivit: inque ejus gratiam necato Joanne Baptista, cum Aretha ob filiæ contumeliam infesto bellum gessit. Quo quidem in bello victum acie Herodem, & universum ejus exercitum deletum refert; hæcque omnia ob scelus adversus Joannem Baptistam perpetratum ei contigisse. Idem *Josephus* Joannem justissimum virum fuisse, & lavacri cujusdam institutorem affirmans, cum iis quæ in sacris Euangeliorum voluminibus de eodem Joanne prodita sunt, mirifice consentit. Refert etiam Herodem Herodiadis culpâ principatu excidisse, & in urbem Galliæ Viennam simul cum ea esse relegatum. Et hæc quidem in octavo decimo Antiquitatum libro ab eo commemorantur, in quo etiam de Joanne scribit his verbis: "Arbitrabantur quidam Judæorum divina ultione periisse Herodis exercitum, Deo cædem Joannis qui Baptista cognominatus est, vindicante. Quippe hunc Herodes obtruncaverat, cum esset vir bonus, Judæosque ad virtutis studium excitaret, præcipiens ut juste quidem inter se, erga Deum autem pie agentes, ad lavacrum accederent. Tunc enim demum acceptum Deo fore lavacrum ajebat, cum eo non ad expiationem criminum uterentur, sed ad corporis munditiem, ut mentibus jam ante per justitiam expurgatis, corporis quoque adderent puritatem. Cumque multi ad eum undique confluerent (hujusmodi enim sermonibus mirifice delectabantur) Herodes veritus ne tanta hominis auctoritas subditos ad defectionem impelleret, quippe qui nihil non acturi ex ejus consilio viderentur; satius esse duxit priusquam novi aliquid oriretur, illum è medio tollere, quam mutatione rerum facta, ipse in maximum discrimen adductus, seram pœnitentiam agere. Vinctus igitur ob hanc Herodis suspicionem, & ad castellum Machæruntem, cujus supra meminimus perductus, ibidem cæsus est.

—— τοῦ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου ὑπὸ τοῦ νέου Ἡρώδου τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθέντος, μνημονεύει μὲν ἡ θεία τοῦ εὐαγγελίου γραφή. συμμαρτυρεῖ γε μὴν καὶ ὁ Ἰώσηπος ὀνομαστὶ τῆς τε Ἡρωδιάδος μνήμην πεποιημένος, καὶ ὡς ἀδελφοῦ γυναῖκα οὖσαν αὐτὴν ἠγάγετο πρὸς γάμον Ἡρώδης, ἀθετήσας μὲν τὴν προτέραν αὐτῷ κατὰ νόμους γεγαμημένην γυναῖκα· Ἀρέτα δ' ἦν αὕτη τοῦ Πετραίων βασιλέως θυγάτηρ· τὴν δὲ Ἡρωδιάδα ζῶντος διαστήσας τοῦ ἀνδρός· δι' ἣν καὶ τὸν Ἰωάννην ἀνελὼν, πόλεμον αἴρεται πρὸς τὸν Ἀρέταν, ὡς ἂν ἠτιμασμένης αὐτῷ τῆς θυγατρός. ἐν ᾧ πολέμῳ μάχης γενομένης, πάντα φησὶ τὸν Ἡρώδου στρατὸν διαφθαρῆναι· καὶ ταῦτα πεπονθέναι τῆς ἐπιβουλῆς ἕνεκεν τῆς κατὰ Ἰωάννου γεγενημένης. ὁ δ' αὐτὸς Ἰώσηπος ἐν τοῖς μάλιστα δικαιότατον καὶ βαπτιστὴν ὁμολογῶν γεγονέναι τὸν Ἰωάννην, τοῖς περὶ αὐτοῦ κατὰ τὴν τῶν εὐαγγελίων γραφὴν ἀναγεγραμμένοις συμμαρτυρεῖ. ἱστορεῖ δὲ καὶ τὸν Ἡρώδην τῆς βασιλείας ἀποπεπτωκέναι διὰ τὴν αὐτὴν Ἡρωδιάδα, μεθ' ἧς αὐτὸν καὶ εἰς τὴν ὑπερορίαν ἀπεληλάσθαι, Βιένναν τῆς Γαλλίας πόλιν οἰκεῖν καταδικασθέντα. καὶ ταῦτά γε αὐτῷ ἐν ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς Ἀρχαιολογίας δεδήλωται, ἔνθα συλλαβαῖς αὐταῖς περὶ τοῦ Ἰωάννου ταῦτα γράφει. "τισὶ δὲ τῶν Ἰουδαίων ἐδόκει ὀλωλέναι τὸν Ἡρώδου στρατὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ μάλα δικαίως τινυμένου κατὰ ποινὴν Ἰωάννου τοῦ καλουμένου Βαπτιστοῦ. κτείνει γὰρ τοῦτον Ἡρώδης, ἀγαθὸν ἄνδρα καὶ τοῖς Ἰουδαίοις κελεύοντα ἀρετὴν ἐπασκῆσαι, καὶ τὰ πρὸς ἀλλήλους δικαιοσύνῃ καὶ πρὸς τὸν Θεὸν εὐσεβείᾳ χρωμένους, βαπτισμῷ συνιέναι. οὕτω γὰρ δὴ καὶ τὴν βάπτισιν ἀποδεκτὴν αὐτῷ φανεῖσθαι, μὴ ἐπὶ τινῶν ἁμαρτάδων παραιτήσει χρωμένων, ἀλλ' ἐφ' ἁγνείᾳ τοῦ σώματος, ἅτε δὴ καὶ τῆς ψυχῆς δικαιοσύνῃ προεκκεκαθαρμένης. καὶ τῶν ἄλλων συστρεφομένων, καὶ γὰρ ἥσθησαν ἐπὶ πλεῖστον τῇ ἀκροάσει τῶν λόγων, δείσας Ἡρώδης τὸ ἐπὶ τοσόνδε πιθανὸν αὐτοῦ τοῖς ἀνθρώποις, μὴ ἐπὶ ἀποστάσει φέροι· πάντα γὰρ ἐῴκεσαν συμβουλῇ τῇ ἐκείνου πράξοντες· πολὺ κρεῖττον ἡγεῖται πρίν τι νεώτερον ἀπ' αὐτοῦ γενέσθαι, προλαβὼν ἀναιρεῖν, ἢ μεταβολῆς γενομένης εἰς πράγματα ἐμπεσὼν μετανοεῖν. καὶ ὁ μὲν ὑποψίᾳ τῇ Ἡρώδου δέσμιος εἰς τὸν Μαχαιροῦντα πεμφθεὶς τὸ προειρημένον φρούριον, ταύτῃ κτίννυται.

[m] Indicare voluit Eusebius, *Josephum* non uti promiserat, exacte semper sequutum Textum Sacrum, sed ejus loco sauxisse majorum suorum δευτερώσεις, sive traditiones.

[n] Extat l. XX. c. 8.

XXV. *Idem ibid.*

Ταῦτα περὶ τοῦ Ἰωάννου διελθὼν, καὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν κατὰ τὴν αὐτὴν τοῦ συγγράμματος ἱστορίαν ὧδέ πως μέμνηται. "γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς τις "σοφὸς ἀνὴρ, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή. ἦν γὰρ "παραδόξων ἔργων ποιητὴς, διδάσκαλος ἀνθρώπων "τῶν σὺν ἡδονῇ τἀληθῆ δεχομένων. καὶ πολλοὺς μὲν τῶν "Ἰουδαίων, πολλοὺς δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ [o] Ἑλληνικοῦ ἐπηγάγετο. "ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν. καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν πρώτων "ἀνδρῶν παρ' ἡμῖν σταυρῷ ἐπιτετιμηκότος Πιλάτου, "οὐκ ἐξεπαύσαντο, οἱ τὸ πρῶτον αὐτὸν ἀγαπήσαντες. "ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἔχων ἡμέραν πάλιν ζῶν, "τῶν θείων προφητῶν ταῦτά τε καὶ ἄλλα μυρία περὶ "αὐτοῦ θαυμάσια εἰρηκότων. εἰσέτι τε νῦν τῶν Χρι-"στιανῶν ἀπὸ τοῦδε ὠνομασμένων οὐκ ἐπέλιπε τὸ φῦ-"λον." ταῦτα πρὸς ἐξ αὐτῶν Ἑβραίων συγγραφέως ἀνέκαθεν τῇ ἑαυτοῦ γραφῇ, περί τε τοῦ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου καὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν παραδεδωκότος, τίς ἂν ἔτι λείποιτο ἀποφυγὴ, τοῦ μὴ ἀναισχύντους ἀπελέγχεσθαι τοὺς κατ' αὐτῶν πλασαμένους ὑπομνήματα; ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐχέτω ταύτῃ.

Hæc *Josephus* de Joanne. Qui etiam in eodem libro servatoris nostri mentionem facit, his verbis: "Iisdem temporibus Iesus quidam fuit "vir sapiens, si tamen virum eum appellare fas "est. Erat quippe admirabilium operum effector, "doctorque eorum qui veritatem libenti animo "complectebantur. Multos ille partim ex Judæis, "partim ex Gentilibus sectatores sibi adjunxit. "Hic erat Christus. Quem à gentis nostræ pri-"moribus delatum, cum Pilatus crucis suppli-"cio addixisset, hi tamen qui illum dilexerant, "cum deinceps colere non destiterunt. Tertio "enim die vivus ac spirans eis apparuit; prout "divini prophetæ hæc & alia quam plurima de "illo mirifica prædixerant. Abhinc porro Chri-"stianorum genus, qui ab eo nomen sumpsere, "ad nostram usque ætatem continuatum manet." Hæc igitur cum scriptor ille ex Hebræis oriundus de Joanne Baptista & de servatore nostro in libris suis commemoraverit, quod jam effugium relinquitur his qui adversus eos acta illa confinxerunt, quo minus impudentissimi esse convincantur? sed de his satis.

XXVI. *Idem lib.* 2. *c.* 10. *p.* 47.

Θαυμάσαι δ' ἄξιον τὸ περὶ τὴν θείαν γραφὴν καὶ ἐν τῷδε τῆς παραδόξου συμφωνίας, ἣν τῆς Ἰωσήπου ἱστορίας καθ' ἣν ἐπιμαρτυρῶν τῇ ἀληθείᾳ δῆλός ἐστιν ἐν τόμῳ τῆς Ἀρχαιολογίας ἐννεακαιδεκάτῳ, ἔνθα αὐτοῖς γράμμασιν ὧδέ πως τὸ θαῦμα διηγεῖται. "τρίτον δ' ἔτος, κ. τ. λ.

Cæterum mirari subit *Josephi* Historiam, quippe quæ in hujus miraculi narratione cum divina Scriptura plane consentiat. in ea enim veritatem testimonio suo ac suffragio perspicue comprobat, cum rem gestam in XIX. *Antiquitatum* libro exponit his verbis, &c.

XXVII. *Idem paulo infra*, *p.* 49.

Ταῦτα τὸν Ἰώσηπον μετὰ τῶν ἄλλων ταῖς θείαις συναληθεύοντα γραφαῖς ἀποθαυμάζω.

In his *Josephum*, perinde ac in cæteris, magnopere admiror, qui cum Sacris literis in veritate adeo consentiat.

XXVIII. *Idem rursus*, *c.* 23. *p.* 65.

Οὕτω δὲ ἄρα θαυμάσιός τις ἦν, καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἐπὶ δικαιοσύνῃ βεβόητο ὁ Ἰάκωβος, ὡς καὶ τοὺς Ἰουδαίων ἔμφρονας δοξάζειν ταύτην εἶναι τὴν αἰτίαν τῆς παραχρῆμα μετὰ τὸ μαρτύριον αὐτοῦ πολιορκίας τῆς Ἱερουσαλήμ· ἣν δι' οὐδὲν ἕτερον αὐτοῖς συμβῆναι, ἢ διὰ τὸ κατ' αὐτοῦ τολμηθὲν ἄγος. ὁ γοῦν Ἰώσηπος οὐκ ἀπώκνησε καὶ τοῦτ' ἐγγράφως ἐπιμαρτύρασθαι, δι' ὧν φησι λέξεων· [p] "Ταῦτα δὲ συμβέβηκεν Ἰουδαίοις, κατ' ἐκδίκησιν Ἰα-"κώβου τοῦ δικαίου, ὃς ἦν ἀδελφὸς Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου "Χριστοῦ, ἐπειδήπερ δικαιότατον αὐτὸν ὄντα οἱ Ἰουδαῖοι "ἀπέκτειναν.

Porro Jacobus ob singularem justitiam adeo celebris apud omnes & admirabilis fuit, ut Judæorum prudentissimi hanc fuisse causam existimaverint secutæ mox obsidionis Hierosolymorum: quam quidem non ob aliud sibi contigisse, quam propter scelus in Jacobum admissum, ipse etiam *Josephus* scripto testari minime dubitavit, cum ait. "Hæc omnia contigerunt Judæis pro-"pter Jacobum cognomento Justum, fratrem "Iesu qui dicitur Christus; qui cum esset o-"mnium consensu justissimus, nihilo minus à "Judæis necatus fuerat.

XXIX. *Idem lib.* 3. *c.* 7. *p.* 82.

[q] Περὶ μὲν οὖν τῶν, μετὰ τὸ σωτήριον πάθος καὶ τὰς φωνὰς ἐκείνας, ἐν αἷς ἡ τῶν Ἰουδαίων πληθὺς τὸν μὲν λῃστὴν καὶ φονέα τοῦ θανάτου παρῃτήσατο, τὸν δὲ ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἐξ αὐτῶν ἱκέτευσεν ἀρθῆναι, τῷ παντὶ συμβεβηκότων ἔθνει, οὐδὲν ἂν δέοι τῆς ἱστορίας ἐπιλέγειν.

Ac de iis quæ universæ Judæorum genti post passionem Domini contigerunt, & post voces illas quibus latronem & homicidam morte liberari, ipsum vero auctorem vitæ à medio tolli populus omnis succlamaverat, *Josephi* narrationi quicquam addere minime necesse est.

XXX. *Idem iterum capp.* 9. & 10. *p.* 84.

Ἐπὶ τούτοις εἰκὸς, ἄξιον μὴ δ' αὐτὸν Ἰώσηπον, τοσαῦτα τῇ μετὰ χεῖρας συμβεβλημένον ἱστορίᾳ, ὅθεν τε καὶ ἀφ' οἵου γένους ὥρμητο, ἀγνοεῖν. δηλοῖ δὲ πάλιν αὐτὸς καὶ τοῦτο [r] λέγων ὧδε· "Ἰώσηπος Ματθίου "παῖς, ἐξ Ἱεροσολύμων ἱερεύς· αὐτός τε Ῥωμαίους "πολεμήσας τὰ πρῶτα, καὶ τοῖς ὕστερον παρατυχὼν "ἐξ ἀνάγκης." μάλιστα δὲ τῶν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ Ἰουδαίων, οὐ παρὰ μόνοις τοῖς ὁμοεθνέσιν, ἀλλὰ

Porro his rebus, tandem ad exitum perductis, rationi consentaneum videtur de *Josepho* ipso, qui historiæ, quam præ manibus habemus, tantum adjumentum contulit, quis, & unde, quove genere prognatus fuerit, exponere. id vero etiam ipse declarat de se loquens his verbis: "Jose-"phus Mattathiæ filius, natione Hebræus, do-"mo Hierosolymitanus, ex numero Sacerdotum; "qui & initio adversus Romanos pugnavi, & re-"bus postea gestis necessitate coactus interfui".
Hic

o Φῦλον sc. nisi legendum Ἑλληνικοῦ. Vide n. XIX.

p Vide Cl. *Spencerum* in *Annott.* ad *Origenem* contra *Celsum*, p. 30. 31. & Celeberr. *Huetium* in *Demonst. Evangel.* prop. III.

q Vide *Euseb.* l. 3. c. 7.

r In *Prologo* ad *Bellum Judaicum*.

Hic vir omnium tunc temporis Judæorum præstantissimus fuit, non modo popularium suorum, sed etiam Romanorum judicio; adeo ut ipse quidem in urbe Roma statua donatus sit: libri vero ab eo conscripti in Bibliotheca publica fuerint collocati. Scripsit *Antiquitates Judaicas* libris XX. *Historiam* vero *Belli Judaici*, quod à Romanis sua ætate gestum est, complexus est voluminibus VII. quam non solum Græco, sed etiam Patrio sermone, ab se editam esse testatur. dignus omnino cui & hic & in cæteris fides habeatur. Exstant autem duo ejusdem libri de *Judæorum vetustate* lectu dignissimi. In quibus & *Apioni Grammatico* respondet, qui ea ætate volumen adversus Judæos composuerat, & aliis nonnullis qui Judæorum origines perinde calumniari tentaverunt. In priore horum autem librorum, numerum Sacrorum voluminum, quibus vetus Testamentum constat, quænam sint apud Hebræos extra omnem controversiam posita, utpote à majoribus tradita, declarat. ——— Apud nos est & aliud non ignobile opusculum ab eodem elaboratum *de Ratione summo imperio prædita*: quod quidem à nonnullis *Maccabaicum* inscriptum est, eo quod certamina contineat Hebræorum quorundam, qui, ut in *Maccabæorum* libris proditum est, pro Divini numinis cultu fortiter propugnarunt. Sed & sub finem *Antiquitatum Judaicarum* libri XX, propositum sibi esse significat, quatuor libros conscribere *de Deo atque ejus natura*, ex opinione Judæorum, quam ipsi à majoribus acceperunt; item *de Legibus, cur earum præcepto quædam permissa sunt, quædam vetita.* Alia præterea ab se elucubrata esse, ipse in suis libris commemorat.

καὶ παρὰ Ῥωμαίοις γέγονεν ἀνὴρ ἐπιδοξότατος· ὡς αὐτὸν μὲν ἀναθέσει ἀνδριάντος ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων τιμηθῆναι πόλεως. τοὺς δὲ σπουδασθέντας αὐτῷ λόγους βιβλιοθήκης ἀξιωθῆναι. οὗτος δὴ πᾶσαν τὴν Ἰουδαϊκὴν ἀρχαιολογίαν ἐν ὅλοις εἴκοσι καταβέβληται συγγράμμασι, τὴν δ' ἱστορίαν τοῦ κατ' αὐτὸν Ἰουδαϊκοῦ πολέμου, ἐν ἑπτὰ λόγοις· ἃ καὶ οὐ μόνον τῇ Ἑλλήνων, ἀλλὰ καὶ τῇ πατρίῳ φωνῇ παραδοῦναι αὐτὸς ἑαυτῷ μαρτυρεῖ, ἄξιός γε ὢν διὰ τὰ λοιπὰ πιστεύεσθαι. καὶ ἕτερα δὲ αὐτοῦ φέρεται σπουδῆς ἄξια δύο, τὰ περὶ τῆς Ἰουδαίων ἀρχαιότητος· ἐν οἷς καὶ ἀντιρρήσεις πρὸς Ἀπίωνα τὸν γραμματικὸν κατὰ Ἰουδαίων τηνικάδε συντάξαντα λόγον πεποίηται, καὶ πρὸς ἄλλους, οἳ διαβάλλειν καὶ αὐτοὶ τὰ πάτρια τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἐπειράθησαν. τούτων ἐν τῷ προτέρῳ τὸν ἀριθμὸν τῆς λεγομένης παλαιᾶς τῶν ἐνδιαθήκων γραφῶν τίθησι, τίνα παρ' Ἑβραίοις ἀναντίρρητα, ὡς ἂν ἐξ ἀρχαίας παραδόσεως, διδάσκων. ——— Πεπόνηται δὲ καὶ ἄλλο οὐκ ἀγεννὲς σπούδασμα τῷ ἀνδρί, περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ· ὅ τινες Μακκαβαϊκὸν ἐπέγραψαν, τῷ τοὺς ἀγῶνας τῶν ἐν τοῖς οὕτω καλουμένοις Μακκαβαϊκοῖς συγγράμμασιν ὑπὲρ τῆς εἰς τὸ θεῖον εὐσεβείας ἀνδρισαμένων Ἑβραίων περιέχειν. καὶ πρὸς τῷ τέλει δὲ τῆς εἰκοστῆς Ἀρχαιολογίας ἐπισημαίνεται ὁ αὐτὸς, ὡς ἂν προῃρημένος ἐν τέτταρσι συγγράψαι βιβλίοις κατὰ τὰς πατρίους δόξας τῶν Ἰουδαίων, περὶ θεοῦ καὶ τῆς οὐσίας αὐτοῦ· καὶ περὶ τῶν νόμων, διὰ τί κατ' αὐτοὺς τὰ μὲν ἔξεστι πράττειν, τὰ δὲ κεκώλυται. καὶ ἄλλα δὲ αὐτῷ σπουδασθῆναι, ὁ αὐτὸς ἐν τοῖς ἰδίοις αὐτοῦ μνημονεύει λέξεις.

XXXI. *Idem in Chronico Græco*, p. 64. *Edit. Amst.*

Τὰ δὲ μετὰ ταῦτα συμβάντα, ἢ πραχθέντα, ἕως τῆς θείας σαρκώσεως, τοῖς Ἰουδαίοις, Ἰώσηππος ἐν τοῖς Μακκαβαϊκοῖς ἱστορεῖ, καὶ Ἀφρικανὸς μετ' αὐτὸν ἐν Ἐπιτόμῳ.

XXXII. [a] *Idem ibid.* p. 79.

Συμφωνεῖ ὁ Ἰώσηππος ἐν τούτῳ τῇ πράξει τῶν Ἀποστόλων, ἔνθα τῷ θείῳ Παύλῳ ὑπὸ τοῦ Χιλιάρχου λέλεκται. οὐκ ἄρα σὺ εἶ ὁ Αἰγύπτιος ——.

XXXIII. *Idem in Commentariis in Psalmos*, p. 137. *Edit. Paris.*

Quis porro Historias *Flavii Josephi* percurrens, eorumque narratu comperiens, qua ratione obsidione conclusi fame & seditionibus interibant, non præsens dictum admiretur, "Et conclude "adversus eos qui persequuntur me."

Τίς δὲ διελθὼν τὰς Φλαυΐου Ἰωσήπου ἱστορίας, μαθών τε ἐξ αὐτῶν ὅπως ἐν συγκλεισμῷ ἀποληφθέντες λιμῷ καὶ στάσει διεφθάρησαν, οὐ θαυμάσει τὴν ἐνταῦθα λέγουσαν φωνὴν, "καὶ σύγκλεισον ἐξ ἐναντίας τῶν καταδιωκόντων με.

XXXIV. *Eustathius in Hexaemeron*, p. 1.

Clemens & Africanus, & præter hos Tatianus, & ex Judæis *Josephus* & Justus, proprio quisque modo, ab antiquis historiis ad id probandum præbitis, divinum Moysem temporibus Inachi floruisse literis prodidere.

Κλήμης μὲν οὖν καὶ Ἀφρικανὸς καὶ πρὸς τούτοις Τατιανὸς, τῶν δὲ ἐκ περιτομῆς Ἰώσηππος καὶ Ἰοῦστος κατὰ Ἴναχον ἀκμάσαι τὸν θεσπέσιον Μωϋσέα ἱστόρησαν, ἰδίως ἕκαστος ἐκ παλαιᾶς ἱστορίας ὑπάγων τὴν ἀπόδειξιν.

XXXV. [b] *Auctor Chronici Paschalis*, p. 127, 128. *Ed. Par.*

Festum quod Pascha appellarunt filii Israël, Diabateria & Hyperbasia alii nuncuparunt, quod colligere licet ex iis qui apud Hebræos doctrinæ laude claruerunt, Philone, inquam, & *Josepho*.

Ἑορτὴν, ἣν Πάσχα προσηγόρευον οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, Διαβατήρια καὶ Ὑπερβάσια ἐκάλουν ἄλλοι, ὡς ἔστι γνῶναι ἔκ τε τῶν παρ' Ἑβραίοις σοφῶν, Φίλωνος λέγω καὶ Ἰωσήπου.

XXXVI. *Idem ibid.* p. 247.

Anno XXXIX. Christi in cœlos assumptionis, Titus Vespasiani filius Judæam urbemque Hierusalem recepit, peragrata universa Palæstina, ipsoque Judæorum everso templo. Agebatur tum Paschatis dies, cum urbem Hierosolymitanam expugnavit, & undecies centena Judæorum millia, iis gladio interemptis, delevit, aliaque centum

Τεσσαρακοστῷ ἐνάτῳ ἔτει τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀναλήψεως τοῦ Κυρίου, Τίτος υἱὸς Οὐεσπασιανοῦ τὴν Ἰουδαίαν παρέλαβεν, [c] καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ, προσελθὼν εἰς πᾶσαν τὴν Παλαιστίνην, καὶ ἱερὸν τῶν Ἰουδαίων κατέστρεψεν. ἦν δὲ ἡμέρα τῆς ἑορτῆς τοῦ Πάσχα, ὅτε παρέλαβε τὴν πόλιν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἀπώλεσε ψυχῶν μυριάδας ρι. ξίφεσιν αὐτοὺς κατακόψας,

[a] Vide etiam pp. 52, 53, 78.

[b] De ætate ejus vide Du-Fresne in Præfat.

[c] Vertendum, *Judæam recepit, & Hierusalem, peragrata universa Palæstina, Judæorumque templum evertit.*

πέψας, καὶ ἄλλας δὲ μυριάδας ιε'. Διεπώλησαν αἰχμαλώτων, νεανίσκων καὶ παίδων ἀρρενικῶν καὶ παρθένων πεντήκοντα, καθὼς Ἰώσηπος ὁ σοφώτατος χρονογράφος συνέγραψεν.

quinquaginta millia captivorum ex adolescentibus & pueris, & virginibus & puellis, sub corona vendidit, ut tradit *Josephus* doctissimus Chronographus.

XXXVII. *Basilius Cæsariensis in Homilia in Famem & Siccitatem*, p. 358. *Edit. Paris.*

Τὸ τοῦ λιμοῦ πάθος κατηνάγκασε πολλοὺς πολλάκις καὶ τοὺς ὅρους κινῆσαι τῆς φύσεως, ἅψασθαι μὲν ἀνθρωπίνων τῶν ὁμοφύλων σωμάτων· μητέρα δὲ παῖδα, ὃν ἐκ τῆς γαστρὸς προήγαγε, πάλιν τῇ γαστρὶ κακῶς ὑποδέξασθαι. καὶ τοῦτο τὸ δρᾶμα Ἰουδαϊκὴ ἐτραγῴδησεν ἱστορία, ἣν Ἰώσηπος ἡμῖν ὁ σπουδαῖος συνέγραψεν, ὅτε τὰ δεινὰ τοὺς Ἱεροσολυμίτας κατέλαβε, τῇ εἰς τὸν Κύριον δυσσεβείᾳ ἐνδίκως τιμωρίας τινυμένους.

Quid fames non cogit? naturæ leges sæpe pervertere ac transgredi multis suadet, & hominum corporibus vel propinquorum vesci: matrem etiam quem peperit natum impulit in ventrem male recondere. Quam tragœdiam Judaïca commemorat historia, à *Josepho* gravi Auctore conscripta, quando videlicet diræ calamitates Hierosolymitanos, pœnas justas propter impietatem in Dominum dantes, apprehenderunt.

XXXVIII. *Gregorius Nazianzenus in Orat. XXII.* p. 398. *Edit. Paris.*

Οὗτοι τίνες μὲν ὄντες, καὶ ὅθεν, καὶ ἐξ οἵας ὁρμώμενοι τῆς ἀνατροφῆς καὶ παιδεύσεως, εἰς τοσοῦτον ἀρετῆς καὶ δόξης προεληλύθασιν, ὥστε καὶ τοῖς ἐτησίοις τιμᾶσθαι τιμαῖς τε καὶ πανηγύρεσι, καὶ μείζονα τῆς ὁρωμένων τὴν περὶ αὐτῶν δόξαν ἐναποκεῖσθαι τῶν ἁπάντων ψυχαῖς, ἡ περὶ αὐτῶν βίβλος δηλώσει τοῖς φιλομαθέσι καὶ φιλοπόνοις, ἡ περὶ τοῦ Αὐτοκράτορα εἶναι τῶν παθῶν τὸν λογισμὸν φιλοσοφοῦσα, καὶ κύριον τῆς ἐπ' ἄμφω ῥοπῆς, ἀρετὴν τε φημὶ καὶ κακίαν. ἄλλοις τε γὰρ οὐκ ὀλίγοις ἐχρήσατο μαρτυρίοις, καὶ δὴ καὶ τοῖς τούτων ἀθλήμασιν. ἐμοὶ δὲ τοσοῦτον εἰπεῖν ἐξαρκέσει.

Quinam hi fuerint, & unde, & ex qua primum institutione atque doctrina in eam virtutis & gloriæ magnitudinem evaserint, ut tum annuis his Festis ornentur, tum multo major, quam quæ oculis cernitur, eorum gloria in omnium animis condita sit, studiosis ac diligentibus viris perspicue liber ille declarabit, qui *Rationem animi perturbationibus imperare* docet, in ejusque arbitrio esse, ut in utramque partem, hoc est vel ad virtutem vel ad vitium, propendeamus. Nam cum pleraque alia testimonia, tum horum quoque dimicationes ad hujus argumenti confirmationem attulit. Mihi vere hæc tantum dicere sufficiet.

XXXIX. *Hegesippus (seu potius Ambrosius) de Excidio Urbis Hierosol. lib.* 2. p. 200. *Edit. Cadom.*

De quo (sc. *Jesu*) ipsi Judæi quoque testantur, dicente *Josepho* historiarum Scriptore, quod fuerit illo in tempore vir sapiens, si tamen oportet (inquit) virum dici; mirabilium &c. ——— hoc dixit *Josephus*, quem ipsi maximum putant: & tamen ita in eo quod verum loquutus est, [x] mente devius fuit, ut nec sermonibus suis crederet, sed loquutus est propter historiæ suæ fidem, quia fallere nefas putabat. non credidit propter duritiam cordis & perfidiæ intentionem: non tamen veritati præjudicabat, quod non credidit; sed plus addidit testimonio, quod nec incredulus & invitus negavit.

XL. *Hieronymus in Epistola Paulæ & Eutocii ad Marcellum ab ipso dictata*, Tom. 1. p. 126. *Edit. Froben.* A. 1526.

Denique etiam *Josephum*, qui vernaculus Scriptor est Judæorum, [y] asserere, illo tempore quo crucifixus est Dominus, ex adytis Templi virtutum cœlestium erupisse voces, dicentium, *Transmigremus ex his sedibus.*

XLI. *Idem in Epistola ad Eustochium*, Tom. 1. p. 149.

Tales Philo Platonici sermonis imitator, tales *Josephus* Græcus Livius in secunda *Judaïcæ Captivitatis* historia Essenos refert.

XLII. *Idem in Epistola ad Lucinium*, Tom. 1. p. 197.

Porro *Josephi* libros, & Sanctorum Papiæ & Polycarpi volumina, falsus ad te rumor pertulit à me esse translata: quia nec otii mei nec virium est, tantas res eadem in alteram linguam exprimere venustate,

XLIII. *Idem in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum*, Tom. 1. p. 275.

Ἰώσηπος Ματταθίου υἱὸς, Ἱεροσολύμων ἱερεὺς, ὑπὸ Οὐεσπασιανοῦ ἁλοὺς μετὰ Τίτου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ κατελείφθη. ὃς, εἰς Ῥώμην ἐλθὼν, ἑπτὰ λόγους τῆς Ἰουδαϊκῆς ἁλώσεως τοῖς δύο βασιλεῦσι, τῷ τε πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ, προσήνεγκεν, οἵ τινες καὶ τῇ δημοσίᾳ βιβλιοθήκῃ παρεδόθησαν· καὶ διὰ τὴν δόξαν τῆς εὐφυΐας, ἀνδριάντος ἠξιώθη. ἔγραψε δὲ τῆς Ἀρχαιολογίας λόγους εἴκοσι, ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου ἀρχῆς ἕως τεσσαρεσκαιδεκάτου ἔτους Δομετιανοῦ Καίσαρος, καὶ δύο Ἀρχαιότητος κατὰ Ἀπίωνος Γραμματικοῦ Ἀλεξανδρέως, ὃς ἐπὶ

Ex Versione Sophronii.

Josephus, Mattathiæ filius, ex Hierosolymis Sacerdos, à Vespasiano captus, cum Tito filio ejus relictus est. Hic, Romam veniens, septem libros *Judaïcæ Captivitatis* Imperatoribus patri filioque obtulit, qui [z] Bibliothecæ publicæ traditi sunt: & ob ingenii gloriam Statuam quoque meruit Romæ. Scripsit autem & alios viginti *Antiquitatum* libros, ab [a] exordio Mundi usque ad decimum quartum annum Domitiani Cæsaris, & duos Ἀρχαιότητος adversum Apionem Grammaticum Alexandrinum, qui, sub Caligula

[x] Vide Edit. Colon. 8° p. 260.

[y] Vide Cl. *Pirqueo* Epist. in *Bibl. Crit.* R. P. *Simonii*, vol. 2. p. 35.

[z] *Josephus* lib. de Vita sua, dicit, δημοσιεύσας παρέτυχον, quæ verba haud satis commode reddidit, *Bibliothecæ publicæ traditi sunt.*

[a] Περιοχὴ τῆς Ἀρχαιολογίας, tantum ab exordio mundi usque ad annum XII. Neronis, ut constat ex fine *Antiquitatum*. *Antiquitates* vero Josephus absolvit & edidit anno decimo vertente Domitiani, ut constat ex earundem *Antiquitatum* fine.

b Vide

la legatus missus ex parte Gentilium, *contra Philonem* etiam librum, vituperationem gentis Judaïcæ continentem, scripserat. Alius quoque liber ejus, qui inscribitur [b] περὶ Αὐτοκράτορος λογισμοῦ, valde elegans habetur, in quo & Maccabæorum sunt digesta Martyria. Hic in decimo octavo *Antiquitatum* libro manifestissime confitetur, propter magnitudinem signorum, Christum à Pharisæis interfectum, & Joannem Baptistam vere Prophetam fuisse, & propter interfectionem Jacobi Apostoli, dirutam Hierosolymam. Scripsit autem de Domino in hunc modum, "Eodem tempore fuit Iesus vir sapiens, si tamen virum oportet eum dicere. Erat enim mirabilium patrator operum, doctor eorum, qui libenter vera suscipiunt: plurimos quoque tam de Judæis, quam de gentibus, sui habuit sectatores, & [c] credebatur esse Christus. Cumque invidia nostrorum principum, cruci eum Pilatus addixisset, nihilominus qui eum primum dilexerant perseveraverunt: apparuit enim eis tertia die vivens: multa & hæc & alia mirabilia carminibus Prophetarum de eo vaticinantibus, & usque hodie Christianorum gens, ab hoc sortita vocabulum, non defecit.

Καλιγόλα πρεσβευτὴς ἀποσταλεὶς παρὰ τοῦ μέρους τῶν ἐθνικῶν, καὶ κατὰ Φίλωνος λόγον, περιέχοντα κατηγορίαν τῶν Ἰουδαίων, ἔγραψεν. ἔστι δὲ καὶ ἄλλος αὐτοῦ λόγος περὶ Αὐτοκράτορος λογισμοῦ ἐξαίρετος πάνυ, ἐν ᾧ καὶ τὰ πάθη τῶν Μακκαβαίων ἐμνήσθη. οὗτος ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ λόγῳ φανερῶς ὁμολογεῖ, διὰ τὸν ὄγκον τῶν σημείων τὸν Χριστὸν ἐσφάχθαι παρὰ Φαρισαίων, καὶ Ἰωάννην τὸν Βαπτιστὴν ἀληθῶς γεγενῆσθαι προφήτην. καὶ διὰ τὴν σφαγὴν Ἰακώβου τοῦ ἀποστόλου τὰ Ἱεροσόλυμα πεπορθεῖσθαι. ἔγραψε δὲ καὶ περὶ τοῦ Κυρίου οὕτως, "Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς σοφὸς ἀνὴρ, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή. ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητὴς, διδάσκαλος ἀνθρώπων τῶν ἡδονῇ τἀληθῆ δεχομένων, καὶ πολλοὺς μὲν Ἰουδαίους, πολλοὺς δὲ καὶ τοῦ Ἑλληνισμοῦ ἐπηγάγετο, ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν. καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν πρώτων ἀνδρῶν παρ' ἡμῖν, σταυρῷ ἐπιτετιμηκότος Πιλάτου, οὐκ ἐπαύσαντο οἱ τὸ πρῶτον αὐτὸν ἀγαπήσαντες· ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἔχων ἡμέραν πάλιν ζῶν, τῶν θείων προφητῶν ταῦτα καὶ ἄλλα μυρία περὶ αὐτοῦ εἰρηκότων, εἰς τι νῦν Χριστιανῶν ἀπὸ τοῦδε ὠνομασμένων, οὐκ ἔλιπε τὸ φῦλον."

XLIV. *Idem ibid. cap.* 14.

Justus Tiberiensis, de provincia Galilæa, conatus est & ipse Judaïcarum rerum Historiam texere, & quosdam Commentariolos de Scripturis componere, sed hunc *Josephus* arguit mendacii. Constat autem illum eo tempore scripsisse, quo & *Josephus*.

Ἰοῦστος Τιβεριάδος, ἐπαρχίας Γαλιλαίας, ἐπεχείρησε μὲν καὶ αὐτὸς Ἰουδαϊκὴν ἱστορίαν συντάξαι, καί τινα ὑπομνήματα περὶ γραφῶν· ἀλλὰ τοῦτον Ἰώσηπος ἐλέγχει ψευδόμενον. καὶ γὰρ ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ συνέγραφεν, ὅτε καὶ Ἰώσηπος.

XLV. *Idem libro secundo adversus Jovinianum, Tom.* 2. *p.* 79.

Josephus in secunda *Judaïcæ Captivitatis* historia, & in decimo octavo *Antiquitatum* libro, & [d] *contra Apionem* duobus voluminibus, tria describit dogmata Judæorum, Sadducæos, Pharisæos, & Essenos, quorum novissimos miris effert laudibus: quod & uxoribus, vino, & carnibus semper abstinuerint, & quotidianum jejunium verterint in naturam. Super quorum vita & Philo vir doctissimus proprium volumen edidit.

XLVI. *Idem libro secundo adversus Pelagianos, Tom.* 2. *p.* 287.

Unde & *Josephus*, Maccabæorum Scriptor historiæ, frangi & regi posse dixit perturbationes animi, non eradicari.

XLVII. *Idem in Epistola ad Magnum Oratorem Romanum, Tom.* 2. *p.* 332.

Josephus, Antiquitatem approbans Judaïci populi, duos libros scribit *contra Apionem Alexandrinum Grammaticum*; & talia sæcularium profert Testimonia, ut mihi miraculum subeat, quomodo *vir Hebræus*, & ab infantia Sacris literis eruditus, cunctam Græcorum Bibliothecam evolverit.

XLVIII. *Idem in Epistola ad Marcellam, Tom.* 3. *p.* 44.

Quam vellem nunc tibi omnem habitum sacerdotalem exponere, & per singulas vestium species divina ostendere sacramenta. Verum quia in hoc ipso brevitatem epistolæ excessimus, & *Josephus* & Philo, doctissimi Judæorum, multique de nostris id latissime persequuti sunt, quorum, ut ajunt, voce audies me, quæ de cætero velis, præsens percontator præsentem.

XLIX. *Idem in Commentariis in Isaiam, cap.* 54. *Tom.* 5. *p.* 293.

Ad tempus Romanæ victoriæ universa referimus, quæ *Josephus* Judaïcæ Scriptor historiæ [e] septem explicat voluminibus, quibus imposuit titulum *Captivitatis Judaïcæ*, id est περὶ Ἁλώσεως.

L. *Idem in Comment. in Ezechiel. c.* 38. *Tom.* 5. *p.* 628.

Et revera nec in Genesi, nec in alio Scripturæ loco, nec in *Josepho* quidem, qui omnia Hebraïcarum gentium in primo *Antiquitatis* libro exponit nomina, hanc gentem potuimus invenire.

LI. *Idem in* [f] *Comment. in Danielem, c.* 5. *Tom.* 5. *p.* 709.

Sed juxta Berosum, qui Chaldæam scripsit historiam, & *Josephum*, qui Berosum sequitur, post Nebuchodonosor, qui regnavit, *&c.*

LII. *Idem*

b Vide *Petit.* Tom. 2. p. 342.

c Vide *Vossii* Chronol. Sac. p. 183. & *Martin.* p. 219.

d Nec disputans adversus Apionem *Josephus* mentionem facit Sectarum Judaicarum, nec ullibi tradit Essenos vino & carnibus abstinuisse, aut quotidie jejunasse; immo contrarium edocet lib. 2. *de Bello.* Sed qui *Esseni* perpetuo jejunabant, nec unquam carne & vino utebantur, sunt illi à *Philone* Judæo literis commendati. *Coteler.* in Notis ad Constit. Apost. l. 6. c. 6. p. 270.

e Ita etiam in *Comment.* in *Joëlem*, c. 1. *Tom.* 6. p. 66.

f Vide eundem in Proœmio ad *Daniel.*

g Vide

LII. *Idem in* [g] *Chronico Eusebiano, lib.* 2.

[h] *Josephus* etiam vernaculus Judæorum scriptor testatur (tempore Passionis Christi) auditam fuisse vocem dicentium, *Migremus ex his sedibus.*

LIII. *Augustinus in* [i] *Epistola ad Hesychium, p.* 750. *Tom.* 2. *Edit. Benedict.*

Nam *Josephus*, qui Judaïcam scripsit historiam, talia mala dicit illi populo tunc accidisse, ut vix credibilia videantur.

LIV. *Chrysostomus in Homil. XXXVI. adv. Judæos III. Tom.* 4. *p.* 481. *Edit. Frontonis Ducæi.*

Φέρε καὶ ἕτερον τῶν εἰρημένων παραγάγωμεν μάρτυρα, ὃν μάλιστα ἀξιόπιστον εἶναι νομίζουσιν· Ἰώσηπον λέγω, τὸν καὶ τὰς συμφορὰς αὐτῶν τραγῳδήσαντα, καὶ τὴν παλαιὰν διαθήκην παραφράσαντα πᾶσαν· ὃς, μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν γενόμενος, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν τὴν ὑπ' αὐτοῦ προρρηθεῖσαν εἰπὼν, καὶ περὶ ταύτης διαλεχθεὶς τῆς αἰχμαλωσίας τῆς γενομένης, τὸ τοῦ προφήτου ἑρμηνεύων ὅραμα. —

Age proferamus & alium testem eorum quæ dicta sunt, quem illi (Judæi) gravissimum habent Auctorem: *Josephum* loquor, qui calamitates illorum Tragicas descripsit, ac vetus Testamentum omne velut paraphrasi fusius explicavit: qui fuit post Christi adventum, & captivitatem ab ipso prædictam commemorans, de hac quoque disseruit, Danielis visionem enarrans, *&c.*

LV. *Idem mox infra, p.* 486.

Σὺ δέ μοι σκόπει, ὡς εἰ καὶ Ἰουδαῖος ἦν ὁ ἀνὴρ ὁ ταῦτα γράψας, ἀλλ' ὅμως οὐκ ἠνέσχετο τὴν ὑμετέραν ζηλῶσαι φιλονεικίαν.

Tu vero illud mihi considera, quod tametsi Judæus esset ille, qui hæc scripsit, *Josephus*, tamen veritus est vestram imitari pervicaciam.

LVI. *Idem in libro adversus Vituperatores vitæ Monasticæ, Tom.* 4. *p.* 414.

Ἐρῶ δὲ οὐκ ἐμὸν λόγον, ἀλλ' ἀνδρὸς Ἰουδαίου, τοῦ τὰ ἐκείνων ἱστορηκότος ἀκριβῶς.

Verbis autem utor non meis, sed *Judæi*, qui eam historiam conscripsit diligenter.

LVII. *Idem in Homil. in Acta Apost. Tom.* 8. *p.* 488.

Εἰ μὲν Χριστιανὸς ὁ ταῦτα γράφων ἦν, κἂν ὕποπτος ὁ λόγος ἦν· εἰ δὲ Ἰουδαῖος, καὶ Ἰουδαῖος ζηλωτὴς, μετὰ τὸ εὐαγγέλιον ἐλθὼν, πῶς οὐ πᾶσι κατάδηλα τὰ γινόμενα.

Si quidem Christianus exstitisset horum Scriptor, suspecta forsan esset oratio. At cum Judæus sit, idque æmulator, qui post Euangelium floruit, quomodo non omnibus manifesta quæ gesta sunt?

LVIII. [k] *Ruffinus in Historia Eccles. Euseb. l.* 3. *c.* 9. *p.* 55. *Edit. Bas.*

Operæ pretium sane est post ista noscere quis fuerit hic *Josephus*, & unde, vel ex quo genere originem ducens, qui tantam nobis materiam rerum gestarum cognitionemque præstiterit. Exponit ergo etiam hæc ipse de se, hoc modo scribens: "*Josephus* Matathiæ filius, Hebræus genere, ex Hierosolymis sacerdos, qui & ipse primo bello Romanos oppugnaverim, & posterioribus nihilominus interfuerim præliis, necessitate constrictus." Constat igitur hunc virum per idem tempus non solum apud Judæos proprios cives, verum etiam apud Romanos habitum esse nobilissimum, ita ut literarum merito in urbe Roma etiam statua donaretur, & libri ejus Bibliothecæ traderentur. Conscripsit namque *Antiquitatem* Historiam in viginti libris. Belli vero *Judaici*, cum Romanis habiti, Historiam septem voluminibus comprehendit; quam non solum Græca facundia, verum & patrio, id est, Hebræo sermone suis etiam civibus se edidisse confirmat. dignus cui præ cæteris omnibus debeat credi. Sed & alia ejusdem viri exstant de *Judæorum vetustate* duo Volumina, in quibus contradicere Apioni cuidam Grammatico videtur, qui illis temporibus adversum Judæos scripserat, & ad alios quosdam, qui morem gentis Judæorum atque instituta laceraverunt.

SÆCULO V.

LIX. *Isidorus Pelusiota, lib.* 3. *Epist.* 19.

Εἰ μηδὲν πλέον τοῦ γράμματος νομίζει τὸν νομοθέτην εἰρηκέναι ὁ πρὸς σὲ, ὡς ἔφης, διενεχθεὶς Ἰουδαῖος· εἰπὲ πρὸς αὐτὸν, ὅτι ἐλέγχουσιν ὑμῶν τὴν ἀμαθίαν οἱ δύο ἄνδρες οἱ μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν συγγραφεῖς παρ' ὑμῖν γεγονότες, Φίλων ὁ θεωρητικώτατος καὶ Ἰώσηπος ὁ ἱστορικώτατος. ὁ μὲν πᾶσαν σχεδὸν τὴν παλαιὰν [διαθήκην] εἰς ἀλληγορίαν τρέπων, ὁ δὲ διαρρήδην γράφων· "[l] τὰ μὲν αἰνιττομένου τοῦ νομοθέτου δεξιῶς, τὰ δὲ ἀλληγοροῦντος μετὰ σεμνότητος, ὅσα δὲ ἐξ εὐθείας λέγεσθαι συνέφερε ταῦτα ῥητῶς ἐμφανίζοντος.

Si Legislatorem nihil aliud præter literam dixisse Judæus is existimat, qui tecum rixatus est, his ad eum verbis utere: Inscitiam vestram duo viri refutant, qui post Christi adventum apud vos literarum monumenta condiderunt; nimirum Philo contemplator egregius, & *Josephus* insignis historicus. Ille quidem dum universum pæne vetus Testamentum ad allegoriam trahit: hic dum ad hunc modum loquitur; "Legislatore alia commode ac scite innuente, alia cum gravitate allegorico sensu exponente, eademque omnia quæ recte ac plane dici utile erat ad literam indicante.

LX. *dem lib.* 4. *Epist.* 75.

Εἰ τὰ ἐπίχειρα τῶν ἀλιτηρίων Ἰουδαίων, τῶν κατὰ τοῦ Χρι-

Si vis cognoscere quibus pœnis scelerati Judæi, con-

[g] Vide etiam p. 78.

[h] Ista verba Eusebii Græce profert Syncellus. Idem habet Hieronymus in *Mat.* 27. & alibi. Verum in Commentariis in Isaiam dicit, hanc vocem auditam fuisse ante excidium Hierosolymitanum. Nonnulla etiam de Archelao manifeste falsa affert Eusebius, adeo ut vel Eusebius inciderit in vitiosos *Josephi* Codices, vel verba ista non legerit in *Josepho*, sed ex alio fortasse auctore addiderit.

[i] Vide Epist. ad Lucinium, Tom. IV. part. 2. p. 578.

[k] Vide eundem, p. 48. & alibi passim.

[l] In *Proœmio Antiquitatum.*

contra Christum insanientes, affecti sint, sume *Josephi*, Judæi quidem, sed veritatis studiosi viri, historiam *de Excidio*, ut videas divinitus actam historiam, qualem nec tota series temporum vidit, ex quo & quamdiu homines exstiterunt. Nam ne quis denegaret fidem ipsorum calamitatibus, fidem omnem & exemplum superantibus, non extraneum aliquem (forsan enim, vel potius necessario, non invenisset fidem) sed hominem ex eadem gente & eorum observantissimum instruxit veritas, ut stupenda illa, quæ Judæis evenerunt, tragice describeret.

ἐπιλυπηθέντων, γνῶναι βέλει, ἔντυχε τῇ Ἰωσήπου, ἀνδρὸς Ἰουδαίου μὲν, Φιλαλήθους δὲ, περὶ τῆς ἁλώσεως ἱστορίᾳ, ἵνα ἴδῃς θεήλατον ἱστορίαν, οἵαν οὐδὲ ὁ σύμπας εἶδε χρόνος, ἀφ' οὗ δὴ καὶ ἐφ' ὅσον ἄνθρωποι, ἵνα γὰρ μηδεὶς τῆς ἀπιστίας αὐτῶν καὶ παραλόγοις ἀπιστήσῃ συμφοραῖς, οὐκ ἀλλόφυλόν τινα· ἢ γὰρ ἂν ἴσως, μᾶλλον δὲ ἀναγκαίως ἠπιστήθη· ἀλλ' ὁμόφυλον αὐτὸν καὶ ζηλωτὴν παρεσκεύασεν ἡ ἀλήθεια τὰ ἀλλόκοτα ἐκεῖνα ἐκτραγῳδῆσαι πάθη.

LXI. *Idem lib.* 4. *Epist.* 225.

Quoniam & Græcis & Barbaris & omnibus omnino hominibus videtur, & jure quidem, hostium testimonium fide dignum; Judæi vero, omnem excedentes improbitatem, non solum Prophetis fidem non habuerunt, sed ne quidem ipsi Deo; exstitit autem *Josephus* quidam, Judæus summus, & acer Legis propugnator, quique vetus Testamentum ex fide veri paraphrastice exposuit, & pro Judæis strenuissime se gessit, ac per omnia ipsorum res meliores, quam dici possit, ostendit, rerum autem veritati cedere dignatus est, (non enim impiorum sententiam secutus est) necessarium esse arbitratus sum, ipsius verba apponere. Quid igitur ait? "Eodem tempore fuit Iesus, vir sapiens, "si tamen virum &c. —— Ego vero cum multis aliis in rebus valde miror hominis veracitatem, tum vero vel maxime in illis verbis, cum ait, "doctor "hominum, qui libenter veritatem suscipiunt &c.

Ἐπειδὴ καὶ Ἕλλησι καὶ Βαρβάροις καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἡ τῶν ἐχθρῶν μαρτυρία εἰκότως δοκεῖ ἀξιόχρεως εἶναι, Ἰουδαῖοι δὲ, πᾶσαν ὑπερβαλλόμενοι κακίαν, οὐ μόνον τοῖς προφήταις οὐκ ἐπίστευσαν, ἀλλ' οὐδὲ αὐτῷ τῷ Θεῷ· ἐγένετο δέ τις Ἰώσηππος, Ἰουδαῖος ἄκρος καὶ τοῦ νόμου ζηλωτὴς, καὶ τὴν παλαιὰν διαθήκην μετ' ἀληθείας παραφράσας, καὶ ὑπὲρ Ἰουδαίων ἄριστα ἀνδρισάμενος, καὶ πάντα τὰ ἐκείνων κρείττονα λόγου ἀποφαίνων, τῇ δὲ τῶν πραγμάτων ἀληθείᾳ παραχωρῆσαι ἀξιώσας· οὐ γὰρ ἐζήλωσε τῶν ἀσεβῶν τὴν γνώμην· ἀναγκαῖον ᾠήθην τὰς ἐκείνου παραθεῖναι ῥήσεις. τί οὖν φησί; "Γίνεται δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον Ἰησοῦς, σοφὸς ἀνὴρ, "εἴγε αὐτὸν ἄνδρα λέγειν χρὴ ——. Ἐγὼ δὲ λίαν θαυμάζω πάνυ τὸν ἄνδρα ἐν πολλοῖς μὲν τὸ φιλάληθες· μάλιστα δὲ, ἐν οἷς εἶπε, "διδάσκαλος ἀνθρώπων τῶν ἡδονῇ τἀλη- "θῆ δεχομένων ——.

LXII. *Cyrillus* [m] *Alexandrinus*, *lib.* 5. *Comment. in Joann. Evang. p.* 517. *Edit. Paris.*

Tanta quippe mala Judæos ex bello manent, ut illorum experimento genus omne mortis jucundius sit atque optabilius. Cæterum Judæorum eversionem, & incolarum captivitates, cædemque crudelissimam, civitatum famem, ac liberorum in iis comestionem in historiis suis *Josephus* commemorat.

Εἰς τοῦτο γὰρ Ἰουδαίοις τὰ ἐκ τοῦ πολέμου περιέστη πάθη, ὡς τῆς ἐκείνων πείρας πᾶν εἶδος θανάτου φανῆναι γλυκύτερόν τε καὶ αἱρετώτερον. τὴν δὲ τῆς χώρας αὐτῶν ἐξανάστασιν, καὶ τῶν ἐνοικούντων αὐτὴν τούς τε ἐξανδραποδισμοὺς, καὶ τὴν ὠμοτάτην σφαγὴν, καὶ τοὺς ἐν ἑκάστῃ πόλει λιμοὺς, τάς τε ἐν αὐταῖς τεκνοφαγίας ἱστορεῖ καὶ Ἰώσηπος ἐν οἰκείοις συγγράμμασι.

LXIII. *Theodoritus Episc. Cyrens. in Quæstionibus in Exodum*, *p.* 110. *Edit. Paris.*

Josepho autem credendum est in his rebus, ut qui gentis *suæ* mensuras probe norat.

Πιστευτέον δὲ ἐν τούτοις Ἰωσήπῳ, ἀκριβῶς τοῦ ἔθνους τὰ μέτρα ἐπισταμένῳ.

LXIV. *Idem in Comment. in Daniel. p.* 616. *Edit. Par.*

Neque enim quæ à *Josepho* dicuntur cum Græcis Historicis consentanea sunt. Nec enim in illis facile licet invenire, Cyaxarem Astyagis filium, eundem *esse* Darium, quem iste narrat una cum Cyro contra Babylonem cum exercitu profectum: ita ut omnino *Josephi* oratio à fide abhorreat.

Οὐδὲ ταῖς Ἑλληνικαῖς ἱστορίαις τὰ ὑπὸ τοῦ Ἰωσήπου εἰρημένα συμβαίνει, οὐδὲ γὰρ ἐν ἐκείναις ἔστιν εὑρεῖν Κυαξάρην τὸν τοῦ Ἀστυάγους υἱὸν, αὐτὸν εἶναι τὸν Δαρεῖον, ὃν οὗτος ἔφη σὺν τῷ Κύρῳ τὴν στρατείαν κατὰ τῆς Βαβυλῶνος πεποιημένον· ὥστε παντάπασιν ἀπίθανον εἶναι τὸν τοῦ Ἰωσήπου λόγον.

LXV. *Idem ibid.*

Hæc nos apertius edocent primus & secundus Maccabæorum libri; quæ & Josephus historiographus accurate conscripsit. ——

Ταῦτα σαφέστερον ἡμᾶς ἡ τῶν Μακκαβαίων βίβλος ἥτε πρώτη καὶ ἡ δευτέρα διδάσκει, καὶ Ἰώσηπος ὁ ἱστοριογράφος ἀκριβῶς ταῦτα συνέγραψε ——.

LXVI. *Idem ibid. p.* 697.

Antiquos vero Judæos beatum Danielem maximum Prophetam vocasse, testis locuples est *Josephus* Hebræus, qui Christianam quidem prædicationem non admisit, veritatem tamen occultare non sustinuit.

Ὅτι δὲ οἱ πάλαι Ἰουδαῖοι τὸν μακάριον Δανιὴλ μέγιστον ἀπεκάλουν προφήτην, μάρτυς ἀξιόχρεως Ἰώσηππος ὁ Ἑβραῖος, τὸ μὲν Χριστιανὸν οὐ δεξάμενος κήρυγμα, τὴν δὲ ἀλήθειαν κρύπτειν οὐκ ἀνεχόμενος.

LXVII. *Philostorgius in Compend. Hist. Eccles. lib.* 1. *p.* 468. *Edit. Vales.*

Quarum denique librum à *Josepho* scriptum & ipse (aliis consentiens) ait; atque non tam hi-

Τὸ μέντοιγε τέταρτον [τῶν Μακκαβαϊκῶν] ὑπὸ Ἰωσήπου γεγράφθαι καὶ αὐτὸς συνομολογεῖ, οὐχ ἱστορίαν μᾶλλον

[m] Idem *Cyrillus* meminit *Josephi* Sanchoniatonis Interpretis. vide l. 6. *contra Julianum*, p. 205. ed. *Lips.* & Dodwellum de Sanchoniathone §. v, vi.

a Vide

λον ἢ ἐγκώμιον εἶναι. Φησὶ, τὸ περὶ τὸν Ἐλεάζαρον καὶ τοὺς ἑπτὰ παῖδας τοὺς Μακκαβαίους διηγούμενον.

storiam quam encomium esse, occupatum circa Eleazarum & Maccabæos ejus septem filios.

LXVIII. *Hermias.*[a] *Sozomenus in Hist. Ecclesiast. lib. 1. c. 1. p. 8.*

Καὶ Ἰώσηππος δὲ ὁ Ματθίου ὁ ἱερεὺς, ἀνὴρ παρά τε Ἰουδαίοις καὶ Ῥωμαίοις ἐπιδοξότατος γενόμενος, ἀξιόχρεως ἂν εἴη μάρτυς τῆς περὶ Χριστοῦ ἀληθείας. ἄνδρα μὲν γὰρ αὐτὸν ἀποκαλεῖν ὀκνεῖ, ὡς παραδόξων ἔργων ποιητὴν, καὶ διδάσκαλον λόγων ἀληθῶν· Χριστὸν δὲ περιφανῶς ὀνομάζει, καὶ τῷ σταυρῷ καταδικασθῆναι, καὶ τριταῖον ζῶντα φανῆναι. καὶ ἄλλα μυρία θαυμάσια περὶ αὐτοῦ προειρῆσθαι τοῖς θείοις προφήταις οὐκ ἀγνοεῖ. πολλοὺς δὲ ὄντας οὓς ἐπηγάγετο Ἕλληνάς τε καὶ Ἰουδαίους ἐπιμεῖναι ἀγαπῶντας αὐτὸν μαρτυρεῖ, καὶ τὸ ἀπ᾽ αὐτοῦ ὀνομασμένον μὴ ἐπιλεῖψαι φῦλον. καί μοι δοκεῖ ταῦτα ἱστορῶν μονονουχὶ βοᾶν ἀναλόγως τοῖς ἔργοις Θεὸν εἶναι τὸν Χριστόν. ὑπὸ δὲ τοῦ παραδόξου πράγματος καταπλαγεὶς, ἀλύπως μέσως παρέδραμε, μηδὲν τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσιν ἐπισκήψας, μᾶλλον δὲ καὶ συνθέμενος. ταῦτά μοι λογιζομένῳ θαυμαστὸν εἰκότως καταφαίνεται, μὴ τοὺς Ἑβραίους φθάσαι, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων εἰς Χριστιανισμὸν μεταβαλεῖν. εἰ γὰρ καὶ Σίβυλλα καὶ χρησμοί τινες τῶν ἐπὶ τῷ Χριστῷ συμβεβηκότων, τὸ μέλλον προεμήνυον, οὐ παρὰ τοῦτο δήπου πᾶσιν Ἕλλησιν εἰς δυσπιστίαν ἐγκαλεῖν ἐστιν. ὀλίγοι γὰρ οἱ παιδείᾳ διαφέρειν ἐδόκουν, τὰς τοιαύτας ᾔδεσαν προφητείας, ἐμμέτρους τε ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ οὔσας, καὶ σεμνοτέροις ἢ κατὰ δῆμον λέξεσι πεφρασμένας. ἦν δὲ ἄρα, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τῆς ἄνωθεν προμηθείας, ἐπὶ συμφωνίᾳ τῶν ἐσομένων, μὴ μόνον ἰδίους προφήτας ἐνηχῆσαι τὸ μέλλον, ἀλλὰ καὶ ὀθνείους ἐκ μέρους· ὥσπερ εἴ τις μελοποιὸς διὰ χρείαν παρηχήσαντος μέλους, τὰς περιττὰς τῶν χορδῶν ἐπιδράμοι τῷ πλήκτρῳ, ἢ τὰς ἴσας ἑτέρας προσθείη.

Sed & *Josephus* Matthiæ filius sacerdos, vir cum apud Judæos, tum apud Romanos celeberrimus, veritatis de Christo testis est locupletissimus. Eum enim hominem quidem appellare detrectat, utpote mirabilium operum effectorem, veræque doctrinæ magistrum: Christum vero diserte nominat, & supplicio crucis addictum, tertia die vivum apparuisse, & alia plurima miracula à divinis vatibus de illo prædicta esse testatur. Multos præterea quos ille ad se pertraxerat, tam Judæos, quam Græcos, in illius amore perseverasse affirmat; gentemque ejus nomine appellatam neutiquam defecisse. Ac mihi quidem videtur, dum ista scribit, propemodum clamare Christum Deum esse, operibus ipsius id evincentibus; verum rei novitate perterritus, media quadam via prætergressus est, eos qui in Christum crediderant minime insectatus, immo potius cum illis consentiens. Hæc igitur mihi cogitanti non immerito mirari subit, cur Hebræi ante reliquos mortales ad fidem Christi non accesserint. Etsi enim à Sibylla & à quibusdam oraculis, ea quæ Christo acciderunt, ante significata sint, non idcirco tamen Græci omnes incredulitatis accusandi sunt. Pauci quippe qui reliquos doctrina antecibant, hujusmodi vaticinia noverant, utpote versibus maxima ex parte conscripta, & verbis gravioribus prodita quam quæ à vulgo capi possent. Fuit autem opus hoc divinæ providentiæ, meo quidem judicio, ut ad consensionem posterorum, res futuras non propriorum tantummodo vatum, verum etiam externorum auribus aliqua ex parte insinuaret. Perinde ac si quispiam musicus ob peregrini cujusdam cantici necessitatem, superfluas chordas plectro percurrat, aut alias prioribus adjiciat.

SECULO VI.

LXIX. *M. Aurel. Cassiodorus in Hist. Eccles. Tripartita, lib. 1. c. 2.*

Josephus Mattathiæ filius atque sacerdos, vir apud Judæos nobilissimus, necnon & apud Romanos dignissimus, testis erat de veritate Christi. Vocare namque eum virum non audet &c.

LXX. *Idem in lib. de Institutione Divinarum Literarum.*

Josephus, pæne secundus Livius, in libris *Antiquitatum Judaicarum* late diffusus, quem Pater Hieronymus propter magnitudinem prolixi operis à se perhibet non potuisse transferri. Hunc tamen ab amicis nostris, quoniam est subtilis nimis & multiplex, magno labore in libris [b] xxii. converti fecimus in Latinum. Qui etiam & alios vii. libros *Captivitatis Judaicæ* mirabili nitore conscripsit. quorum translationem alii Hieronymo, alii Ambrosio, alii deputant Rufino. quæ dum talibus adscribitur, omnino dictionis eximiæ merita declarantur.

LXXI. *Cosmas Indicopleustes, lib. 3. p. 174. Edit. Paris.*

Πρῶτος συγγραφεὺς ἐν κόσμῳ Μωϋσῆς, καὶ Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου ἀποδείκνυσιν, καὶ Ἰώσηππος ἐν τοῖς ἑαυτῶν συντάγμασιν.

Primus scriptor in orbe Moyses, ut Eusebius Pamphili, & *Josephus* in scriptis suis testificaverunt.

LXXII. *Evagrius Hist. Ecclesiast. lib. 5. c. 24.*

Πολλὴν δὲ καὶ Ἰώσηππος ἔγραψεν ἱστορίαν, χρησίμην εἰς ἅπαντα τυγχάνουσαν.

Sed & *Josephus* copiosam nobis reliquit historiam, eamque utilem prorsus ac fructuosam.

SÆCULO VII.

LXXIII. *Joannes Philoponus lib. 3. de Mundi Creatione, cap. 16.*

Τὸ δὲ, "γενηθήτω στερέωμα ἐν μέσῳ τοῦ ὕδατος", οὐ μεταξὺ λέγει τοῦ κάτω ὕδατος τὴν τοῦ στερεώματος γενέσθαι φύσιν, ὡς Ἰώσηππος ὁ Ἑβραῖος ἐν τῷ περὶ

Illud igitur, Fiat firmamentum in medio aquæ, "non arguit naturam Firmamenti existere in medio aquæ hujus inferioris, ut *Josephus* Hebræus

[a] Vide etiam p. 399.

[b] Sc. *Antiqq.* xx. [nam vita *Josephi* pro parte habetur libri vigesimi] & contra *Apionem* ii.

bræus vult in libro quem conscripsit *de causa Universi*: dicens, "aquam tripartitam esse, & unam quidem tertiam ejus in Firmamenti generationem coaluisse; alteram vero tertiam inferius remansisse: denique residuam aliam tertiam per rarefactionem in sublime una cum firmamento elevatam esse.

τῷ τῆς Παντὸς αἰτίας συγγεγραμμένῳ βούλεται· [p] "εἰς τρία, λέγων, διῃρῆσθαι τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ μὲν τρίτον αὐτοῦ εἰς γένεσιν συμπαγῆναι τοῦ στερεώματος· τὸ δὲ τρίτον ἀπομεῖναι κάτω, τὸ δὲ λοιπὸν τρίτον ἐν ταῖς νοτίοις εἰς ὕψος συναναχουφισθῆναι τοῦ στερεώματος.

LXXIV. *Joannes Malela in lib.* 10. *Chronographiæ*, *p.* 319. *Edit. Oxon.*

Hinc fatalia Judæorum tempora initium habuerunt, uti scriptis suis testatus est *Josephus*, Hebræorum philosophus, qui & ista insuper tradidit: Judæos nunquam à calamitatibus suis respirasse quidem, ex quo cruci Iesum fixerunt, hominem illum bonum ac justum, si modo hominem (inquit) illum fas sit dicere, & non Deum potius, qui talis fuerit. Hæc *Josephus* ille Judæus in libris suis de Judæorum Antiquitatibus scripta reliquit.

Καὶ ἐξ ἐκείνου ὄλεθρος ἦρξατο τοῖς Ἰουδαίοις, καθὼς Ἰώσηπος ὁ Ἑβραίων φιλόσοφος ταῦτα συνεγράψατο, εἰρηκὼς καὶ τοῦτο· ὅτι ἐξότε Ἰουδαῖοι ἐσταύρωσαν Ἰησοῦν, ὃς ἦν ἄνθρωπος ἀγαθὸς καὶ δίκαιος (εἴπερ ἄρα τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον δεῖ λέγειν καὶ μὴ Θεὸν) οὐκ ἐξέλειψεν ἀδικία ἐκ τῆς Ἰουδαίας χώρας. ταῦτα ἐν τοῖς Ἰουδαϊκοῖς συγγράμμασιν αὐτοῦ ἐξέθετο ὁ αὐτὸς Ἰώσηπος Ἰουδαῖος.

LXXV. *Idem ibid. p.* 337.

Titus —— Hierosolymas totamque adeo Palæstinam vastavit, urbeque ipso Festi die capta, Judæorum Templum evertit: undecies autem centena millia Judæorum gladio interfecit; centum vero & quinquaginta millia juniorum & puerorum & virginum hastæ subjecit. Id quod *Josephus* sapientissimus scriptis consignavit; qui & ipse Hebræus erat, & bello interfuit.

Ὁ δὲ Τίτος ---- ἐπόρθησε τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ πᾶσαν τὴν Παλαιστίνην, καὶ τὸ ἱερὸν τῶν Ἰουδαίων κατέστρεψεν, ἐν τῇ αὐτῇ τῆς ἑορτῆς ἡμέρᾳ, ὅτε παρέλαβε τὴν πόλιν· καὶ ἀπώλεσε ψυχῶν μυριάδας ρι΄. ξίφεσιν αὐτοὺς κατακόψας. ἄλλας δὲ μυριάδας ιε΄. διεπώλησεν αἰχμαλώτων, νεανίσκων, καὶ παίδων ἀρρενικῶν, καὶ παρθένων κορασίων. καθὼς καὶ Ἰώσηπος ὁ σοφώτατος συνεγράψατο· Ἑβραῖος γὰρ ὑπῆρχε, καὶ παρῆν ἐν τῷ πολέμῳ.

Sæculo VIII.

LXXVI. *Beda Presbyter in Epistola Apologetica*, *p.* 245. *Edit. Lond.*

Audiat *Josephum*, historiographum Judæorum; qui, in libro primo Ἀρχαιότητος adversus Apionem Grammaticum scribens, aperte & lucide monstravit, & minorem annorum numerum esse veracem, & nequaquam Scripturam sanctam a Judæorum gente esse falsatam, &c.

LXXVII. *Idem iterum*, *p.* 250.

Agnoscas etiam qua opinione vulgus in sex vel septem millium venerit annorum, & qua ipse auctoritate assertionem meæ computationis astruam; Hebraica videlicet veritate, per Origenem prodita, per Hieronymum edita, per Augustinum laudata, & per *Josephum* confirmata: quibus ego nullos invenio doctiores, &c.

LXXVIII. *Idem de Tabernaculo*, *&c. lib.* 1. *c.* 4.

Nequaquam putandum est, *Josephum*, hominem Judæum, genere Sacerdotalem, ingenio excellentissimum, & in Scripturis divinis simul & sæcularibus doctissimum ullatenus hoc potuisse latere, &c.

LXXIX. *Anastasius Abbas in libro contra Judæos, ex versione Fr. Turriani, in Tomo tertio Antiquarum Lectionum Canisii*, *p.* 142.

Idem *Josephus* auctor & scriptor vester de Christo ait; fuisse virum justum & bonum, divina gratia ostensum ac declaratum, qui plurimos signis & miraculis juvaret.

LXXX. *Georgius Syncellus in Chronographia*, *p.* 226. *Edit. Paris.*

Hoc Chaldaicarum rerum Scriptores Alexander & Abydenus testantur: quos etiam assentiente divina Scriptura cum aliis sequitur *Josephus*.

Καὶ τοῦτο μαρτυροῦσιν οἱ τὰ Χαλδαϊκὰ συγγραψάμενοι, Ἀλέξανδρος καὶ Ἀβυδηνός· οἷς καὶ Ἰώσηπος, καὶ πάντες ἐν τούτῳ ἕπονται, συμφωνούσης καὶ τῆς θείας γραφῆς.

LXXXI. *Idem p.* 334.

Et in hoc Apostolorum actibus concors est *Josephus*.

Καὶ συμφωνεῖ Ἰώσηπος ἐν τούτῳ ταῖς πράξεσι τῶν Ἀποστόλων.

Sæculo IX.

LXXXII. *Georgius Hamartolus in Cod. Barocc. n.* 194. *fol.* 63. *b.*

Josephus, qui in Judaïsmo mansit cæcutiens, Clemensque & Africanus & Tatianus. ex circumcisis vero *Josephus* & Justus narrant, Mosem divinum Inachi tempore floruisse, utroque ex historia antiqua hujusce rei testimonia exhibente.

Ἰώσηπος ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ μείνας τυφλώττων, Κλήμης τε καὶ Ἀφρικανὸς καὶ Τατιανός. τῶν δὲ ἐκ περιτομῆς Ἰώσηπος καὶ Ἰοῦστος κατὰ Ἴναχον ἀκμάσαι τὸν θεσπέσιον Μωϋσῆν ἱστόρησαν, ἰδίως ἑκάστης ἐκ παλαιᾶς ἱστορίας παραγαγὼν τὴν ἀπόδειξιν.

LXXXIII.

[p] Hæc verba non habentur in istius libri Fragmento quod hodie superest, & Josepho adscribitur.

LXXXIII. *Photius Patriarcha CP. in Bibliotheca, Cod. XLVII.*

Ἀνεγνώσθη Ἰωσήπου Ἰουδαϊκὴ τῶν κατὰ Ἰουδαίους πάθη. ἔστι δὲ αὐτῷ τὸ σύνταγμα ἐν λόγοις ἑπτά. καθαρὸς τὴν φράσιν, καὶ ἀξίωμα λόγου μετὰ εὐκρινείας καὶ ἡδονῆς δεινὸς ἐμφῆναι. πιθανός τε ταῖς δημηγορίαις, καὶ ἐπίχαρις, κἂν ἐπὶ τἀναντία ὁ καιρὸς καλῇ χρήσασθαι τῷ λόγῳ· δεξιός τε καὶ γόνιμος ἐνθυμημάτων ἐφ' ἑκάτερα. καὶ γνωμολογικὸς δὲ, ὡς εἴ τις ἄλλος· καὶ πάθη τῷ λόγῳ παραστῆσαι ἱκανώτατος, καὶ ἐγεῖραι πάθος καὶ πραῦναι δοκιμώτατος.

Legi *Josephum* Judæum de Judaïcæ gentis calamitate atque interitu. sunt autem hujus operis libri VII. Candidus illi sermo, atque rationum pondus & momentum cum puritate ac jucunditate exprimit: in concionibus persuadendi vi præditus est, ac gratiosus, tum etiam cum suadet opportunitas orationem in contrariam partem flectere: dextre quoque & copiose enthymematis in utramque partem utitur: sententiasque, si quis alius, adhibet: orationi insuper affectum imprimendi, & concitandi motus leniendique est peritissimus.

LXXXIV. *Idem Cod. XLVIII.*

Ἀνεγνώσθη Ἰωσήπου περὶ τοῦ Παντός· ὃ ἐν ἄλλοις ἀνέγνων ἐπιγραφόμενον, περὶ τῆς τοῦ Παντὸς αἰτίας· ἐν ἄλλοις δὲ, περὶ τῆς τοῦ Παντὸς οὐσίας. ἔστι δὲ ἐν δυσὶ λογιδίοις. —— διέξεισι περὶ τῆς κοσμογονίας κεφαλαιωδῶς· περὶ μέντοι Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν ὡς ἔγγιστα θεολογεῖ, κλῆσίν τε αὐτὴν ἀναπεφθεγμένος Χριστοῦ, καὶ τὴν ἐκ πατρὸς ἄφραστον γέννησιν ἀμέμπτως ἀναγράφων. ὃ τινας ἴσως καὶ ἀμφιδοξεῖν, ὡς [q] Ἰωσήπου εἴη τὸ πραγματεῖον, ἀναπείσειεν. οὐδὲν δὲ τὸ τῆς φράσεως αὐτοῦ πρὸς τὰ ὑπόλοιπα τοῦ ἀνδρὸς ἀποδεῖ. εὗρον δὲ ἐν παραγραφαῖς, ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ λόγος Ἰωσήπου, ἀλλὰ Γαΐου τινὸς πρεσβυτέρου ——.

Lectus est *Josephi* liber *de Universo*: qui etiam inscriptus legitur, *de Universi causa*; atque alibi *de Universi natura*. duos quidem sermunculos complectitur. —— De mundi generatione per compendium disserit: de Christo autem vero Deo in nostrum ferme modum loquitur, & ipsam Christi appellationem explicat, atque quidem inenarrabilem ex Patre generationem citra reprehensionem describit. Quæ res ambigendi fortasse cuipiam causam præbeat, sitne hoc ipsius *Josephi* opusculum: etsi nihil dicendi genere a reliquis ejusdem scriptis discedit. Comperi autem annotatum, non esse *Josephi* opus, sed Caji cujusdam presbyteri, &c.

LXXXV. *Idem Cod. LXXVI.*

Ἀνεγνώσθη Φλαβίου Ἰωσήπου Ἰουδαϊκῆς Ἀρχαιολογίας ἐν λόγοις κ΄. ἄρχεται ἀπὸ τῆς Μωσέως κοσμογονίας, τὰ πολλὰ συνᾴδων. ἔστι δὲ ἔνθα ἀλλοιότερον συγγραφόμενος. κάτεισι δὲ μέχρι τῆς ἀρχῆς τοῦ [τελευταίου] πρὸς Ῥωμαίους Ἰουδαίων πολέμου ——. ἔστι δὲ Ἰώσηπος, γένος μὲν Ἰουδαῖος, ἱερεύς, καὶ ἐξ ἱερέων τὸ πρὸς πατρὸς ἄνωθεν καταγόμενος, καὶ ἐκ βασιλείου φυλῆς ἀπὸ τῆς μητρός, τῶν γὰρ Ἀσαμωναίου παίδων, οἳ ἐπὶ μακρότατον τῶν ὁμοφύλων ἱεράτευσάν τε καὶ ἐβασίλευσαν, ἡ γεγεννηκυῖα ἀπόγονος. γίνεται δὴ οὖν ἐξ αὐτῆς καὶ Ματθίου κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς Γαΐου Ῥωμαίων ἡγεμονίας Ἰώσηπος. ἐκ νέας μὲν φιλολογῶν· περὶ δὲ τὸ ἑκκαιδέκατον ἔτος γεγονὼς ἐπέβαλε καὶ ταῖς παρὰ Ἰουδαίοις αἱρέσεσι· τρεῖς δέ εἰσι· καὶ πάσας εὐτόνως μετῆλθεν, ὥσπερ τῆς πασῶν πεῖραν εἰληφότα ἑλέσθαι τὴν ἀμείνω. εἰσὶ δ' αἱ αἱρέσεις, Φαρισαῖοι, Σαδδουκαῖοι, καὶ Ἐσσηνοί. ἃς διελθὼν ἔξεισιν ἐπὶ τὴν ἔρημον, κἀκεῖ συνδιατρίβει ἀνθρώπῳ τινὶ, τὸν ἐρημικὸν ἀθλοῦντι βίον, ἐπὶ ἔτη τρία· ἦν δὲ τῷ ἀνθρώπῳ ἐσθὴς μὲν δένδρων, καὶ τροφὴ τῶν αὐτοφυῶν αἱ βοτάναι, καὶ ψυχροῦ ὕδατος λουτρὸν πολλάκις, καὶ τὰς ἡμέρας καὶ τὰς νύκτας, πρὸς ἁγνείαν. ἐντεῦθεν περὶ τὸ ἐννεακαιδέκατον ἔτος ἐπάνεισι πρὸς τὴν πόλιν, τὴν Φαρισαίων αἵρεσιν στέργων, ἣν καὶ τῇ παρ' Ἕλλησι φασὶν ἐοικέναι ἐπιλεγομένῃ Στωϊκῇ. εἶτα περὶ τὸ λ΄. ἔτος πέμπεται παρὰ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν, τῶν ἐν Γαλιλαίᾳ προνοησόμενος. ἀρχὴν γὰρ ταραχῆς ἐδέχετο τὰ Ἰουδαίων, πολλαῖς ἀταξίαις ἤδη συναλλοιούμενα. εἶτα καὶ στρατηγὸς τῶν περὶ τὴν Γαλιλαίαν χειροτονηθεὶς, εὖ προΐστη τοῦ ἔθνους, καὶ μυρίας καὶ ποικιλωτάτας ὑπὸ τῶν ἀντιπολιτευομένων ἐπιβουλὰς ὑποστὰς, πάσας ἐξέφυγε· καὶ μετρίως τοῖς ἐχθροῖς ἔχων, ὑποχειρίοις πολλάκις ἐχρήσατο. καὶ τὸν πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον ἄκων ἀναδεξάμενος, καὶ ἀνδρείως διενεγκὼν ἐν Ἰωταπάτοις, ὅμως ζωγρίας Οὐεσπασιανοῦ, Ῥωμαίων τότε στρατηγοῦντι, ἁλίσκεται· εἶτα τυγχάνει λίαν εὐμενοῦς, αὐτοῦ τε τότε καὶ ἐπιτελέων Ῥωμαίων ἄρξαντος. οὐκ αὐτοῦ δὲ μόνου,

Legimus *Flavii Josephi* libros XX. *Judaicæ Antiquitatis*. A mundi creatione juxta Mosem initium ducit, magna ex parte cum eo concinens. Est vero ubi & ab eo diversus abit. Pergit autem ad bellum ultimum Judæorum cum Romanis ——. Est quidem *Josephus* genere Judæus, sacerdos ipse, patrisque stirpem à sacerdotibus ducens: mater enim ejus regii sanguinis fuit ex Asamonæorum illa sobole, quæ diutissime inter contribules sacerdotio potita summo & regno. Natus ergo. *Josephus* ex illa matre & Matthia, anno primo Caji Romanorum Imperatoris. Jam inde à teneris unguiculis Philosophiæ studiis sese dedidit: annum deinde attingens sextum decimum, animum quoque ad Judæorum sectas appulit (tres autem numerantur) omnesque magno animi studio persecutus est; ut, omnium capto experimento, optimam tandem amplecteretur. Atque hæ fere sectæ illæ; Pharisæi, Sadducæi, & Esseni. Quas cum percurrisset, in solitudinem secedit, ibique viro tres annos utitur, qui solitariam erat vitam austere pridem complexus; cui vestimentum arborum folia, alimentum vero herbæ sponte natæ præbebant, & frigida insuper sæpius interdiu noctuque lavabat, puritatis continentiæque gratia. Hinc ad undevicesimum ætatis annum urbem repetiit, Pharisæorum potissimum hæresim secutus, quam ei fere similem faciunt, quæ apud gentes Stoïca est appellata. Annum agens postea tricesimum, ab Hierosolymitanis ad Galilæam procurandam mittitur. Jam enim turbari res cœperant Judæorum, multisque ipsi agitari tumultibus. Dein, Galilæorum ductor creatus, Rempublicam bene gessit, & multas variasque æmulorum in Republica administranda insidias evitavit: cum inimicis etiam moderatius agendo, non raro eos in suam redegit potestatem. Bellum item, quod adversus Romanos invitus suscepit, fortiter Iotapatis sustinuit; vivus tamen in Vespasiani, Romanorum copiis præfecti, potestatem venit: quem in se humanum sensit, ac perbenignum jam tum, & vero amplius postquam Ro-

q Vide Varia Sacra *Stephani Le Moine*, & Cl. Cavei Histor. Literar. Vol. p. 169.

Romanum obtinuit imperium. Neque solum illum talem expertus est, sed etiam liberos ejus Titum ac Domitianum, qui parentis imperium ordine exceperunt, ut & Romana sit civitate donatus, multisque opibus auctus. Absoluta ab eo historia LVI. ætatis anno, imperii vero Domitiani XIII.

ἀλλὰ καὶ τῶν παίδων, Τίτου καὶ Δομετιανοῦ, κατὰ διαδοχὴν βεβασιλευκότων· ὡς καὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς τυχεῖν πολιτείας, καὶ πάντων ἐν ἀφθονίᾳ κατεστῆναι. ἀπηρτίσθη δὲ ἡ ἱστορία νϛ'. ἄγοντι ἐνιαυτὸν, Ῥωμαίων Δομετιανοῦ ἔτος τῆς ἀρχῆς ἔχοντος τρισκαιδέκατον.

LXXXVI. *Idem in Epist. 247. Edit. Lond.*

Vides hic Philippenses titulo se Romanos venditantes. Et post ea tempora *Josephus*, à Judaica propagine genuina genitus, & patriam sortitus Hierusalem, è sacerdotum stirpe sacerdos ipse, tamen more Romano *Flavius* dicebatur. Quem illi honoris titulum Vespasiani prænomen dedit, cum illis communem, qui consanguinitate cum Romanis efferebantur. Nec tamen *Josepho*, qui Romanum & Flavium semet indigitabat, dicam aliqui ξενίας inscripsere; quamvis ex invidia illi plures adversarentur: nec quidem rapiebatur κατ' ἔνδειξιν ad judicii tribunal.

Ὁρᾷς ὅπως οἱ Φιλιππήσιοι τῇ Ῥωμαίων ἑαυτοὺς ἐπισεμνύνουσι κλήσει· ὥσπερ δὲ πάλιν, τούτων ὕστερον, Ιώσηπος Ἑβραίων τε γνησίας ἀπορρᾶς ἐκβεβλαστηκὼς, καὶ αὐτὰ πατρίδα τὰ Ἱεροσόλυμα κεκληρωμένος, ἐξ ἱερέων τε καὶ ἱερεὺς, αὐτὸ τοῦτο χρηματίσας, πλὴν πρὸς τῇ Ῥωμαίων κλήσει, καὶ τὴν Φλάβιος ἐπεγράφετο προσηγορίαν. ὁ γὰρ αὐτῷ τοῦ Οὐεσπασιανοῦ ἐπωνυμία τοῖς Ῥωμαϊκὴν αὐχοῦσι τὴν συγγένειαν ἐδίδου· καὶ οὐ μόνον Ῥωμαῖον αὐτὸν καὶ Φλάβιον ἀναγράφων οὐδαμοῦ ξενίας ὁ Ιώσηπος ἑάλω, καίτοι πολλῶν τῷ φθόνῳ κατ' αὐτοῦ βαλλόντων, ἀλλ' οὐδ' ἔνδειξιν εἰσήχθη.

SÆCULO X.

LXXXVII. *Simeon Metaphrastes in Commentario rerum Sancti Jacobi, ex Auctario Noviss. Bibl. Gr. Patrum per Combefisium, parte prima, p. 520. & p. 526.*

Quinam non eos solum luisse pœnas, qui Justo necem intulerunt, sed & civitatem, in qua scelus illud perpetratum est, magnam accepisse cladem affirmarunt: ejusque rei testis locupletissimus *Josephus*, libro XX. *Antiquitatum* viri gesta, referens ——. Cæterum, post Jacobi necem, mala extrema Judæis obvenerunt: eorumque testis *Josephus* Judæus, qui nihil veritatis celavit.

Καὶ ἐνίους μὴ μόνον δίκας ἐκτίσαι φάναι τοὺς ἀνελόντας τὸν δίκαιον, ἀλλὰ καὶ πολλῇ τὴν πόλιν χρήσασθαι συμφορᾷ, καθ' ἣν τὸ μύσος ἐκεῖνο συμβέβηκε· μαρτυρεῖ τε τῷ λόγῳ Ιώσηπος, ἐν γε τῷ εἰκοστῷ τῆς Ἀρχαιολογίας συγγράμματι τὰ κατὰ τὸν ἄνδρα διεξιὼν ---. τὰ μέντοι κακῶν ἔσχατα μετὰ τὸν Ἰακώβου πλεῖστον Ἰουδαίους κατείληφε· καὶ μάρτυς τούτων Ιώσηπος, μηδὲν τῆς ἀληθείας ἀποκρυψάμενος.

LXXXVIII. *Suidas in Lexico voce* Ιώσηπος.

Josephus, Judæus, veritatis amans, de Præcursore, & de Domino nostro & Deo & Servatore Iesu Christo loquitur. Fuit autem Matthæi sacerdotis Hierosolymitani filius; & *Antiquitates Judaicas* libris XX. descripsit &c. Hic à Vespasiano & Tito ejus filio captus, usque ad Hierosolymorum expugnationem apud ipsos mansit; & cum ipsis Romam profectus, Libros septem de Excidio Hierosolymitano Imperatoribus obtulit, qui in Bibliotheca Publica sunt repositi; & ob illius scripti celebritatem statua donatus est. Scripsit etiam *Antiquitatum Judaicarum* libros XX, ab exordio mundi usque ad XIV annum Domitiani Cæsaris. Item duos alios Antiquitatum libros contra Apionem, Grammaticum Alexandrinum, qui sub Caligula à parte Gentilium legatus missus est, ut oratione quadam Philonem accusaret, quæ Gentis Judaicæ criminationem continet. Est & alius ejus Liber, omnino præclarus, *de Principatu Rationis*, in quo martyrii Maccabæorum meminit. Hic Libro decimo octavo *Antiquitatum* aperte fatetur, propter multitudinem miraculorum Christum à Judæis interfectum fuisse; & Joannem Baptistam vere fuisse Prophetam; & propter cædem Jacobi Apostoli Hierosolyma vastata fuisse. Sic autem de Domino nostro Iesu Christo scribit: [e] "Eodem tempore exstitit Iesus", &c. Hæc *Josephus* lib. XVIII. de Christo dicit.

Ιώσηπος, Ἰουδαῖος, φιλαλήθης, λέγων περὶ τοῦ Προδρόμου, καὶ περὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ματθίου παῖς ἱερέως ἐξ Ἱεροσολύμων· γράψας τὴν Ἰουδαϊκὴν Ἀρχαιολογίαν ἐν βιβλίοις κ'. οὗτος ἁλοὺς παρὰ Οὐεσπασιανοῦ, καὶ Τίτου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ἐπὶ τῇ τῶν Ἱεροσολύμων ἁλώσει κατελείφθη, καὶ σὺν αὐτοῖς εἰς Ῥώμην ἐλθὼν, ἑπτὰ λόγους τῆς Ἱεροσολύμων ἁλώσεως τοῖς βασιλεῦσι προσεκόμισεν, οἵτινες τῇ δημοσίᾳ βιβλιοθήκῃ παρεδόθησαν, καὶ διὰ τὴν δόξαν τῆς συγγραφῆς ἀνδριάντος ἠξιώθη, ἔγραψε δὲ καὶ τῆς Ἰουδαϊκῆς Ἀρχαιολογίας λόγους κ'. ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου ἀρχῆς, ἕως τεσσαρεσκαιδεκάτου ἔτους Δομετιανοῦ Καίσαρος· καὶ β'. βίβλους ἑτέρας ἀρχαιότητος, κατὰ Ἀπίωνος Γραμματικοῦ Ἀλεξανδρέως, ὃς ἐπὶ Καλιγόλα πρεσβευτὴς ἀπεστάλη παρὰ τοῦ μέρους τῶν Ἑλλήνων κατηγορήσων Φίλωνος διὰ λόγου τινὸς, κατήγορον περιέχοντος τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους. ἔστι καὶ ἄλλος αὐτοῦ λόγος, περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ, ἐνάρετος πάνυ, ἐν ᾧ καὶ τοῦ πάθους τῶν Μακκαβαίων ἐμνήσθη. οὗτος ἐν τῇ ὀκτωκαιδεκάτῃ τῆς Ἀρχαιολογίας βίβλῳ φανερῶς ὁμολογεῖ, διὰ τὸν ὄγκον τῶν σημείων τὸν Χριστὸν ἐσφάχθαι παρὰ Ἰουδαίων, καὶ Ἰωάννην τὸν Βαπτιστὴν ἀληθῶς γεγονέναι προφήτην, καὶ διὰ τὴν σφαγὴν Ἰακώβου τοῦ Ἀποστόλου τὰ Ἱεροσόλυμα πεπορθῆσθαι. γράφει δὲ περὶ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡμῶν οὕτως· [e] "Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον" ——. τοσαῦτα Ιώσηπος περὶ Χριστοῦ ἐν τῷ ιη'. λόγῳ φησίν.

LXXXIX. *Idem iterum voce* Ιώσηπος.

Josephus, Judæus, historiographus. Hunc Vespasianus custodiri jussit, ut eum Neroni mitteret. *Josephus*, hoc audito, dixit, se cum ipso solo velle

Ιώσηπος, Ἰουδαῖος, ἱστοριογράφος. τοῦτον φρουρεῖσθαι κελεύει Οὐεσπασιανὸς, ὡς ἀναπέμψων αὐτίκα Νέρωνι. τοῦτο ἀκούσας Ιώσηπος, μόνῳ τι διαλεχθῆναι θέλων

[e] Hic locus, quo nullus est in toto *Josepho* illustrior & celebrior, doctorum virorum ingenia non parum exercuit, aliis eum παρεντεθειμένον & spurium, aliis vero ab ipso *Josepho* scriptum esse contendentibus. De hoc argumento plures dissertationes in utramque partem editæ sunt, & in omnium manibus versantur; quæ ratio est, quare plura hic non addam. *Hudsonus.*

e Re-

λαον ἔλεγε αὐτῷ. μεταπεμψαμένου δὲ ἐκείνου πάντας, πλὴν τοῦ παιδὸς Τίτου καὶ δυεῖν φίλων, "Σὺ μὲν, "ἔφη, Οὐεσπασιανὲ, νομίζεις —— . ὁ δὲ Οὐεσπασιανὸς παραχρῆμα μὲν ἀπιστεῖν ἐδόκει, καὶ τὸν Ἰώσηπον ἐδόκει πανουργεῖν· ἀτρεκῆ δὲ τὸν Ἰώσηπον εὑρηκὼς, ἐδωρεῖτο ἐσθῆτι καὶ τοῖς ἄλλοις κειμηλίοις.

aliqua de re agere. Cum igitur ille omnes, præter filium Titum & duos amicos, summovisset, "Tu quidem, inquit, Vespasiane, putas &c ——[s] Vespasianus autem principio quidem nullam fidem his verbis adhibere videbatur, quod *Josephum* astute hæc comminisci putaret. sed cum postea, quæ dixisset, vera esse cognovisset, vestimentis & aliis pretiosis muneribus eum donavit.

XC. *Idem voce* φλέγων.

Τοὐναντίον μὲν οὖν ὁ Ἰώσηπος καὶ δεδοικότι ἔοικε καὶ εὐλαβουμένῳ, ὡς μὴ προσκρούσειεν Ἕλλησι.

Contra vero *Josephum* videri & timere & cavere, ne Græcos offendat.

SÆCULO XI.

XCI. *Georgius Cedrenus in Historiarum Compendio*, *p.* 225. *Edit. Parif.*

Ἰώσηπος Ἰουδαῖος, φιλαλήθης ὢν, ἱστορεῖ περὶ τούτου, τούτῳ τῷ πολέμῳ καὶ τῇ ἁλώσει ἐκείνῃ ἐντυχών.

Josephus Judæus, veritatis observantissimus, qui & bello & excidio urbis interfuit, historiam ejus rei descripsit.

XCII. *Idem paulo infra*, *p.* 231.

Αὐτὸν παρέξομεν τὸν Ἰώσηπον μάρτυρα, τὸν τὰ ἐκείνων φρονοῦντα. —— [t] σὺ δέ μοι σκόπει τὸ φιλάληθες τοῦ ἀνδρὸς, ὃς, εἰ καὶ Ἰουδαῖος ἦν, οὐκ ἠνέσχετο ζηλῶσαι τὴν Ἰουδαϊκὴν φιλονεικίαν τε καὶ ψευδηγορίαν.

Josephum ipsum, hominem ab ipsorum partibus, citare licet. —— Ac mihi veritatis studium in eo viro considera, qui, Judæus quamvis erat, Judaicam tamen contendendi & mentiendi libidinem imitari noluit.

XCIII. *Joannes Xiphilinus in Epitome Dionis*, *in Vespasiano*, *p.* 317. *Edit. Francof.*

Ἰώσηπος δὲ ἀνὴρ Ἰουδαῖος, ἀχθείς τε ὑπ' αὐτοῦ πρότερον καὶ δεθεὶς, ἐγέλασε καὶ ἔφη· "νῦν μέν με "δήσεις, μετ' ἐνιαυτὸν δὲ λύσεις αὐτοκράτωρ γενό-"μενος.

At *Josephus* natione Judæus, ante ab eo captus constrictusque vinculis, ridens ait; "Nunc quidem me vincies: post annum autem solves, cum "fueris Imperator factus.

XCIV. *Theophylactus Archiepisc. Bulgariæ in Comment. in Matthæum*, *cap.* 22. *p.* 219. *Edit. Parif.*

Ἀπέστειλε δὲ ὁ βασιλεὺς τὰ στρατεύματα αὐτοῦ, τουτέστι τὰ Ῥωμαϊκὰ, καὶ τοὺς ἀπειθεῖς Ἰουδαίους ἀπώλεσε, καὶ τὴν πόλιν αὐτῶν ἐνέπρησε τὴν Ἱερουσαλὴμ, ὡς καὶ ὁ φιλαλήθης Ἰώσηπος λέγει.

Misit autem rex exercitus suos, hoc est Romanos, qui inobedientes Judæos perdiderunt, & civitatem illorum Hierusalem succenderunt, ut testatur etiam *Josephus* [v] veritatis studiosus.

XCV. *Idem in Comment. in Joannem*, *p.* 762.

Ἡ πόλις αὐτῶν ἑάλω, καὶ ἡ θήλατος ὀργὴ κατ' αὐτῶν ἐφέρετο· ὡς καὶ Ἰώσηπος μαρτυρεῖ, διὰ τὸν θάνατον τοῦ [x] Ἰησοῦ ταῦτα αὐτοῖς γενέσθαι.

Civitas ipsorum capta est, & ira divinitus immissa undique in eos venit, sicut & *Josephus* testatur, propter mortem Iesu hæc eis evenisse.

XCVI. *Nicetas in Comment. in Gregor. Nazianz. Orat. de Macc.*

Τίνες οὖν εἰσι, καὶ διὰ τί οὕτω τιμῶνται, δηλώσει σαφῶς ἡ βίβλος Ἰωσήπου· ἥτις φιλοσόφως ἀποδείκνυσιν, ὅτι αὐτοκράτωρ τῶν παθῶν ὁ λογισμὸς, καὶ κύριος τῆς ῥοπῆς εἰς ἀμφότερα, ποτὲ μὲν εἰς ἀρετὴν, ποτὲ δὲ εἰς κακίαν. αὕτη γὰρ ἡ βίβλος, τὸ αὐτεξούσιον κατασκευάζουσα, πολλαῖς μαρτυρίαις εἰς τοῦτο ἐχρήσατο, καὶ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοῖς τῶν Μακκαβαίων ἄθλημασι.

Hi igitur quinam sint, & qua de causa tanto sint in honore, *Josephi* liber perspicue docebit: qui philosophice demonstrat rationem perturbationum esse magistram, dominamque propensionis ad alterutram partem, modo scilicet ad virtutem, modo ad vitium. Nam liber iste libertatem voluntatis astruens, multis eam ad rem confirmandam testimoniis adhibitis, Maccabæorum quoque inter alia profert in medium certamina.

SÆCULO XII.

XCVII. *Baldricus Archiepisc. Dolensis in Historia Hierosolym. l.* 1. *p.* 85. *Edit. Hanov.*

Quod (sc. excidium) quomodo acciderit, legenti gesta Titi & Vespasiani patebit; quam lectionem vir eloquentissimus *Josephus* stilo celebri consecravit.

XCVIII.

[s] Reliqua videsis in lib. 3. de *Bello Jud.*

[t] Certe hæc habuit ex *Chrysostomo*, cujus verba pagina abhinc sexta attulimus.

[v] Ita versionem supplevi: in qua deerat quod voci φιλαλήθης respondeat. Si è *Societate Jesu* fuerit Interpres, non miror. Nam *Loiola* discipuli *Josephi* nostri auctoritatem plerumque elevant.

[x] Forsan legendum Ἰακώβου. Hæc enim mala eis accidisse propter mortem *Jacobi*, alii *Josephi* testimonio nixi afferunt.

XCVIII. *Joannes Zonaras in Præfatione ad Annales.*

Quia & hic perstringantur quæ de Servatore nostro Iesu Christo, deque Joanne Baptista scripserit *Josephus*.

Ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα συντέτμηνται ὅσα περὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὁ Ἰώσηπος συνεγράψατο, καὶ τοῦ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου.

XCIX. *Idem in Annalibus, p. 267. Edit. Parif.*

Hoc tempore Dominus quoque noster & Deus Iesus Christus in Judæa visus est: de quo hæc verba habemus in *Josephi Antiquitatum* libro decimo octavo: "Fuit hoc tempore Iesus vir sapiens &c. —— In oratione vero sua *ad Græcos*, quæ & contra Platonem inscribitur, *de causa Universitatis*, cujus etiam S. Joannes Damascenus in Parallelis suis meminit, hæc dicit: "Omnes justi & injusti ad Dei Verbum adducentur; illi enim pater omne judicium dedit, &c.

Κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν Ἰουδαίᾳ ἐφάνη· περὶ οὗ ταῦτα κατὰ λέξιν φησὶν ὁ Ἰώσηπος ἐν τῷ ιη΄ λόγῳ τῆς Ἀρχαιολογίας· "γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς, σοφὸς ἀνὴρ ——. ἐν δὲ τῷ πρὸς Ἕλληνας αὐτοῦ λόγῳ ὃς κατὰ Πλάτωνος ἐπιγέγραπται περὶ τῆς τοῦ Παντὸς αἰτίας, οὗ καὶ ὁ ἅγιος Ἰωάννης Δαμασκηνὸς μνήμην πεποίηται ἐν τῇ συντεθείσῃ αὐτῷ βίβλῳ τῇ καλουμένῃ Παράλληλα, ταῦτά φησι· [y] "πάντες γὰρ δίκαιοί τε καὶ ἄδικοι ἐνώπιον τοῦ θεοῦ λόγου ἀχθήσονται ——.

C. *Michael Glycas in Annalium parte secunda, p. 158. Edit. Parif.*

Sic rem gestam *Josephus* recenset, qui sane nonnunquam fabulis consentanea literis mandasse videtur.

Καὶ ὁ μὲν Ἰώσηπός ἐστιν, ὅ τι μυθολογῶν οὕτω φαίνεται.

CI. *Idem parte tertia, p. 234.*

Hoc tempore sapiens ille Philo & *Josephus* claruerunt. *Josephus* veritatis amans extitit. Nam & Baptistam Domini laudat, & Christum consimiliter virum sapientem, & magnorum prodigiorum effectorem appellat; ac, postea quam crucifixus fuisset, die tertio vivum conspectum esse tradit.

Τότε δὲ ὁ, τε Φίλων ὁ σοφὸς καὶ Ἰώσηπος ἤκμαζον. οὗτος δὲ Φιλαλήθης ἐλέγετο· διά γε τὸ τὸν Βαπτιστὴν τοῦ Κυρίου ἐπαινεῖν, καὶ διὰ τὸ τὸν Χριστὸν ὁμοίως ἄνδρα σοφὸν μαρτυρεῖν, καὶ μεγάλων σημείων ἐργάτην, σταυρωθέντα δὲ ζῶντα φανῆναι μετὰ τρίτην ἡμέραν.

CII. *Idem ibid. p. 238.*

Nam hæc omnia sic prorsus evenerunt, id quod historia *Josephi* testatur. Quippe ne Judæorum quispiam Historiæ fidem derogaret, non aliquem extraneum, sed eadem natione prognatum & æmulatorem veritas excitavit, qui Judæorum calamitates inexplicabiles describeret.

Πάντα γὰρ πεπλήρωνται κατὰ τὴν ἱστορίαν τοῦ Ἰωσήπου· ἵνα γὰρ μηδεὶς Ἰουδαῖος ἀπιστοίη, οὐκ ἀλλόφυλόν τινα, ἀλλ' ὁμόφυλον καὶ ζηλωτὴν παρεσκεύασεν ἡ ἀλήθεια τὰ δυσεξήγητα ἐκτραγῳδῆσαι πάθη αὐτῶν.

CIII. *Fulcherius Carnotensis in Gestis peregrinantium Francorum, p. 437. Edit. Hanov.*

Rex Assyriorum pugnans contra Syriam & Phœnicem expugnavit eam, cum in ea regnaret Elysæus rex. Nolebant enim regi Assyriorum Tyrii esse subjecti. Hoc per quinquennium actum est. De hoc Menander scribit, *Josephus* quoque latius.

CIV. *Joannes Tzetzes Historiarum Variarum Chil. V. p. 347.*

In libro *Captivitatis* sacrorum Solymorum
Admirandus *Josephus* historicus Hebræus
Fatum injustum dicit magnifice, &c.

Ἐν βίβλῳ τῆς Ἁλώσεως τῶν ἱερῶν Σολύμων
Ὁ θαυμασὸς Ἰώσηπος ἱστορικὸς Ἑβραῖος
Τὴν εἱμαρμένην ἄδικον λέγει μεγαλοφώνως ——.

CV. *Joannes Sarisburiensis in Polycratico, lib. 2. c. 9.*

Unde *Josephus*: "Fuit autem iisdem temporibus Iesus sapiens vir, si tamen virum eum appellare fas est, &c.

CVI. *Willermus Tyrensis Archiepisc. Historiæ lib. VIII. p. 746. Edit. Hanov.*

Hanc vero, ut referunt egregii Scriptores & illustres Historiographi, Hegesippus & *Josephus* Judæorum id exigentibus meritis, XLII°. post passionem Domini anno, Titus Vespasiani filius, Romanorum princeps, obsedit, obsessam expugnavit, & expugnatam dejecit funditus, &c.

CVII. *Idem in Præfat. ad lib. XXIII.*

—— orant instantius ut regni Hierosolymorum status omnis, tam prosper quam adversus, posteritati nostrâ significetur operâ, stimulos addunt, proponentes Historiographorum disertissimos, Titum Livium videlicet, Romanorum non solum prospera sed etiam adversa mandasse literis; *Josephum* quoque non solum quæ à Judæis egregie gesta sunt, verum & quæ eis ignominiosa sunt illata, longis tractatibus publicasse.

CVIII. *Gotfridus Viterbiensis in Chronico, p. 359. & p. 366. Edit. Francof.*

Bellum maximum inter Aretam regem Arabum & Herodem accidisse [z] refert *Josephus*, propter peccatum

[y] Verba hæc reperiuntur in *Fragmento isto*, quod edidit Cl. *Le Moine*, & *Josepho* Editioni Lipsiensi subjungitur.

[z] *Antiquitatum* lib. 18. c. 7.

tum quod in Joannem Herodes perpetraverat. De Christo etiam idem *Josephus* sic scribit: "Fuit his temporibus Iesus, sapiens vir, si tamen virum nominari fas est &c. *Josephum* etiam, Judæorum prudentissimum & sapientissimum Sacerdotem, in vinculis tenebat Vespasianus. Iste autem *Josephus*, non solum inter Judæos, sed etiam apud Romanos, postmodum tantæ auctoritatis fuit, ut statua ei in Urbe donata, libri quoque ejus Bibliothecæ traderentur. Ejus autem [a] opera sunt in Historia viginti librorum *Antiquitatum*. Liber etiam [b] *Maccabæorum* secundus ab eo dicitur compositus.

SÆCULO XIV.

CIX. *Theodorus Metochita in Hist. Rom. p.* 84. *Edit. Lugd. Bat.*

[c] Πάντα γὰρ πεπλήρωκε τὰ [πάντα] καλῶς τὴν ἱστορίαν Ἰωσήπου. [c] ἵνα γὰρ μηδεὶς Ἰουδαῖος ἀπιστοίη, οὐκ ἀλλόφυλόν τινα, ἀλλ' ὁμόφυλον καὶ ζηλωτὴν παρεσκεύασεν ἡ ἀλήθεια τὰ δυστυχήματα ἐκτραγῳδῆσαι τὰ πάθη αὐτῶν.

Omnia enim hæc impleta abunde nobis *Josephi* historia attestatur. Et nequis Judæus fidem non haberet, veritas non extraneum aliquem, sed è gente eadem virum æmulatoremque insignem excitavit, qui, quæ illi nefanda passi, tragica gravitate exponeret.

CX. *Nicephorus* [d] *Callistus Hist. Ecclesiast. l.* 1. *c.* 10. *Edit. Paris.*

Τῆς δὲ ἀπογραφῆς ταύτης, βαρείας τῷ Ἰουδαίων ἔθνει γεγενημένης, καὶ ὁ Φιλαλήθης Ἰώσηπος ἐν τῇ ὀκτωκαιδεκάτῃ τῶν ἱστοριῶν ἐμνημόνευσεν, οὕτω διεξιών· Κυρήνιος δὲ ------.

Census & descriptionis hujus, quæ gravis admodum Judæorum genti fuit, & ipse veritatis consectator *Josephus* in XVIII° Historiarum suarum libro meminit, hisce verbis: "Cyrenius, &c.

CXI. *Idem lib.* 1. *c.* 15.

Ἃς μὲν δυστυχίας λαμπρῶς ὁ Φιλαλήθης Ἰώσηπος ἐν τῇ κατ' αὐτὸν Ἰουδαϊκῇ διελήλυθεν ἱστορίᾳ.

Quas quidem calamitates luculenter veritatis amator *Josephus* in Judaica temporum suorum historia commemoravit.

CXII. *Idem lib.* 1. *c.* 39.

Ἀκόλουθον δὲ οἶμαι καὶ τὸν Φιλαλήθη παρ' Ἑβραίοις ἱστορικὸν Ἰώσηπον εἰς μέσον προθεῖναι, οἷα περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διέξεισιν ἐν τῷ ιη' τῆς Ἀρχαιολογίας, ὥσπερ τινὰ κορωνίδα τῇ πρώτῃ μοι τῶν ἱστορικῶν ἐπιθεῖναι· περὶ γὰρ τοῦ προδρόμου Ἰωάννου διεξελθὼν ὅσα μικρὸν ἄνωθεν διελάβομεν, οὕτω καὶ περὶ τοῦ Χριστοῦ αὐτῆς λέξεσιν οὕτω φησί· "γίνεται "δὲ κατὰ τοῦτον Ἰησοῦς -------.

Reliquum nunc esse puto, *Josephum* quoque veritatis amantem apud Hebræos historicum in medium producere, & quæ is in XVIII° *Antiquitatum* libro de Servatore nostro Iesu Christo scripta reliquerit, primo huic Historiarum libro tanquam coronidem apponere. Quum enim de præcursore Joanne, ea quæ paulo ante recensuimus, exposuisset, deinde de Christo verbis hisce ita scribit; "Exstitit eo tempore Iesus," &c.

CXIII. *Idem lib.* 2. *c.* 13.

Θαυμαστὸς οὖν ἄξιος ὁ Ἰώσηπος, οὕτω τῆς θείας συνᾴδων γραφαῖς.

Dignus certe quidem est *Josephus* iste admiratione, qui sic divinis consona literis scribit.

CXIV. *Idem paulo infra.*

Καὶ δὲ σὺν ἄλλοις καὶ τοῦτο θαυμάζειν μοι ἐπῆλθεν, ὅπως ὁ παρ' Ἑβραίοις Ἰώσηπος καθόλου συνᾴδων ἔοικε τῇ θείᾳ γραφῇ περὶ τῆς τελευτῆς Ἡρῴδου.

Enimvero præter alia & illud quoque mihi in mentem venit, quod Hebræorum historicus *Josephus* in universum divinæ Scripturæ consona scribere videtur de morte Herodis.

CXV. *Idem lib.* 3. *c.* 18.

Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους μικρὸν ὕστερον καὶ Ἰώσηπος ἐγνωρίζετο, ἀνὴρ καὶ οὗτος Ἑβραῖος μὲν γένος, καὶ ἐξ ἱερέων ὤν· τοσοῦτον δὲ διαπρέψας ἐν τοῖς μαθήμασιν, ὡς καὶ τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν καὶ πάτριον εἰς ἄκρον ἀσκῆσαι, καὶ πολλὰ μὲν καὶ οὗτος συγγράμματα καταλέλοιπεν· οὗ φασι καὶ τὰ Μακκαβαϊκὰ συγγράμματα εἶναι, καὶ μάλιστα τὸ περὶ τοῦ Αὐτοκράτορος λογισμοῦ. ἐν εἴκοσι μὲν οὖν λόγοις τὰ τῆς Ἀρχαιολογίας ἅπαντα διεξέρχεται· ἑπτὰ δὲ αὐτῷ εἰς τὴν Ἱεροσολύμων συντέθειται ἅλωσιν, οὓς λόγος ἔχει καὶ τὸν Καίσαρα Τίτον, ἰδίαις [e] γεγραφότα χερσί, δημοσιευθῆναι πανταχοῦ προστάξαι, καὶ τῇ ἐν Ῥώμῃ τῶν βιβλίων ἀναθήκῃ καταλογῆσαι. συντέθεινται δὲ αὐτῷ καὶ ἕτεροι δύο λόγοι περὶ Ἀρχαιότητος· ἐν οἷς Ἑβραίους πρώτους εἶναι πάντων φησί, καὶ τὰς παρ' αὐτοῖς ἀρχαιοτέρας γραφάς. ἔτι δὲ καὶ ἀντιρρήσεις πρὸς Ἀπίωνα τὸν Γραμ-

Eodem porro sæculo paulo post & *Josephus* floruit, & ipse vir Judæus genere, & ex Sacerdotibus ortus: tantum autem disciplinarum doctrina excelluit, ut summam & patriæ & Græcæ linguæ peritiam sit consequutus. Multa is quoque volumina reliquit: Maccabæorum certe libros ejus esse ferunt: potissimumque eum qui inscriptus est *de Imperio Rationis*. Viginti quidem libris *Antiquitates Judaicas* est complexus: septem autem de *Bello Judaico* Hierosolymorumque eversione composuit; quos fama fert, Titum Cæsarem manus suæ subscriptione publicari ubique, atque etiam in Romana bibliotheca reponi jussisse. Edidit etiam alios duos *de Vetustate Judæorum* libros, in quibus Hebræos primos hominum omnium exstitisse, scriptaque eorum cæteris vetustiora esse ait: præterea *contra Apion-*

a Videtur duntaxat *Antiqq.* Versionem inspexisse ab *Epiphanio Scholastico* adornatam, & parum admodum de aliis *Josephi* operibus resciviisse.
b Certe *quartus* legendum.
c Iisdem verbis *Glycas* paulo supra.
d Vide ejusdem *Nicephori* l. 1. c. 20. & l. 3. c. 11.
e *Josephi* verba sunt ista, ὅτι χαράξας τῇ ἑαυτοῦ χειρὶ τὰ βιβλία δημοσιεῦσαι προσέταξεν. Significant, Titum Imperatorem *Josephi* libris adscripsisse sua ipsius manu verba aliquot, quibus constaret *Josephum* vera de hoc bello in his prodidisse libris, indeque patendam esse rerum gestarum cognitionem. Verba priora non exprimit Hieronymus, pagina abhinc undecima; sed nec illa δημοσιεῦσαι προσέταξεν, *ut invulgarentur*, præcepit.

Apionem Grammaticum, qui tum orationes adversus Judæos invectivas scripserat, & contra alios itidem, qui patria Judæorum gentis instituta & mores calumniari ausi fuerunt, refutationes composuit ——. Ad finem autem *Antiquitatum* libri vigesimi indicat, quatuor se scripsisse libros *de Deo* quæ Judæorum sint patriæ opiniones, de natura ejus, & de legibus, quare apud eos quædam liceat facere, quædam vero sint prohibita. Alia insuper à se edita esse idem ipse in operibus suis asseverat ——. Tantopere autem historico, rebus gestis ad imitationem Thucydidis scribendis, stylo emicat, ut neminem in ea laude primas ferre patiatur: siquidem novis subinde gaudens argumentis, cum facilitate multa, nihil de artis vigore remittens, suavis admodum & lætus incedit: & cum mirifica ejus est eloquutio, tum in concionibus gloriam & laudem meruit singularem. nam Philo certe philosophiæ plurimum operæ navasse; at *Josephus* oratorum sacra magis coluisse videtur: & ille quidem, ad Platonem, hic vero, ad Thucydidem respexit.

ματικὸν, καὶ Ἰουδαίων τινὰς ἄδε συνταξάντα λόγους, περιελύσατο, καὶ πρὸς ἄλλους, οἳ διαβάλλειν τὰ πάτρια τῶν Ἰουδαίων ἐπεχείρησαν ἐθνῶν ——. πρὸς δὲ τῷ τέλει τῆς κ' Ἀρχαιολογίας, ἐμφαίνει ἐν τέσσαρσι συγγράψαι βιβλίοις περὶ Θεοῦ ὅτι αἱ πάτριαι δόξαι, καὶ περὶ τῆς οὐσίας αὐτοῦ, καὶ περὶ τῶν νόμων, διὰ τί κατ' αὐτοὺς τὰ μὲν ἔξεστι πράττειν, τὰ δὲ κεκώλυται. καὶ ἄλλα δὲ αὐτῷ σπουδασθῆναι, ὁ αὐτὸς ἐν τοῖς αὐτοῦ καταλέγει συγγράμμασιν ——. τοσοῦτον δὲ τῷ συγγραφικῷ χαρακτῆρι ἀνθεῖ, τὸν Θουκυδίδην μιμούμενος, ὡς μηδένα τὸ ἐξ ἐκείνου ἐᾶσαι τὸ πρωτεῖον κληρώσασθαι. τῇ καιναῖς ἀεὶ χαίρων τῶν ὑποθέσεων, καὶ μετ' εὐκολίας πολλῆς, μὴ ἐκ τῆς τέχνης τόνου χαλῶν, ὑπτίως μάλα καὶ ἱλαρῶς διέρχεται· ὑπερφυῶς ἐκφράζων, κἀν τῷ δημηγορεῖν ἁβρυνόμενος. ὁ μὲν οὖν Φίλων, τῇ φιλοσοφίᾳ φαίνεται τὸ πλέον ἐσχολακώς· Ἰώσηπος δὲ τῶν τῆς ῥητορείας ὀργίων ἔοικε πλεῖον μετεσχηκέναι· κἀκεῖνος μὲν, πρὸς τὸν Πλάτωνα ἀφορᾷν· οὗτος δὲ, πρὸς τὸν Θουκυδίδην.

CXVI. *Nicephorus Gregoras Historiæ Rom. lib. VII. p. 146. Edit. Paris.*

Accedebant & alii viri clari & spectati, ut reverentiæ & honoris causa in civitatem ascriberentur, & illustri aliquo nomine Romano ornarentur: quemadmodum *Josephus* Hebræus, ex Palæstina oriundus; & Ptolemæus, qui de rebus Astronomicis omnium optime scripsit. Illinc quippe uterque cognomen accepit, Flavii quidem *Josephus*, Claudii vero Ptolemæus.

Οὐ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλως ἐνδόξων καὶ ἐλλογίμων προσίασιν, ἵνα τοῦ τῆς Ῥώμης δήμου αἰδοῦς ἕνεκα καὶ τιμῆς καὶ αὐτοὶ πολιτογραφῶνται, καὶ ὀνόματος ἀξιῶνται τῶν ἐπισήμων τῆς Ῥώμης· ὥσπερ καὶ ὁ ἐκ τῆς Παλαιστίνης Ἑβραῖος Ἰώσηπος, καὶ Πτολεμαῖος ὁ κράτιστα πάντων τὰς Ἀστρονομικὰς συγγραψάμενος ὑποθέσεις. ὁ μὲν γὰρ Φλάβιος ἐκεῖθεν ἐπωνόμασται, ὁ Ἰώσηπος· ὁ δὲ Κλαύδιος, ὁ Πτολεμαῖος.

CXVII. *Matthæus Monachus sive Blastares in Syntagmate Canonum, p. 201. Edit. Bevereg.*

Hebræorum doctissimi, illique præsertim qui Judæam incoluere, ut *Josephus* atque Philo, summi uterque philosophi, legale Pascha ante æquinoctium nequaquam celebrandum esse judicabant.

Οἱ μὲν οὖν λογιώτατοι τῶν Ἑβραίων, καὶ μάλιστα οἱ τὴν Ἰουδαίαν οἰκοῦντες, οἷος ἦν Ἰώσηπος καὶ Φίλων, ἄνδρες φιλοσοφίας ἁπάσης ἐπ' ἄκρον ἐληλακότε, οὐκ ᾤοντο δεῖν πρὸ τῆς ἰσημερίας τὸ νομικὸν ἄγειν πάσχα.

SÆCULO XV.

CXVIII. *Wernerus Rolewink in Fasciculo temporum, p. 39. b. Edit. Francof.*

Josephus, Historiographorum nominatissimus, clarus habetur, natione Judæus. Verum [f] libri ejus in multis locis vitio Scriptorum ac longitudine temporis corrupti sunt.

CXIX. *Hartmannus Schedelius in Chronico, p. 110. Edit. Norimberg.*

Josephus Judæus, dictus Flavius, Sacerdos, & Mattathiæ ejus gentis Sacerdotis filius, Historicus quidem celeberrimus, multarumque rerum peritissimus: vir sane bonus & egregius, qui de Christo optime sensit. Is, cum singularis eruditionis esset, de *Judaica Captivitate* scripsit libros VII. de *Antiquitatibus Judæorum* XX. & duos *adversus Apionem Grammaticum*. atque alia post se reliquit Scripta: quæ omnia à Rufino Aquilegiensi postea in Latinam linguam translata fuere.

SÆCULO INCERTO.

CXX. *Theodorus Meleteniota in proœmio in Astronomiam, Edit. Paris.*

A Sethi quidem, Adami liberorum unius, posteris hæc est omni veneratione major inventa disciplina; quod quidem veterum patrum monumenta veritati consona docent: idque *Josephus*, veritatis studiosus profecto & amans, Antiquitatum Judaïcarum libro primo scripsit.

Εὕρημά γε μὴν τὸ τοιοῦτον ὑπέρσεμνον ὄντως μάθημα παρὰ τῶν τοῦ Σὴθ, ἑνὸς τῶν υἱῶν Ἀδὰμ ἀπογόνων· ὡς ὅ τε παλαιὸς ἐκ πατέρων λόγος ἔχει, καὶ μέντοι καὶ Ἰώσηπος φιλαλήθης ἀνὴρ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἱστοριῶν Ἀρχαιολογίᾳ συγγράφεται.

CXXI. *Anonymus è Cod. Reg. 721. apud Coteleriumm in notis ad PP. Apostol. p. 339.*

Quartus denique liber, illud *Rationem imperare affectibus*, & martyrium obitumque pro lege divina susceptum à Sanctis septem fratribus una cum matre & præceptore tradens diserte, Judæum *Josephum* habere conscriptorem opinionem præbet.

Ἡ δὲ τετάρτη, τὸ περὶ τοῦ Αὐτοκράτορα τῶν παθῶν εἶναι τὸν λογισμὸν, καὶ τὴν ὑπὲρ τοῦ θείου νόμου μαρτυρίαν καὶ τελευτὴν τῶν ἁγίων ἑπτὰ ἀδελφῶν σὺν τῇ μητρὶ καὶ τῷ διδασκάλῳ τρανότερον διαγορεύουσα, Ἰώσηπον εἶναι συγγραφέα τὸν Ἰουδαῖον ὑπόνοιαν παρέχει.

CXXII.

[f] De *Græcis* an de *Latinis* nostri *Josephi* loquitur, non constat. Ea ætate *Versiones* omnium fere in manibus erant.

TESTIMONIA.

CXXII. *Anonymi Commentarius Rerum Jacobi Dei fratris, in Auctario novissimo Bibl. Gr. Patrum per Combefisium*, p. 526.

Τὰ μέντοι κακῶν ἔσχατα μετὰ τὴν Ἰακώβου τελευτὴν Ἰουδαίους κατείληφε. καὶ μάρτυς αὐτῶν ὁ Ἰώσηπος, μηδὲν τῆς ἀληθείας ἀποκρυψάμενος.

Cæterum post Jacobi necem malà extrema Judæis obvenerunt: eorumque testis *Josephus* Judæus, qui nihil veritatis celavit.

CXXIII. *Eucherius Episcopus in Epistola ad Faustinum Presbyterum de Locis Sanctis, in Bibl. Nov. MSS. P. Labbei, Tom. 1. p. 666.*

Sed etiam *Josephus*, nobilis Historicus Judæorum, situm totius regionis refert: cujus relationem huic epistolæ inserendam putavi, ut veritatem studiose inquirentibus majorem Judæus relator de Judææ situ fidem faceret.

CXXIV. *Computista quidam inter MSS. Digbæana in Bibl. Bodl.*

Josephus edidit *Antiquitatum* libros xx. Ab initio Mundi usque ad Domitiani annum xiv. annos v. dcv. supputat.

Freculpho Lexoviensi, Vincentio Bellovacensi, aliisque nonnullis locum inter Testimonia non dedimus, quod fere ad verbum exscribant Hieronymum.

Ne

Ne vacua esset hæc pagina virorum post Litteras renatas doctissimorum judicia de *Josepho* subjiciemus.

Josephus Scaliger in Prolegomenis ad Opus de Emendatione Temporum, p. 17.

De *Josepho* nos hoc audacter dicimus, non solum in rebus Judaicis, sed etiam in externis tutius illi credi, quam omnibus Græcis & Latinis.

Quod judicium adeo verum est, ut ne ipsi quidem successerit Scaligero *reprehendisse aliquot in locis* Josephum. *Is. Vossius in Chronol. Sacra*, c. 10. p. 137.

Idem ibid. p. 24.

Josephum reprehendit [Baronius] omnium Scriptorum veracissimum & religiosissimum.

Idem in Notis ad Fragmenta Græc. p. 45.

Adeundus est *Josephus*, fidissimus, diligentissimus & eruditissimus Scriptor.

Idem in Elencho Trihæresium Nicolai Serarii, c. 25.

Certe Bellarminus satis ostendit nullum gustum se habere Scriptorum *Josephi*, ut neque conditor Annalium, qui in rebus Herodis & Belli Judaici maluit credere —— Eusebio, quam *Josepho*, scriptori vernaculo, ex fide oculata aut ex Actis Herodis omnia scribenti.

Isaacus Casaubonus in Exercitationibus ad Baronium, *Exercit.* I. n. 3.

Josephi amor veri notissimus, fides constantissima, nisi quid illi fortasse humanitus contigerit. —— cui ad penitus cognoscenda illa, de quibus scribebat, omnia præsidia abunde suppetebant.

Daniel Heinsius in Aristarcho Sacro, p. 768.

Quod à *Josepho*, maximo scriptore, libro Antiquitatum secundo, de barbaris dicitur, —— de antiquis quoque Patriarchis verum est.

Hugo Grotius ad Daniel. V. 31.

Josepho magna fides haberi debet in rebus Herodis Magni, & deinceps. Item ubi externos auctores, non ubi Judæos, multa in Historia contra verum somniantes, sequitur.

Idem ad Mat. V. 21.

Josephus, quem patrii moris nihil latuit, ——.

Idem ibid. XIV. 3.

Josephi summa fides & diligentia, & quæ passim in eo apparet intima cognitio rerum familiæ istius [Herodis] meretur, ne quid temere contra eum pronuntiemus.

Idem ad Luc. II. 2.

Qui *Josephum* tam diligentem rerum Judaicarum inquisitorem, & cui Romana quoque Archiva patuerunt, deceptum putant, eos ipsos valde decipi arbitror.

Richardus Montacutius in Analect. Dissertationum Ecclesiasticarum, *Dissert* II. §. 2. p. 45, 46.

Fatentur omnes, Cardinali [Baronio] excepto, postquam recesserimus ab Historia Sacra; ἀξιοπιστότατον semper habitum [*Josephum*] rerum suæ gentis enarratorem.

Claudius Salmasius de Trapezitico Fœnore, p. 103.

Rabbini omnes in alia sunt sententia & *Josephus* ipse, cujus auctoritatem pluris facio quam omnium Rabbinorum.

Dionysius Petavius de Doctrina Temporum, X. 65.

Nobis facem præfert *Josephi* præstantissimi Scriptoris historia, qui unus Herodis initia resque gestas fidelissime perscripsit.

Samuel Bochartus in Geographia Sacra, II. 26. *col.* 137.

Fatendum est nos [*Josepho*] plurimum eo nomine debere, quod * suæ gentis Historiam summa fide & sedulitate scripsit.

Isaa-

* In exoticis tamen illi non temere esse credendum censuit.

Isaacus Vossius sub finem Responsionis ad Schotanum, p. 428.

Ad *Josephum* dein calamum transfers, & scriptorum omnium accuratissimo & veritatis amantissimo dicam intendis.

Antonius Pagius in Apparatu Chron. ad Baronii Annales, p. 25.

Sed quis melius scire potuit quam *Josephus?* Erat natione Judæus, Historiæ Judaicæ peritissimus, & ipsius Herodis tempori valde proximus, atque in gestis ejus studiosius perquirendis ac describendis omnium diligentissimus.

Idem ibid. p. 32.

Josephus rerum Judaicarum testis omnium optimus.

Idem ibid. p. 36.

Sed nunc inter eruditos fere convenit, *Josephum* fuisse Historicum diligentissimum, magnamque fidem & eruditionem in iis quæ narrat elucere.

Idem in Critica Historico-Chronologica in Annales Baronii, Vol. I. p. 13.

Josephus accurate Herodis Historiam ex Romanis Augusteæ ætatis scriptoribus, qui injuria temporis intercidere, exscripsit.

Henricus Norisius de Anno & Epocha Syro-Macedonum, p. 55.

Josephus omnium accuratissime tempus imperii Galbæ, Othonis, ac denique Vitellii adnotavit.

Notæ Librorum ex quibus profecimus.

1. *Bas.* Editio princeps Basileensis.
2. *Big.* Lectiones, quas vir Illustris Emericus Bigotius è codicibus perantiquis descripsit.
3. *Bod.* Codex Pembrochianus in Bibliotheca Bodlejana
4. *Busb.* Exemplar Busbequianum in Bibliotheca Cæsarea.
5. *Cæs.* notat codicem in Bibliotheca Cæsarea, cujus Lectiones aliquot notavit Lambecius in Comm. l. 8. p. 37.
6. *Caji* Codex D. Caji apud Cantabrigienses, cujus lectiones Hudsono dono misit *J. Dawson* de Haslingfield in agro Cantab.
7. CA. in lib. de Macc. notat Cod. Cantuariensem.
8. *Car.* Josephi Μακκαβαίων è MS. vetustissimo Caroli I. Regis Angliæ, quod Alexandrinum etiam vocatur.
9. *Cas.* Lectiones veteris Codicis Regis Galliæ, quas manus carpserat Is. Casauboni.
10. *El.* Liber *MS.* e Bibliotheca Viri venerabilis J. Mori Eliensis Episcopi.
11. *G.* Genevensis Editio, excusa A. D. 1611.
12. *Gall.* Cod. al. in Bibliotheca Regis Galliæ.
13. *Hafn.* Varietates Codicis Hafniensis, quas olim huc transmisit D. Wandalinus.
14. *Hen.* Codex Hennebergensis, aut Schleusingensis.
15. *Lips.* Membranæ Lipsienses.
16. *L. B.* Codices Lugduno-Batavi, præstantissimi, quondam Is. Vossii.
17. *Med.* Lectiones Mediceæ, à Bigotianis diversæ.
18. *NC.* Bonæ notæ Exemplar in Collegio Novo apud *Oxonienses.*
19. *Pet.* Variantes Lectiones Schedarum Peiresciarum, quas Sam. Petitus notaverat in Comentariis MSS. in Bibliotheca Bodlejana adservatis.
20. *Rhed.* Liber Rhedigerianus apud Vratislaviam.
21. *Rost.* Lectiones Cod. Rostgardiensis Dani V. C.
22. *Ruald.* Lectiones quædam Vaticanæ opera Rualdi Harlemensis.
23. *Samb.* Sambuci Exemplar, quod nunc servat Bibliotheca Cæsarea.
24. *Vat.* Lectiones aliæ Vaticanæ ab Hudsono ære suo comparatæ.
25. *Voss.* Lectiones Codicum Is. Vossii.

Exemplaria Latina, Rufino & Epiphanio Interpretibus: ut & Notæ Bosii, Reinesii, Petiti, & aliorum, ita exprimuntur, ut nulla egeant explicatione.

FLA-

FLAVII JOSEPHI OPERUM
TOMO I. II. & III.
Hæc continentur.

TOMO I.

TOMO II.

SEQUUNTUR DEINDE IN EODEM

TOMO II.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΗΙ ΠΡΩΤΗΙ

ΤΩΝ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΣΤΩΡΙΩΝ
ΤΗΣ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ.

JOSEPHI LIBRO PRIMO
HISTORIARUM ANTIQUITATIS JUDAICÆ
HÆC CONTINENTUR.

a Ita *Samb.* τοῦ ἀρχαίου λόγου *Vat. Bas. G.*
b Ita *Samb.* nulla hisce litera numerali affixa, sed sequentibus ad hunc modum, α'. Ἡ τοῦ κόσμου ——. β'. Περὶ γένους ——. & sic deinceps, ut proœmio non numerato capita sint duntaxat XIX. In *Edit. Bas.* & *G.* τὴν αἰτίαν τῆς συγγραφῆς καὶ τὸ καθόλου αὐτῆς περιέχον.
c Ita *Samb.* Τίς ἡ *Vat. Bas. G.*
d Sic in *Samb.* & *Vat.* in *aliis* ἡ διάτ.
e Ita *Samb.* τοῦ non agnoscunt *alii.*
f Ita *Samb.* & *Vat.* ἀπ' αὐτοῦ *alii.*
g Νῶχ *Samb. Vat.* & LXX Νῶχος *Bas. G.*
h Ita *Samb.* & *Vat.* ἐν deest in *aliis.*
i Ex *Samb.* & *Vat.* Σεναὰρ B. G. & LXX.

k Ita *Samb.* & *Bas.* περὶ τοῦ πύργου Βαβυλῶνος, καὶ ἀλλοφωνίας τῶν ἀνθρώπων *Vat. G.*
l Κατῴκησαν *Vat.*
m Ὡς τῶν ἐθνῶν *Vat.*
n Ita *Samb.* Πῶς Ἀβράμ *Vat.* Ὡς Ἄβραμος *alii.*
o Aspirate in *Cod. Samb.* & in LXX. *Interpretum* Editione *Grabiana.*
p Ita *Samb.* & *Vat.* Ἡ τῶν Σοδομιτῶν διαφθορά, Ἀσσυρίων αὐτοῖς ἐπιστρατευσάντων *Bas. G.*
q Sic *Samb.* Κατούρας *alii.* Χεττούρας juxta LXX. *Interpr.*
r Ex *Samb.* restitui. τὸ Τρωγλοδυτῶν ἔθνος ἐγεννήθη *alii.*
s Ita *Samb.* τὸν ἀδελφοῦ *Vat. Bas. G.*
t Sequentia adjeci ex *Samb.* & *Vat.*

[a] ΦΛ. [b] ΙΩΣΗΠΟΥ
ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ
[c] ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

Περιέχει ἡ βίβλος χρόνον [d] ἐτῶν ,γωλγʹ.

FLAVII JOSEPHI
ANTIQUITATUM JUDAICARUM
LIBER PRIMUS:

Qui continet tempus annorum MMM. DCCC. XXXIII.

[e] ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

ΤΟΙΣ τὰς ἱστορίας συγγράφειν βουλομένοις οὐ μίαν, οὐδὲ τὴν αὐτὴν ὁρῶ τῆς σπουδῆς γινομένην αἰτίαν· ἀλλὰ πολλὰς, καὶ πλεῖστον ἀλλήλων διαφερούσας. τινὲς μὲν γὰρ, ἐπιδεικνύμενοι λόγων δεινότητα, καὶ τὴν ἀπ' αὐτῆς θηρώμενοι δόξαν, ἐπὶ τοῦτο τῆς παιδείας τὸ μέρος ὁρμῶσιν· ἄλλοι δὲ, χάριν ἐκείνοις φέροντες περὶ ὧν τὴν ἀναγραφὴν εἶναι συμβέβηκε, τὸν [f] εἰς αὐτὴν πόνον καὶ παρὰ δύναμιν ὑπέστησαν· εἰσὶ δὲ οἵτινες ἐβιάσθησαν ὑπ' [g] αὐτῆς τῆς τῶν πραγμάτων ἀνάγκης, οἷς πραττομένοις παρέτυχον, ταῦτα γραφῇ δηλούσῃ περιλαβεῖν· πολλοὺς δὲ καὶ χρησίμων μέγεθος πραγμάτων, ἐν ἀγνοίᾳ κειμένων, προὔτρεψε τὴν περὶ αὐτῶν ἱστορίαν εἰς κοινὴν ὠφέλειαν ἐξενεγκεῖν. τούτων δὴ τῶν προειρημένων αἰτιῶν αἱ τελευταῖαι δύο κἀμοὶ συμβεβήκασι. τὸν μὲν γὰρ πρὸς τοὺς Ῥωμαίους πόλεμον ἡμῖν τοῖς Ἰουδαίοις γενόμενον, καὶ τὰς ἐν αὐτῷ πράξεις, καὶ τὸ τέλος οἷον ἀπέβη, πείρᾳ μαθὼν, ἐβιάσθην ἐκδιηγήσασθαι, διὰ τοὺς ἐν τῷ γράφειν [h] λυμαινομένους τὴν ἀλήθειαν.

βʹ. Ταύτην δὲ τὴν ἐνεστῶσαν [i] ἐγκεχείρισμαι πραγματείαν, νομίζων ἅπασι [k] φανεῖσθαι τοῖς [l] Ἕλλησιν ἀξίαν σπουδῆς. μέλλει γὰρ περιέξειν ἅπασαν τὴν παρ' ἡμῖν ἀρχαιολογίαν, καὶ τὴν διάταξιν τοῦ πολιτεύματος ἐκ τῶν Ἑβραϊκῶν [m] μεθηρμηνευμένην γραμμάτων. ἤδη μὲν οὖν καὶ πρότερον [n] διενοήθην, ὅτε τὸν πόλεμον συνέγραφον, δηλῶσαι· τίνες ὄντες [o] ἐξ ἀρχῆς οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ τίσι χρησάμενοι τύχαις, ὑφ' οἵῳ τε παιδευθέντες νομοθέτῃ τὰ πρὸς [p] θεοσέβειαν καὶ τὴν ἄλλην ἄσκησιν ἀρετῆς· πόσους τε πο-

PROOEMIUM.

AD scribendas historias qui se conferunt, eos non unam nec eandem studii sui causam rationemque habere video: sed plures, easque plurimum inter se differentes. Quidam enim, ut eloquentiam ostentent, gloriamque ex ea captent, ad hoc disciplinæ genus feruntur: alii vero, ut illis gratificentur, de quibus scriptionem institutam esse contigit, plus in ea laboris, quam vel ferre valuere, susceperunt: sunt quos ipsa rerum necessitas adduxit, ut quibus gerendis interfuerant, eas scripto complectentes memoriæ proderent: multos etiam magnitudo rerum utilium, in obscuro latentium, perpulit, ut narrationem earum in communem utilitatem proferrent. Ex his jam dictis causis postremæ duæ mihi obtigerunt. Bellum enim, quod nos Judæi cum Romanis habuimus, ac res cogestas, ac quem eventum nactæ sunt, experientia cognoscens, edisserere coactus sum, ut eos revincerem, qui scriptis suis veritatem depravarunt.

Historicorum scopus non unus.

2. Præsens vero opus aggressus sum, ratus Græcis omnibus visum iri industria dignum. Comprehendet enim universam nostram Antiquitatem, & reipublicæ constitutionem, ex Hebraïcis literis translatam. Cogitaveram equidem & ante, jam tum quum *Historiam Belli* scriberem, docere, qui à prima origine Judæi, quam varia fortuna usi, & sub quali Legislatore ad cultum Dei cæterasque virtutes instituti, quibusque bellis per tot sæcula gestis, inviti ad po-

Antea Bellum, nunc Origines patrias scribit Josephus.

a Φλ.] *Nonnullis* Φλάβιος, *aliis* Φλαύιος dicitur. prænomine hoc accepto, quod aliis quoque solenne fuit, à *Flavio Vespasiano*, qui civitatem ei concesserat. Vide *Testimonia*. p. 10. & 14.

b Ἰωσήπου] Ἰωσήππου scribitur, ut & Ἰώσηπος & Ἰώσηππος &c.

c Βιβλίον Πρῶτον.] Ita *Big. Samb.* & *Cas.* λόγος πρῶτος *Bas.* & *G.*

d Ἐτῶν ,γωλγʹ.] Sic *Big.* & *Gall.* 1. aliis ,γωλγʹ. ,ϛλγ & ,γω. Reponit *Is. Voss.* ,γψλγʹ. *E. Bernardus* ,γχλγʹ. In *Codd. Latinis* versionis *Epiphanii*, MMMCCXLVI. MMMCCLVI. MMDCCCCLXII. & MMXXXII. Tanta in *numeris*, ex scribarum incuria, reperitur diversitas. in Editione *E. Bernardi* numerus nihil ab *Huds.* abit, sed in Notis insuper adnotatur *Hen.* & *Barb.* locum efferre Chiliadibus erasis.

e Προοίμιον.] Προοίμιον περὶ ὅλης πραγματείας *Samb.* ad Marg. Προοίμιον τὴν αἰτίαν τῆς συγγραφῆς, καὶ σκοπὸν αὐτῆς περιέχον. Κεφ. α. *Bas. G.* Absunt illa codd. *Hen.* & *Big. Bern.*

f Εἰς αὐτὴν.] Εἰς ταύτην *Cas.* εἰς τὴν αὐτὴν *Samb. Bern.*

g Αὐτῆς τῆς πραγμάτων τῆς ἀνάγκης.] Ita *Big. Samb.* & *Vat.* τῆς τῶν πρ. ἀνάγκης *Bas.* & *G.* αὐτῶν τῶν πρ. ἀνάγκης *Hen.*

h Λυμαινομένους τὴν ἀλήθειαν.] Λυμ. τῇ ἀληθείᾳ *Big.* (*Vat.*) & *Hen.* phrasi proba atque Attica. *Bern.* ut constat ex *Suida*, v. Λυμαινόμενος.

i. Ἐγκεχείρισμαι] Ita *Big.* (*Vat.*) & *Hen.* προεγκεχείρισμαι *Samb. Vat.* & *Cas.* (addit *Bern.* & Cod. quidam *Ital.* haud male) ἀνεχειρισάμην *Bas.* & *G.*

k Φανεῖσθαι] Φανεῖσθαι *Vat.*

l Ἕλλησιν] Forsan voce Ἕλληνες Ethnici omnes, non Græci soli sunt intelligendi.

m Μεθηρμηνευμένην] *Al.* μεθερμηνευομένην. scil. *Big. Samb.* & *Cas.* ut notavit *Bern.* prout editum est, aliter vero ut in N. *Hen. Bas. G.*

n Διενοήθην] Διενοούμην *Hen. Vat.* διενόουν.

o Ἐξ ἀρχῆς] Abest à *Vat.*

p Θεοσέβειαν] Ita *Big.* (*Vat.*) & *Hen.* εὐσέβειαν *alii.* scil. *Samb. Bas. G. Bern.* Ibid. καὶ ἄλλην τῆς ἀρετῆς ἄσκησιν *Hen.*

postremum contra Romanos bellum sint pertracti. Sed quoniam prolixius erat hoc argumentum, seorsim illud in opere ei proprie dicato exorsus usque ad finem suum perduxi. Procedente dein tempore, sicut usu venit iis qui res arduas aggrediuntur, cunctatio quædam ac segnities mihi incessit, tantam materiam in alienam & peregrinam linguam traducturo. sed fuerunt qui historiæ desiderio ad opus me adhortabantur, & præ cunctis Epaphroditus, vir cum omnis generis disciplinarum, tum vero rerum gestarum notitiæ in primis avidus; ut qui ipse, in maximis negotiis & variis fortunæ casibus versatus, in omnibus eximiam naturæ indolem, studiumque veritatis inconcussum præ se tulisset. Huic igitur morem gerens, assiduo cunctorum utile aliquid & honestum molientium fautori, pudefactusque videri ignaviam speciosissimo labori anteponere, vires animumque recepi. Accedit quod & illud mecum etiam atque etiam reputaveram, quod majores olim nostri exteris sua benigne communicare voluerint, & Græcorum nonnulli res nostras cognoscendi studio flagrarint.

Epaphroditus Neronis libertus, & herus Epicteti.

3. Comperiebam utique quod Ptolemæorum secundus, rex maxime disciplinis librisque colligendis deditus, magnopere contenderit Legem nostram reique publicæ ex ea constitutionem in Græcum sermonem transferri; quodque Eleazarus, qui virtute non inferior erat quam quisquam nostrorum Pontificum, hanc Regi isti non inviderit utilitatem: reclamaturus omnino, nisi mos patrius nobis exstitisset, res bonas & honestas celare neminem. Proinde & mihimet convenire putavi, ut & Pontificis nostri imitarer magnanimitatem, & hodie quoque permultos discendi cupiditate Regis illius similes esse existimarem. Neque enim totam Scripturam accipere illi contigit, sed Legem solam ei tradiderunt, qui ad eam interpretandam missi fuerant Alexandriam. Sunt autem innumera Sacris literis prodita, ut quæ quinque millium annorum historiam in se complectantur; & diversi quidem in his inopinati casus, varia belli fortuna, multa Imperatorum præclara facinora, multæque Rerumpublicarum mutationes. In universum autem ex hac potissimum historia legentibus licet cognoscere, quod his qui Dei

Legis Mosaicæ versio Græca Ptolemæo exponente.

Eleazarus P. M. & Justi illius Simonis fil.

An. 5000. historiam amplectuntur Biblia Hebraica.

λέμους ἐν μακροῖς πολεμήσαντες χρόνοις, [q] εἰς τὴν πλάνην ἄκοντες πρὸς Ῥωμαίους κατέστησαν. [r] ἀλλ' ἐπεὶ μείζων ἦν ἡ τοῦδε τοῦ λόγου περιβολή, καθ' αὐτὸν ἐκεῖνον [s] χωρίσας ταῖς ἰδίαις ἀρχαῖς αὐτοῦ καὶ τῷ τέλει τὴν γραφὴν συνεμέτρησα. χρόνου δὲ προϊόντος, ὅπερ φιλεῖ τοῖς μεγάλων ἅπτεσθαι διανοουμένοις, ὄκνος μοι καὶ μέλλησις [t] ἐγίνετο τηλικαύτην μετενεγκεῖν ὑπόθεσιν εἰς ἀλλοδαπὴν ἡμῖν καὶ [v] ξένης διαλέκτου συνήθειαν. ἦσαν δέ τινες οἳ πόθῳ τῆς ἱστορίας ἐπ' αὐτήν με [x] προὔτρεπον· καὶ μάλιστα δὴ πάντων [y] Ἐπαφρόδιτος, ἀνὴρ ἅπασαν μὲν ἰδέαν παιδείας ἠγαπηκώς, [z] διαφερόντως δὲ χαίρων ἐμπειρίαις πραγμάτων· ἅτε δὴ μεγάλοις μὲν αὐτὸς ὁμιλήσας πράγμασι καὶ τύχαις πολυτρόποις, ἐν ἅπασι δὲ θαυμαστὴν [a] ἐπιδειξάμενος φύσεως ἀγαθῆς ἰσχύν, καὶ προαίρεσιν ἀρετῆς [b] ἀμετακίνητον. τούτῳ δὴ πειθόμενος, [c] ἀεὶ τοῖς χρήσιμον ἢ καλόν τι πράττειν δυναμένοις συμφιλοκαλοῦντι, καὶ ἐμαυτὸν αἰσχυνόμενος, εἰ δόξαιμι ῥαθυμίᾳ πλέον [d] ἢ τῷ περὶ [e] τὰ κάλλιστα χαίρειν πόνῳ, προθυμότερον ἐπερρώσθην. ἔτι [f] κἀκεῖνο πρὸς τοῖς εἰρημένοις λογισάμενος [g] οὐ παρέργως, περί τε τῶν ἡμετέρων προγόνων, [h] οἱ μεταδιδόναι τῶν τοιούτων ἤθελον, καὶ περὶ τῶν Ἑλλήνων, εἴ τινες αὐτῶν γνῶναι τὰ παρ' ἡμῖν ἐσπούδασαν.

γʹ. Εὗρον τοίνυν, [i] ὅτι Πτολεμαίων μὲν ὁ δεύτερος, μάλιστα δὴ βασιλεὺς περὶ παιδείαν καὶ [k] βιβλίων συναγωγὴν σπουδάσας, ἐξαιρέτως ἐφιλοτιμήθη τὸν ἡμέτερον νόμον, καὶ τὴν κατ' αὐτὸν διάταξιν τῆς πολιτείας, [l] εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνὴν μεταβαλεῖν· ὁ δὲ τῶν παρ' ἡμῖν ἀρχιερέων οὐδενὸς [m] ἀρετῇ δεύτερος Ἐλεάζαρος, τῷ προειρημένῳ βασιλεῖ ταύτης ἀπολαῦσαι τῆς ὠφελείας οὐκ ἐφθόνησε· πάντως ἀντειπὼν ἂν εἰ μὴ πάτριον ἦν ἡμῖν, τὸ μηδὲν [n] ἔχειν τῶν καλῶν ἀπόρρητον. καὶ ἐμαυτῷ δὴ πρέπειν ἐνόμισα, τὸ μὲν ἀρχιερέως μιμήσασθαι τὸ μεγαλόψυχον· τῷ βασιλεῖ δὲ πολλοὺς ὁμοίως ὑπολαβεῖν καὶ νῦν εἶναι φιλομαθεῖς· οὐδὲ γὰρ πᾶσαν ἐκεῖνος ἔφθη λαβεῖν τὴν ἀναγραφήν, ἀλλ' αὐτὰ μόνα [o] τὰ τοῦ νόμου παρέδοσαν οἱ πεμφθέντες ἐπὶ τὴν ἐξήγησιν [p] εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν. μυρία δέ ἐστι [q] τὰ δηλούμενα διὰ τῶν ἱερῶν γραμμάτων, ἅτε δὴ [r] πεντακισχιλίων ἐτῶν ἱστορίας ἐν αὐτοῖς [s] περιειλημμένης· καὶ παντοῖαι μέν εἰσι παράλογοι περιπέτειαι, πολλαὶ δὲ τύχαι πολέμων, καὶ στρατηγῶν ἀνδραγαθίαι, καὶ πολιτευμάτων μεταβολαί. τὸ σύνολον [t] δὲ μάλιστά τις ἂν ἐκ ταύτης μάθοι τῆς ἱστορίας, ἐθελήσας αὐτὴν διελθεῖν, [v] ὅτι μὲν τοῖς Θεοῦ γνώμῃ κατακολουθοῦ-

σι,

q Εἰς τὴν] Εἰς τὸ *Hen.*

r Ἀλλ' ἐπεὶ μείζων] *Al.* ἐπειδὴ μείζων ἦν ἡ τοῦ λόγου τοῦδε περιβολὴ, κατ' αὐτόν. Sed ita ut editum *Big.*

s Χωρίσας ταῖς ἰδίαις ἀρχαῖς αὐτοῦ] Ita *Big.* & *Samb.* χωρίσας ταῖς ἰδίαις αὐτοῦ ἀρχαῖς *Baf.* & *G.* χωρίσας ταῖς ἰδίαις τῇ ἀρχῇ αὐτοῦ καὶ τῷ *Vat.*

t Ἐγίνετο] Ἐγένετο *Baf* & *G.*

v Ξένης] *Al.* ξένην *Hen. Baf. G.* Si itaque Græca lingua ipsi ξένη fuit διάλεκτος, quæ lingua patria ipsi & domestica esse potuit nisi Hebræorum sermo, qualis tunc erat. Unde accedere illis non possumus, qui Josephum linguæ Hebrææ imperitum fuisse existimant, quoniam videlicet in vocibus Hebræis convertendis in Græcum sermonem errare nonnunquam dicitur. Ceterum ξένης invenitur in codd. quibusdam MSS. ut ad διαλέκτου referatur. *Rel.*

x Προὔτρεπον] Ita MSS. omnes προέτρεπον in *Editis.*

y Ἐπαφρόδιτος,] De eo videsis quæ congessit Cl. *Car. Daubuz* in parte tertia Lib. 1. *pro Testimonio Fl. Josephi de J. Chr.*

z Διαφερόντως δὲ χαίρων ἐμπειρίαις] *Vat.* διαφερόντως δὲ διαφέρων ἐμπειρίαις.

a Ἐπιδειξάμενος φύσεως ἀγαθῆς ἰσχύν,] Ita *Big. Samb. Vat.* & *Caf.* θαυμαστὴν φύσεως ἐπιδειξάμενος ἰσχὺν *Baf.* & *G.* φύσεως ἐπιδειξάμενος. *Hen.*

b Ἀμετακίνητον.] Ἀμετακίνητον. *Big.*

c Ἀεὶ τοῖς χρήσιμον ἢ καλόν τι πράττειν] Sic MSS. ὡς ἀεὶ τοῖς εἰς χρήσιμον ἢ καλὸν τι ἄγειν in *Editis.*

d Ἢ τῷ περὶ,] Ἢ καὶ τῷ π. *Vat.*

e Τὰ κάλλιστα] Τὰ καλὰ *Hen.* ex invidiola. *Bern.* imo & *Vat.*

f Κἀκεῖνο] Ita *Samb. Vat. Caf.* καὶ ἐκεῖνο ceteri.

g Οὐ παρέργως,] Sic *Samb. B. G.* & *Caf.* οὐκ ὀλίγως *Big. Vat.* & *Hen.*

h Οἱ] Ita *Samb.* & mox εἴτινες. *Hen.*

i Ὅτι Πτολεμαίων μὲν ὁ δεύτερος, μάλιστα δὴ βασιλεὺς] Ita fere omnes *MSS.* Πτολεμαῖος μὲν ὁ δεύτερος βασιλεύς. *Baf.* & *G.* Πτολεμαῖος μὲν ὁ δεύτερος μάλιστα δὴ βασ. *Vat.*

k Βιβλίων] Sic *Big. Samb. Hen. Vat.* βιβλίων *Baf.* & *G.*

l Εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνὴν μεταβαλεῖν] Ita in plerisque *MSS.* εἰς τὴν Ἑλλάδα μετ. *Vat. B.* & *G.*

m Ἀρετῇ] Κατ' ἀρετὴν. *Hen.* & *Big.* & *Vat.*

n Ἔχειν] Ita *MSS.* χρῆν in *Editis* ut & mox ἐμαυτῷ & μιμήσασθαι.

o Τὰ τοῦ νόμου] Hac de re videsis Annott. *H. Valesii* ad *Eusebii Hist. Ecclesiastic.* L. V. c. VIII. *Ejusque* Epistolam ad *Jac. Usserium* de Versione LXX. ut & *R. P. Simonii Hist. Crit.* in *V. Test.* l. 2. c. 2. Id etiam Talmudici tradunt. Male ergo illi, qui universum Codicem sacrum ab τοῖς ὁ versum putant. *Rel.*

p Εἰς] Ita MSS. omnes, editi πρὸς.

q Τὰ] Delet *Gen.* vocem τὰ. & pro δὲ habet δ'.

r Πεντακισχιλίων ἐτῶν] Chronologia Josephi multum a vera differt: quare ubicunque characteres temporum notat, ad illos attendemus, ut ex omnibus simul errores, qui in numeros facile irrepunt, corrigantur, & computus Josephi manifestus fiat. *Rel.* Chronologiam *Relandi* vide pag. seq 3.

s Περιειλημμένης] Ita plerique *MSS.* ἐμπεριειλημμένης alii cum *Baf.* & *G.*

t Δὲ μάλιστα] Sic *Samb. Vat. Caf.* οὖν μάλ. & δ' οὖν μάλ. alii ut editi *Big.* δ' ὦ μάλιστα. in *Ceic.* exempl. inferius scriptum ἄν.

v Ὅτι μὲν τοῖς] *Al.* ὅτι τοῖς μὲν. sc. *Baf.* & *Gen.* frustra autem hinc νόμῳ suggerit *Hen.* imo & *Vat.* pro γνώμῃ. *Bern.*

u Τὰ

CONSPECTUS CHRONOLOGIÆ FLAVIANÆ.

Chilias annor. I.	Chilias II.	Chilias III.	Chilias IV.	Chilias V.	Chilias VI.
1.	1000.	2000.	3000. 3023. egred. Abrah. ex Chaldæa annos 75 natus. Antiq. 1. 8.	4000. a Davide ad urbem captam a Babyloniis anni 515. Ant. x. 11.	
			3100.	Ant. 7. ult. 1300. anni a Davide ad Hyrcanum.	
			3197. Jacob migrat in Ægyptum. 3200. nam 215. annis post ex Ægypto migrat. Ant. II. 6. 3197 215 ——— 3412.	4102. templum a Salomone conditum. Antiq. VIII. 2. & stetit 470. annos. Ant. x. 11. Ita legendum videtur pro 3102. nam a diluvio ad templum sunt anni 1444. (ut ibidem ait) & Ant. 1. 4. constituit annos ad diluvium a mundo condito 2656 1444 ——— 4100. & ut illi duo in fine locum inveniant, scribe 1446. tunc resultant 4102.	
			3412. exitus ex Ægypto, nam templ. Salomonis conditum a. 592. post exitum. 3466. ab hoc anno, quo terra divisa a Josua, usque ad	usque ad Salomonem ab Minæo, 1312. ann. Ant. VIII. 2. & 3. 4359. annis 947. post exitum ex Ægypto 10. tribus in Assyriam migrarunt. lib. IX. 14. 800. a Josua 240. a Jeroboam. ibid.	
η΄. Οἱ μὲν οὖν ἱππεῖς παραλαβόντες τὸν Βενιαμὶν ἦγον [x] πρὸς Ἰώσηπον, καὶ τῶν ἀδελφῶν ἑπομένων. ὁ δὲ τὸν μὲν ἰδὼν ἐν φυλακῇ, [y] τοὺς δ' ἐν πενθίμοις σχήμασι· "τί δὴ, φησὶν, ὦ κάκιστοι, φρονήσαντες ἢ περὶ τῆς ἐμῆς "φιλανθρωπίας, ἢ περὶ τοῦ Θεοῦ τῆς προνοίας, τοιαῦτα "πράττειν εἰς εὐεργέτην καὶ ξένον ἐτολμήσατε;" τῶν δὲ παραδιδόντων αὐτοὺς εἰς κόλασιν [z] ἐπὶ τῷ σώζεσθαι Βενιαμὶν, [a] καὶ πάλιν ἀναμιμνησκομένων τῶν εἰς Ἰώσηπον αὐτοῖς τετολμημένων, κἀκεῖνον ἀποκαλούντων [b] μακαριώτερον, εἰ μὲν τέθνηκεν, ὅτι τῶν κατὰ τὸν βίον ἀπήλλακται σκυθρωπῶν, εἰ δὲ περίεστιν, ὅτι τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ κατ' αὐτῶν ἐκδικίας τυγχάνει· λεγόντων δ' αὐτοὺς [c] ἀλιτηρίους τοῦ πατρὸς, ὅτι [d] τῇ λύπῃ, ἣν ἐπ' ἐκείνῳ μέχρι νῦν ἔχει, καὶ τὴν ἐπὶ Βενιαμὶν προσθήσουσι. [e] πολὺς ἦν κἀνταῦθα Ῥούβηλος, αὐτῶν καθαπτόμενος. Ἰωσήπου [f] δὲ τοὺς μὲν ἀπολύοντος, οὐδὲν γὰρ αὐτοὺς ἀδικεῖν, ἀρκεῖσθαι δὲ μόνῃ τῇ τοῦ παιδὸς τιμωρίᾳ λέγοντος· οὔτε γὰρ τοῦτον ἀπολύειν διὰ τοὺς οὐδὲν [g] ἐξαμαρτόντας σῶφρον ἔλεγεν, οὔτε συγκολάζειν ἐκείνους τῷ τὴν κλοπὴν [h] εἰργασμένῳ. βαδίζουσι δὲ παρέξειν ἀσφάλειαν ἐπαγγελλομένου, τοὺς μὲν ἄλλους ἔκπληξις ἔλαβε, καὶ πρὸς τὸ πάθος ἀφωνία, Ἰούδας δὲ, ὁ καὶ τὸν πατέρα πείσας ἐκπέμψαι τὸ μειράκιον, [i] καὶ τἄλλα δραστήριος ὢν ἀνὴρ, ὑπὲρ τῆς τἀδελφοῦ σωτηρίας ἔκρινε [k] παραβαλέσθαι. "καὶ δεινὰ μὲν, εἶπεν, ὦ στρατηγὲ, τετολ-"μήκαμεν εἰς σὲ, καὶ τιμωρίας ἄξια καὶ τὴν κόλασιν "ὑπομένειν ἅπαντας ἡμᾶς δίκαιον, εἰ καὶ τὸ ἀδίκημα "μὴ πάντων ἡμῶν, ἀλλ' ἑνὸς τοῦ νεωτάτου γέγονεν. ὅμως "δὲ ἀπεγνωκόσιν ἡμῖν τὴν δι' αὐτοῦ σωτηρίαν ἐλπὶς [l] ὑπο-"λέλειπται παρὰ τῆς σῆς χρηστότητος, [m] ἐγγυωμένης τὴν "τοῦ κινδύνου διαφυγήν. καὶ νῦν μὴ πρὸς τὸ ἡμέτερον ἀ-"φορῶν, μηδὲ τὸ κακούργημα σκοπῶν, ἀλλὰ πρὸς τὴν "[n] ἑαυτοῦ φύσιν, καὶ τὴν ἀρετὴν σύμβουλον ποιησάμενος "ἀντὶ τῆς ὀργῆς· ἣν οἱ τἄλλα μικροὶ [o] πρὸς ἰσχύος λαμ-"βάνουσιν, οὐκ ἐπὶ τοῖς μεγάλοις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ "τοῖς τυχοῦσιν αὐτῇ χρώμενοι· γενοῦ πρὸς αὐτὴν μεγαλό-"φρων, καὶ μὴ νικηθῇς ὑπ' αὐτῆς, ὥστε ἀποκτεῖναι "τοὺς οὐδ' αὐτοὺς ὡς ἰδίας ἔτι τῆς σωτηρίας ἀντιποιουμέ-"νους, ἀλλὰ παρὰ σοῦ λαβεῖν αὐτὴν ἀξιοῦντας. καὶ γὰρ "οὐδὲ νῦν πρῶτον ἡμῖν παρέξεις αὐτήν. [p] ἀλλὰ καὶ πά-"λαι ἐλθοῦσιν ἐπὶ τὴν ἀγορὰν τοῦ σίτου, καὶ τὴν εὐπο-"ρίαν τῆς τροφῆς ἐχαρίσω, δοὺς ἀποκομίζειν [q] τοῖς οἰ-"κείοις, ὅσα κινδυνεύοντας αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ λιμοῦ δια-"φθαρῆναι [r] περιέσωσε. διαφέρει δ' οὐδὲν ἢ μὴ περιιδεῖν "ἀπολλυμένους ὑπ' ἐνδείας τῶν ἀναγκαίων, ἢ μὴ κολά-"σαι δόξαντας ἁμαρτεῖν, καὶ περὶ τὴν εὐεργεσίαν τὴν ἀπὸ σοῦ "λαμπρὰν γενομένην φθονηθέντας. ἡ δ' αὐτὴ χάρις, "ἄλλῳ μέντοι τρόπῳ διδομένη. σώσεις γὰρ οὓς εἰς τοῦτ' "ἔθρεψας· καὶ ψυχὰς, ἃς ὑπὸ λιμοῦ καμεῖν οὐκ εἴα-

evasisse viderentur, fortunæ invidia in calamitatem inciderint. Atque tam hujus fratris infortunii, quam futuri ex eo patris mœroris se auctores fatebantur, qui invitum ad puerum una cum eis mittendum compulerant.

Hujus dramatis vigor & epitasis. Gen. c. 44.

8. At enim equites Benjaminem comprehensum ad Josephum retrahunt, fratribus etiam sequentibus. Ille autem illum in custodia cernens, illos vero in lugubri habitu, "quid, ait, ô nequissimi, aut de mea humanitate aut de providentia Dei sensistis, ut talia in benefactorem & hospitem perpetrare auderetis"? Illis vero *vicarios* semet in supplicium offerentibus pro salute Benjaminis, atque in memoriam revocantibus quam scelerati fuerant in Josephum, cumque beatiorem prædicantibus, si mortuus quidem esset, quod è vitæ calamitatibus sit exemptus; si vero in vivis esset, quod vindicta fruatur, qua injurias illi ab ipsis factas persequitur Deus: semet vero patris pestem & perniciem vocantibus, quod *veteri* de Josepho mœrori, quo hactenus jacuit, novum ex Benjamine adjecturi sint. Multus etiam tum erat Rubelus in iis increpandis. Josepho autem illos quidem dimittente, ut qui ipsi nullam fecerint injuriam, pueri vero supplicio se contentum esse dicente, (neque enim hunc absolvere in gratiam insontium, sapientis esse dicebat, neque illos una cum furti manifesto punire) abeuntibus etiam securitatem se daturum promittente, alii quidem stupefacti sunt & præ dolore obmutuerunt, Judas vero, qui patri adolescentem mittere persuaserat, & vir cætera strenuus erat & efficax, decrevit se pro fratris salute periculo objicere. "Et nefaria quidem, inquit, in te, ô "Præses, perpetravimus, & supplicio digna, cui "nos omnes subjici debere æquum est, licet non "omnium sit culpa, sed unius natu minimi. no-"bis tamen, salutem propter ipsum desperanti-"bus, spes aliqua effulsit ex tua bonitate, pro-"mittente & spondente ex periculo effugium. "Ac nunc ad nos non respiciens, neque facinus "quod patravimus intuens, sed ingenii tui indo-"lem, & virtutem in consilium assumens potius "quam iracundiam, (à qua homines cætera pu-"silli animos accipiunt, eam non in maximis so-"lum, sed in quæcunque inciderint, adhibentes) "hanc ipsam contemne & despice, neque ab ea "te vinci patere, ut eos perimas, qui sibimet sa-"lutem adhuc vendicare non poterant, sed eam "à te accipere enixe petunt. Etenim neque nunc "primum isto munere nos ornabis: sed & ocyus "nobis, cum ad frumenti mercatum venissemus, "commeatus etiam copiam fecisti, tantum *ali-"menti* ad familiam deferendum suppeditans, "quantum eam, in salutis discrimen à fame ad-"ductam, incolumem servavit. Equidem nihil "interest, utrum non despicias pereuntes egesta-"te rerum necessariarum, an illos ad supplicium "non damnaveris, quos deliquisse homines suspi-"cantur, quibusque præclaram tuam invident "beneficentiam. Eadem plane gratia est, modo "ta-

Oratio Judæ pro Benjamine pera facunda quidem & animosa. Vide Gen. c. 44. v. 18.

v Ακοντα] Ita *Samb.* ἄκοντα αὐτοῖς τὸν π. *Vat.* ἄκοντα τὸν π. *Baf.* & *G.*

x Πρὸς Ἰώσηπον,] Πρὸς τὸν Ἰώσηπον *Vat.*

y Τοὺς δ' ἐν πενθίμοις σχήμασι·] Heic *Zonaras*, Ἰωσήπῳ δὲ τούτους ἐνδιδόναι εἰς ἐγχειρίας, ἐλεύθερον μετὰ τοὺς λοιπούς, μένειν δὲ δοῦλον τῷ Βενιαμὶν ἐκέλευσεν· τοῖς δὲ ἀπειλεῖν ἐπεῖχε. BERN. Ita plerique *MSS.* in *aliis* cum *Baf.* & *G.* τοὺς δὲ πενθίμοις.

z Ἐπὶ τῷ σώζεσθαι Βενιαμὶν,] Sic *Big.* & *Samb.* ἐπὶ τὸ in *cæteris.*

a Καὶ πάλιν] Ita *Big. Samb.* & *Vat.* in *Editis* καὶ πάλιν Ἰωσήπου ἀναμιμνησκομένων, κἀκεῖνον &c. quibusdam prætermissis.

b Μακαριώτερον,] Μακαριώτερον αὐτῶν *Samb. Caf.* & *Vat.*

c Ἀλιτηρίους] Ita ex *Samb.* in *cæteris* ἀλιτηρίους.

d Τῇ λύπῃ,] Τὴν λύπην *Samb.*

e Πολὺς ἦν κἀνταῦθα] Ita in *MSS.* πολὺς δ' ἦν ἐνταῦθα ὁ Ρ. *Baf.* & *G.*

f Δὲ τοὺς μὲν ἀπολύοντος,] Μόνους τοὺς μ. *Vat.* δὲ τοὺς *Vat. Interpr.*

g Ἐξαμαρτόντας] Ἐξαμαρτόντες *Baf.* & *G.*

h Εἰργασμένῳ·] Ita in *MSS.* εἰργασμένῳ in *Editis.*

i Καὶ τἄλλα δραστήριος] Καὶ deest *Big.*

k Παραβαλέσθαι.] Παραβαλέσθαι *Vat.*

l Ὑπολέλειπται] Ita in *MSS.* in *Editis* ὑπολέλειπται.

m Ἐγγυωμένης] Sic *Samb.* & *Caf.* ἐγγυωμένης *Big.* & *Vat.* ἐγγυωμένη & mox τὴν κινδύνων φυγὴν in *Editis.*

n Ἑαυτοῦ φύσιν,] Ita *Big. Samb.* & *Vat.* σαυτοῦ in *aliis.*

o Πρὸς ἰσχύος] Forte πρὸς ἰσχύν. COCC.

p Ἀλλὰ καὶ πάλαι] Sic plerique *MSS.* ἀλλὰ τάχιον in *aliis* cum *Baf.* & *G.*

q Τοῖς οἰκείοις,] Ita *MSS.* καὶ τοῖς οἰκείοις in *Editis.* & mox ὑπὸ λιμοῦ.

r Περιέσωσε.] Περιέσωσεν *Vat.*

s Αὐ-

“tamen diverso collata. Servabis enim quos in hunc finem pavisti; & vitam, quam fame laborare noluisti, tua gratia salvam retinebis. Quam magnum & mirabile est vita nos donare, & liberalitate efficere ut inopia circumdatis maneat incolumis. Imo Deum arbitror viam ad hæc munivisse, cui visum est ut nos, ad virtutem tuam illustrandam, in has calamitates incideremus: ut gloriam etiam adipiscaris ignoscendo peccantibus, quod tibi injuriam intulerint; & non solum eos perhumaniter sublevando, qui alia de causa tuo egeant auxilio. Etenim permagnum quidem est opem iis ferre, qui ad inopiam redacti sunt: multo tamen majus & præstantius illos servare, qui ob scelus in se perpetratum pœnas erant luituri. Nam si parva supplicia delinquentibus remisisse magnam condonantibus laudem attulerit; certe iracundiam tum cohibere, ubi vita peccantium ei, quem læserint, in pœnam obnoxia est, ad Dei naturam proxime accedit. Atque ego, nisi is nobis exstitisset pater, qui Josephi interitum lugendo ostendit, quam graviter tulerit liberorum amissionem, nequaquam pro nostra salute verba fecissem, nisi forsitan tuis moribus hoc donassem, qui præclarum ducis etiam illis incolumitatem dare, quos mortuos nemo ploraret; sed æquo animo supplicium, quodcunque voluisti, pertulissemus. Nunc autem, quando non nostri nos miseret, tametsi juvenes adhuc & vix ullo ex vitæ commodis fructu percepto moriamur, sed de patre cogitantes ejus senectutem misericordia prosequamur, has tibi preces supplices offerimus; vitamque nostram à te deprecamur, cujus in pœnis profundendæ potestatem tibi dedit nostrum hoc maleficium. Ille neque malus est, neque nos tales futuros genuit; sed probus & honestus, & qui talia experiretur non commeritus, & qui nunc quidem, nobis peregre profectis, solicitudine curisque discruciatur. Cum autem de nostro interitu audierit, simulque de causa ejus, eo facilius in animum inducet ut vitam deserat: mortemque ipsius semet mœrore conficientis accelerabit nostræ infamia, facietque ut tristem de vita exitum habeat; ut qui, priusquam rumor de nobis divulgetur, festinarit semet sensibus orbare. His igitur perpensis, tametsi iram tibi commoveat scelus hoc nostrum, patri tamen vindictæ gratiam facito; & plus illius miseratio apud te valeat, quam nostra nequitia: atque ejus senectutem, qui, nobis percuntibus, in solitudine vivet morieturque, reverere, patrum nomini hunc muneris honorem deferens. Nam hoc agendo parentem tuum honoras, & tibimet aliquid tribuis, cum jam hac gaudeas appellatione: quæ tibi salva conservabitur à Deo omnium patre; quem & ipsum propter commune nomen hac pietate honorare existimaberis, si patris nostri misericordia movearis, ea tecum reputans quæ passurus est filiis orbatus. Itaque tuum est, quæ nobis dedit Deus, cum ea auferendi potestatem habeas, *iterum* dare, adeoque ipsum in benigni-

“σας, τηρήσας τὰς ἑαυτοῦ δωρεάς. ὡς θαυμαστὸν ἅμα καὶ μέγα δοῦναί τι ψυχὰς ἡμῖν, καὶ παρασχεῖν δι' ὧν αὐταὶ μένουσιν ἀπηρημένοις. οἶμαί τι τὸν Θεὸν αἰτίαν παρασκευάσαι, βουλόμενον, εἰς ἐπίδειξιν τοῦ κατὰ τὴν ἀρετὴν προειστάναι, ἡμᾶς εἰς τὴν παροῦσαν συμφορὰν· ἵνα καὶ τῶν εἰς [a] αὐτὸν ἀδικημάτων συγγνώμων [b] φανῇς ἠδικηκόσιν, ἀλλὰ μὴ πρὸς μόνους τοὺς κατ' ἄλλην πρόφασιν δεομένους ἐπικουρίας φιλάνθρωπος δοκῇς. ὡς μέγα μὲν [c] γὰρ καὶ τὸ σῶσαί τινας εὖ κατασκευάσας εἰς χρείαν, ἡγεμονικώτερον δὲ σῶσαι τοὺς ὑπὲρ τῶν εἰς ἑαυτὸν τετολμημένων δίκην ὀφείλοντας. εἰ γὰρ τὸ περὶ μικρῶν ζημιωμάτων ἀφεῖναι τοὺς πλημμελήσαντας ἔπαινον ἤνεγκε τοῖς ὑπεριδοῦσι· τό γε περὶ τούτων ἀόργητον, ὑπὲρ ὧν τὸ ζῆν ὑπεύθυνον τῇ κολάσει γίνεται τῶν ἠδικηκότων, Θεοῦ φύσει προσέοικε. καὶ ἔγωγε, [x] εἰ μὴ πατὴρ ἡμῖν ἦν, [y] πῶς ἐπὶ παίδων ἀποβολῇ ταλαιπωρεῖ διὰ τῆς ἐπὶ Ἰωσήπῳ πλάνης ἐπιδεδειγμένος, οὐκ ἂν τοῦ γε καθ' ἡμᾶς ἕνεκα περὶ τῆς σωτηρίας λόγους ἐποιησάμην, εἰ μὴ ὅσον τῷ σῷ χαριζόμενος ἤθει, [z] σώζειν αὐτῷ καλῶς [a] ἔχειν καὶ τούτους οἱ λυπήσονται τεθνηκότων οὐκ [b] ἔχοντας· παρείχομεν δ' ἂν αὐτοὺς πεισομένους ὅ, τι καὶ θελήσειας. νῦν δὲ, οὐ γὰρ ἑαυτοὺς ἐλεοῦντες, εἰ καὶ νέοι καὶ μήπω τῶν κατὰ τὸν βίον ἀπολελαυκότες τεθνηξόμεθα, τὸν δὲ τοῦ πατρὸς λογιζόμενοι, καὶ τὸ γῆρας οἰκτείροντες τὸ ἐκείνου, ταύτας σοι τὰς δεήσεις προσφέρομεν· καὶ παραιτούμεθα ψυχὰς [c] τὰς ἑαυτῶν, ἃς σοι τὸ ἡμέτερον κακούργημα πρὸς τιμωρίαν παρέδωκεν. ὃς οὔτε πονηρὸς αὐτὸς, οὔτε τοιούτους ἐσομένους ἐγέννησεν· ἀλλὰ χρηστὸς ὢν καὶ πειραθῆναι τοιούτων οὐχὶ δίκαιος, καὶ νῦν μὲν ἀποδημούντων ταῖς ὑπὲρ ἡμῶν φροντίσι κακοπαθεῖ. πυθόμενος δὲ ἀπολωλότας, [d] καὶ τὴν αἰτίαν, ὑπομενεῖ διὰ ταύτην πολὺ μᾶλλον τὸν βίον [e] καταλιπεῖν· καὶ τὸ ἄδοξον αὐτὸν τῆς ἡμετέρας καταστροφῆς [f] φθήσεται διαχρησάμενον, καὶ κακὴν αὐτῷ ποιήσει τὴν ἐκ τοῦ ζῆν ἀπαλλαγὴν, πρὶν εἰς ἄλλους φοιτῆσαι τὰ καθ' ἡμᾶς σπεύσαντος [g] αὐτὸν εἰς ἀναισθησίαν μεταγαγεῖν. γενόμενος οὖν ἐν τούτῳ [h] τῶν λογισμῶν, εἰ καὶ ἡ κακία σε παροξύνει νῦν ἡ ἡμετέρα, καὶ τὸ κατ' αὐτῆς δίκαιον χάρισαι τῷ πατρὶ, [i] καὶ δυνηθήτω πλέον ὁ πρὸς ἐκεῖνον ἔλεος τῆς ἡμετέρας πονηρίας· καὶ γῆρας ἐν ἐρημίᾳ βιωσόμενον καὶ τεθνηξόμενον ἡμῶν ἀπολωλότων αἴδεσαι, τῷ πατρῴῳ ὀνόματι ταύτην χαριζόμενος τὴν δωρεάν. ἐν γὰρ τούτῳ καὶ τὸν σὲ φύσαντα τιμᾷς, καὶ [k] αὐτῷ δίδως, ἀπολαύων μὲν ἤδη τῆς προσηγορίας· ἀπαθὴς δ' ἐπ' αὐτῇ φυλαχθησόμενος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τοῦ πάντων πατρὸς, εἰς ὃν κατὰ κοινωνίαν καὶ αὐτὸν τοῦ ὀνόματος [l] εὐσεβεῖν δόξεις, τοῦ ἡμετέρου πατρὸς οἶκτον λαβὼν, ἐφ' οἷς πείσεται τῶν παίδων στερούμενος. σὸν οὖν, ἃ παρέσχεν ἡμῖν ὁ Θεὸς, ταῦτ' ἔχοντα ἐξουσίαν ἀφελέσθαι, δοῦναι· καὶ μηδὲν ἐκείνου διενεγκεῖν τῇ χάριτι. τῆς γὰρ [m] ἐπ' ἀμφοτέρων δυνάμεως τετυχηκότα καλὸν ταύτην ἐν τοῖς

ἀγα-

a Αὐτόν] Σαυτὸν Samb. & Vat.

b Φανῇς ἠδικηκόσιν,] Φανῇς Big. & Samb. non ineleganter.

c Γὰρ καὶ τὸ σῶσαι] Illud γὰρ ex MSS. deest in Editis.

x Εἰ μὴ πατὴρ] Εἰ μὴ πατὴρ [illegible] Vat.

y Πῶς ἐπὶ παίδων ἀποβολῇ] In Big. Samb. & Cas. [illegible] in aliis cum Editis [illegible] & dein [illegible], & porro [illegible].

z Σώζειν αὐτῷ] Σώζειν [illegible] Vat.

a Ἔχειν καὶ τούτους] Ἔχειν καὶ τούς [illegible] οὐκ ἔχοντας, καὶ παρείχομεν &c. COCCEIUS.

b Ἔχοντας·] Ita MSS. in Editis [illegible].

c Τὰς ἑαυτῶν,] Illud τὰς ex Big. & Samb. in Editis deest.

d Καὶ τὴν αἰτίαν,] Ita cum Bas. & G. nisi quod mutaverim [illegible] in [illegible], auctoritate MSS quam minimum volens recedere à vulgata lectione. [illegible] ὑπομενεῖ διὰ ταύτην Samb. [illegible] Big. [illegible] Vat. [illegible] καταλιπεῖν· καὶ τ. &c. edidit Bernardus.

e Καταλιπεῖν·] Καταλιπεῖν Vat.

f Φθήσεται] Ita Samb. Cas. & Vat. [illegible] Bas. & G. [illegible] Vet. Interpr.

g Αὐτὸν εἰς ἀναισθησίαν] Ea [illegible] Big. Samb & Vat.

h Τῶν λογισμῶν,] Τὸν λογισμὸν Big. & Samb.

i Καὶ [illegible]] Illud [illegible] addidimus ex MSS.

k Αὐτῷ δίδως,] Σαυτῷ Samb. & Vat. HUDS. Et Verus, qui sibi effert. COCC. qui idem mox [illegible] maluit pro αὐτόν.

l Εὐσεβεῖν δόξεις,] Εὐσεβεῖν Vat. mox [illegible] Big.

m Ἐπ' ἀμφοτέρων] Ita Big. & Cas. ἐπ' ἀμφοτέροις Samb. ἐπ' ἀμφοτέρους Vat. ἐπ' ἀμφότερα Bas. & G.

n Καὶ

“ἀγαθοῖς ἐπιδείκνυσθαι· καὶ πικρὸν [n] καὶ ἀπολλύειν, τῆς μὲν κατὰ τοῦτο ἐξουσίας ὡς μηδ' ὑπαρχούσης ἐπιλανθάνεσθαι, μόνον δ' ἐπιτετράφθαι τὸ σώζειν ὑπολαμβάνειν, καὶ ὅσῳ τις πλείοσι τοῦτο παρέξει, μᾶλλον [o] αὐτῷ φαίνεσθαι διδόντα. σὺ δὲ πάντας ἡμᾶς σώσεις, τἀδελφῷ συγγνοὺς ὑπὲρ ὧν ἠτύχηκεν. οὐδὲ γὰρ ἡμῖν βιώσιμα, τούτου κολασθέντος, οἷς γε πρὸς τὸν πατέρα μὴ ἔξεστιν ἀνασωθῆναι μόνοις· ἀλλ' ἐνθάδε [p] δεῖ κοινωνῆσαι τούτῳ τῆς αὐτῆς καταστροφῆς τοῦ βίου. [q] καὶ τοσούτου δεησόμεθα, στρατηγέ, κατακρίνοντος τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν ἀποθανεῖν, συγκολάσαι καὶ ἡμᾶς ὡς τοῦ ἀδικήματος κεκοινωνηκότας. οὐ γὰρ ἀξιώσομεν ἡμᾶς ὡς ἐπὶ λύπῃ τεθνηκότος [r] τἀδελφοῦ ἑαυτοὺς ἀνελεῖν, ἀλλ' ὡς ὁμοίως αὐτῷ πονηροὶ γενόμενοι οὕτως ἀποθανεῖν. καὶ ὅτι μὲν καὶ νέος ὢν ἥμαρτε, καὶ μήπω [s] τῷ φρονεῖν [t] ἐρηρεισμένος, καὶ ὡς ἀνθρώπινον τοῖς τοιούτοις συγγνώμην νέμειν, σοὶ καταλιπὼν [v] παύσομαι περαιτέρω λέγειν. ἵν' εἰ μὲν κατακρίνειας ἡμῶν, [x] τὰ μὴ λεχθέντα δόξῃ βεβλαφέναι πρὸς τὸ σκυθρωπότερον ἡμᾶς· εἰ δ' ἀπολύσειας, κἀκεῖνα τῇ σαυτοῦ χρηστότητι συνιδὼν [y] ἀπεψηφίσθαι νομισθῇς, οὐ σώσας μόνον ἡμᾶς, [z] ἀλλὰ καὶ ἐν οἷς δικαιότεροι μᾶλλον φανούμεθα τυχεῖν χαριζόμενος, καὶ πλέον ἡμῶν αὐτῶν ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας νοήσας σωτηρίας. εἴτ' οὖν κτείνειν αὐτὸν θέλεις, ἐμὲ [a] τιμωρησάμενος ἀντὶ τούτου, τῷ πατρὶ τοῦτον ἀπόπεμψον· [b] εἴτε καὶ κατέχειν σοι δοκεῖ δοῦλον, ἐγὼ [c] πρὸς χρείας σοι ὑπηρετικώτερος, ἀμείνων ὡς ὁρᾷς πρὸς ἑκάτερον τῶν παθῶν ὑπάρχων”. Ἰούδας μὲν οὖν πᾶν θ' ὑπομένειν ὑπὲρ [d] τῆς τἀδελφοῦ σωτηρίας ἡδέως ἔχων, ῥίπτει πρὸ τῶν Ἰωσήπου ποδῶν ἑαυτόν· εἴπως ἐκμαλάξειε τὴν ὀργὴν αὐτοῦ καὶ [e] καταπραΰνειεν, ἀγωνιζόμενος. προσέπεσον δὲ καὶ οἱ ἀδελφοὶ πάντες, [f] δακρύοντες καὶ παραδιδόντες ἑαυτοὺς ὑπὲρ τῆς Βενιαμὶν ψυχῆς [g] ἀπολουμένους.

ι'. Ὁ δὲ Ἰώσηπος ἐλεγχόμενος ὑπὸ τοῦ πάθους, καὶ μηκέτι δυνάμενος τὴν τῆς ὀργῆς φέρειν ὑπόκρισιν, κελεύει μὲν ἀπελθεῖν τοὺς παρόντας· ἵνα μόνοις ἑαυτὸν τοῖς ἀδελφοῖς [h] ποιήσῃ φανερόν. ἀναχωρησάντων δὲ, ποιεῖ γνώριμον ἑαυτὸν τοῖς ἀδελφοῖς, καὶ φησίν· “τῆς μὲν ἀρετῆς ὑμᾶς καὶ εὐνοίας τῆς περὶ τὸν ἀδελφὸν [i] ἡμῶν ἐπαινῶ, καὶ κρείττονας ἢ προσεδόκων ἐκ τῶν [k] περὶ ἐμὲ βεβουλευμένων εὑρίσκω, ταῦτα πάντα ποιήσας ἐπὶ πείρᾳ τῆς ὑμετέρας φιλαδελφίας. [l] οὐ φύσει δὲ περὶ ἐμὲ νομίζω πονηροὺς γεγονέναι· θεοῦ δὲ βουλήσει τήν τε νῦν πραγματευομένου τῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυσιν, καὶ τὴν εἰς ὕστερον ἂν εὐμενὴς ἡμῖν παραμείνῃ. πατρός τε οὖν σωτηρίαν ἐγνωκὼς [m] οὐκ ἐλπισθεῖσαν, καὶ τοιούτους ὑμᾶς ὁρῶν περὶ τὸν ἀδελφὸν, οὐδ' ἂν εἰς ἐμὲ δοκεῖτε ἁμαρτεῖν ἔτι μνημονεύω. παύσομαι δὲ [n] τῆς ἐπ' αὐτοῖς μισοπονηρίας, καὶ, ὡς συναιτίοις τῶν τῷ Θεῷ βεβουλευμένων εἰς τὰ

“tate quam maxime referre. Pulchrum enim est, “si quis tantundem ad utrumlibet valeat, sese ad “aliorum utilitatem *non damna* comparare: &, cum “posset perdere, suum hac in re jus, tanquam si “nullum habuisset, plane negligere, sed tantum ad “servandos homines potentiam sibi datam existi-“mare; & quo pluribus salutem quis dederit, eo “se illustriorem fore. Tu vero nos omnes servare “potes ignoscendo fratri, in quibus egit infeliciter: “neque enim nobis vita erit vitalis, eo pœna sub-“lato, quibus ad patrem, nobismet solis salvis, “redire non licet: sed hic nobis ferendum est, qua-“si delicti ejus essemus participes, quicquid frater “tulerit. Atque in tantum te, Præses, obsecrabi-“mus, ut, si fratrem nostrum morte mulctaveris, “nos, non secus ac sceleris ejusdem socios, eodem “afficeres supplicio. Nobis enim satius videbitur, “ut tanquam eodem crimine condemnati moria-“mur, quam ut nosmet fratre defuncto præ mœ-“rore conficeremus. Et quod juvenis admodum “deliquerit, nondumque prudentia roboratus, & “quod humanum sit similibus non gravatim ve-“niam tribuere, tuo permittens *hæc omnia* judi-“cio finem dicendi faciam. ut, si nos quidem “damnaveris, mihi vitio vertatur quod non o-“mnia dixerim quæ tuam in nos iram lenirent: “si vero absolveris, quod clementiæ & bonitatis “tibi conscius illud statuisse existimeris; non so-“lum nos servans, sed & istam nobis gratiam fa-“ciens qua multo justiores esse videbimur, ut qui “plus quam nosmetipsi nostræ saluti prospexeris. “Sive igitur hunc velis perimere, me vicario ad “supplicium accepto, patri eum remittito: sive “ad servitium malis addicere, ipse tuis ministe-“riis magis sum idoneus, & ad utrumvis, ut vi-“des, subeundum aptior atque paratior”. Judas itaque, qui lubenti animo quidvis pro fratris salute pati voluit, semet Josephi pedibus advolvit, iracundiam ejus si quo modo mitigare & placare posset, magnopere laborans. Similiter & fratres omnes sese prosternebant, lachrymantes, & semet, ut pro Benjamine mortem opperterent, offerentes.

10. Josephus autem misericordia victus, simulatam irati personam ferre amplius non potuit, jussitque ut abirent qui præsentes aderant, ut summotis arbitris semet aperiret fratribus. Cum autem *omnes* discessissent, facit ut à fratribus agnosceretur, & infit: “Pietatem vestram & amo-“rem erga fratrem nostrum laudo, & perspectum “habeo vos *in eum* meliore esse animo, quam ex-“spectaveram ex iis quæ in me *olim* excogitastis; “ut qui in hoc omnia hæc fecerim, ut fraternæ “vestræ benevolentiæ caperem experimentum. “Non enim natura vos in me malignos exstitisse “reor: sed Dei voluntate, qui præsentibus bonis “frui concedit, & futuris, si nobis propitius esse “perseverarit. Quando igitur & patrem, contra “quam speraveram, incolumem esse compererim, “& vos conspexerim tali affectu fratrem prose-“quentes, non amplius eorum, quibus in me deli-“quis-

Fratribus suis nunc se aperit Josephus.

Gen. c. 45.

n Καὶ ἀπολλύειν,] Ita *Big.* καὶ παρὰ τὸ ἀπολλύειν *Bas.* & *G.* καὶ παρὰ τὸ ἀπολλύειν *Samb.* καὶ παρὰ ἀπολλύειν *Vat.* καὶ παρὰ ἀπολλύειν *Cas.*

o Αὐτῷ φαίνεσθαι] Ita *Samb.* αὐτὸ *Big.* & *Vat.* αὐτὸ *Bas.* & *G.*

p Δεῖ κοινωνῆσαι] Sic in *Big. Samb.* & *Vat.* in *Editis* δὴ κοινωνῆσαι τῆς αὐτῆς.

q Καὶ τοσούτου] Καὶ δὴ οὖ δεησόμεθα *Vat.*

r Τἀδελφοῦ] Ita *Big. Samb.* & *Vat.* in *Editis* τεθνηκότος ἑαυτοὺς ἀνελεῖν ἀδελφοῦ ὁμοίως, ἀλλ' ὁμοίως. *Epiphanius* habet, *non enim patimur nos ipsos quasi propter mortui tribulationem afficere, sed tanquam similes eius malitiæ existentes* &c.

s Τῷ φρονεῖν] Ita quidem *Samb.* in *aliis* τὸ φρ.

t Ἐρηρεισμένος,] Ita *Big. Samb.* & *Cas.* ἠρεισμένος *Vat.* ἐρηρεισμένος *Bas.* & *G.*

v Παύσομαι] Sic *Samb. Cas. Vat.* & *Vet. Interpr.* παύσομαι in *cæteris.*

x Τὰ μὴ λεχθέντα] Ita *Bas. G.* & *Cas.* ἡμῶν τὰ λεχθέντα δόξει *Big. Samb* & *Vat.*

y Ἀντιψηφισθῇς] In *Vat.* ὡς ψήφισαι γε νομισθῇς.

z Ἀλλὰ καὶ] Ita *Big. Samb. Cas.* & *Vat.* ἀλλὰ καὶ ἐν δικαιότεροι μ. in *Editis.*

a Τιμωρησάμενος] Sic *Big.* & *Samb.* in *cæteris* τιμωρησάμενος.

b Εἴτε καὶ κατέχειν] Εἴτε καλῶς ἔχειν σοι δ. *Vat.*

c Πρὸς χρείας] Ita *Big.* πρὸς τὰς χρείας in *cæteris.*

d Τῆς τἀδελφοῦ σωτηρίας] Τοῦ ἀδελφοῦ *Big.*

e Καταπραΰνειεν,] Ita *Big. Samb.* & *Vat.* καταπραΰνειν in *Editis.*

f Δακρύοντες] Vocem δακρύοντες (quæ deerat in *Editis*) supplevimus ex *MSS.*

g Ἀπολουμένους.] Ἀποθανουμένους *Big.* quod admitti potest de futuro. Θανουμένους *Samb.* eodem intellectu.

h Ποιήσῃ φανερόν.] Ita *Big.* & *Samb.* in *reliquis* ποιήσει.

i Ἡμῶν ἐπαινῶ,] *Al.* ὑμῶν.

k Περὶ ἐμὲ] Περὶ ἐμοῦ *Vat.*

l Οὐ φύσει] Ita in *MSS.* φύσει δὲ οὐδὲ in *Editis.*

m Οὐκ ἐλπισθεῖσαν,] Ita *MSS.* οὐδ' ἐλπ. *Bas.* & *G.*

n Τῆς ἐπ' αὐτοῖς] Τῆς ἡμετέρας πονηρίας *Vat.* & mox v. 5. omittit ἔχων.

o Τῆς

"quisse videamini, recordabor. Porro desinam ob "ista ut maligna odium intendere: ac vobis gratias "me habere profiteor, qui mecum in causa fuistis, "ut Deus ita nobis in præsens prospiceret. Vosque "ipsos volo etiam hæc oblivioni dare, & lætari "magis, quod male tunc consulta bene cesserint, "quam contristari ob ea quæ indigne facta esse erubescitis. Ne igitur vos dolore afficere videatur, "quod in me iniquum tuleritis suffragium, nec ma-"le vos habeat rei gestæ pœnitentia, quando con-"sultis vestris non responderit eventus. sed, lætitia "exsultantes ob ea quæ Deus effecerit, discedite, "patri hæc renunciaturi; ne forte solicitudine de "vobis male maceratus, summam mihi eripiat feli-"citatem, si mori contigerit priusquam in conspe-"ctum meum veniat, & horum bonorum fiat par-"ticeps. Hunc ipsum vero, & conjuges vestras & "liberos, totamque cognationem assumentes huc "commigratote. Non enim decet, ut mihi charis-"simi ab hac mea felicitate longe absint: præser-"tim cum fames adhuc quinquennium duratura "sit". Hæc cum dixisset Josephus, fratres complectitur. Illi vero in lachrymis erant ac mœrore: memoriam ilicet eorum quæ in eum consuluerant & statuerant, atque etiam pœnæ, quam commeruerant, metum sustulisse visa est fratris æquitas. Mox convivium est sequutum. Rex autem, cognito fratrum Josephi adventu, vehementer gavisus est, ac, quasi sibi ipsi aliquid boni accidisset, animo affectus, præbuit eis currus frumento onustos, atque aurum & argentum, *munera* ad patrem deferenda. Illi autem, plura *adhuc* à fratre accipientes, partim quidem patri, partim vero sibimet in singulos donata, majorem *etiam* in modum muneribus cumulato Benjamine, abierunt.

Hoc contigit anno secundo famis. Gen. c. 45. 6.

Israëlitæ patrem suum repetunt regiis muneribus aucti.

"πεπραχότα, χάριν ἔχειν ὁμολογῶ. ὑμᾶς τε βούλομαι καὶ αὐτοὺς λήθην ἐκείνων λαβόντας ἥδεσθαι "μᾶλλον, [o] τῆς τότε ἀβουλίας εἰς τοιοῦτον ἐλθούσης "τέλος, [p] ἢ δυσφορεῖν αἰσχυνομένους ἐπὶ τοῖς ἡ-"μαρτημένοις. μὴ οὖν δόξῃ λυπεῖν ὑμᾶς τὸ κατ' ἐ-"μοῦ ψῆφον ἐνεγκεῖν πονηρὰν, καὶ ἡ ἐπ' αὐτῇ με-"τάνοια, τῷ γε μὴ προχωρῆσαι τὰ βεβουλευμένα. "χαίροντες οὖν ἐπὶ τοῖς ἐκ Θεοῦ γεγενημένοις, ἄπι-"τε, ταῦτα δηλώσοντες τῷ πατρί· μὴ καὶ ταῖς ὑπὲρ "ὑμῶν φροντίσιν ἀναλωθεὶς, ζημιώσῃ με τὸ κάλ-"λιστον τῆς εὐδαιμονίας, πρὶν εἰς ὄψιν ἐλθεῖν τὴν ἐμὴν "καὶ μεταλαβεῖν τῶν παρόντων ἀγαθῶν ἀποθανών. "αὐτὸν δὲ τοῦτον, καὶ γυναῖκας ὑμετέρας καὶ τέ-"κνα, καὶ πᾶσαν τὴν συγγένειαν ὑμῶν ἀναλαβόντες "ἐνθάδε μετοικίζεσθε· οὐ γὰρ ἀποδήμους εἶναι δεῖ τῶν "ἀγαθῶν τῶν ἡμετέρων τοὺς ἐμοὶ φιλτάτους· ἄλλως "τε καὶ τοῦ λιμοῦ λοιπὴν ἔτι πενταετίαν [q] ὑπομε-"νοῦντος". ταῦτ' εἰπὼν Ἰώσηπος περιέβαλλε τοὺς ἀ-δελφούς. οἱ δ' ἐν δάκρυσιν ἦσαν καὶ λύπῃ· [r] τῶν δ' ἐπ' αὐτῷ βεβουλευμένων καὶ τιμωρίας ἐν αὐτοῖς οὐδὲν ἀπολιπεῖν ἐδόκει τὸ εὔγνωμον τἀδελφοῦ. καὶ τότε μὲν ἦσαν ἐν εὐωχίᾳ. Βασιλεὺς δ' ἀκούσας ἥκοντας πρὸς Ἰώσηπον τοὺς ἀδελφοὺς, ἥσθη τε μεγάλως, καὶ, ὡς [s] ἐπ' οἰκείων διατεθεὶς ἀγαθῶν, παρεῖχεν [t] αὐτοῖς ἁμάξας σίτου πλήρεις, καὶ χρυσὸν καὶ ἄργυρον ἀποκομίζειν τῷ πατρί. [v] λαβόντες δὲ πλείω παρὰ τἀδελφοῦ, τὰ μὲν τῷ πατρὶ φέρειν, τὰ δ' αὐτοὶ δωρεὰς ἔχειν ἕκαστος ἰδίας, πλειόνων ἠξιωμένου Βενιαμὶν παρ' αὐτοὺς, [x] ἀπῄεσαν.

CAP. VII.

Quomodo Jacobus cum tota progenie ad filium migravit, urgente fame.

CUm vero Jacobus, filiis reversis, de Josepho intellexisset, quod non solum mortem effugerit, quam tamdiu luxerat, sed etiam in splendida fortuna viveret, una cum Rege res Ægypti administrans, & pæne totam regni curam sibi commissam habens, nihil quidem eorum quæ nunciabantur incredibile putabat, animo complectens cum Dei magnificentiam, tum ejus erga se benevolentiam, tametsi aliquantisper *ut videbatur* intermissam: sed confestim iter aggressus est ad Josephum properans.

IV. 2. Postquam autem venerat ad puteum fœderis, Deo ibidem sacrificium faciens, metuensque

Apud Bersabeen mactatis victimis, de itinere Ægyptio Jacobus Deum consulit. Gen. c. 46.

ΚΕΦ. ζ.

Ἡ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ μετὰ τῆς γενεᾶς πάσης πρὸς αὐτὸν μετάβασις, διὰ τὸν γενόμενον λιμόν.

ΩΣ δὲ ἀφικομένων τῶν παίδων Ἰάκωβος [y] τὰ περὶ τὸν Ἰώσηπον ἔμαθεν, ὅτι μὴ μόνον εἴη τὸν θάνατον [z] διαπεφευγὼς ἐφ' ᾧ πενθῶν διῆγεν, ἀλλὰ [a] καὶ ζῇ μετὰ λαμπρᾶς εὐδαιμονίας, βασιλεῖ συνδιέπων τὴν Αἴγυπτον, καὶ τὴν ἅπασαν σχεδὸν ἐγκεχειρισμένος αὐτῆς ἐπιμέλειαν, ἄπιστον μὲν οὐδὲν ἐδόκει τῶν [b] ἠγγελμένων, λογιζόμενος τοῦ Θεοῦ τὴν μεγαλουργίαν καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν εὔνοιαν, εἰ καὶ τῷ μεταξὺ χρόνῳ [c] διέλειπεν· ὥρμητο δὲ εὐθὺς πρὸς τὸν Ἰώσηπον.

β'. Ὡς δὲ κατῆγεν [d] ἐπὶ τὸ ὅρκιον φρέαρ, θύσας αὐτόθι τῷ Θεῷ, καὶ φοβούμενος [e] μὴ διὰ τὴν εὐδαιμο-

o Τῆς τότε ἀβουλίας] Ita *Samb.* & *Cas.* τῆς τότε ἀβουλίας *Big.* & *Vat.* τῆς τε ἀβουλίας *Bas.* & *G.*

p Ἢ δυσφορεῖν] Ita *Big. Samb. Vat.* & *Vet. Interpr.* μὴ δυσφορεῖν *Cas. Bas.* & *G.*

q Ὑπομένοντος.] Sic in *MSS.* ὑπομενοῦντος in *Editis.* ὑπομενοῦντος *Bernius* ex conjectura. Verum enim ὑπομένοντος probum est & receptum. BERN. & HUDS.

r Τῶν δ' ἐπ' αὐτῷ βεβουλευμένων] Locus dubius: ego illic intellectum faciliorem, quasi veriorem & ipsum Josephi constitui. [illegible] *Samb.* [illegible] *Big.* Tandem *Bas. Gen.* & *Epiphanius* sensu alio, [illegible] BERN. Ita plane *Big.* nisi quod mendosum ἐν αὐτοῖς mutaverit in ἐν αὐτοῖς. Forsan tamen [illegible] &c. nam in *Samb.* [illegible] in *Vat.* [illegible] in *Editis* [illegible]. *Epiphanius* vertit, *Illi vero in lachrymis & tristitia constituti, [illegible] ea quod cogitaverant contra illum, [illegible] eis videbatur esse [illegible] bona voluntas fratris.* HUDS. In versione *Huds.* erat impressum *fore*, nescio consulto, an temere: exigua mutatione reposuimus *ideo*, quomodo & Græca postulant, & *Hudsonia* forsan ipsa manus scripserat. HAVERC.

s Ἐπ' οἰκείων] *Gen. Epiphan. Bursusque.* καὶ ὡς ἐπ' οἰκείῳ διατεθεὶς ἀγαθῷ *Samb.* καὶ ὡς ἐπ' οἰκείῳ διατεθεὶς ἀγαθῷ *Big.* καὶ ὡς ἐπ' οἰκείων διατεθεὶς ἀγαθῶν *Bas.* Litem autem hanc verlent Grammaticæ, an [illegible] reddat [illegible] & [illegible], ut [illegible] à [illegible]. Nam [illegible] rite recensetur inter verbalia BERN. Sic *Bas. G.* & *Vet. Interpr.* ἐπ' οἰκείων διατεθεὶς ἀγαθῶν *Big. Samb.* & *Vat.*

t Αὐτοῖς ἁμάξας] Αὐτὸς *Samb.* ut referatur ad ἀποκομίζειν.

v Λαβόντες] Ita in plerisque *MSS.* λαβόντας *Bas. G.* & *Cas.*

x Ἀπῄεσαν.] Ἀπῄεσαν *Samb. Cas. Busb.* & *Hen.* dialecto Attica atque tempore nimis perfecto. ἀπίεσαν *Bas.* & *Gen.* incongruum, sicut *Big.* [illegible] pro ἀπῄεσαν. BERN. Sic *Samb. Cas. Busb.* & *Hen.* [illegible] in *aliis*.

y Τὰ περὶ] Τὰ περὶ Ἰωσήφου *Vat.*

z Διαπεφευγὼς] Διαπεφευγὼς *Samb.* & *Cas.* alia voce. BERN.

a Καὶ ζῇ μετὰ] Καὶ ζῇ, καὶ μετὰ λαμπ. εὐδαιμονίας *Bas. Big. Samb.* & *Vat.*

b Ἠγγελμένων.] Ita *Big. Samb. Vat.* & *Vet. Interpr.* ἀπηγγελμένων *Cas. Bas.* & *G.*

c Διέλειπεν] *Al.* διέλιπεν.

d Ἐπὶ τὸ ὅρκιον] Vide *Var. Lect.* ad p. 20. v. 25.

e Μὴ διὰ τὴν] Ita *MSS.* verum μὴ hic omittunt *Bas.* & *G.* & mox adjiciunt ante ἐκεῖ. quod & faciunt nonnulli *MSS.*

f Τὴν

μονίαν [f] τὴν ἐν Αἰγύπτῳ, τῶν παίδων ἐμφιλοχωρησάντων τῇ οἰκήσει τῇ ἐν αὐτῇ, οὐκέτ' εἰς τὴν Χαναναίαν οἱ ἔκγονοι μεταβάντες καθέξωσιν αὐτήν, ὡς ὁ Θεὸς ἦν ὑπεσχημένος, ἅμα τε μὴ δίχα Θεοῦ βουλήσεως γενομένης τῆς εἰς Αἴγυπτον [g] ἀφόδου διαφθαρῇ τὸ γένος αὐτοῦ· πρὸς δὲ τούτοις δεδιὼς μὴ προεξέλθῃ τοῦ βίου πρὶν εἰς ὄψιν Ἰωσήπου παραγενέσθαι, καταφέρεται, [h] στρέφων ἐν ἑαυτῷ τοῦτον τὸν λογισμόν, εἰς ὕπνον.

γ'. Ἐπιστὰς δὲ ὁ Θεὸς αὐτῷ, καὶ δὶς ὀνόματι καλέσας, πυνθανομένῳ [i] τίς ἐστιν, "ἀλλ' οὐ δίκαιον, εἶπεν, "Ἰακώβῳ Θεὸν ἀγνοεῖσθαι, τὸν ἀεὶ παραστάτην καὶ βοη-"θὸν προγόνοις τε τοῖς σοῖς, καὶ μετ' αὐτοὺς σοὶ γενό-"μενον. στερούμενόν τε γάρ σε τῆς ἀρχῆς ὑπὸ τοῦ πατρὸς "[k] ταύτην ἐγὼ παρέσχον. καὶ κατ' ἐμὴν εὔνοιαν εἰς "τὴν Μεσοποταμίαν μόνος σταλεὶς, γάμων τε ἀγαθῶν "ἔτυχες, καὶ παίδων ἐπαγόμενος πλῆθος καὶ χρημά-"των ἐνόστησας. [l] περιμένει τε σοὶ γενεὰ πᾶσα προνοίᾳ "τῇ ἐμῇ, καὶ ὃν ἀπολωλέναι τῶν υἱῶν ἐδόκεις Ἰώσηπον, "τοῦτον εἰς ἀπόλαυσιν μειζόνων ἀγαθῶν ἤγαγον, καὶ "τῆς Αἰγύπτου κύριον, ὡς [m] ὀλίγῳ διαφέρειν τοῦ βασι-"λέως, ἐποίησα. [n] ἥκω τε νῦν ὁδοῦ τε ταύτης ἡγεμὼν "ἐσόμενος, καὶ βίου [o] σοι τελευτὴν ἐν ταῖς Ἰωσήπου "χερσὶ γενησομένην [p] προδηλῶν, καὶ μακρὸν αἰῶνα τῶν "σῶν ἐκγόνων ἐν ἡγεμονίᾳ καὶ δόξῃ καταγγέλλων, κα-"ταστήσων τε αὐτοὺς εἰς τὴν γῆν ἣν [q] ὑπέσχημαι.

δ'. Τούτῳ θαρσήσας τῷ ὀνείρατι, προθυμότερον εἰς τὴν Αἴγυπτον σὺν τοῖς υἱοῖς [r] καὶ πᾶσι τοῖς τούτων ἀπηλλάττετο. ἦσαν δ' οἱ πάντες [s] ἑβδομήκοντα. τὰ μὲν οὖν ὀνόματα δηλῶσαι τούτων οὐκ ἐδοκίμαζον, καὶ μάλιστα

ne propter ubertatem Ægypti, dum filii istius regionis habitandæ amore tenerentur, soboles eorum non rediret in Chananæam, occupatura eam juxta promissa Dei; simul etiam, ne inconsulto Deo migratione in Ægyptum facta, genus ipsius clade aliqua multaretur; præterea autem veritus ne prius è vita excederet, quam in Josephi conspectum veniret, in somnium delabitur hæc secum in animo revolvens.

3. At Deus ei *in somnio* superveniens, ipsumque bis nomine appellans, interroganti quisnam "esset, ait, "haud fas est ut Jacobus ignoraret "Deum, qui majoribus tuis & post hos etiam "tibi perpetuo adjumento fuit & auxilio. Cum "enim & patri in animo fuisset te principatu "privare, hunc ego tibi conservavi. & cum, me "tibi favente, solus in Mesopotamiam profectus "esses, & bonas fecisti nuptias, & reversus es li-"beris multis & facultatibus auctus; meaque pro-"videntia tibi incolumis permansit tota tua pro-"genies; & Josephum, quem ex filiis amisisse vi-"debaris, ad majorem felicitatem perduxi, & Æ-"gypti dominum, ut paululum à Rege differat, "constitui. Nunc quoque venio, & viæ hujus "dux tibi futurus, & tibi prænuncians inter ma-"nus Josephi te è vita exiturum, atque stirpem "tuam per multa sæcula potentem fore simul & "illustrem indicans, eamque in istam terram me "deducturum esse, quam *tibi* pollicitus sum.

Responsum Divinum.

4. Hoc somnio fretus eo libentius in Ægyptum concessit, cum filiis & omnibus eorum *liberis*. Erant autem in universum septuaginta. Et quidem nomina illorum, maximeque propter eorundem difficultatem, *semel* mihi visum est non re-

Recensentur Jacobi filii LXX. suis nominibus ex Gen. c. 46.

f Τὴν ἐν Αἰγύπτῳ,] Τῶν ἐν Αἰγ. *Vat.*

g Ἀφόδου] Καθόδου *Vat.*

h Στρέφων ἐν ἑαυτῷ] Ita in *MSS.* male in *Editis* στρέφων ἑαυτῷ.

i Τίς ἐστιν,] Pro Mosaico ואמר c. 46. 2. BERN. Sic *Cas. Bas. G.* & *Vet. Interpr.* τί ἐστιν *Big. Samb. Vat.* & LXX.

k Ταύτην ἐγὼ παρέσχον.] Ita *MSS.* ἐγὼ παρέσχον absque ταύτην in *Editis.*

l Περιμένει τε σοὶ] Sic *Samb.* & *Vat.* περιμένει τε σε in ceteris.

m Ὀλίγῳ διαφέρειν] Ὀλίγον *Vat.*

n Ἥκω τε νῦν] Perperam in *Editis* ἥκω.

o Σοὶ τελευτὴν] Σὴν *Samb. Cas.* & *Vet. Interpr.* non male.

p Προδηλῶν,] Προσημαίνων *Vat.*

q Ὑπέσχημαι.] Ita in *MSS.* ὑπέσχομαι in *Editis.*

r Καὶ πᾶσι] Scribis omnibus Græcis Latinisque probata lectio. Atqui vero καὶ πᾶσι τοῖς τούτων, quod est *nepotibusque* sive ובני בניו Moysis c. 46. 6. non inscite substituerunt modo Typographi *Bas.* & *Gen. Busb.* & *Hen* denique pro solita astutia, σὺν τοῖς μετ' αὐτοῦ. BERN. Sic in plerisque *MSS.* & *Vet. Interpr.* καὶ πᾶσι τοῖς τούτων *nepotibusque* in *Editis.* σὺν τοῖς μετ' αὐτοῦ *Hen.* & *Busb.* pro solita astutia.

s Ἑβδομήκοντα.] Numerum illum exhibent ἀντίγραφα fane omnia Josephi cum heic tum c. 9. sect. 3 necnon ejus exscriptores P. Comestor, Epitomator *Cant.* aliique. Nisi quod in Annalibus Zonaræ legitur excusum ἦσαν δὲ ἑβδομήκοντα πέντε, pro Josephi illo ἦσαν δ' οἱ πάντες ἑβδομήκοντα, sive ἦσαν δ' ο'. πάντες. Vel secutus est ille Doctorum Alexandrinorum computum. Illos enim Judæos ad v. 20. c. 46. Gen. unde LXXV. evaderent animæ, contra exemplaria omnia Hebraica, aut paraphrases, & commentaria tam Judæorum quam Samaritarum, contra Epiphanium in hæresium summa Arcula, contra Hieronymum, contra Eutychium Patriarcham, gentesque totas Christianorum Syrorum Arabumque, contra Josephum Judaicarum originum scientissimum, contra Ezechielum in Tragœdia patria, ubi canit Ἀφ' οὗ δ' Ἰακὼβ γῆν λιπὼν Χαναναίαν Κατῆλθ' ἐς Αἴγυπτον ἔχων ἑπτάκις δέκα ψυχὰς σὺν αὐτῷ: nepotes quinque Josephi asservisse familiæ hisce verbis, ἐγένοντο δὲ υἱοὶ Μανασσῆ, οὓς ἔτεκεν αὐτῷ ἡ παλλακὴ ἡ Σύρα, τὸν Μαχίρ· Μαχὶρ δὲ ἐγέννησε τὸν Γαλαάδ. υἱοὶ δὲ Ἐφραὶμ ἀδελφοῦ Μανασσῆ, Σουταλαὰμ καὶ Τάαμ· υἱοὶ δὲ Σουταλαὰμ, Ἐδώμ, ex editione Romana & versione quadam S. Hieronymi quam subjiciam; sed potius ἴσως juxta exemplar Alexandrinum cæteraque tam impressorum quam scriptorum, qui & Græcis & Samaritis vocatur Ἐδὲν Num. c. 26. v. 36. vice Judaici *Heran* ערן, ut sæpissime accidit. Ex tralatione vetere Italica, quam S. Ambrosius sequi amat, *Fuerunt autem filii Manasse, quos peperit de concubina Syra, Machir. Machir autem genuit Galaad. Filii autem Ephraim fratris Manasse, Sutalaam & Taam. Filii autem Sutalaam, Edom.* Vel ut S. Hieronymus de Græco reddidit, *Facti sunt autem filii Manasse, quos genuit ei concubina Syra, Machir: & Machir genuit Galaad. Filii autem Ephraim fratris Manasse, Suthalaam & Thaam. Filii vero Suthalaam, Edom.* Quin & Philo meminit horum pronepotum in Onomastico suo sacro ad librum Genesis, atque etiam περὶ τῶν μετονομαζομένων, p. 440. [illegible] (nam Manasse ἐκ λήθης interpretatur ille Doctor) [illegible], lego [illegible]; tantum enim בכור denotat. Mox Philo: [illegible]. Istius etiam ævi Scriptor felicissimus ac Divinus Lucas Apostolicorum Actuum c. 7. asserit nomine Stephani Hellenistæ totum genus Israeliticum, Josepho olim invitante, ἐν ψυχαῖς οε'. descendisse in Ægyptum. Hunc præclarum medicum Philoni adjunxi, ne diutius existimarent viri docti, propter auctoritatem ejus vim fecisse sciolos Christianos versioni Doctorum Alexandrinorum cum Gen. c. 46. 27. tum Exodi versu quinto, ubi omnia penitus exemplaria Græca pleno numero exhibent animas ἑβδομήκοντα πέντε: plurima etiam multo Deut. c. 10. 22. tantidem adnotant, licet apud me plus valeat auctoritas codicis Vaticani, & ipsius Hieronymi in Quæst. H. *Hanc rem, sic ait, ne videamur adversum Scripturæ auctoritatem loqui, etiam LXX. Interpretes in Deuteronomio transtulerunt, quod in LXX. animabus ingressus est Jacob in Ægyptum.* Attamen illum profecto Deuteronomii locum respexit Sanctissimus Diaconus, בשבעים נפש ירדו, ἐν ο'. ψυχαῖς κατέβησαν οἱ πατέρες σου εἰς Αἴγυπτον, Apologiæ suæ versubus 14, 15, quos nunc non repetam. Quam etiam certissimus esset de hac lectione & securus S. Chrysostomus Hom. suarum 65. ad Gen. nos docet: [illegible]; Dein, [illegible]. Eundem numerum & ponit, & ex commentariis Origenis ad Exodum mysticum esse affirmat S. Ambrosius. Ante hos vero Clemens Theologus Alexandrinus non solum sic supputasse LXX. Interpretes contendit, sed & causam illam præbuisse Historicis Græcis, qui totidem numero gentes ac dialectos per orbem terrarum perferre existimarent. Ἀριθμὸς δὲ καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ἱστορικῶν, καὶ ἔθνη καὶ γλώσσας πέντε καὶ ἑβδομήκοντα λέγουσιν εἶναι, ἐπακούσαντες τῆς φωνῆς Μωυσέως λέγοντος, (Exodi ab initio) ἦσαν δὲ πᾶσαι αἱ ψυχαὶ ἐξ Ἰακὼβ πέντε καὶ ἑβδομήκοντα, αἱ εἰς Αἴγυπτον καταβᾶσαι. φαίνονται δὲ εἶναι καὶ αἱ ἀνωτάτω διάλεκτοι οβ', ὡς αἱ [illegible] ἡμῖν παραδιδόασι γραφαί. αἱ δὲ ἄλλαι αἱ πολλαὶ, κατὰ κοινωνίας διαλέκτων δύο ἢ τριῶν ἢ καὶ πλειόνων γίνονται. Habes igitur c. 46. Gen. insignem & antiquissimum dissensum Bibliorum Græcorum & Hebraicorum: sive LXXII. Interpretes Alexandrini in membranis Eleazari ita scriptum legerant, sive ex Paralip. priore, ubi dumtaxat in Hebraico volumine notatur concubina Syra, atque maxime ex Num. c. 26. sua sponte transformarant, & effinxerant. Hæc enim alieniora sunt quam pia

ars

recensere. Ut tamen eos redarguam, qui nos non διὰ τὴν δυσκλείαν αὐτῶν. ἵνα μέντοι ἐλέγξωσι τοὺς

ers Conciliatorum quaquam componet. Septuaginta deinde Israelitarum numerum, aut super illos adhuc quinque ex Geneseos c. 46. varii varie colligunt. Nos Josephum premimus, qui antiquo illo ac sanctissimo genere fretus super stemmata Romana sese altum efferebat.

Filii			
4 Rubeli	5.	1 Dani	2.
6 Symeonis	7.	4 Nephthalimi	5.
3 Levi	4.	*De Bala adeo*	7. ζ.
5 & 2 Judas	6.		47.
4 Issacharis	5.		54. νδ'.
3 Zabulonis	4.		
Lia mater	1.	7 Gadis	8.
Dina Filia	1.	6 & 1 Aseri	8.
Cum suis Lia	33. λγ'.	*Ita Zelpha orti.*	16. ιϛ'.
2 Josephi	5.		54.
10 Benjamini	11.		
Nati ex Rachela	14. ιδ'.	Capita itaque colliguntur censu isto,	70. ο'.
	33.		
	47. μζ'.		

præter Jacobum auctorem generis. Tantidem ante bis mille annos asseruisse videtur S. Moyses statim versu quinto Exodi, ויהי כל נפש יצאי ירך יעקב שבעים נפש: Israelem hinc excludi verum est & necessarium, comprehendi vero catachresi quadam Liam verisimile; nam Gen. c. 49. 31. quatenus nos sinit dubitare. Concilient deinceps alii suo studio c. 46. Geneseos versiculum 15. cum 26. si matrem sustulerint, ut constet domus Liæ capitibus XXXIII. vel si hanc referant in censum, ne redarguatur illico numerus LXVI. commote 26. à Moyse compositus. S. Hieronymus, Salianus, Usserius, aliique Doctores leviter hoc prætereunt. Rabbini audent vel illudentes *Par. 84. Bresit rabba*, Moysis parentem inducere; alia Jacobum bis scribere in Catalogo. Augustini etiam sententiam, quæ Jacobi descensum ad vitam ejus ultimam, aut porro ad obitum Josephi extendit, obtinere hodieque apud Theologos video, manifesta Moysis injuria. Colo equidem sapientiam sobriam, atque hinc pergo sponte ad nomina Israelitica.

1. Pro Reubeno principe Israelitarum Josephus perpetuo scribit *ῥούβηλος*, atque forma tribuaria *ῥουβηλίς*. Similiter ܪܘܒܝܠ & رَاوبيل plerique omnes Christiani, qui Syre intelligunt aut Arabice. Etymon etiam accedit, quod Sanctissimus Moyses dederat Gen. c. 29. 32. כי ראה יהוה בעניי: aut pressius adhuc explicando ראו בי אל, *memet Deus respexit, me propitius. ῥουβὴν* vero ac *ῥουβίν*, راوبين, Philoni interpreti *υἱὸς ὁρῶν*, *filium perspicacem* denotat. Auxit equidem ראובן *Reuben, Ruben*, vel *Rauben* nomen Israelicum quatuor nepotibus.

2. *Enoch* חנוך, Græcis *ἐνώχ*, Samaritis & Arabibus حنوك. Philoni *ἐνώχ*, *ἰσχυρότερος*. Epiphanii Scholast. exemplaribus editis *Henoch*, ineditis *Enoch*; ita & Eustathio Antiochiæ. Josephi codices servant *ἀνώχης*.

3. Fratrem hujus פלוא, فلوا, *φαλλὸ*, & *Phallu* Critici sacri pene omnes ita appellitant, Judæi, Samaritæ, quotquot nationum Christiani, Eusebius, Ambrosius, Hieronymus, cæteri. Habuit & *φαλλὸ*, *θαυμαστὸς*, Etymologicum sacrum Judæorum Alexandr. Quapropter plerorumque exemplarium Græcorum *φαλλοὺς* Exodi c. 6. & initio Annalium, & paucorum ad Genesin, sicut *φαλλὸς* Vaticani, *φαλλοὺ* Alexandrini codicis & aliorum. *φαλλὼχ* & *Phalla* in membranis Hieronymi, vix pura existimabis. Ad Josephum tamen *Phalus* legunt *Frob.* & *Col.* *Phaluch W.* 1. *Vig. Lal. Genl. Bodl.* & *Exc. vetera. Phaloh, Voss.* 1. *Mert. L. Star. V.* & *W.* 2. Pro his facit *φαλλοὺς* Eustathii & *φάλλους Bas.* atque *Gen*: illis quidem favet *φαλλοῦς Big. Samb* & *Cas* quorum auctoritate magis ducimur.

4. Proximus vocatur Hieronymo *Hesron* ex Hebraico חצרון, quod Samaritis & Arabibus حصرون *Hasron*. Idem B. Lucæ, interpreti S. Matthæi, Philoni, & aliquot exemplaribus τῶν ο'. *ἑσρώμ*. In codice antiquo Bezæ ad tertium Evangelistam *ἀσρώμ*, *Asron*; pariterque *ἀσρὼν* in MSS. Vaticano & Alexandrino, & editionibus Aldina Complutensique apud Genesin & Exodum. *Asron* etiam habet S. Ambrosius, & omnia Græcorum *ἀπόγραφα* ad Num. c. 16 *ἀσρὼν* eadem ad initium Paralip. S. præter *ἐσρὼν* codicis Alexandrini. Imo Judæ Nepos frequentius in V. T. *ἐσρὼν* aut potius *Esron* adscribitur. Ad Matthæum Hieronymus *Esrom* reddidit post Originem *sagittam videns* vel *atrium eorum*, alius *τόξον ἀνατολῆς*. Legimus insuper *ἀσρὼμ* apud Eustathium in Archivo Pembrociano. In libris Epiphanii scriptis perpetuo *Esrom* aut *Esron*. Sed *Frob* & *Col.* excuderunt contra morem veterem *Ezron* hoc loco, & mox inter filios Phares *Hezron*. Verum Pharesidarum alterum *Bas.* & *Gen* typo tam Græcis quam Hebræis notissimo *ἔσρων* scribunt, sed tres veteres libri *ἐσρωνος*: quin hic Rubeli filius *ἀσσάρων* vocatur *Samb* & *Cas ἰσσάρων Big* & Typothetis. Cæterum חצרון utrobique scripserat Moyses quatuor aut quinque literis, quod Josephus sacerdos hic *Asseron*, illic enunciabat *Esron*: qui vel inde accepit, vel obtulit nomen urbi Judaicæ *ἐσρὼν*, quæ & *ἀσρὼν* in historia Josuæ ducis.

5. Ultimus Rubelitarum Samaritis كرمي *Carami*, cæteris *χαρμὶ* vocatur ex consensu. Ita Epiphanii etiam exemplaria: Græca autem cuncta Josephi *χαρμισσος*, ex quo Bosius retraxit *χαρμις* & *χαρμιος*. Impune tamen scribere potes *χαρμίας*. Philo interpretatur *χαρμι*, *ὁ ἀνεγνώρισε μοι*.

6. Ex Symeone, (quem *σεμεῶνα* vocant Editores Josephi, & MS. Vaticanum ad 1. Paral. c. 4. Samaritæ شمعون *Symeon*, alii *σεμεῶνα*) procreati sunt liberi sex. Quorum primus.

7. *Jamuel* appellatur Philologis Samaritarum in duobus prioribus libris Moysis, nec non B. Hieronymo, & Epiphanio Scholastico, *ἰεμουὴλ* Eustathio MS. & Interpretibus LXX. & Philoni, & in Chronicis S. *Jemuel* etiam S. Ambrosio ipsisque Judæis ab Hebraico ימואל, pro quo alibi voluminis Mosaici scribitur נמואל, *ναμουὴλ*, ut *Iota* Chaldæorum transire solet in *Nun*; quamvis & Samaritæ نموال *Namuel* agnoscant Num. c. 26. Imo frequenter legimus in Optimis libris ejusmodi paranomasias: & quidem paulo præcesserat in eo capite Eliabi filius *Namuel*. Hinc Hieronymus in Traditionibus, ubi vehementer Judaizat, *Mutantur vero nomina quædam suis rationibus. In Genesi scribitur* Jemuel, mare Dei: *in Paralipomenis* Namuel, loquens cum Deo. Josephi codices Græci, quotquot vidimus, *ἰαμουηλος* & *ἰεμουηλος* reterunt, unde Schotanus fecit *ἰαμίηλος*, Buriusque *ἰαμουηλος*. Typographis denique nostris obtuli *ἰαμουηλος*.

8. *Jamin*, ימין, *ἰαμίν*, Josepho *ἰάμινος*, vel *ἰάμηνος* juxta codd. *Big.* & *Samb.* felix nomen nobisque parum molestum: nimirum de accentu alii litigent.

9. Quid vero faciemus cum nomine אהד aut אוהד, quod pronuntiarant olim Judæi Alexandrini & Hierosolymitani tempore Hieronymi cum *He* media, *Ahod* i. e. *inclytus*, sive *αὼδ* & *ἀὼθ*, ut Græci possunt. Masorethæ vero hinc aliquot seculis *Ohad*: Syrus Waltoni Judæique mixobarbari *Ahad* أهد. Laudinorum codicum alter in Genesi habet أهوث & super versum *iaut*, alter أهود ibidem: sed ad Exodi c. 6. ambo conveniunt in *Ahad* أهاد. Samaritæ scribunt id nominis cum *Cheth* media, & pronuntiant *Ahad* أحد, sicut MSS. Morini & Huntingdoni attestantur ad Genesin & Exodum, sed & Paraphrases Samariticæ & Arabicæ contra textum Londinensem. *Ohad* אוהד etiam legitur apud Jonathanem. Desiderabis omnino illud nomen in stemmate Symeonis juxta utrumque codicem Hebraicum Num. c. 26. 12. adeoque in versione LXXII. Omisit etiam *Abodum* Chronicorum S. Scriptor, qui deduxit genus Hebræum secundum ordinem tribuum à Moyse observatum capite illo Numerorum. Unde constat ab aliquot millibus annorum illum hominem in Censualibus sacris haud comparuisse. Josephus autem vix servavit eum ex libro *Bresit*; nam pro אהד *αἰθέγγεται* Græca exhibent *ναόδος*, Epiphaniana *Aoth* & *Haoth*, præter *Aboth Genl.* & *Mert.* Sed *Frob.* & *Col.* in nominibus propriis S. Hieronymum potius sequuntur quam Epiphanium Scholasticum. Monstrum itaque nominis *ναόδος* Clariss. Bosius feliciter emendavit, qua adeo forma nunc exeuditur. Scripsit enim Josephus *αὼδος*, *ἀῶδος*, *αὐδος*, aut *ἀωθος*. Rabbinicum autem est, quod memorat Hieronymus in Paralip. *Ex filiis Symeon sextus tollitur, eo quod nulla progenies de illo processit.*

10. Ex Hebraico יכין *Jachin* seu *ἰαχὶν* Matthiades deflexit *ἰαχῖνος* teste *Big.* Nam *Samb.* legit *ἰαχῖνος*: *Bas.* cum *Gen.* *ἰαχίνος*. Præterea יריב & *ἰαρὶβ* legitur pro eodem nomine, Paralip. priore, haud levi discrepantia. Hieronymus vero Rabbinismi avidus perperam confudit *Zara* cum *Jachin*, cum *Jarib* alium prorsus virum *Ohad*.

11. Simonidarum penultimus audit Gen. c. 46. צחר, Judæis *Sachar*, *Sachar* Syris; Samaritis tam Gen. quam Exodo per *He* צהר, ܨܚܪ, *Sahar*, LXXII. *σαάρ*, Ambrosio post illos *Saar*, tum Hieron. à Judæorum Doctoribus *Sohar*. Eundem appellant omnia Exempl. Num. c. 26. & 1. Par. c. 4. insolita enallaxi זרח, *Zerach*, Hieron. *Zara*, LXXII. Int. *ζαρὰ*. & gentiliter *ζαραί*: nisi quod Octateuchum Oxon. servet etiam in Num. *σαάρ*. Scribæ Epiphanii mire ludunt in hac voce. *Saher* ponunt *Voss.* 1. *Genl* & *West.* 2. *Salter Mert. Sager Bal. Saher, Exc. W.* 1. *Vig.* & *Bodl.* tanquam à *σααρος*, *σαγαρος*, *σάαρος*, aut *σααρος*, Josephi exemplaria Græca plane consentiunt in *σάαρος*.

12. Ea autem propago in *Saulum* desinit natum ex Phœnissa, quem cum *Zimri* confundit Paraphrastes Jerosolymitanus. Pro שאול aut *σαοὺλ* vitiose legitur in MS. Alexandrino *σαμαὴλ*, in Græcis Josephi vulgatis *σααρος*, & in libris non vulgatis *ἄδραμος*. Reponimus hic vocem in Judaicis originibus tritam *σαοῦλος*.

13. Tribus sacræ Princeps in obliquo scribitur *Samb.* *λευὶ*, & aliquando *λευεὶ*: cæteris vero *λευὶς*. Idem Judæis ac Samaritis dicitur *e* producta *Levi* لوي; LXXII. Interpr. *λευί*.

14. Ab illo emicuit جرشون *Gerson γηρσών*, seu גרשון ut Moyses qui optime noverat, bis terque scripsit in Divino suo volumine. Veruntamen Auctor Chronicorum S. modo גרשם, modo retulit גרשום; pariterque interpretatur Hieronymus ex Philone de nominibus propriis Genesis, *Gersem*, *advena ibi*, vel *ejectio eorum*. *γεδσων* frequens vitium imputabis Bibliorum Græ-

οὐχ ὑπολαμβάνουσιν ἡμᾶς ἐκ τῆς Μεσοποταμίας, ἀλλ' ex Mesopotamia oriundos existimant, sed ex Ægypto,

Græcanicorum. Deinde apud Josephum Typographi expresserunt γηρσῶνι, pro γηρσῶν; codicum *Big. Samb.* & *Caf.*

15. קהת Masorethis *Caath*, Samaritis, Græcis, Syris, Arabibus, Philoni, atque S. Hieronymo ab ore Judæorum, *Caath*: unde Josephi καάθης, ut ille nimio opere Græcissat.

16. De tertio Levita mora nobis exigua. Hic μεραρί, מררי appellatur in Sacris codd. & in illis Josephi μαραρὶ ut *Caf.* vult; aut μεραρεῖος, ut reliqui. Optimus Bosius hanc hyperthesin emendavit, scribitque μαραρεῖος.

17. Nobilissimus *Judas*, vel, si Hebraice scribas יהודה, præter *Er* & *Onan* mala germina, quæ admonente Moyse de hoc censu Josephus merito abscidit, tres filios aluit & nepotes duos.

18. Horum primus σάλας ex *Samb.* libro, aut juxta cæteros Josephi σαλᾶς nuncupatur. Codices Epiphanii obtinent hic *Selom* & *Selon*, ex versione τῶν ό. Illi enim pro Hebraicis שלה שלני, *Sela Selani*, scribunt σηλὼμ aut σελων, & de populari σηλωνί. Rabbini olim persuaserunt Hieronymo *Salam* hunc non alium fuisse quam שגוב 1. Paralip. c. 4. 1. contra c. 2. v. 3. ejusdem libri.

19. Huic proximus פרץ, φαρὲς, cui nomen venit ἀπὸ φραγμοῦ, ut Philo docet. Quoniam φαρὲς jam ostendunt libri Josephi in recto, sed colo sequente φαρέσου *Big.* & φαρέσου cæteri omnes, nomen φαρέσος Græco ritu etiam heic produxi.

20. Pro sacro זרח, *Zara* seu ζαρὰ, vides in impressis Josephi ζάρας sed vero MSS Græca ζάραχος legunt, ut supra χάρμισος ex כרמי. Scripsit forsan Mattathiades ζάρηθος: Epiphanii codices dant *Zare*, aut vitio auditus *fare*.

21. Pharetso natus est חצרון, ἐσρὼν sæpius; & aliquando ἀσρὼν & ἐσρωμ in Bibliis Græcis. Inde *Esron* & *Esrom* in MSS. Epiphanii. ἀσρωμ vidi in Eustathii codice manuscripto. Josephi denique Editoribus ἐσρὼν, Scribis debes ἐσρῶνος; ita quidem *Big. Samb.* & *Caf.*

22. Alter Pharessida vocatur Josepho ἄμαρος ex editionibus *Baf.* & *Gen.* sed ex MSS. *Caf. Big.* & *Samb.* ἄμουρος: quod mire confirmant membranæ Epiphanii, quippe ubique vidimus earum *Amer* & *Amuner*. In cunctis equidem dialectis, sacris profanisque, facillime permutant ל & ר, propter similem sonum, dum audiuntur: atque porro apud Judæos characteres illi parvulo apice differunt. Legerat itaque Josephus in suis Bibliis חמר pro חמול, aut potius Librarii Græcanici diu errarunt in ea voce pro ἀμοῦλος. Quinetiam חמול *Hamul* sive ἀμοὺλ & χαμοὺλ, quod ab Hieronymo omnibusque Rabbinis legitur in Moyse, & in Chronicis, & in editione Complutensi translationis Græcæ ad Num. c. 26. & 1. Paralip. c. 2. & in editione Romana ad Numeros, videtur fuisse contractum ex חמואל & حموال ὁ ἰαμουηλίτης: quod Biblia Syriaca Græcaque magis sequuntur. ἰαμουὴλ enim habet Aldus ad 1. Paralip. c. 2. ἰεμουὴλ MS. Alexandr. Oxon. & Aldus ad Num. 26. *Jamuel* Hieronymus ex Philone. ἰεμουὴλ plerique codices LXXII. Interpr. & S. Ambrosius. Idcirco pro *Ere* & *Onane* meliora nomina, sive in Ægypto, sive maturius ea data fuerint, *Afronem* & *Hamulum* referri in hunc censum sapiens nemo mirabitur.

posite legerint צִיץ נֵזֶר הַקֹּדֶשׁ, quoniam Ex. c. 29. נזר הקדש i. e. زهرة القدس Samaritis, تاج القدس Judæis, τὸ πέταλον τὸ ἅγιον τῶν LXXII. Int. *Lamina Sancta* Hieronymo, כליל הקדש *Corona S.* in Paraphrasi Samaritica; vel ציץ solum propriumque significat, vel etiam quicquid P. M. Tiaram ante poneque cingebat. Ita quidem cyrbasiam suam aureo diademate impeditam jactabat olim *Βασιλεὺς ὁ μέγας*. Corona autem Archieratica ordine triplici fulgebat, calyculis quasi hyoscyami efflorescens, frontem præter sacram, aut maxime locutione Mosaica אל מול פני המצנפת על מצח אהרן i. e. Hieronymo interprete, *eritque super tiaram imminens fronti Pontificis*. Huic enim debebatur decus præcipuum & divinum, [illegible] Moysi legumlatori, quod est *foliolum* aut *bractea* melioris metalli, omnino סס של זהב Judæis Scholæ Babylonicæ cod. *Shabbat*. & Paraphrastis Samaritanis: πέταλον χρυσοῦν Josepho Matthiæ, Doctoribus Alexandrinis πέταλον χρυσοῦ, *Lamina aurea* Hieronymo Epiphanioque inter Latinos, צמיד זהב Aaroni inter Caræos. Petalo autem sacro (quod etiam *pittacium*, عصابة *vittam* & *anadema* cum Criticis Judæorum Samaritanumque, aut כתר כהונה *Coronam Sacerdotalem* phrasi Talmudica atque *Corollarium* ex Plinio, ac *Mitram* ab Hesychio recte vocaveris) ad tempora viri summi porrecto, literis quatuor vocalibus Samaritarum sculptum fuerat ࠉࠄࠅࠄ nomen Dei proprium summeque venerandum. Hunc autem typum Josephi confirmat in vita Moysis facundissimus Philo, ubi ait. [illegible Greek] (Unde Ex. c. 28. 39. [illegible] adpingebatur in antiquis exemplaribus LXXII. Interpretum, sicut Hieronymus ad Marcellam, auctor prologi in Pentateuchum Arabicum Illustrissimi Laudi, & nostrorum Theologorum aliquot suis oculis sunt experti, literis quidem Assyriis ut post Esdram oportuit, non Samaritanis, יהוה seu Græcissante calamo ΠΙΠΙ.) [illegible] τὸ πέταλον. (Ista est [illegible] Josepho) [illegible] : non quidem *depressam* illi, sed omnino erectam cidarin gerebant, quod etiam de Pontificia adfirmat Flavius. Et alibi Philo, [illegible Greek] (Pie ac perite hæc de יהוה omnium vocum pretiosissima & [illegible] ut mox videbimus, Grandis Senatus Theologi tradiderant, & post illos Johannes initio Apocalypseos de eodem Etymo, ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος] [illegible Greek] (ὦ magnificum!) [illegible Greek] (lego potius [illegible]) [illegible Greek] Mox addit M. P. [illegible]. Digna hæc erant quæ rescires, vir Christiane, & ad Josephum opportuna. Agit etiam de nomine יהוה Clemens, Scholæ Christianæ decus, p. 562. [illegible Greek] Hoc Sanctissimum nomen Oracula gentium, & propago minus Christiana Gnostici (quorum amuleta plurima servant Europæorum Principum gazæ) ἰάω Judæis docentibus reddidere: quinetiam hæretica illa γνῶσις nihil mihi videtur aliud quam turpis confusio cum nominum tum religionum Judaicæ, Christianæ, & Ægyptiacæ. Accedit huc B. Hieronymi *Jaho* ad Ψ. 8. Nam certum est & à Reverendo Victorio probatum plurima illorum Commentariorum scripsisse Rectorem Bethleemiticum, præsertim hæc, יהוה אדנינו *Domine dominus noster. Primum nomen Domini apud Hebræos quatuor literarum est Jod He Vau He, quod proprie Dei vocabulum sonat, & legi potest Jaho* (ita MSS & typi sinceri,) *& Hebræi* ἄῤῥητον, *id est ineffabile opinantur. Secundum vero Adonai omnium commune est, quod sæpe & in hominibus ponitur.* Nostris passim Theologis placuit magis voculantibus *Jehova*. Percommoda autem videtur Samaritarum enunciatio ἰαβὲ, quod est nostris literis *Jahveh*. Sed Photium audiamus ex commentariis recentibus ad Lev. c. 24. 15. [illegible Greek] (nimirum quod ait Maimonides pro gente sua כם בן ר אהוה אשר לא יקרא כני אותיות sive, ut olim dixit Abinas Babylonius de optima voce, *scribor* יהוה, *legor* אדני.) [illegible Greek] ἀρχιερεὺς [illegible Greek] (literis intelligit Samaritanas aut ΠΙΠΙ, an errat Patriarcha?) [illegible Greek] Deinde, τὸ ὄνομά μου [illegible] ἐγώ εἰμι ὁ ὤν. Exodi c. 6. 3. [illegible Greek] (Sic & Procopius. Scribes itaque ἰαὼ, ut pro ה seu *He*, [illegible] vel leges nova forma probabili ἰαΓὲ, ex IV. elementis Græcis [illegible Greek] Hæc ille ad Amphilochium scripserat, Theodoreti Zetetica delibans. Sic vero Cyrensis ad Ex. c. 6. [illegible] ἐγώ εἰμι ὁ ὤν. [illegible] (Fallere. Non enim Judæi ineffabile & [illegible] putant [illegible] personæ primæ, sive אהיה *Eheih*, [illegible]: sed nomen sumtum à tertia substantialis verbi היה aut הוה persona יהוה. Ab istis enim personis, maxime à tertia accipere solent propria sibique vendicare Judæi, Syri, Arabes. Unde redarguitur vana indoles ac superstitio Pharisæorum Masoretharumque, qui suis vocalibus ultro animant nomen אהיה *Eheih* Ex. c. 3. 14: verum verbi similium personam tertiam יהוה nullis quidem precibus, præmiis nullis recte audent pronunciare. Sonat autem יהוה vel *Jahveh*, ut יעקב *Jaacob*; vel *Jahveh*, ut יקום *Jacom*: quomodo vult hinc contracta vox יה *Jah*, seu *Ia* apud Hieronymum, Hesychium, Masorethas Judæorum, & per templa utriusque Religionis quotquot modulantur sacrum ἀλληλούια. Ita יהוה efferre didicerat ἰάω ipse Apollo Clarius, Diodorus Historicus, Valentinus & sibilans natio Ophianorum. Idem pollet *Jaho* B. Hieronymi. Sanchoniatho aliique Phœnicum idem numen appellitabant *Jehvoh* seu *Jehevoh*, ut יהורם *Jehoros*, quod est ἰαὼ Græcis characteribus Philonis; quanquam Theodoretus l. 2 Therapeutices ἰαὼ legerat apud locum insignem Porphyrii. Adhæc dices *Ihveh* instar יגלה *Igleh* & יהוה [illegible], aut *Jeheveh*, typo *Jehezeh* יהוה, aut *Jehveh*, ut ab אהיה *Eheih*, secundum voculationem Masorethorum Ex. c. 3. quod ὁ ὢν redditur à LXXII. Judæis & à B. Johanne Theologorum Christianorum principe. Vel Samaritanum ritu cantillabis *Jahveh* aut *Jahaveh* exemplo יהוה *Jahaveh*; [illegible] idem Græci enunciant gutturi suo parcentes: aut *Jehavve*, modo יהוה *Jehavve*, de quo ambigebant olim Talmudistæ. Vel placebit *Joveh*, ut יאמר *Jomer*; aut *Jovah*, ex formis יאמר *Johad* & יהוה. Vel denique instar numinis ejus æterni, ita nomen Dei tempora omnia in se contineat, Abenesdra & Bechæo Allegorista probantibus, proferaturque *Jehovah*, quasi ex היה הווה יהיה conflatum, i. e. ὁ ἐσόμενος καὶ ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν· quod olim inscriptum fuit fano Saitico, & adhuc legitur in Apocalypsi Sacra: aut pro auribus Atticis ἰωὰ ac ἰωὰ, & Latine *Jova* seu *Jovah*. Stulte autem faciunt, qui inde *Jovis* appellationem arcessunt. Verum enim, ut ἀγὸς *Jagam*, ita dicitur in Latio interpolatis jamdiu vocibus Græcis, [illegible] *Juglans*, [illegible] *Jovis*, [illegible] vel Ζεὺς [illegible] *Diovis*, [illegible] πατὴρ *Jupiter*, [illegible] πατὴρ & [illegible] πατὴρ *Diespiter*, [illegible] & [illegible] *Janus*, [illegible] *Jana*, [illegible] *Juno*, & horum similia, de quibus nostri Grammatici sed & veteres rarissime cogitarunt. Lectionem autem *Jova* seu *Jehova* mire confirmant nomina sacra, quibus incurrit dissyllabon Divinæ appellationis, ut יהושפט *Josaphat* [illegible] Græcis Interpr. Veteris Novique Testamenti, quod est Hieronymo *Dominus judicavit*, [illegible], aut Philone & Eusebio explicantibus [illegible]. ירדן *Jordan*, *Jordane* Hieron. i. e. [illegible], seu [illegible] Philoni. יהונתן [illegible], apud Hesychium ex SS. Patribus [illegible]. יוחנן *Joannes Domini gratia*: unde leges in eodem Lexico [illegible], [illegible] pro vulgato [illegible]. יהורם & ירמיה *Jehoram* & *Jeremia* *u*, [illegible] & [illegible], utrumque Hieronymo interpreti *excelsus Domini*, à *Deo promotus*. Ita יכניה & יהויכין *Jeconia* seu *Conjahu* & *Jehoiacin*, i. e. [illegible], Eusebio & Hieronymo *Præparatio Domini*: cum centum aliis. Unde Galatinus f. 48. יהוה, *non Jova, ut quidam ex nostris aiunt, nec Jeova, sed Jehova, sicut scribitur cum apicibus & punctis, ut ipse Caputo optime nosti, pronunciandum est: quamvis Judæi illud pronunciare ut scriptum est, non audeant.* Porchetus tamen hoc prior efferebat f. 75. *Jehovah*, ut *Jehudah* crasso more. Redeo ad Theodoretum.) [illegible Greek] (ita Scholæ Babylonicæ f. 71 Ciddusim שם בן ד אותיות) [illegible Greek] [illegible], vel ut monstrant libri Pembrociani [illegible]. Confusa sunt hæc. Cuthæi enim *Jabe* enunciabant augustissimum & in Lege perfrequens nomen Dei ࠉࠄࠅࠄ, & cum hi tum Judæi omnes suis vocalibus efferebant אהיה sive verbum sive nomen à

τὸν δὲ συνεῤῥαμμένος ἕτερος ἐξ ὑακίνθου πεποικιλμέ-

tus: super ipsum vero & alius erat consutilis ex hya-

à Deo assumtum *Ehieh*, vel *Eie* Masoretharum veterum, quorum ex ore pendebat Hieronymus v. Epist. 137. aut *Ahiah* ex Bibl. Syriacis ad Ex. c. 3. 14. quod est literis Græcis [illegible], & interpretanti [illegible]. Nonnulli tamen vel apud Theodoretum legunt, [illegible]. Legerat autem ille Eusebii [illegible] l. 11. p. 519. ubi ait Doctor Cæsariensis, [illegible] [Hierophantæ quidem Ægyptiorum. Parta enim de illis tradit Demetrius libello περὶ ἑρμηνείας. [illegible] Nihil enim promtius fuit hac musica. Inde inter Cantica Notkeri aliorumque Ecclesiasticorum passim reperias modum *Euovæ*. [illegible] [יהוה, aut Græce uno voce [illegible].] [illegible]. [Quocirca Anastasius de nominibus Divinis agens, [illegible], ait, [illegible], IIIII, ὁ Θεός.] [illegible]. [Ut licuit ex cautela Pharisaica maxime post eversas Solymas.] [illegible]. Postquam enim Græce scribere didicerant callidum genus sacerdotes Ægyptii, septem planetas celebrabant tot vocalium modulatione α ε η ι ο υ ω, tonosque adeo [illegible] repræsentabant. Nimirum u Porphyrius commentatur ad Grammaticum Thracem, tribuitur α [illegible], ε [illegible], η [illegible], ι [illegible], ο ἄρει, υ Διΐ, & ω κρόνῳ, ex schemate Pythagoræ & Chaldæorum: aut potius cum Ægyptiis & Platone [illegible] (vel alterne ex libro vetere [illegible]) [illegible]. Alium licet ordinem ex superstitione Mithraica sed & Ophiana olim notavit Celsus, fidei nostræ acerrimus hostis, v. p. 290. Orig. Sex quidem Ægyptios veteres vocalibus literis fuisse usos credo more Hebræorum; dubito de septima, nisi illa esset ϭ Copt. Imo hoc Oraculum Ethnicum desideratur in MS. cod. quem servat in hac urbe Collegium Joannense, nota mihi domus & charissima. Similiter doctissimus Hieronymus ad Ezech c. 6. *Quando duo* Domini Domini *juncta sunt nomina*, (ita Ezech. c. 16 & passim אדני יהוה, quod est [illegible], Jonathani & Masorethis enuntiantibus, atque [illegible], huic denique Hieronymo *Dominus Deus*) *prius nomen* (אדני) *commune est* (sicut Gen. c. 18. 12. & 1 Sam. c. 26. 19. Pharisæis adeo dictum הכינוי [illegible], Massicta *Sota* c. 7 §. 6. & T. B. f. 38. titulo eodem, & T. Jerof. f. 25. a. *de Senatu*) *Secundum* (יהוה) *proprie Dei*, [Idcirco vocatur simpliciter השם τὸ ὄνομα, apud Deuterotas *Synhedrin* c. 7. §. 5. & *Sota* c. 7. §. 6. & in scholis Babyloniis *Sota* f. 38 & inter Doctores Urbis f. 25 a. *Synhedrin* שם המיוחד שם המפורש i. e. [illegible]. Vide Siphre f. 7. c. & Maimonidem *More* l. 1. c. 61, 62. & Esaiam vatem c. 42. 8. & ex minoribus Oseam c. 12. 6. Ambo autem illi imitantur Moysen omnium poetarum præstantissimum Ex. c. 15. 3. & c. 3. 15.] *quod appellatur* [illegible] *i. e. ineffabile* [Suis quidem literis à nemine vel Sacerdotum proferendum extra Ædem Solymitanam, sed potius cognominatim, sono [illegible]: ut de יהוה reverentia cavit antiqua [illegible] *Sota* c 7. § 6. adeoque extincto dudum sacerdotio Judaico haud fandum amplius. Exsortem ideo quemque dixit æternæ vitæ Abbas Saul Massictæ *Synedrin* c. 11. §. 1. ההוגה השם באותיותיו. Ubi opportune adnotat R. Menas T. H. f. 38. b. Cuthæos prolati profanatique יהוה nominis teneri. כגון אלין כותאי דמשתבעין, neque minus apte sed concise de proprio nomine [illegible] Iacobus Acluæ, נכתב ביוד הא ונקרא באלף דלת: *scribitur quidem per Jod He*, i. e. יהוה: *legitur vero jucundum Aleph daleth*, *sive Adonai* אדני. Consules etiam *Pesachim* f. 50. a. *Ciddusim* f. 71. a. T. B.] *& quod scriptum fuit in Lamina aurea, quæ erat in fronte Pontificis.* Idem ad doctissimam fœminarum Marcellam, *Nonum Divinorum nominum*, [illegible], *quod* [illegible] *i. e. ineffabile putaverunt aliqui, his literis scribitur Jod, he, vau, he: quod quidam non intelligentes propter elementorum similitudinem, cum in Græcis libris* (subinde in Syriacis Arabicisque, ut Gregorius Arabsque *Laudianus* testantur) *reppererint* IIIII قبقي *legere consueverunt.* Idemque ad Es. c. 26 4. *In Hebræo tria habet nomina* (צור יהוה יה) *Sour*, *Adonai*, *Ja*, *quorum aliud invisibilem* (vel invincibilem) *aliud ineffabilem*, *aliud robustum sonat.* Eusebius etiam de v. 9. ψ. 91. [illegible] (יהוה) [illegible] p. 435. Dem. Evang. Iterum vero peccat Præsul Cyrensis l. 5 nugarum hæreticarum p. 160. [illegible] (malo ἰαὼ i. e. יהו) [illegible] iterum interpolo, [illegible] (imo [illegible]) [illegible]. Nec immunis videtur Adamantius ab inscitia p. 297. adversus Celsum, ubi ait, [illegible] (minime gentium. Hebraica enim sunt & hæc nomina, non Persica, non Ægyptiaca, quod voluit Cl. Salmasius) [illegible] (quod est in sicco ore *Elohe Sabaoth* אלהי צבאות i. e. [illegible] LXXII. Judæis, aut seniori [illegible]. Theodoreto alicubi [illegible], יהוה צבאות, idemque corrupte dicitur [illegible] in Diagrammate Celsi. Verum de his alibi liberalius.) [illegible] forte ההשם, [illegible] Celso p. 18) [illegible] (i. e. יהו, quod ex Oratione Ophiana p. 197. satis constat.) [illegible] (lege [illegible], vel [illegible] cum Grotio) [illegible] (imo ex industria ut semi-Judæi poterant) [illegible], l. [illegible]. Suasit autem reverentia numinis Divini ac Benedictionis Sacerdotalis, tum etiam varia illa, quam supra vidimus quadriliteri יהוה enunciatio, ne proprium Dei nomen per ora plebeia jactaretur: sed ante tempora Alexandri M. vel ut Pharisæi loqui amant, ab obitu S. Simeonis (v. cod. *Joma*.) ejus loco veniret titulus Domini [illegible], aut quod Justissimus ille Pontifex maluit, formula *Adonai Elohe haşabaoth* יהוה אלהי הצבאות. Sic enim interpretor nomen [illegible], quod commemorat Talmudum, Maimonides vero & Bechæus haud recte perceperunt. Accessit etiam Interpretibus LXXII. alia causa, mollities linguæ Græcæ, quæ ne dimidiam partem Divinæ vocis יהוה exprimi sustineret, inde illi & Apostoli Domini nostri [illegible], aut vulgi modo illud [illegible] reddiderunt ubique S. Librorum. Ita tres Judæi sub Antoninis, ita cæteri hucusque Judæi. Quoniam vero admodum diligenter de sanctissimo nominum egit Moyses Maimonis in ברכות, eo lectorem meum ablego. Constat autem supra cæterum ornatum Aaronis Coronam Nomine tanto insignitam inscriptamque merito deprædicasse virum Ecclesiasticum c. 45. 10. [illegible], (quomodo & Josephus voluit,) [illegible]. De eisdem Sancti capitis decoribus Origenes Homiliarum Leviticarum sexta passim legitur, *Adhuc ornatus addendus est, necesse est ut accipiat etiam Coronam. Propterea accipit primo Cidarin, quod est vel operimentum quoddam capitis, vel ornamentum. Et postha eimponitur ei Mitra. Ante faciem i. e. à fronte Pontificis Lamina aurea sanctificata, in qua sculptum dicitur vocabulum Dei.* Et mox discrete cum Josepho, *Mitra tibi & Lamina aurea caput coronet &c.* Sic ergo stetit coram Deo Summo Summus ejus Sacerdos, totius gentis Hebraicæ typus, longe venerabilissimus mortalium, vestibus octo splendidioribus (בגדי זהב *Joma* c. 2.) exornatus, Brachis, Tunica stricta, Baltheo, Pallio, Ephoda, Logio, Tiara, & Lamina; vel juxta Moysen & Josephum, מכנסים חצן המצנפת החשן האפוד המעיל האבנט הכתנת. Ordine eodem apud Flavium in Originibus Bellisque patriis, ipsiusque destoratores, quam apud Maimoniden c. 10. *Supellectilis sacræ* ex Doctoribus Babyloniis ad *Joma* c. 2. & 3. observato. Nam Judas Princeps c. 7 §. 5. ejusdem codicis ex fortuito ordinem turbavit. Has equidem vestes Romani rerum domini Judææ obsequentis pignus pretiumque meritum aliquandiu observabant. Tantum etiam decus in Bacchum suum transferri voluit Plutarchus, sed Aaronis manifesta injuria. Describitur adeo l. 4. *Sympos.* [illegible] (præsertim in Oschophoriis,) [illegible] (ita hic Sophista dehonestat Ephodam Sancti Præsulis) [illegible] (המעיל) [illegible], quos tamen in Templo nullus gestabat: unde verisimilius substituas [illegible] aut [illegible]. Pergit enim Plutarchus de eadem Tunica, [illegible]. Quapropter ritu merito se submisit humani generis sanguinisque contemtor Alexander, cum viderat olim Jadduam præ Judæis [illegible] (יהוה [illegible]) [illegible]. BERN.

§ [illegible]] [illegible] *Bas. Gen.* & *P. Comestor*, [illegible] *Reg. Samb. Hen.* & *Bosb.* Sic autem Flavius libro penultimo Bellorum de eadem mitra. [illegible]. Verissime. Verbis idem suis Rufinus interpres: *Caput autem byssinus tiaras tegebat, hyacinthis coronatus. Et circa eam alia corona erat aurea scripta ferens sacras literas, quæ sunt quatuor elementa vocalia.* Parcius autem quam vellem argumentum illud tractat frater Rufini non carissimus. *Octava est Lamina aurea, id est Sis zaab*, ait ille ad Fabiolam suam, *in qua scriptum est nomen Dei Hebraicis quatuor literis Jod, He, Vau, He, quod apud illos Ineffabile nuncupatur. Hoc super Pileolum lineum & commune omnium Sacerdotum in Pontifice plus additur, ut in fronte vitta hyacinthina constringatur, totamque Pontificis pulchritudinem, Dei nomen* (editum fuit *Dei vocabulum*) *coronet & protegat.* Huc etiam pertinet Allegoria Procopii Sophistæ, *Hæc capitis ornamenta Exodi c. 28. 36. siquis & alium requirat sensum, ostendunt reposita esse illis qui pie vixerint, coronam inenarrabilibus sculpturis expolitam & excultam.* Quinetiam a lectione Moysis atque Josephi instructus hæc scribere potuit Theodoretus Quæst. 60. in Ex. de Papa Hebræo. [illegible], Hyacinthinam putabis. [illegible] (Ex. c. 39. 28. פארי המגבעת) [illegible]

Corona aurea frontem cingens.

hyacintho variatus. Cingit autem *frontem* & aurea corona, triplici ordine fabrefacta; è qua exsurgunt calyculi aurei, similitudine illos referentes, quos videmus in herba nobis Sacharo dicta, sed quam Græci rei herbariæ periti Hyoscyamum appellant. Si qui autem nomine ignorato naturam ejus vel sæpius visæ haud certo tenuerint, sive præter nomen nihil amplius de ea sciverint; iis, qui ita se habebunt, eam non piget describere. Planta quidem est quæ sæpe in altitudinem crescit ultra tres palmos, buniadi similem habens radicem (non enim multum errabit qui eam huic comparaverit) folia vero erucæ. Porro è ramis emittit calyculum ipsis arcte adhærentem. vestiturque tunica quadam quam sponte exuit cum fructum edere incipit. Calyculus autem ea est magnitudine qua digiti minimi condylus, circumcirca crateri non absimilis. id quod in gratiam ignorantium plenius declarabo. *Calyculus* ima sui parte alterum sphæræ

νος. [h] περιέρχεται δὲ στέφανος [i] χρύσεος, [k] ἐπὶ τρισὶ στίχοις κεχαλκευμένος· θάλλει δ' ἐπ' αὐτῷ κάλυξ χρύσεος [l] τῇ σακχάρῳ βοτάνῃ παρ' ἡμῖν λεγομένῃ ἀπομεμιμημένος, [m] ὑὸς δὲ κύαμον Ἑλλήνων οἱ περὶ τομὰς ῥιζῶν ἐμπείρως ἔχοντες προσαγορεύουσιν. εἰ δέ τις [n] ἢ θεασάμενος τὴν βοτάνην ἀμαθίᾳ τούτου ἀγνοεῖ τὴν φύσιν αὐτῆς, ἢ τὴν κλῆσιν ἐπιστάμενος [o] οὐκ ἰδὼν ἀγνοήσειε· τοῖς οὕτω δὴ ἔχουσι [p] σημαίνω τὸν τρόπον τοῦτον. βοτάνη μέν ἐστιν ὑπὲρ τρεῖς σπιθαμὰς πολλάκις [q] αὐξανομένη τὸ ὕψος. τὴν δὲ ῥίζαν ἐμφερὴς βουνιάδι· ταύτῃ γὰρ οὐκ ἂν ἁμάρτοι τις εἰκάζων αὐτήν· τὰ δὲ φύλλα τοῖς εὐζώμοις. ἐκ μέντοι τῶν κλάδων ἀνίησι κάλυκα προσεχῆ τῷ κλωνί· περίεισι δ' αὐτὴν ἔλυτρον, ὅπερ ἀποῤῥήγνυται καθ' αὐτὸ πρὸς τὸν καρπὸν [r] μεταβάλλειν ἠργμένης. ὁ δὲ κάλυξ μεγέθους ἐστὶ [s] σκυταλίδος τοῦ μικροῦ δακτύλου, κρατῆρι δ' ἐμφερὴς τὴν περιγραφήν. σημανῶ δὲ καὶ τοῦτο τοῖς οὐ μεμαθηκόσι. σφαίρας εἰς δύο

μέρη

μα, ὁ καλεῖται ἱερατικὸν τετράγραμμον. συνάδουσι δὲ τῷ λόγῳ τούτῳ ὁ ἱεράτης ὅσοι, δι᾽ αἰνιγμάτων τοῦτο ἐδίδαξαν· ἐπιγράψας αὐτὸ φησὶν ἁγίασμα κυρίῳ. Deinde inter Anglos Beda ait de Tiara Pontificis sui hæc talia testari Josephum: *Pileum autem similiter operatum habet Pontifex, sicut cæteri Sacerdotes, & alium consutum ex hyacintho variatum. Circumdatur autem ei & aurea Corona tribus versibus facta, supra quam adsurgit in media fronte quasi calyculus quidam aureus, similis herbæ quæ apud nos Acharo nuncupatur, quam Græci Hyoscyamum dicunt. Paulo post descripta ejus mirabili varietate subintulit dicens, Habet autem florem similem plantagini, & per circuitum tota Corona his floribus est cælata ab occipitio usque ad utrumque tempus. In fronte vero hoc idem non habet: sed Lamina est aurea, quæ sacris literis Dei nomen habet inscriptum.* Supra enim dixerat venerabilis Saxo, *Sanctum autem Domini* (quo pro Comestor posuit *Aiath Adonai*, non *Codes Adonai*) *quod in lamina sculpi jubetur nomen ejus & venerabile* (lego *Inenarrabile*) *significat. quod apud Hebræos quatuor literis vocalibus scribi solet, hoc est, Joth, Ee, Vau, Ee. Cujus interpretatio lingua eorum Ineffabile sonat: non quia dici non potest, sed quia nihil de eo dici digne potest. Hæc quidem de secundo velamine & coronis Pontificum aureis Sacra Scriptura tacere videtur. Coronarum vero breviter fecit in sequentibus mentionem, dicens, Et mitras cum Coronulis suis ex bysso. Poterat quidem intelligi utrasque ex bysso factas esse, si non Josephus Coronas esse aureas designaret; qui sante adhuc Templo & Legali observantia celebrata, cum esset de genere Sacerdotali, facillime potuit modum Sacerdotalis instrumenti, non tantum legendo sed & videndo cognoscere.* Sic Nostras. De eodem ornamento maxime ex Josepho disserit Nicolaus Ex-Judæus, *Erat mitra* (quæ communius Tiara vel Infula dici potest, specialius Cidaris, nisi fallatur P. Trecensis,) *hyacinthina, posita in capite summi Sacerdotis super aliam mitram byssinam: habens in inferiori parte semicirculum aureum pulchre fabrefactum, procedentem ab occipite ad utramque aurem. Ultimum ornamentum erat Lamina aurea, pendens in fronte summi Sacerdotis, ligata cum mitra filis hyacinthinis, in qua erat nomen Domini tetragrammaton inscriptum. Nec erat facta ad modum lunæ corniculatæ, ut dicunt aliqui, habentis cornua superius & convexum inferius: sed ad modum Coronæ, unde & Corona vocatur in Litera. Non tamen erat Corona perfecta, sed solum protendebat ab aure in aurem, transiens super frontem, ut dicunt Josephus & R. Salomo: ita quod ipsa cum semicirculo prædicto, quod erat in parte posteriori capitis, faciebat coronam perfectam.* Hucusque Nicolaus. BERN. Ita *Bas. G.* & *Petrus Comestor*. nec aliter *Josephus* ipse lib. VI. *de Bello Jud.* In *MSS.* ὑπ᾽ αὐτὸν δὲ ὤν.

h Περιέρχεται δὲ στέφανος] Sic *Big. Bas. G* & *Epiphan.* in reliquis περιέχει στέφανος.

i Χρύσεος, ἐπὶ τρισὶ στίχοις κεχαλκευμένος] Apollonius Sophista lexico inedito Iliadis & Odysseæ (vide Montfauconii Bibliothecam Coislinianam pag. 465.) χάλκεια. Σκεύη τὰ ὅπλα καὶ τὰ ἐκ σιδήρου ἀπὸ τῆς παλαιᾶς χρήσεως· καὶ γὰρ ὁ Ἡσίοδος

Χαλκῷ δ᾽ εἰργάζοντο, μέλας δ᾽ οὐκ ἔσκε σίδηρος.

Διόπερ χάλκεον ἔγχος καίπερ σιδηροῦν ἔχον τὴν αἰχμήν, καὶ χαλκέα καὶ τὸν τὸν σίδηρον κατεργαζόμενον. Ὅμηρος δὲ καὶ τὸν χρυσοχόον λέγει οὕτως

—— Ἦλθε δὲ χαλκεὺς

Ὅπλ᾽ ἐν χερσὶν ἔχων ——

Ærea. Ita solet arma appellare etiam quæ ferrea erant, ab antiquum usum: nam veteres teste Hesiodo, in ære operabantur nec ferrum nigrum erat. Inde est quod χάλκεον dicatur telum etiamsi ferream habeat cuspidem, & χαλκεὺς faber ferrarius. Homerus etiam illum qui in auro fundendo versatur ita nuncupat his verbis: venit χαλκεὺς arma manibus gerens. REL.

k Ἐπὶ τρισὶ στίχοις] Ἐπὶ τρισὶ στίχοις *Samb. Hen.* & *Busb.* sensu sonoque haud diverso, ut Græci nunc audiunt. BERN.

l Τῇ σακχάρῳ] Recepi τῇ σακχάρῳ ex libris *Hen.* & *Busb.* Proximum est τῇ σακχάρῳ lectionis Bigotianæ. Longinquius absunt τῇ ἀσα. aut τῇ σακκαχάρῳ Sambuci, & τῇ δακχάρῳ *Bas.* & *Gen.* Remotissimum vero quod *Epiphanius*, & ab illo *Beda* Petrusque *Scholastici* legerant, *Similis herbæ, quæ apud nos Achoro nuncupatur.* Venit enim inter herbas veneni ac vesaniæ *Hyoscyamus* sive *Bengus* (i. e. τὸ ἄιτο) Avicenna, Serapione, & in Simpliciori medicina Beitarida & Abengesla attestantibus. Unde in Lexicis Ægyptiacis, ὑοσκύαμος, البنج وهو السكران, *Apollinaris refertur inter toxica & cicutas.* Quocirca σάκχαρ Josephi haud alia est, quam planta illa temulenta Syrorum minimeque sobria ܫܟܪܢܐ *Shakrana*, Arabumve شوكرون *Shaucroun*, & correctius *Sacarran* سوكران (à שכר seu ܫܟܪ, μεθύειν, ὑοσκυάμῳ Pherecrati,) κώνειον, aut herba quævis *phrenesin & ebrietatem* i. e. سكر *Sacar* inducens. Idem docuit Galenum & mille alios doctores Botanicus Anazarbensis libro 4. luculentissimi operis, de Hyoscyamis nigris subflavisque: ἀμφότεροι δὲ εἰσι μανιώδεις ἐμποιοῦσι καὶ καρώσεις, quod est Plinio Metaphrasta, *insaniam gignentes capitisque vertigines.* Idem de herba hac fanatica monuerat ante illos omnes Xenophon. Alibi etiam Plinius affirmat de hoc frutice Alcidæ, sane furentis, *Natura vini, ideoque mentem capitaque infestans*, quod est ipsum سكران. Videtur adhuc Pandectes ille Naturæ ab Herbariis Arabum l. 25. c. 4. scripsiße *Altercum*, atque itidem desloratores ejus Largus & Apuleius, pro voce vera السكران *Alsecran*, aut *Assecran*: quamvis doctissimus Rhodius *Venenum hoc* (sic nominant illud Hispani, eademque ex malitia *Belinuntiam* Galli) hodieque Arabibus dici *Alterin*. Quandoquidem vero Prophetia furor quidem esse apparet, idem frutex *Apollinaris* vocatur, & πυθώνιον, atque διονύσιος inter Græcos. pariterque Hierophantarum Ægyptiorum dialecto σαπτο, Dioscoridis & Apuleii falsorum testimonio non falso, tanquam *Planta Devina*, COΦΙ, quod Syrus diceret ܢܦܫܐ ܕܐܠܗܐ θεῖον ἔργον Quippe τὸ Ægyptiis Φύσιον, & Θεὸ summum Numen significare, certum equidem, si non notum satis. Hinc jam pergo, quo me ducet Flavius. BERN. Ita *Bernardus* ex *Hen.* (*Coll. Voss*) & *Busb.* Proximum est τῇ σακχάρῳ lectionis *Bigotianæ*. Longinquius abest τῇ σακκαχάρῳ *Sambuci*. In *Cod. Vat.* τῇ δὲ ἀκχάρῳ (unde fortan vulgatum τῇ δακχάρῳ) quo fere modo legisse videntur *Epiphanius*, *Beda*, & *Petrus Comestor*, qui omnes habent *Acharo*.

m Ὑὸς δὲ κύαμον] Ὑοσκύαμον, quod est *fabam porcinam*, junctim cum vulgo *Samb.* & *Hen.* BERN. & *Vat.* Magnitudo & forma calicis hyoscyami hæc est. REL.



n Ἢ θεασάμενος] Maneat ita prior vocabulum. Ait enim Sacerdos amborum gratia se statim descripturum, qualis sit planta Apollinaris, siqui nomine ignorato naturam ejus vel sæpius visæ haud certo tenuerint, sive præter nomen fruticis nihil amplius de eo sciverint. Cæteri autem libri, ut *Big.* & *Samb.* μὴ θεασάμενος proponunt, repugnante tamen phrasi ἀμαθίᾳ τούτου, quod est, *nomenclaturæ ignari*. Epiphanium adjunges illis scribis; sic enim transtulit, *Nequis autem, cum non viderit hanc herbam, per ignorantiam naturam ejus ignoret.* BERN. Μὴ θεασάμενος in plerisque *MSS.* & *Vet. Interpr.* quod, ut notavit *Bernardus*, repugnat phrasi sequenti ἀμαθίᾳ τούτου. Forsan tamen admitti potest hæc lectio, si cum *Cod. Vat.* mox negligatur ἢ particula.

o Οὐκ ἰδὼν] *Bas.* & *Gen.* οὐκ ἂν ἰδὼν γνωρίσειε *Big. Vat.* & *Samb.* At Josepho placuit fortean phrasis altera. BERN.

p Σημαίνω] MSS. Græca, necnon Latina Scholastici eo modo. ἂν ἔχουσι σημανῶ *Bas.* δὲ ἔχουσι σημανῶ *Gen.* BERN.

q Αὐξανομένη] Αὐξομένη *Samb.* Mox ἀνίησι nullius modi *Bas.* & *Gen.* Dein κάλυκα *Samb.* BERN.

r Μεταβαλεῖν] Scripsi ita futuro tempore. Editi μεταβάλλειν. BERN.

s Σκυταλίδος] *Condyli*, inquit *Vossius* pater. Verum σκυταλὶς & φάλαγξ dicitur Græcis, pars illa articulorum, quæ inter condylos subsidit. Mox σφαῖρας *Bas.* & *Gen.* BERN.

t Ὑπο-

μέρη τετμημένης, περὶ τῷ πυθμένι τὴν ἑτέραν τομὴν ἔχει φυόμενος ἀπὸ ῥίζης [t] περιφερής· εἶτα στενιῶν κατ' ὀλίγον, ὑποκοιλαινομένης εὐπρεπῶς τῆς ὑποχωρήσεως, ἀνευρύνεται πάλιν ἠρέμα κατὰ τὸ χεῖλος, ὁμοίως ὀμφαλῷ ῥοιᾶς τετμημένος. ἐπίθημα δ' αὐτῷ ἡμισφαίριον [u] προσπέφυκε, κατορθῶς ἂν εἴποι τις τετορνευμένον· ὑπεραιρούσας ἔχον τὰς ἐντομάς, ἃς εἶπον τῇ ῥοιᾷ παραπλησίως βλαστάνειν, ἀκανθώδεις καὶ εἰς ὀξὺ παντελῶς ἀπολληγούσας τὸ ἄκρον. φυλάττει δὲ ἐπὶ τῷ ἐπιθήματι τὸν καρπὸν διὰ παντὸς ὁ κάλυξ, ὄντα βοτάνης σπέρματι τῆς σιδηρίτιδος ὅμοιον· ἀφίησιν δ' ἄνθος [x] τῷ τῆς μήκωνος [y] πλατυγωνίῳ δυνάμενον δοκεῖν ἐμφερὲς εἶναι. ἐκ τούτου μὲν στέφανος [z] ἐκκεχάλκευται, ὅσον ἀπὸ τοῦ ἰνίου πρὸς ἑκάτερον τῶν κροτάφων. τὸ δὲ μέτωπον ἡ μὲν [a] ἐφιελὶς οὐκ ἔπεισι· λεγέσθω γὰρ οὕτως ὁ κάλυξ· [b] τελαμὼν δ' ἐστὶ χρύσεος, ὃς ἱεροῖς γράμμασι τοῦ Θεοῦ τὴν προσηγορίαν ἐπιτετμημένος ἐστί. καὶ τοιοῦτος μὲν τοῦ ἀρχιερέως ἐστὶν ὁ κόσμος.

ζ. Θαυμάσειε δ' ἄν τις τῶν ἀνθρώπων τὴν πρὸς ἡμᾶς ἀπέχθειαν, ἣν, ὡς ἐκφαυλιζόντων ἡμῶν τὸ θεῖον ὅπερ αὐτοὶ σέβειν [c] προῄρηνται, διατετελέκασιν ἐσχηκότες. εἰ γάρ τις τῆς σκηνῆς καταvοήσειε τὴν πῆξιν, καὶ τοῦ ἱερέως ἴδοι τὴν στολήν, τά τε σκεύη οἷς περὶ τὴν ἱερουργίαν χρώμεθα· τόν τε νομοθέτην εὑρήσει [d] θεῖον ἄνδρα, καὶ ματαίως ἡμᾶς [e] ὑπὸ τῶν ἄλλων τὰς βλασφημίας ἀκούοντας. ἕκαστα γὰρ τούτων εἰς ἀπομίμησιν καὶ διατύπωσιν τῶν ὅλων, εἴ τις ἀφθόνως ἐθέλοι καὶ μετὰ συνέσεως σκοπεῖν, εὑρήσει γεγονότα. τήν τε γὰρ σκηνήν, τριάκοντα πηχῶν οὖσαν, νείμας εἰς τρία, καὶ δύο μέρη πᾶσιν ἀνεὶς τοῖς ἱερεῦσιν, [f] ὥσπερ βατόν τινα καὶ κοινὸν τόπον, τὴν γῆν καὶ τὴν θάλατταν [g] ἀποσημαίνει· καὶ γὰρ ταῦτα πᾶσίν ἐστιν ἐπιβατά· τὴν δὲ τρίτην μοῖραν μόνῳ περιέγραψε τῷ Θεῷ, διὰ τὸ καὶ τὸν οὐρανὸν ἀνεπίβατον εἶναι ἀνθρώποις. ἐπί τε τῇ τραπέζῃ τοὺς δώδεκα [h] θεὶς ἄρτους, ἀποσημαίνει τὸν ἐνιαυτὸν εἰς τοσούτους μῆνας διῃρημένον. τὴν δὲ λυχνίαν ἐξ [i] ἑβδομήκοντα μορίων ποιήσας συγκειμένην,

divisæ segmentum refert, ab ipsa radice rotundatus: dein paulatim coarctatus, intusque ut procedit pulchre excavatus, rursum sensim dilatatur cum incisuris circa labra, quales in umbilico mali Punici videmus. Tale autem ei tegumentum adnascitur, ut sphæræ dimidium videatur, accurata (ut quis dicat) subtilitate tornatum, & intra eminentes inclusum incisuras, quas dixi forma mali punici assurgere, spinosas admodum & in acutos plane mucrones desinentes. servatur autem sub hoc operculo totius calyculi fructus, plantæ sideritidis semini perquam similis: florem vero fert, qui foliorum papaveris crepitantium similitudinem habere existimetur. Atque huic quidem similis facta est corona ab occipitio ad utraque tempora. Frontem autem non ambiebat ephielis (ita enim vocetur calyculus) sed lamina aurea, quæ sacris characteribus Dei nomen incisum habet. Atque hujusmodi quidem erat Pontificis ornatus.

Tabernaculum, & Vela &c. quarum rerum symbola.

7. Mirum autem alicui videatur hominum in nos odium quo genus nostrum perpetuo prosequuntur, tanquam numen illud, quod illis venerari solenne est, minus honorifice tractemus. Si quis enim Tabernaculi fabricam animo contempletur, & sacerdotis vestimenta respiciat, & vasa quibus in sacro ministerio utimur, Legislatorem *nostrum* & virum divinum *exstitisse* comperiet, falsoque nobis impietatis calumniam ab aliis impingi. nam & horum unumquodque ad imaginem alicujus in rerum universitate & similitudinem factum inveniet, quisquis, procul habens invidiam & judicium adhibens, singula expendat. Nam cum & Tabernaculum, triginta cubitos longum, trifariam diviserit, & duas partes sacerdotibus reliquerit, quasi locum calcandum & communem, *iis* terram & mare repræsentat, (illa enim omnibus pervia sunt) tertiam vero partem soli Deo seposuit, eo quod & cœlum hominibus inaccessum. Quin & duodecim panibus, quos mensæ imposuit, denotat quot menses annus explicat. Candelabrum ve-

t Περιφερής] Περιφερὴς MSS. nostra Græca. περιφερῆ *Bas.* & *Gen.* parsque major codicum Epiphanianorum. Jam autem circumitu quodam describit Judæus *Segmentum hemisphærio majus.* BERN. Ita ex *MSS* περιφερῆ in *Editis.*

u Προσπέφυκε, κατορθῶς] At vero *Big.* & *Samb.* citra particulam emphasis, προσπέφυκεν ἀκριβῶς ὡς εἴποι τις. τετορ. BERN.

x Τῷ τῆς μήκωνος] *Big.* & *Samb.* ut amant Homerus, Thucydides, & plane gens Attica, teste Dionysio. τῷ τῆς μήκωνος Typi priores, non sine exemplo. BERN. *Al.* τῷ τῆς μήκωνος.

y Πλατυγωνίῳ] Πλαταγωνίῳ *Big.* & *Samb.* quod passim legitur apud veteres scriptores, Theocritum, Pollucem, alios. Rarum est τὸ πλατυγώνιον Typographorum *Bas.* & *Gen.* Hujusce equidem genus esse deterius putavit Scholiastes Theocriti, quasi τὸ πλαταγώνιον. Viderat etiam *Epiphanius* interpres formulam πλαταγώνιον heic loci. Describit autem Flavius hac occasione *Hyoscyamum fulvum* seu *Syriacum*, qualem in Herbario vivo Cl. Huntingtoni nos nuper vidimus, aut Paludanus ad Clusium pridem miserat, aut demum in *Horto Oxoniensi* vir de florente Natura meritissimus D. Morisonus magna cum cura & lumine expressit. Radice quidem tanquam buniadis, erucæ foliis: siliquis quantus est humanæ manus articulus minimus, quave forma extimi se aperiunt malorum Punicorum: sideritidis semine, floribusque papaveris, ita de caule sesquicubitali & hirsuto ramulos spargit Apollinaris, in ipsis juncturis quinquecuspidum calycum pulchro ordine fœcundos, quos dimidiæ sphæræ, naturæ toreuma clarum, coronant. Vel crede nobis ita depingentibus, vel magis Sapientissimo Pedacio de herba malæ indolis, formæ optimæ. ὑοσκύαμος, θάμνος ἐστὶ καυλοὺς ἀφιεὶς παχεῖς, (πολλοὺς equidem Oribasio & Apuleio,) φύλλα πλατέα, ἐπιμήκη, ἐσχισμένα, μέλανα, δασέα· παρὰ δὲ τὸν καυλὸν ἐφεξῆς πεφύκασιν (ἄνθη cum Saraceno, vel κάλυκες cum Apuleio, vel jam nihil huc rescribe:) ὥσπερ ῥοιᾶς κύτινοι, περιφραγμένοι ἀσπιδίσκαις περιπλέως μήκωνος, ὥσπερ μήκωνος. Tum de genere flavo, ὁ δὲ τὰ ἄνθη μηλινοειδῆ (*Melinus coloris* recte Serapio, atque Galenus. μηλινοειδῆς Correctores Dioscoridis, & Apuleius μηλοειδής, perperam cuncti.) φύλλα καὶ λοβοὺς ἁπαλωτέρους, σπέρμα ὑπόξανθον ὥσπερ ἐρυσίμου; *Irrionis semini simile*, inquit Plinius. Hæc etiam Apuleius transtulit recte & eleganter, *Symphoniaca thyrso est fruticoso, multirami, foliis nigris, scissis; hirtis: balanos generans, ut est mali Punici ampullaceum appellatum, abstrusos quidem scutulis & semine, paulo longiori papavere. Sed sunt differentia ejus tres. Nam altera flore purpureo & semine nigro, altera flore nigro ac semine fulvo: sed utraque fomentes in furiam mittit, &c.* BERN. Sic *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb.* & *Vat.* πλαταγώνιον in *Editis.*

z Ἐκκεχάλκευται,] Ἐκκεχάλκευται δὲ ἐκ τούτου στέφανος *Hen.* BERN.

a Ἐφιελίς] Ἐφιελὶς *Busb.* & *Hen.* auribus pravis captatum. ἐφιελὶς scripsisse Josephum *Bas. Gen. Big.* & *Samb.* suo consensu obfirmant: nam alibi vocabulum illud frustra quæres in libris Græcorum. Servabitur autem Analogia, si cum veteribus Grammaticis hyperthesi quadam εἰλω fiat ex εἰλέω. Unde ἴλλω, εἰλυτρόω apud Patrem Elegantiarum, & ἴλλος *malum Convolvuli*, pro ἴλος in Lexico Hesychii. Exinde etiam, & facilius fluit ἐφιελὶς Josephi, tanquam *Redimiculum, Involucrum*, aut *Voluta:* ita enim apparuit horum Calycum περιοχή in diademate Pontificis Hebraici. BERN. Hoc vocabulum non alibi, quod sciam, occurrit: ideoque illud interpretari nolui, quamvis *redimiculum*, *involucrum*, *volutam*, aut simile quid significare videatur.

b Τελαμών] Acuitur istud in codice *Samb.* τελαμὼν δ' ἐστί. Statim *Busb.* ὃς ἱεροῖς γράμμασι τὴν τοῦ Θεοῦ προσηγορίαν ἐπιτετμημένος ἐστί. *Hen.* ἐπιτετμημένος ἐστὶ non recte. Dein ἐστὶν ὁ κόσμος *Samb.* ἐστὶ κόσμος cæteri. BERN.

c Προῄρηνται,] Προαιρεῖνται *Bas.* & *Gen.* προῄρηνται libri veteres, ac res ipsa. BERN.

d Θεῖον ἄνδρα,] Mosen ipsum ἄνδρα appellat. Num ergo Jesum Mosi prætulit de hoc dubitans an ἄνδρα dicere ipsum fas sit? Id testimonium Josephi de Christo suspectum reddit. REL.

e Ὑπὸ τῶν ἄλλων] Ἀπὸ τῶν ἄλλων *Vat.*

f Ὥσπερ βατόν τινα] *Bas. Gen.* & *Epiphanius.* ὥσπερ βατὸν βέβηλόν τινα καὶ κοινὸν τόπον *Samb.* cum *Big.* Puto Flavium hunc jam olim edidisse ὥσπερ βατόν τινα καὶ κοινὸν τόπον: vel βατὸν huc infertum Scribarum cura nimia. Mox θάλασσαν à *Samb.* BERN. Ita è *Cod. Vat.* quo modo legendum esse olim conjecerat *Bernardus:* quod ὥσπερ βατὸν βέβηλόν τινα καὶ κοινὸν reperuerit in *Big.* (*Coll. Voss.*) & *Samb.* ὥσπερ βέβηλόν τινα καὶ κοινὸν in *Editis* & *Vet. Interpr.*

g Ἀποσημαίνει·] *Busb.* δηλοῖ.

h Θεὶς ἄρτους,] Καθεὶς *Vat.*

i Ἑβδομήκοντα μορίων] Incertum est quomodo has partes numerari velit: nam pocula flores & mala non tot numero fuere; si

vero in partes septuaginta distribuens, tot sedes decanorum innuit, ejusque septem lucernis planetarum cursum *ostendit*: totidem enim numero sunt. Vela quoque è quatuor coloribus texta elementorum naturam referunt: nam & byssus terram videtur designare, quod ex ea nascatur linum; purpura vero mare, quod conchylii cruore sit fucata; aërem autem voluit significari per hyacinthum; coccus etiam pro ignis symbolo haberi potest. Præterea & Pontificis tunica, cum sit lintea, terram repræsentat; hyacinthus vero cœlum *aereum*, fulgura quidem per mala punica referens, tonitrua vero per tintinnabulorum sonitum: atque epomida, è quatuor coloribus factam, Deique ocu-

[k] τὰς τῶν πλανητῶν δεκαμοιρίας ᾐνίξατο· καὶ λύχνους ἐπ' αὐτῆς ἑπτά, τῶν πλανητῶν τὴν φοράν, τοσοῦτοι γάρ εἰσι τὸν ἀριθμόν. [l] τά τε φάρη, ἐκ τεσσάρων ὑφανθέντα, τὴν τῶν στοιχείων φύσιν δηλοῖ· ἥ τε γὰρ βύσσος τὴν γῆν ἀποσημαίνειν ἔοικε, διὰ τὸ ἐξ αὐτῆς [m] ἀνιέναι τὸ λίνον· ἥ τε πορφύρα τὴν θάλασσαν, τῷ πεφοινίχθαι [n] τῷ κόχλου τῷ αἵματι· τὸν δ' ἀέρα βούλεται δηλοῦν ὁ ὑάκινθος· καὶ ὁ φοῖνιξ δ' ἂν εἴη τεκμήριον τοῦ πυρός. ἀποσημαίνει δὲ καὶ ὁ τοῦ ἀρχιερέως χιτὼν τὴν γῆν, [o] λίνεος ὤν· ὁ δὲ ὑάκινθος τὸν πόλον, ἀστραπαῖς μὲν κατὰ τοὺς ῥοΐσκους ἀπεικασμένος, βρονταῖς δὲ κατὰ τὸν τῶν κωδώνων ψόφον· καὶ τὴν [p] ἐφαπτίδα [q] τοῦ παντὸς τὴν φύσιν ἐκ τεσσάρων γεγε-

si standum testimonio Talmudicorum. Verum, quoniam Talmudici numerum florum, craterum & malorum non nisi ex verbis Mosis petunt, & sæpe nimis adhærent literæ, non crediderim plura non fuisse ornamenta atque illi existimant. In lychnucho certe arcus Titiani plura ornamenta sunt: & quoniam ramus tertius & quintus in eo satis est integer, in eorum singulis septem distincta observo ornamenta. Quod si in secundo ramo, qui tertio major est, novem, in primo undecim ornamenta statuantur, & in stipite medio 16, efficient septuaginta. REL.

k Τὰς τῶν πλανητῶν] Sic emendo. Intelligit enim Josephus Decanorum sedes LXX. quas tabula quadam exposuit J. Maternus pseudosophistarum princeps. *Decamoria* heic habent exemplaria vetustiora *Epiphanii*, pro *Decamoerias* aut *Decatemoria* vocibus probis. Pariter *Petrus* helluo, *Per septem lucernas Candelabri dicit Josephus figurari septem planetas: per LXX. ejus partes Decamoniam* (lego *Decamoeriam*) *planetarum, forte quia quisque planetarum habet decem dignitates vel potestates.* Extat autem τὰς τῶν πλανητῶν δωδεκαμοιρίας in utrisque editionum. τὰς τῶν πλανητῶν δώδεκα μοίρας aut δωδεκαμοίρας, apud *Hen.* & *Bush.* Legit vero *Samb.* τὰς τῶν ζωδίων δώδεκα μοίρας, atque *Big.* τὰς τῶν ζωδίων δωδεκαμοιρίας. BERN. Sic emendavit *Bernardus* ex *Vet. Interpr.* qui habet *septem planetarum decamoria*, pro *decatemoria* aut *decamorias*. Intelligit enim *Josephus* Decanorum sedes LXX. quas Tabula quadam exposuit *Julius Firmicus Maternus*. In *Editis* τὰς τῶν πλανητῶν δωδεκαμοιρίας. in *MSS. Samb. Big.* (*Coll. Voss.*) & *Vat.* τὰς τῶν ζωδίων δώδεκα μοίρας, aut δωδεκαμοιρίας.

l Τάτε φάρη,] *Al.* τάτε γὰρ φάρη.

m Ἀνιέναι] *Hen.* & *Bush.* Tenent autem ἀνιέναι, pro vulgatioribus ἀνιεῖν & ἀνιέναι *Big. Samb. Bas.* & *Gen.* Tum λίνον corroborant Typographi *Bas.* & *Gen.* & Lexicographorum haud pauci. At vero rectum est λίνον, sicut acuunt jam *Samb. Hen.* & *Bush.* De puero enim Apollineo λίνον scribi olim monuerat vetus Didymus ad optimum Poema. BERN.

n Τῷ κόχλου] Τῷ ἰχθύων τῷ αἵματι *Samb.* & *Big.* *Piscium sanguine Epiphanius* interpres. Probatur tamen lectio altera typis *Bas.* & *Gen.* atque calamis *Bush.* & *Hen.* & hisce verbis B. Theodoreti de Velorum sacrorum coloribus. [illegible] Hæc sumserat Antistes Cyrensis ex *Congressu erudito* Philonis, ubi legitur, [illegible] Hieronymus insuper ad Fab. suis literis Josephum expressit impendio, *Purpurea mari deputatur, quia ex ejus cochleolis tingitur.* Κόχλος autem refert Josephus in sexum sequiorem, sicut sæpe scriptores Græci. Amant enim delicata natio Athenienses terminationes masculas articulis fœmineis debilitare. Veruntamen hæc talia, quibus adeo commendatur Philosophia Peripatetica, ex Philone suo cum cura traduxerat Flavius. Ait igitur doctor Alexandrinus etiam in Moysis encomio, [illegible] Mox memorat ille τὴν λυχνίαν ἐν τοῖς νοτίοις, [illegible] Quinimo γῆς δὲ [illegible], inquit Clemens sexto τῶν στρωματέων, ubi persequitur Arithmeticam sacram Philonis, sicut quinto p. 562. mysticas ejusdem Anagogas de ornatu Tabernaculi Pontificisque Hebraici retulerat κατὰ λέξιν. Inde Origenes apud Alexandrinos suos factum simile homilia quadam in Exodum excusat, aut obliquius doctissimum Clementem insimulat. *De quatuor illis, ex quibus conficiuntur vel Pontificis indumenta, vel cætera quæ ad sacrum parantur ornatum, dixerunt quidam ante nos: & sicut non decet aliena furari,* (utinam vero abstinuisses cautius Adamanti!) *ita conveniens puto bene dictis alterius non alium fatentem. Ista ergo quatuor elementorum, ex quibus & mundus constat & corpus humanum, tenent figuram. Hyacinthus ergo ad aerem refertur, hoc enim ipse indicat color: sicut coccus ad ignem. Purpura aqua tenet figuram, quasi quæ de aquis accipiat fucum. Byssus terra, quia oritur ex terra.* Vide insuper Flavium ipsum c. 14. l. 6. ἁλωσ. Postremo ex hoc Judæo quam Philone Sacrarum vestium mysteria Fabiolæ suæ jamdudum exposuit B. Hieronymus: illum consulite. Simon vero aliique doctores Urbis *Iome* f. 44. b. T. Jeros. octo Pontificalibus, tunica, braccis, pileo, baltheo, pectorali, ephoda, pallio & corolla, totidem vitia hominum expiari existimabant, dolum malum aut homicidium, libidinem, fastum, furtum, judicium perversum, idololatriam, calumniam, & blasphemiam in Deum aut impudentiam frontis. Tabernaculi vero mensilia Uzielides à majoribus Rabbinis Exodi c. 40. modo Physico explicat atque ἀλληγορῶν, sicut Josephus & Philo probarunt, v. 4. Mensam, inquit, ad scenæ latus Boreale constitues, quia de plaga pluviæ veniunt matresque messium & ubertatis [Hebrew text illegible] Dein ad meridiem pones Candelabrum c. 39. 37. [Hebrew text illegible] cum lucernis septem, instar tot planetarum. Namque ab illa præsertim parte solis lunæque via cernitur, inde etiam artium ac sapientiæ via. [Hebrew text illegible] v. 5. Pones & Aram Thymiamatum, propter Theologiam studiumque Legis, quo suavius nihil. [Hebrew text illegible] Tum portam defendes velo, veluti justi sua pietate patriam protegunt. [Hebrew text illegible] v. 6. Cæterum Eleemosyna ad portas divitum plane valet Deo judice, (quod & Paulus noster scripsit) quantum holocausta altaris præ foribus sacris aut Templi aut Tabernaculi. [Hebrew text illegible] Concha suis aquis v. 7. indicat lacrymas pœnitentium [Hebrew text illegible] v. 8. Idem exponit ambitum Atrii & portam ejus de Heroibus antiquis præsidio Israelis, & de Heroinis, quarum gratia Gehennæ portas devitant puerorum Hebraicorum animæ. Quatuor ordines gemmarum innuunt tot mundi plagas c. 28. 17. [Hebrew text illegible] Urim deinde Ex. c. 28. 30. Thummimque Pectoralis abscondita Respubl. Hebraicæ declarant, futuraque quasi in antecessum præstant, Præsule per illa consulente, quæ sibi insculptum ostenderent nomen Dei magnum, sanctum, τὸ ἄρρητον, Abyssi grandis sigillum, clavis mysteriorum, & præsentissimum amuletum. Tam prope absunt Rabbini ab ineptiis Gnosticis. [Hebrew text illegible] Quinetiam imaginem mundi vides, ait antiquus doctor Nehemias, (Jalcut. f. 113.) in Tabernaculo Mosaico, [Hebrew text illegible]: Cœlum terramque depicta in Aulæis, Concham tanquam modulum maris: tum animalia juxta fert Altare majus, minus fumat plantarum & aromatum præcipuis; Candelabrum denique ἐν μέσῳ ponitur pro sole, luna, reliquisque vagantium stellarum. Adjungam hisce interpretationem Maimonidis simplicem quidem & utilem, Zabiorum si ritibus minus adversaretur, ex l. 3. c. 45. *More.* Par Cherubium naturam Angelicam monstrant; negat Candelabrum, ne tristis & obscura sit Ædes Dei. Femoralia continent virum Dei à cultu Phogorico. Suffimenta salubria erant grataque Sacerdoti & Israelitæ, ac reverentiam conciliabant. Vestes sacræ textu fiebant absque acu, firmæ adeo & formæ certioris. Omitto cætera. Mirum tamen ingenium huic Rabbino tam lubrice favisse, perinde ne causam ac rationem ullam forte sciret, cur Panes olim ad Domini mensam adponerentur. BERN. Ita *Bas. G. Bush.* & *Hen.* & *Theodoretus* in *Exodum* ex *Philone Judæo* in *Moysis encomio.* τῶν ἰχθύων τῷ αἵματι. *Samb. Big.* (*Coll. Voss.*) *Vat.* & *Vet. Interpr.*

o Λίνεος ὤν] Λινοῦς solus *Samb.*

p Ἐφαπτίδα] Ἐφαπτρίδα & paulo infra ἐφαπτρίδος *Big. Samb.* & *Vat.* quo modo ἀναντρίς, ἰσοτρίς, aliaque leguntur.

q Τοῦ παντὸς τὴν φύσιν] Τοῦ παντὸς φύσιν *Big.* Accepit autem τὴν ἐφαπτίδα instar Adjecti. Cæteri potius per Adpositionem,

ut

θαι [r] δεχθεῖσαν τῷ Θεῷ, χρυσῷ συνυφασμένην κατ' ἐπίνοιαν οἶμαι τῆς πανταχοῦ ἁπάντων αὐγῆς· καὶ τὸν [s] ἐσσῆνα ἀναμέσον ὄντα [t] τῆς ἐφαπτίδος ἐν τρόπῳ γῆς ἔταξε, καὶ γὰρ αὕτη τὸν μεσαίτατον τόπον ἔχει· [v] ζώνῃ τε περιδοῦσα τὸν ὠκεανὸν ἀποσημαίνει, καὶ γὰρ οὗτος [x] ἐμπεριείληφε τὰ πάντα. δηλοῖ δὲ καὶ τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην τῶν [y] σαρδονύχων ἑκάτερος, οἷς ἐνεπόρπωσε τὴν ἀρχιερέως. [z] τὴν δὲ δωδεκάδα τῶν λίθων, εἴτε τοὺς μῆνας ἐθέλοι τις νοεῖν, εἴτε [a] τὸν τοσοῦτον ἀριθμὸν τῶν [b] ἀστέρων, ὃν ζωδιακὸν κύκλον Ἕλληνες καλοῦσι, τῆς κατ' ἐκεῖνο γνώμης οὐκ ἂν [c] ἁμάρτοι. καὶ ὁ πῖλος δέ μοι δοκεῖ [d] τὸν οὐρανὸν τεκμηριοῦν ὑακίνθινος πεποιημένος· [e] οὐ γὰρ ἂν ἄλλως ὑπερανατίθεσθαι [f] αὐτῷ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ· τῇ τε στεφάνῃ [g] ἠγλαϊσμένος καὶ ταύτῃ [h] χρυσέᾳ, διὰ τὴν αὐγὴν ᾗ μάλιστα χαίρει τὸ θεῖον. καὶ ταῦτα μὲν ἐπὶ τοσοῦτόν μοι δεδηλώσθω, [i] πολλάκις καὶ ἐν πολλοῖς τὴν ἀρετὴν τοῦ νομοθέτου παρεξόντων ἡμῖν ἐπελθεῖν τῶν πραγμάτων.

lis subjectam, universi naturam indicare, auroque contextam *esse*, ex cogitatione, ut reor, splendoris quo res omnes illustrantur: Essenem quoque in epomidis medio ad instar terræ collocavit; nam & ipsa medium mundi occupat: zona item, qua cingitur, oceanum significat; qui utique universa circumplectitur. Solem autem & lunam indicant duo sardonyches *humerales*, quibus Pontificis pallium fibulavit: duodecim vero lapides sive quis ad menses referri velit, sive ad eundem astrorum numerum in circulo, quem Græci zodiacum vocant, à genuino intellectu non aberraverit. Denique & pileus mihi videtur cœli præ se ferre imaginem, cum sit ex hyacintho, (alioqui enim Dei nomen gestare non poterat) & corolla illustretur aurea, propter splendorem quo maxime delectatur Deus. Et hæc quidem ad hunc modum declarata *in præsens* sufficiant; cum sæpius & plurima, unde virtus Legislatoris enitescet, res ipsæ nobis suppeditaturæ sint.

ΚΕΦ. η'.

Περὶ τῆς Ἀαρῶνος ἱερωσύνης.

Ὡς δ' ἤδη [k] τὸ προειρημένον πέρας εἶχε, τῶν ἀναθημάτων μήπω καθιερωμένων, ἐπιφανεὶς ὁ Θεὸς Μωϋσῇ τὴν ἱερωσύνην Ἀαρῶνι [l] τἀδελφῷ προσέταξε δοῦναι, ὡς ἁπάντων δι' ἀρετὴν τῆς τιμῆς δικαιοτέρῳ τυχεῖν. καὶ συναγαγὼν εἰς ἐκκλησίαν τὸ πλῆθος, τήν τε ἀρετὴν [m] αὐτοῦ καὶ τὴν εὔνοιαν διεξῄει, καὶ τοὺς κινδύνους οὓς [n] ὑπομείνειεν ὑπὲρ αὐτῶν. μαρτυρούντων δ' ἐφ' ἅπασιν αὐ-

CAP. VIII. IX.

De Aaronis Sacerdotio.

Quam primum autem *Tabernaculum* prædictum consummatum erat, donariis *vero* nondum *rite* consecratis, Moysi apparuit Deus, jussitque ut sacerdotium Aaroni fratri suo conferret, ut qui cæteris ob virtutem suam illo dignior fuerit honore. Tum ille, populo in concionem advocato, virtutem illius & benevolentiam *erga ipsos singularem* enarravit, & pericula quæ pro illorum salute adire

Moyses fratrem suum Aaronem Sacerdotem ab Oraculo renunciat. Lev. c. 8. Ex. c. 28.

ut loquuntur Grammatistæ. Hanc insuper sententiam ita distinxerunt Editores *Bas.* & *Gen.* καὶ τ. λ. τ. π. τ. φύσιν [illegible], δεχθεῖσαν τῷ Θεῷ χρυσῷ συνυφασμένην, κατ' ἐπίνοιαν οἶμαι τ. π. ἁ. αὐγῆς. Aliter Scribæ. Pro δεχθεῖσαν legunt *Busb. Hen.* & *Epiphanius* δοχθεῖσαν, *quando Deo placuit*, imo cod. *Hen.* à manu prima δοχθεῖσαν. Mox τὸν ἐσσῆνα substitui, refragantibus libris veterum. Habent illi τὸ λογεῖον. Reddemus rursus Philoni, quod suum erat. [illegible] male excusum fuit, & à Theologis nostris arreptum temere λόγιον. [illegible] (quæ frustra quæras in Hebraico, apud LXXII. Interpr. non frustra) [illegible] (ἀδάμαντας vocat ambos Clemens & proxime σμαράγδους suo nomine, p. 564.) [illegible] (cum his Rabbinis quam antiquis eadem sensit Josephus, & ex nostris Clemens:) [illegible] (atqui modo illos indicat Clemens, modo τόν τε ἥλιον καὶ τὴν σελήνην.) [illegible] (vix credo) [illegible] ... [illegible] ... [illegible] (vere, certe) [illegible]. Hæc pius ille Philosophus. BERN.

r Δεχθεῖσαν] Pro δεχθεῖσαν (cum *Hen.* & *Busb.*) legit *Epiphanius* δοχθεῖσαν *quando Deo placuit*. Hanc insuper sententiam ita distinxerunt *Bas.* & *G.* [illegible], δεχθεῖσαν τῷ Θεῷ χρυσῷ συνυφασμένην, κατ' ἐπίνοιαν οἶμαι &c.

s Ἐσσῆνα] Ita *Bernardus*. in libris tamen omnibus hic loci λογεῖον. At infra (post paucas paginas) habemus τὸ ἐσσῆνα, adeo ut incertum sit quo modo scripserit *Josephus*.

t Τῆς ἐφαπτίδος] Ἐφαπτίδος *Big.* & *Samb.* ἐφαπτίδος *Bas. Gen. Busb.* & *Hen.* Scripsit forsan utrobique Josephus forma legitima [illegible] & [illegible]. Ita [illegible], [illegible] aliaque leguntur. Quinetiam de Pallio ait Theodoretus, [illegible]. Verum τὴν [illegible] etiam φαινόλην vocabant perveteres Græci, unde deductum est demum Latinorum *Pallium*. BERN.

v Ζώνῃ] Ζώνη τε περιδοῦσα *Samb.* & *Vat.* ζώνῃ τε περιδοῦσα *Hen.* & *Busb.*

x Ἐμπεριείληφε] Ἐμπεριείληφε *Iidem*.

y Σαρδονύχων] Σαρδωνύχων *Big.* & *Samb.* ut supra. Scriptio utravis adsumi posset, quandoquidem à Sarda gemma & ungue humano nomen illud colligi debuit. σαρδόνυξ insuper in Exemplari Alexandrino Apocalypsis S. scriptum memini. BERN.

z Τὴν δὲ] Τήν τε *Hen.* & *Busb.* Mox *Hen.* νοήσει τις. *Busb.* [illegible] τις. BERN.

a Τὸν τοσοῦτον ἀριθμὸν] Τὸν οὕτως ἀριθμὸν *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb.* & *Vat.*

b Ἀστέρων,] Ἀστέρων *Big. Vat. Epiph.* & margo cod. *Samb.* οἴκων *Bas. Gen. Busb.* & *Hen.* atque versus ipse *Samb. MS.* Hæc à Firmico *Domicilia* nuncupantur. Tum *Big.* & *Samb.* consentiunt in τὸν οὕτως ἀριθμὸν τῶν οἴκων. BERN.

k Καὶ πάντα ἐδαπάνα] [illegible] τῇ φλογὶ, πάντα ἐδαπάνα *Baf. Gen. Hen.* & *Bush.* De his per compendium Johannes magnus Biglæ Drungarius. sive ὁ ἄρχων τῶν [illegible], [illegible]. De hoc miraculo quod disseruit olim disertissimus Philo, & Flavium pridem legisse & nolmet adhuc repetere juvat. [illegible]. Similiter in Commentario vetere suæ factionis, quem Salomo Jarchius laudat Lev. c. 9. 23. [illegible Hebrew] [illegible], pergit Philo, [illegible]. Ita Deuterosez *de Officio Jugi* c. 7. 2. [illegible Hebrew], & Gemaristæ titulo eodem f. 33. & *Sota* f. 38, 39: atque demum M. Maimonis c. 14. §. 9. *de Oratione.* [illegible] [sic ista distinguit Novæ Academiæ recutitus philosophus] [illegible] &c. Inde asseruit Josephus, [illegible], &c. Illi etenim Judæi aliique nonnulli cap. 7. Num. cum Lev. c. 9. anno altero Exodi inchoante conjungunt. Plures tamen [illegible] Patriarcharum in mensem secundum ejus anni dilata narrant. Monet insuper Georgius Chronographus Aaronem liberos suos seniores sub auspiciis Sacerdotii extemplo amisisse, [illegible]. Puto Syncellum excerpsisse ista de *Parva Genesi* Rabbinorum. BERN. Ita cum *Vat.* & *Vet. Interpr.* πάντα δ' ἐδαπάνα cum *Big.* & *Samb.* maluit *Bernardus* in *Editis* duntaxat πάντα ἐδαπάνα.

l Ἐκ τούτου.] Perperam ideo (ut notavit *Bernardus*) ad calendas Nisan Aaronidarum [illegible] defiet gens Judæorum, ex *Megillat Taanit*, aliisque *Ritualibus*.

* *Statim autem ab hoc miraculo contigit & Aaroni quædam calamitas,*] *Statim ab hoc miraculo (perperam adeo ad Calendas Nisan Aaronidarum* [illegible] *defiet jejuna gens Judæorum, ex Megillat* Taanit *aliisque Ritualibus,*) *Nabadus & Abius ob ritum Suffiendi, (*θυμιάματα *Josephi i. e.* θυμιαμάτων *ut supra) saltem propter* Sacrum *temeratum, vel* igni vili, [illegible], *ut plerique interpretantur Lev. c. 16. 12. & c. 1. 7. aut simplicius,* contra Canonem, *illum inquam nuper datum Ex. 30. 9. Ait enim Moyses Lev. c. 10.* [illegible Hebrew] (*in Masora Judæorum* [illegible Hebrew]) [illegible Hebrew], *quod est, Ausi sunt isti Suffitum alium, quam Deus jam modo præscripserat, apud ipsum plenis thuribulis adolere. Symeon quidem aliique Talmudistæ adhuc liberalius exponunt* [illegible Hebrew] *de sacris quovismodo violatis: aptius vero Zonaras de eodem facinore, & ad mentem Flavii,* [illegible] *&c. Certe pœnas dederant suæ* ἐθελοθρησκείας *Aaronidum pessimi idem & primi, aut verbis Eleazari Nomodidascali* [illegible Hebrew]. *Pro foribus itaque Sanctuarii, aut propius ut aliqui volunt, ii subitis flammis ambusti intereunt. Moyses id expressit solito suo pleonasmo* [illegible Hebrew]. *Hanc afflationem* ([illegible]) *ex Sanctissimo profani naribus adflatam retulit Pharisæus nomine Joses filius Dosithei.* Synhedrin *f. 52 a. Eandem multi ab æthere, tyranni ab Altari majore; Josephus vero ab acerris subito effusam credidit. Dein atrum fumo extra castra donant patrueles, lugente multum populo. Namque ipse pater hanc orbitatem fortius tulerat, quam sibi vestes oleo Consecrationis jam recentis fragrantes illico disrumperet aut deponeret. Lev. c.* 10. *Num. c.* 3. 4. & 1 *Par. c.* 24. 2. BERN.

m Θυμιάματα.] Supra θυμιαμάτων. & si hic ita legeretur, cum aliis conciliaretur *Josephus*, qui illos periisse dicunt vel propter sacrum temeratum igni vili, [illegible], vel quod ausi fuerint suffitum alium, quam Deus præscripserat, apud ipsum plenis thuribulis adolere. HUDS. Confer sacrum codicem, ubi aliter. REL.

n Ἐπ' αὐτούς] Ἐπ' αὐτοῖς *Vat.*

o Μωϋσῆς δὲ κελεύει] Emendo tamen adversus omnia exemplaria, quæ usquam vidi, [illegible]. Sic enim Moyses ille jusserat, consobrinos suos Misaelum & Elisaphanem Lev. c. 10. 4. *Agite, efferte hinc vos agnatos vestros,* [illegible Hebrew]. Ambiguum autem (nisi prius illud verum fuerit) quo jure, si hi sacrificuli in Adyto sufflati expirassent, ab aliis manubus quam fratrum germanorum & Chrismatis sacerdotalis consortium inde deportarentur. Nam in illo primordio Ecclesiæ Judaicæ duntaxat quinque viris stetit Sacerdotium. Potabis itaque cum Uzielida Aaronis liberos minores fulgurita illa corpora ad ostium Tabernaculi tradidisse: salva fuerit adeo Res Sacra sanctaque. BERN. Contra omnia *Exemplaria* (ex *Levit.* c. 10. v. 4.) hoc modo legendum esse pronunciat *Bernardus,* [illegible] existimans *Aaronis* liberos minores fulgurita illa corpora ad ostium Tabernaculi *Misaëlo* & *Elisaphano* tradidisse, ut inde ab illis deportarentur.

p Ἠμφίεστο] *Sambuci* solus codex habet [illegible] tempore nimis perfecto. Miseram hanc historiam ita contraxit Zonaras Drungarius. [illegible]. BERN. Ἠμφίεστο solus *Samb.*

q Δὴ πάντων] Ita pro δὲ ex *Vet. Interpr.*

quos in se populum collaturum esse viderat, soli Dei ministerio semet addixit. Et adscensu quidem in montem Sinæum abstinuit; in tabernaculum vero ingrediens, de iis responsa retulit quæ à Deo *supplex* rogabat: & hominis privati habitu contentus, & cæteris omnibus magis adhuc unum è populo referens, idque agens ut nihil ab aliis differre existimetur, nisi quod *communi* eorum saluti prospicere videretur. Præterea autem vivendi rationem descripsit & leges posuit, quibus observandis & Deo placere possent, & vitam inculpatam agere. Ista autem *omnia*, Deo illi dictante, ordinavit. Nunc igitur ad vitæ instituta legesque orationem converto.

9. Veruntamen quod de Pontificis vestitu prætermisi, *prius* persequi volo: nam is omnem prophetis fraudum & præstigiarum ansam præcidebat. Verum si qui eo devenerint ut Dei auctoritate abutantur, Deo quidem liberum reliquit, quando sacris interesse velit vel non adesse: id quod non Hebræis solum manifestum esse voluit, sed & alienigenis qui huic forte spectaculo intervenirent. Nam ex lapidibus, quos super humerum Pontificem ferre prædixi, (erant autem sardonyches, atque eorum naturam ostendere supervacuum puto, cum à nemine ignorentur) contigit ut alter micaret, quoties Deus sacrificiis *propitius* adesset, qui in dextro humero fibulæ vice portabatur; *eximio* fulgore inde exsiliente, ut etiam procul positis illucesceret, cum prius lapis eo careret splendore. Et certe hoc ipsum admirationem meretur apud omnes, qui non ex contemptu religionis sapientiæ opinionem aucupantur. Sed quod hoc *multo* mirabilius est jam dicturus sum. Nam per duodecim lapides, quos in pectore Pontifex Essenæ adsutos gestat, Deus victoriam pugnaturis prænunciabat. Tantus enim ex iis † effulgebat splendor, cum nondum exercitus moveretur, ut toti populo manifestum fuerit, eorum auxilio adesse Deum. Unde & Græci, qui nostras solennitates reverentur, quod ne quidem hisce contradicere potuerint, Essenen appellant Λόγιον *Oraculum*. Cessavit autem Oraculum & sardonyx fulgorem emittere, annis jam ‡ ducentis antequam ego hæc

Oraculum cessavit annis 174. ante excidium Templi secundi.

ὑπὲρ τὸ πλῆθος αὐτοῦ περιέχων ἔντιμον, πρὸς μόνῃ [r] τῇ τοῦ Θεοῦ θεραπείᾳ διετέλει. καὶ τῆς μὲν εἰς τὸ Σιναῖον ἀνόδου ἀπείχετο, εἰς δὲ τὴν σκηνὴν εἰσιὼν, ἐχρηματίζετο περὶ ὧν ἐδεῖτο παρὰ τοῦ Θεοῦ· ἰδιωτεύων καὶ τῇ στολῇ, καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις ἄγων ἑαυτὸν δημοτικώτερον, καὶ μηδὲν βουλόμενος τῶν πολλῶν διαφέρειν δοκεῖν, ἢ μόνον τῷ προνοούμενος αὐτῶν βλέπεσθαι. ἔτι δὲ τὴν πολιτείαν καὶ τοὺς νόμους ἔγραψε, καθ' οὓς κεχαρισμένως τῷ Θεῷ βιώσονται, μηδὲν ἀλλήλοις ἐγκαλεῖν ἔχοντες· ταῦτα μέντοι κατὰ τὴν ὑπαγόρευσιν τοῦ Θεοῦ συνετίθετο. διέξειμι μὲν οὖν περὶ τῆς πολιτείας [s] καὶ τῶν νόμων.

θ'. Ὃ μέντοι περὶ τῆς [t] τοῦ ἀρχιερέως στολῆς παρέλιπον, διελθεῖν βούλομαι· οὐδαμόθεν γὰρ [v] προφητῶν κακουργίαις [x] καταλέλοιπεν ἀφορμήν. εἰ δέ τινες τοιοῦτοι γένοιντο παρεγχειρεῖν τῷ τοῦ Θεοῦ ἀξιώματι, αὐτοκράτορα [y] δ' εἶναι τὸν Θεὸν παρατυγχάνειν [z] τοῖς ἱεροῖς [a] κατέλιπεν, ὁπότε θελήσειε, καὶ μὴ παρεῖναι· καὶ [b] τοῦτο δ' οὐχ Ἑβραίοις δῆλον εἶναι μόνον ἠθέλησεν, ἀλλὰ καὶ τῶν ξένων τοῖς παρατυγχάνουσι. τῶν γὰρ λίθων οὓς ἐπὶ τῶν ὤμων φέρειν τὸν ἀρχιερέα προεῖπον· [c] σαρδόνυχες δ' ἦσαν, καὶ σημαίνειν αὐτῶν τὴν φύσιν ἡγοῦμαι περισσὸν, πᾶσιν εἰς γνῶσιν ἀφιγμένων· συνέβαινε λάμπειν, ὁπότε ταῖς ἱερουργίαις ὁ Θεὸς [d] παρείη, τὸν ἕτερον τὸν ἐπὶ τῷ δεξιῷ τῶν ὤμων πεπορπημένον, αὐγῆς ἀποπηδώσης καὶ τοῖς πορρωτάτω φαινομένης, οὐ πρότερον ταύτης ὑπαρχούσης τῷ λίθῳ. θαυμαστὸν μὲν οὖν καὶ τοῦτο τοῖς μὴ τὴν σοφίαν ἐπ' ἐκφαυλισμῷ τῶν θείων ἠσκηκόσιν. ὃ δ' ἐστὶ τούτου θαυμασιώτερον ἐρῶ. διὰ γὰρ τῶν [e] δώδεκα λίθων, οὓς κατὰ στέρνον ὁ ἀρχιερεὺς [f] ἐνερραμμένους [g] τῷ ἐσσῆνι φορεῖ, νίκην μέλλουσι πολεμεῖν προεμήνυεν ὁ Θεός. [h] τοσαύτη γὰρ ἀπήστραπτεν ἀπ' αὐτῶν αὐγὴ μήπω τῆς στρατιᾶς κεκινημένης, ὡς τῷ πλήθει παντὶ γνώριμον εἶναι τὸ παρεῖναι τὸν Θεὸν εἰς τὴν ἐπικουρίαν. ὅθεν Ἕλληνες, οἱ τὰ ἡμέτερα τιμῶντες ἔθη, διὰ τὸ μηδὲν ἀντιλέγειν δύνασθαι τούτοις, τὸν ἐσσῆνα λόγιον καλοῦσιν. [i] ἐπαύσατο μὲν οὖν ὅ τε ἐσσῆνες καὶ ὁ σαρδόνυξ τοῦ λάμπειν [k] ἔτεσι διακοσίοις πρότερον ἢ ταύτην ἐμὲ συνθεῖναι τὴν γραφὴν, τοῦ Θεοῦ

---

r Τῇ τοῦ Θεοῦ] Articulum τῇ adjecimus ex *Big. Samb.* & *Vat.* ut &, post v. sex, articulum τὰς ante [illegible].

s Καὶ τῶν νόμων.] Καὶ τῶν νόμων αὐτοῦ legerat *Vet. Interpr.*

t Τῆς ἀρχιερέως] Illud τοῦ pariter ex *MSS.*

v Προφητῶν] Συκοφαντῶν κακουργίαις κατέλιπεν ita sponte mutarunt *Big.* & *Samb.* quod cæteri ex sententia Josephi expresserant συκοφαντῶν κακουργίαις καταλέλοιπεν ἀφορμήν. Aut indiligenter factum est συκοφαντῶν, ex ὑποφητῶν ipsius Flavii. *Epiphanius Prophetarum* reddidit. BERN. Συκοφαντῶν κακουργίαις κατέλιπεν *Big. Samb.* (*Coll. Voss.*) & *Vat.* Forsan tamen factum est συκοφαντῶν ex ὑποφητῶν *Josephi*. In melioribus *Epiphanii* codicibus *prophetarum*, in aliis *detrahentium*.

x Καταλέλοιπεν] Κατέλιπεν *Big.* & *Samb.* HUDS. Forte, κατέλιπεν ὑπόγυον vel quid simile. Sensus: Deus, si quis falsus Propheta sub nomine Dei loqui falsa tentaret; voluit sacerdotes esse testes, in sua potestate esse, adesse, si velit, vel abesse: & hoc non tantum Hebræis, sed & peregrinis, qui adessent, voluit constare. COCC.

y Δ' εἶναι] Forte δὲ εἶναι. COCC.

z Τοῖς ἱεροῖς] Τοῖς ἱεροῖς *Big. Samb.* & *Epiphanius.* τοὺς ἱερεῖς Editionum par. *Samb.* tamen ita distinguit κατέλιπεν· ὁπότε θελήσειε καὶ μὴ παρεῖναι· καὶ &c. BERN. Ita ex *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb.* & *Vet. Interpr.* in *Editis aliisque* τοὺς ἱερεῖς.

a Κατέλιπεν,] Fortassis an verbum κατέλιπεν huc descenderat ex versu superiori κατέλιπεν ἀφορμήν: nam sine incongruo abesse potest, vel jam adesse. Quinimo id adseruit interpres Scholasticus, *sicut dereliquit.* BERN. Verbum κατέλιπεν ex superiori versu huc descendisse cum *Bernardo* suspicor, nam sine incongruo abesse potest, vel jam adesse. Quinimo id asseruit *Vet. Interpr.*

b Τοῦτο δ' οὐχ] *Bas.* & *G.* τοῦτ' οὐχ' & mox [illegible] *Hen.* & *Busb.*

c Σαρδόνυχες] Hic σαρδόνυχες in plerisque *MSS.* contra *Vat. Bas.* & *G.* & utriusque linguæ poëtas. BERN. & HUDS.

d Παρείη.] Παρείη *Samb. Big.* παρείη *Bas.* & *Gen.* παρείη *Hen.* & *Busb.* BERN.

e Δώδεκα λίθων,] Consimilia narrat *Nicephorus* in *Eclogis*, & *Georgius Syncellus*: atque ante eos *Chrysostomus* orat. tertia *adv. Judæos*, *Theodoretus* in *Quæst. Biblicis* haud semel, & *Cyrillus Alexandrinus* lib. XI. *de Adorat. Spirit.*

f Ἐνερραμμένους] Ἀνερραμμένους *Busb.* & *Hen.* ἐνερραμμένους ritu Attico *Big.* & *Samb.* Editores ἐνερραμμένας, ut Græcum vulgus. BERN. Sic *Big.* & *Samb.* ritu Attico. ἀνερραμμένους *Hen.* & *Busb.* ἐνερραμμένας *Bas.* & *G.*

g Τῷ ἐσσῆνι] Τῷ ἐσσῆνι *Samb. Bas.* & *Gen.* τῷ ἐσσῆνι jam nunc *Big.* atque mox in quarto casuum τὸν ἐσσῆνα codex omnis. τῷ ἐσσ. *Busb.* atque *Hen.* Reponere malui ἐσσῆνα & ἐσσῆνι, ut alibi libri nostri. Variant enim nimium Librarii in vocibus ignotis. ἐσσὴν vero est חשן, ἐσσῆνες [illegible] à Syris. Statim εἶναι *Hen.* Et post paucos versus *Busb.* γνώριμον εἶναι τῷ παρεῖναι τὸν Θεὸν &c. BERN. Ἐσσῆνι, ut & mox ἐσσῆνα & ἐσσῆνες cum libris nostris alibi reponere placuit ex Syris pro ἐσσῆνι, ἐσσῆνα & ἐσσὴν, quæ omnia hic loci repræsentant, excepto quod infra paulo ante finem ἐσσῆνες habeat *Vat.*

h Τοσαύτη] Non is sum ego, qui *Josepho* (ut aliis solenne est) hac in parte falsi notam ausim inurere; cum fortasse Deus, qui *piscinam Bethesda* Judæis reliquam fecit, ut se omnem populi sui curam non abjecisse testaretur, hoc etiam miraculum (aliis tum propheticis cessantibus) extare voluerit.

† *Effulgebat splendor,*] Vide *Philonem Jud. de Monarchia* lib. 2. *Chrysost.* 37. adversus Judæos, & *Augustinum* lib. 2. Quæst. super Exodum. Adde *Prideauxii* Connex. Hist. V. & N. T. part. 1. p. 154. &c. HUDS. in *Add.*

i Ἐπαύσατο] Splendorem illum, utpote qui non totam oraculi hujusce naturam compleverit, post Captivitatem, quâ *Urim* & *Thummim* cecidisse dicuntur, permansisse verisimile facit *Spencerus* in Dissertat. *de Urim & Thummim* cap. 4. §. 8.

k Ἔτεσι διακοσίοις] Annis 200. ante Josephum lucere desierunt. At erant nihilominus lapides in pectorali Pontificis, quod & Talmudici fatentur; sed oracula Deus per illos non edidit. Ne quis errorem in numeris suspicetur, sciat & Syncellum in chronico ita ex Josepho citare pag. 154. REL.

‡ *Ducentis*] Vide *Casaub.* contra *Baronium* p. 251. HUDS. in *Add.*

l Συν-

θεοῦ [1] δυσχεράναντος ἐπὶ τῇ παραβάσει τῶν νόμων · συ- conscriberem, cum Deus moleste ferret transgressio-

[1] Δυσχεράναντος] Δυσχεράνοντος *Hen.* Hæc ita delibavit Nicephorus in Eclogis suis, [illegible Greek] Similiter Georgius Chronographus, [illegible Greek] Nec alia mente dixit prædicator χρυσορρήμων concione tertia adversus Judæos, [illegible Greek] (אורים) [illegible Greek] Doctissimus etiam Theodoretus in Quæst. Biblicis haud semel, [illegible Greek] (Ex. c. 28.) [illegible Greek] Dein Procopius ad Exodi c. 28. 30. [illegible Greek] *Incertum est*, inquit, *an alii hic intelligendi sint lapides, vel capienda sit duorum nominum quasi in tabella quadam inscriptio:* sic interpres non optimus. Et alibi, [illegible Greek] *Inter* XII. *enim lapides in pectorali sitos Claritas erat & Veritas, per alios duos lapides repræsentata.* Hæc asserit Theologus Gazæus propter Cyrillum Alexandriæ, qui lib. XI. de Adorat. Spirituali inter alia narrat: [illegible Greek] Paulo post idem Patriarcha, [illegible Greek] intelligit) [illegible Greek] Verum ille ad Oseæ c. 3. paulo fidentior, [illegible Greek] Adamantius etiam ex hoc mysterio suum φιλοτιμίας & allegorizandi cacoethes acriter defendit, *Λογεῖον* inquit hom. VI. in Lev. *sapientiæ studium est, quia sapientia in ratione consistit: sed quæ sit sapientia hujus & rationis virtus ostendit. Imposuit enim super eum Logium, & imposuit super Logium manifestationem & veritatem. Non enim sufficit Pontifici habere sapientiam & scire omnium rationem, nisi possit etiam populo manifestare quæ novit, &c. Hoc est ergo* superposuisse rationali manifestationem & veritatem. *Infelices illi, qui hæc legentes, omnem intelligentiam suam erga sensum vestimenti corporalis effundunt. Dicant nobis quale est vestimentum manifestationis, aut indumentum quale est veritatis? quæ mulieres ista texuerint, in quo hæc unquam sint confecta textrino?* De *Essene* insuper hæc inseruit Græculus quidam Lexico Suidæ contra Manuscriptorum fidem, loco non suo ad [illegible], quod nugacius esse arbitror, quam jam repeterem inde, vel de Quæstionibus Anastasii Niceni, aut de adsumento Epiphanii p. 250. vol. 2. Constat tamen istum [illegible Greek] ex commentariis Cyrilli Alexandrini corrupisse sententiam veterem, maxime ubi ait, [illegible Greek] Prope hinc abest opinio Saxonis doctissimi Bedæ. *Penes autem in rationali judicii doctrinam & veritatem. Ideo* doctrina & veritas *in rationali judicii sive literis impressa, seu nominis tantum sacramento erant imposita, ut Pontifex eadem veste indutus meminisset se rationibus doctrinæ & veritatis inquirendis per acceptum sacerdotium fuisse consecratum. Ut quod exterius typicum in veste præfulgebat, intus in corde veraciter expressum coruscaret.* [illegible Greek] (ut cum Cyrillo & Abenesdra dicam) solicitum habuit S. Augustinum, *In quali re vel metallo poneretur super rationale* (haud intra ipsum) *Demonstratio & Veritas, quoniam talia dicit fieri in veste sacerdotis quæ corporaliter fiunt, invenire difficile est. Fabulantur tamen quidam, lapidem fuisse, cujus color sive ad adversa sive ad prospera mutaretur, quando sacerdos intrabat in sancta: & hoc esse quod ait, Et afferat Aaron judicia filiorum Israel super pectus suum; ostendens videlicet in illa Demonstratione & Veritate, quid de illis judicaverit Dominus. Quanquam possit intelligi Demonstrationem & Veritatem literis impositam super Logium.* Talia refert Doctor Occidentis. Responsi itaque certi clarique symbolum, ut veri Dei oracula esse possunt, aut etiam argumentum *sapientiæ* ac *probitatis* Pontificis Hebræi, (prout gemmea illa ἀλήθεια, quam à collo Sacerdotis Judicisque pariter summi Ægyptiorum dependisse legimus, mentem æqui prudentem atque tenacem denotabat,) האורים והתמים. *Urim vethummim*, quod est *lumina & perfectiones*, φωτισμοὶ καὶ τελειότητες in severa Translatione Aquilæ, δῆλοι (unde forte Oraculo Apollineo nomen,) & quandoque δήλωσις καὶ ἀλήθεια LXXII. Alexandrinis, convenientius quidem periapto Sapphirino Præsidis Ægyptii, aut *doctrina & perfectio* in Vulgatioribus Bibliis Latinorum, post Josephum de *luce mera, mira, ac perfectissima*, haud diversa de re exponunt Origines, Chrysostomus, Hieronymus, Christianorum quidam alii, & ex Magistris Judæorum non pauci. Nemo enim adhuc ausus erat in plicas Sacratissimi Thoracis icunculas fatidicas aut par homuncionum Magicorum ante Abenesdram Astrologorum inducere. Hic vero pro אורים תומים substituit τελεσματικὰ χαλδαϊκὰ & μορφώματα (quomodo Aquila תרפים interpretatus erat) [illegible Hebrew], referente ad Legem Nachmanide, non Maimonide, quod viri docti scribunt. Quorsum ægrius fero ab aliquot Christianorum Doctorum tam pravam conjecturam Abrahami Judæi prolixo ac sedulo opere defendi, & unicum à rerum conditu verum vereque venerandum Oraculum in facetrimum idololatriæ argumentum converti. Prudentius sane, si hiaret unquam latus dextrum Pectoralis, Dei Summi nomen τετραγράμματον, quod Uzielides, Jarchius, Levis Gersonis, & Isaacus Aramæ, aliique fecerunt, aut hoc nobile attributum, divinum hunc titulum, [illegible Greek] τὸ φῶς καὶ τὸ τέλειον, aut *Lumen purissimum perfectissimumque*, ὅτι ὁ Θεὸς φῶς ἐστί, 1 Joh. 1. 5. vel jus etiam δικαιολογεῖν, meliori an manu quam Beseleli in tabella aurea gemmeave expressum, loculo sacro indere. Prudentius porro cum Saliano & Græcis quibusdam juxta duodecim gemmas solidi & clausi undique Logii, sic volunt *Urim* & *Thummim* literis scriptis adfigere Non poterant equidem expedire se Judæi abs criminationibus Philosophorum, si Abenesdræ opinio increbuisset usquam, non Idololatriam prorsus evitare & superstitionis Ægyptiacæ perridendam mimesin; neque se tueri ipsum Pontifex Dei contra verba digiti Divini, [illegible Greek] פסל [illegible Greek]: aut dicto Strabonis hominis incircumcisi de Lege eadem, [illegible Greek] Idola tamen sunt tui Teraphim, vir docte: Urim tui sunt simulacra, sunt sculptilia. Quis interim Hebræorum vel Sacerdotum, severus licet & cunctator, imagines fata eloquentes & [illegible Greek] victoriarum sponsores illubenter adoraret, tanquam rem sanctissimam Deoque plenam? Aut ex contrario, quis prudens sciensque Antistes talia telesmata suo de pectore confestim non rejectaret odio merito vanitatis Ægyptiæ? Refutat etiam egregie commentum illud toties à Reverendo Viro vocatus laudatusque Diodorus suæ Bibliothecæ libro XL. [illegible Greek] Fatetur etiam Strabo Moysen inter suos Religionem & cultum instituisse liberum quidem [illegible Greek], liberum itaque duobus geniis Chr. Castrensis. Falluntur autem nimium nostrates Hegus & Spencerus, quod Philonem Judæum suæ sententiæ patronum existiment, aut ejus hæc verba de idolorum quorundam theca interpretentur, τὸ δὲ λογεῖον τετράγωνον διπλοῦν [illegible Greek] δήλωσίν τε καὶ ἀλήθειαν Quod est Spencero Paraphrastæ, *Logium eo fine duplex factum, ut illius fundum vel medium* (at nihil tale, concavum nihil intellexit Judæus dixitve, sed pannum firmitatis causa duplum, quo lapides bis sex cum suis palis recte ac fortiter sustineret) *eo felicius duabus imaginibus ferendis inserviret: quæ quidem imagines Manifestatio & Veritas dictæ sunt.* Alioquin ait se nescire cur λογεῖον ἀρετὰς ἀγαλματοφορεῖν, *virtutes quasi in imaginibus ferre* dixerit. Aliter tamen Origenes, Hieronymus, Beda, S. Ecclesiæ Patres alii Græci Latinique sentiebant, qui ob animum oculosque habuerunt verba illa Philonis. Quinimo qualem rem putarit esse δήλωσιν καὶ ἀλήθειαν, ipse Philo exponit p. 824. ubi phrasis magis claret, quam aliquis judicii non intercepti aut Græce callens obscuram & difficilem sentiat. Ecce illum libro II. de Divina Monarchia, seu contra Idololatras. [illegible Greek] Dixerat idem p. 670. ex Tralatione LXXII. Alexandrinorum, *Logium quadratum duplexque fecit, instar basis, quæ virtutes geminas Manifestationem inquam & Virtutem sustineret.* Sic vertenda sunt Græca superius memorata. Quippe basium & firmitas & figura quadrata esse solet: at loculi ratio omnis excluditur. Iterum p. 672. [illegible Greek] Ne cogites, quæso, de imagunculis diploidi Rationalis inferendis, ἀγαλματοφορεῖν simplicius significat *gestare, ferre,* ac *repræsentare.* Leges enim paulo post apud hunc Philosophum, cui quidem id verbum peculiare esse videtur & proprium, p. 673. propter

ſiones legum : de quibus opportunior erit dicendi locus. Nunc autem cœptam narrationem perſequar.

ἐν ἂν ἐρῶμεν ἀναγκαιότερον. περίειμι δὲ νῦν ἐπὶ τὸν ἑξῆς λόγον.

ἰ. Κα-

Ephodam ποικίλον quatuorque quaſi elementis variam, τὸ μίμημα τῆς τοῦ κόσμου ἐνδύμα⟨τος⟩, ἐκείνας (ὁ ἀρχιερεὺς) τῷ λογείῳ τὸ [illegible] ἀγαλματοφορεῖν (quod eſt, *Univerſi ferens exemplar*) αὐτὸς πρέπον τινα [illegible] τὸν τοῦ κόσμου φύσιν μεθερμηνεύειν, καὶ βραχὺς κόσμος εἶναι. Huc ſane reſpexit Heſychius illo interpretamento, ἀγαλματοφορεῖν, ὡς ἄγαλμα (φέρειν, ſi volo) ἐν τῇ ψυχῇ. Necnon eadem Suidas & Antonius Philoſophus in Lexicis, ἀγαλματοφορούμενος, ἀγάλματα ὧδε τύπους (ideas) [illegible] φέρειν ἐν ἑαυτῷ· οὕτως Φίλων. ἄγαλμα πᾶν ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται, hæc & alia veterum Lexicorum ; [illegible], op portune addit Etymologus ; Euſtathius inſuper definite ad ἰλ. δ. ἄγαλμα λέγεται πανταχοῦ τῷ ποιητῇ πᾶν ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται· οὐχ ὡς ἡ συνήθεια, τὸ ξόανον. Etymologus etiam ἄγαλμα, ἀγαλλίαμα, καλλώπισμα, ex ſcholiis majorum ἰλ. δ. ad optimum vatem. Ita me legiſſe memini in Apocryphis Bibliorum ἄγαλμα τῆς [illegible] in melioribus codd. pro ἀγαλλίαμα. Pariter ex ipſo Philone Heſychius ἀγαλματοφορεῖ, καλλωπίζεται. Fuſius adhuc Suidæ Lexicon, ἀγάλματα τὰ τῶν θεῶν μιμήματα, καὶ πάντα τὰ [illegible] βασιλεῦσι καὶ ἄγαλμα. καὶ [illegible], τὸ ἄρμα ἄγαλμα καλεῖ· [illegible] Cippum : ἄγαλμα, εἴδωλον, βρέτας, χάρμα, καλλονή, καύχημα, [illegible]. Quapropter ſidera cœli decora, quæ Templi Dei ἀναθήματα vocat Philo, aliquis gentium [illegible] ἀγάλματα prius nuncuparat. Quid plura ? κεῖται δ' ἀγάλματ' ἄνακτι, ait Mæonides in Ulyſſe ſuo γ. 274. [illegible] eadem interpretatur Didymus vetus, alii ἀναθήματα, ſicut ὀδ. μ. 347. Iterum ὀδ. τ. 257. κεῖσθ' ἄγαλμ' εἶναι, *quo ornaretur*. Nec omittas incomparabilis Poetæ verſum de indumento non diſſimili *Rationalis* Hebraici, ὀδ. σ. 299. [illegible] ἄγαλμα, *Monile ferens adportabat, perpulchrum ſane ornamentum.* Modeſte quidem Magnus Grotius ad Oraculum Pontificale retulerat *Veritatem Sapphirinam*, quæ ob pectus Judicis Ægyptii rite dependebat, tanquam imitamen impotens ac puerile : at majori mox fiducia, majori adhuc errore Spencerus ac Marſhamus noſtri à gemma illa Ægyptia Divini Urim originem audent deducere. Sive tamen huc traducas, ſive illuc, aliena erit Tralatio ac violenta. Aptabatur enim ad tribunal cervici ἀρχιδικαστοῦ torques pretioſo *Veritatis* ſimulachro gravis, ut inſigne neceſſarium ſui officii, juriſque tum dicendi nota. Submonet adeo Hiſtoricus Siculus, τὸν δ' ἀρχιδικαστὴν [illegible], [illegible] τὴν τῆς ἀληθείας εἰκόνα ὁ ἀρχιδικαστὴς προσθεῖτο. Præterquam enim quod κλοιὸς χρυσοῦς רבד הזהב ab omni ævo dabatur rerum Ægyptiarum adminiſtratoribus, ut ex Joſephi honore patet atque è monumentis Hieroglyptarum, non ſymbolum ullum aptius, non circumponi potuit collo Præſulis dignius [illegible] Integritatis illius ac Sapientiæ, quas ſupra cæteros mortales excolere oportet Fori dominos ſemperque profiteri. Id factum revera retulit Ælianus l. 14. c. 34. *Variorum* ; id ſignificatum voluere Hierophantæ. Has etenim ambas virtutes, Fidem dico ac Sapientiam, tum apud Hypophetas Ægyptios tum Bibliorum S. Scriptores aliam vox אמת & *methmei* i. e. ἀλήθεια interpretando denotabat, ſicut in peroratione Joſuæ morientis, c. 24. 14. λατρεύσατε κυρίῳ ἐν εὐθύτητι καὶ δικαιοσύνῃ, [illegible] בתמים ובאמת. Eaſdem quidem virtutes jam à Deo per miraculum Pontifici ſuo affuſas, dum nomine ejus Reſponſa redderet, notione eminenti ſignificabant אורים ותומים. Bulla itaque Ægyptia, quod vides, ad Aaronem noſtrum neutiquam pertinet, [illegible]. Ex Octateucho equidem Juris patrii, non aliunde pronuntiabat ἀρχιδικαστὴς Ægyptius, melioris partis libello ad iconculam *Veritatis* rite admoto. Præterea Maimonidem in Joſephi ſententiam conceſſiſſe ex Opere Maximo ipſius abunde patet, necnon Joſephus Carus Aſariaſque Idumæus de eo fatentur. Quandoquidem illa Moyſis c. 10. §. 10. de *ſacra Suppellectile* אע״פ שהיו בבית שני אורים ותומים כדי להשלים שמונה בגדים אעפ״כ לא היו נשאלין בהן מפני שלא היתה שם רוח הקדש, *Apparata quidem fuere ſub Æde ſecunda Urim Thummim, haud tamen conſulta defectu Sancti Spiritus*, animadvertat auctor *Ceſeph Miſne* ex c. 1. *Giddoſim* f. 31. fuiſſe deſumpta בימי בית שני בקשו חכמים אבנים לאפוד וגו׳, *Stante adhuc Templo ſecundo Aſſalonium petebant Sapientes quæſitum lapides pro Ephoda:* idem plane denotat *Urim* apud Maimonidem, quod in Talmudo *Abanim*. Dein ut pretium hinc æſtimes S. Oraculi, muteſcentis licet jam ævo extremo Templi & ſubobſcuri, *Denæ gemmarie*, ſic referunt Doctores Babylonii, *pro parte quadam decoris duodenariæ numerabat Rab Cahana* דינרי זהב *Darikos* 6000. ſive ſexagies mille libras Sterlingicas. Quapropter c. 9. *Cele mikdaſ*, ubi accurate egerat Maimonides de Eſſene aliiſque veſtibus Sacerdotum faciendis, ne verbulum injecit de Urim Thummimve : verum enimvero capite ſequente Reſponſum Divinum אורים dictum & תומים ; literis gemmarum eminentibus jam olim editum aſſerit. Quinetiam deplorandæ ſtultitiæ eſt Gorionidæ iſti fidem ullam habere, qui vel Annio pravior, partim ex Talmude, ex Fl. Joſepho partim, ſed & ab Hiſtoriæ Romanæ ſcriptoribus peſſimis opus illepidum compegit. Pro voce non humana, quam auditam contendit vir doctus Urim conſulenti, verba Joſephi (cujus liquet ſatis ſententia) [illegible], de Saulo ſciſcitatore nequam & fruſtraneo, nequicquam detorquet : quoties enim reſponſum erat, Dei organon adſtitit Pontifex, Dei ſententiam elocutus eſt. Quomodo de Eleazaro narrant Doctores Babylonii in *Baba batra* c. 8. cum olim diſtribueretur Palæſtina inter victores Iſraelitas : *Dixit hic Præſul Spiritu Sancto dirigente, adſtante tum apud illum Joſua Imperatore, adſcendit Zabulon, ſimulque Acco ſors ſua* : pariterque de cæteris tribuum ipſe prænuntiavit, והיה כהן מכוון ברוח הקדש ואומר זבולן עולה והתחום עכו עולה עמו וגו׳. Scholæ quidem Jeroſolymitanæ hac de re olim diſputabant Gemara Jeroſol. *Joma* c. 7. ſed Moyſes duo, Maimonides & Coſenſis, aliique Judaici juris conſulti ſententiam alteram de *literis eminentibus* potiorem faciunt ſuamque. אורים ותומים הכתב בולט מן החשן [illegible] וחד אמר הכתב יוצא ויוצא הקול. Occurram nunc cæteris Doctorum objectiunculis. Fruſtra illi urgent cum Nachmanide [illegible] Exodi c. 28. 30. ונתת את האורים ואת התמים : dum talia ſæpius legantur in Sacris, ut ſtatim in Geneſi וירק את חניכיו, [illegible], quorum equidem mentio nulla præverterat. Inſiſtunt adhuc impotenter locutioni Hebraicæ ונתת אל חשן המשפט את האורים וגו׳, *Pones autem inde in Rationali Judicii Doctrinam &c.* Jonathan recentior, Salomo, Gerſonides ex Judæis, Chriſtianorum etiam multi, quo Eſſenis plagulas rurſum aperirent aut tabulas reconditum aut idola. Verum אל in hoc verſu non ſolum ante על (quod Maſorethæ adnotarunt ג׳ אל על קל) ſed etiam pro illo ſcribi codex Hebræus Samaritanorum, ad Exodi c. 40. 20. Græcuſque Judæorum Alexandrinorum facile perſuadent. Hic enim legit Ex. c. 28. 30. καὶ ἐπιθήσεις ἐπὶ τὸ λογεῖον τῆς κρίσεως τὴν δήλωσιν καὶ τὴν ἀλήθειαν : *Superimpones Rationali Judicii*, ut Eccleſiæ veteris Doctores ſunt interpretati. Ille autem adhuc uberius, ויעשה את האורים ואת התמים ונתת על חשן המשפט : non ut Judaicus ונתת אל) ואת האורים ואת התמים : *Dein fabricatis Urim* (ſeu *Orim* vel *Arim*, nam *Vau* non legitur in ea voce apud Samaritas) *& Thummim* (vel *Thammim*) *impones ea ſuper Pectorale Judicii*. Pariter natio illa in utraque ſuarum verſionum Syriaca & Arabica. ותעבד ית נהוריה וית שלמיה ותתן אל חשן דינה ית נהוריה וית שלמיה وتصنع الانوار والكمل وتجعل علي صدر الحكم الانوار والكمل. Atque, ut ſcias ex diligentia hæc acceſſiſſe textui Hebraico, eadem repetito legunt Cuthæorum nepotes ad Ex. c. 39. 21. inter ſacra opera. Unde poſt verba illhæc, [illegible] (זר vel זרו) τὸ λογεῖον [illegible], καθὰ συνέταξε κύριος τῷ Μωυσῇ, hoc amplius additur ויעשו את האורים ואת התמים כאשר צוה יהוה את משה. Interpres adeo Syriacus iſtius factionis ועבדו ית נהוריה וית שלמיה וגו׳, necnon Arabicus وصنعوا الانوار والكمل &c. *Fecere inſuper Urim Thummimque, quomodo Deus Moyſen juſſerat.* Ruſumque Lev. c. 8. 7. 8. quando primum Pontificem inveſtivit frater ויתן עליו את האפוד וישם עליו את החשן ויתן אל החשן את האורים ואת התמים (Maſorethæ iterum על) ויתן על החשן את האורים ואת התמים. Quod Tralatio Græca rite expreſſit, καὶ ἐπέθηκεν ἐπ' αὐτὸν τὴν ἐπωμίδα· ——— καὶ ἐπέθηκεν ἐπ' αὐτὸ (vel ἐπ' αὐτὸν) τὸ λογεῖον, καὶ ἐπέθηκεν ἐπὶ τὸ λογεῖον τὴν δήλωσιν καὶ τὴν ἀλήθειαν. Paraphraſes pariter Samaritarum Arabicæ & Syriacæ. ויתן על חשנה ית נהוריה וית שלמיה. وجعل علي الصدر الانوار والكمل. Sed & Chriſtiani apud Syros ויהב על פרישא, *Poſuitque ſuper Thoracem, &c.* Oncceloſi tamen vetuſtiſſima verſio pro אל החשן legit ubique בחושנא, ἐν λογείῳ ; indeque Cl. Saadias في البدنة. Hieronymi etiam illa pervulgata, *Quod humerale apparet Rationali, in quo erat Doctrina & Veritas*. ambigue. Quoniam vero Exodi c. 39 Eſſenis modus & fabrica accurate deſcribitur, lapidumque adhuc ordines, nomina, & occellatura explicantur omnino abſque Urim & Thummim : & viciſſim Lev c. 8. in Aaronis καταστολῇ memorantur Urim & Thummim, tanquam Rationalis dignum ἐπίθεμα (dicitur enim ויתן על אל החשן את האורים) tacita interim gemmarum tetraſtichia : idem ſane v. 30 c. 28. Exodi Epanalepſi quadam ſubſtitui exiſtimabis, atque aliis verbis intelligi, quod præcedente verſu dictum fuit ; quinetiam poſt ambos illos venire epiphonematis loco diligentem Pectoris deſcriptionem. Perpende rite illa commata, ita cum priſcis Judæorum Chriſtianorumque deprehendes opus Urim & Thummim à Gemmario minime diſtingui. Pariter enim Aaroni imperatum, v. 29. pretioſe inſculpta *nomina filiorum Iſrael in Rationali Judicii* (בחשן המשפט i. e. ἐν λογείῳ κρίσεως) *portare ſuper pectus ſuum, quando ingrederetur Sanctuarium, memoriale coram Domino in æternum.* Atque itidem v. ſ. 30. *Pones autem in Rationali Judicii Doctrinam & Veritatem, quæ erunt in pectore Aaron, quando ingredietur coram Domino, & geſtabit judicium filiorum Iſrael in pectore ſuo in conſpectu Domini ſemper.* Bis dictum, perpetuo hos lapides, hæc feret ille ſplendida ſymbola, ut Sacerdotem magnorumque eventuum Divinum dictatorem decet. Hujuſmodi vero repetitiones in libris Sacris occurrere ſæpe & Criticorum ſobrii & inſani jam adnotarunt. Allegorias autem & Rhetorum ſchemata jam inter opera & colores Beſelelis plumarii inducere, alienum prorſus exiſtimo & violentum : quamvis viri plurimi Eccleſiaſtici *Doctrinam & Veritatem*, quas Rationali Judicii adponi ὁ κύριος juſſerat v. 30. ſolum de ſapientia & integritate ipſius Pontificis, minime de re ſenſili oculorumque deliciis accipi voluerunt. Sed è contra paucis fortaſſe placebit interpretatio facilior & ſimplicior, *Superaddes Pectorali Oraculo lucem & perfectionem*, i. e. Gemmarum ordines puros, claros, ſummaque arte expolitos dabis. Veruntamen nobiliſſimum hoc Oraculum, quod reverenter & de ſtu-

duus

ί. Καθιερωμένης γὰρ ἤδη τῆς σκηνῆς, καὶ διακεκοσμη-

10. Tabernaculo jam dedicato, & omnibus quæ

Munera ad Deo oblata.

dois duntaxat Reipublicæ negotiis jurisve sacri controversiis consulere solebant Principes ac Seniores Hebræorum, Num. c. 27. 21. & in Misna *Joma* c. 7. §. 5. quomodo vel de plano Delphico refert Plutarchus; *οὐδὲ γὰρ ὁ θεὸς* [illegible] *χρησμῳδεῖ* [illegible] (ita Tribus Israelitides) *καὶ βασιλεῦσι καὶ τυράννοις*, (Saules, Davides, Ozias) *μέγιστα* [illegible] *συντυγχάνων τῷ θεῷ* [illegible] non alia voce editum erat quam Summi Sacerdotis ejusve Vicarii, multo minus Idolorum præcordialium sibilis, ut noster contendit, neque etiam sono solo ac impersonali, ut alii quidam. Illud enim בת קול sive *vocem essam* appellitant Judæi, atque loco Urim demum substitutum Philosophos suos Simonem, Hillelem, Jonathanem, Johannem Zacchæi, aliosque percussisse perhibent. *οὐ γάρ ἐστι θεοῦ ἡ γῆρυς*, ut de Pythio ad verum [illegible] rursus Chæronensis Sophistæ verba transferam, *οὐδὲ ὁ φθόγγος*, *ἀλλὰ ἡ ἀρχὴ μόνον*. [illegible] *ταῖς φαντασίαις παρίστησι, καὶ φῶς ἐν τῇ ψυχῇ ποιεῖ πρὸς τὸ μέλλον*. Quod & Heracliti Apophthegma jactat, *ὁ ἄναξ οὗ τὸ μαντεῖόν ἐστι τὸ ἐν Δελφοῖς, οὔτε λέγει, οὔτε κρύπτει, ἀλλὰ σημαίνει*. Aut Adamantium nostrum potius audiamus adversus Celsum p. 334. *οἱ ἐν τοῖς ἰουδαίοις σοφοί*) (maxime Pontifices & Triumphorum arbitri; quamvis hosce sub imo gradu Vatum detrudant Rabbini, Prophetarum, Excommunicationum, terminorum aliorum vanissimi distributores) [illegible] *ψυχὴν αὐτῶν*, [illegible] *ἀπείρως* [illegible] *τὸ ἅγιον πνεῦμα*, [illegible] *τὴν ψυχὴν λαμπρότεροι* [illegible]. Quocirca admirandam illam animi facultatem statim Sacerdoti à Deo inditam fuisse, pectoralium lapidum insolitus fulgor & ipsi & Regi sciscitanti populoque simul spectanti ostendebat & confirmabat. Sic olim serenissimus Legislator à monte Dei vultu radiante descendens, non ingenii humani commenta, sed jus Divinum Hebræis se tulisse demonstrabat. Hinc illa Pontificis veneratio, is honor, quem etiam Scriptores Gentium celare noluere. *τὸν ἀρχιερέα νομίζουσιν οἱ ἰουδαῖοι*, inquit Diodorus lib. 21. *αὐτοῖς ἄγγελον γίνεσθαι τῶν τοῦ θεοῦ προσταγμάτων* (quomodo dixerat de eo vates patrius Malachias c. 2. 7. כי מלאך יהוה צבאות הוא) *καὶ τοῦτον κατὰ τὰς ἐκκλησίας* [illegible] *αὐτῶν*, &c. Quinetiam ab hoc Oraculo, quod Ephodæ nexu firmissimo adjunctum erat, hoc crede præcepto, *Ut feras Aaron Oraculum seu Responsi Decretorii symbolum* חשן המשפט *pro filiis Israel coram Domino jugiter* לפני יהוה תמיד, obtinuit phrasis illa apud Judæos, רוח אלהים לבשה את [illegible], *τὸ πνεῦμα θεοῦ ἐνέδυσε Ζαχαρίαν τὸν ἀρχιερέα*. Insulsum valde commentum est quod legitur c. 5. Josephi falsi & Rabbinici ex editionibus Veneta ac Pragensi, (nam editio Munsteriana, & MS Arabicum Gorionidæ penes Cl. Huntingtonum nugis hisce carent) *sessum fuisse Magno Macedoni Hananeam Pontificem* (sic eum vocat ille Nebulo, sicut Talmudistæ Simeonem pro vero nomine Jaddua) *ab exilio Babylonis usque absconditam fuisse illam Judæis Urim & Thummim*, [illegible] גלות [illegible] (נגנזו) מאז האורים והתומים, *rogatorum tamen O. M. de eventu belli Persici precibus suis: quo facto misit per Angelum*, inquit, *in Spiritu Sancto*, שלח במלאך ברוח קדש. Quasi alterum horum non esset superfluum, *ἐν πνεύματι ἁγίῳ*, aut *δι᾽ ἀγγέλων*: vel suæ factionis Patriarchæ (ad *Sota* c. 9.) non affirmassent Spiritum S. æque ac Urim ignotum fuisse Templo secundo.

Verum de tempore, quando hoc Oraculum deseruisse tandem ingratos Judæos planeque evanuisse affirmat Josephus, multa eum fidentia atque critta reprehendunt sugillantque recentis ævi Theologi, Schotanus, Braunius, aliique dictis Pharisæorum freti. Fertur enim inter *δευτερώσεις* Codicis *Sota* c. 9. §. 12. משמתו נביאים הראשונים בטלו אורים ותומים, *Cum vatibus prioribus*, Samuelem volunt Davidemque ita intelligi Huna nomodidascalus & Spencerus noster, cæteri melius quotquot Prophetarum Ædem priorem viderant, *interiisse una Divinam hanc δήλωσιν Urim Thummimque*. Quippe per ora Doctorum jactabatur & hæc sententia, Nachmane Gemarico attestante, משחרב מקדש ראשון בטלו [illegible] והפסק אורים ותומים [illegible] מלך מבית דוד, *Ab excidio Templi Salomonis sublatum esse Levitis jus suburbiarium, necnon siluisse inde Oraculum Pontificale, ac vacasse Thronum Davidis*. Docet etiam Misna *Joma* c. 5. משניטל הארון אבן היתה שם מימות נביאים ראשונים, *Ex quo ablata est Arca*, quam cum Tabernaculo alium occuluisse Jeremiam clam cæteris mortalibus, præter Judam Lacisionem, Josephum ben Gorion, aliosque Rabbinos, ex priscis *ἀπογραφαῖς* enarrat Jason Cyrenæus l. 2. Macc. c. 2. *nimirum à prioribus prophetia seculis*, cum jam perlata esset Arca inter Israelitas per annos mille, aut nongentos parco computo apud auctorem Cosri, *τὸ ἀγαπητὸν lapidem solum habet*. Fabulam autem hujusce similem legas apud Gregorium Syrum de Phineesso defossore Supellectilis Divinæ. Insuper de quinque desideratis Ædis posterioris, modo rem veram dixerint, inter se satis consonant Scholæ Judæorum, Babylonicæ ac Palæstinæ. Nam R. Achas, Samuel bar Janna, aliique doctores Urbis ad *Taanit* c. 2. f. 65. a. secta ingeniosa & imaginatrix ex Haggæi verbulo ואכבד, pro quo legi jusserant Scribæ veteres *Eccabedah* ואכבדה, eliciunt propter omissam ה Domum Zorobabelicam quinque his decoribus caruisse, *Igne Sacro*, *Arca fœderis* (*cum Propitiatorio & Cherubinis*, inquiunt Babylonii) *Urim Thummimque*, *tum Oleo Conjurationis* (aut *Shecina* ex traditione Babylonica, *Spiritu* denique *Sancto*. ה׳ דברים היה הקדש [illegible] בין הראשון לשני ואלו הן אש וארון אורים ותומים [illegible] הקדש ורוח והשכינה. Sed apud Rabbinos Transeuphratenses hoc modo, [illegible] ואמר רבתיב ואכבדה בו [illegible] מבכבד וקרין ואכבדה מה שנא דחסר הא אלו חמשה דברים שהיו בין מקדש ראשון למקדש שני ואלו הן ארון וכפרת וכרובים אש ושכינה ורוח הקדש אורים ותומים. Attamen gratis hæc dicuntur & fide Talmudica. Quocirca ignem *οὐρανοπετῆ* non defuisse prorsus novo holocautomatum Altari, quin pridem defossum Jeremia auctore, docent adeo Commentaria ipsius *Νεεμίου*, quæ vel Hebraice aliquando legerat Ecclesia Nazarena, & ab his S. Hieron. ad Matth. c. 27. Hunc denique ex liquido, mirum factu, excitasse Nehemiam focoque sacro reddidisse, satis probant literæ Senatus Solymitani ad Aristobulum virum philosophum & *χριστῶν ἱερέων* stirpe nobili oriundum reliquosque per Ægyptum Judæos missæ *Maccab.* l. 2. quarum auctoritas opus omne Talmudicum annis multis superat. Quin vero Rabbanistæ magis forte credant Gorionidæ, qui eadem refert lib. 1. c. 17. sui [illegible]. Porro autem *ignem sacrum* non sine prodigio suscitatum denuo legimus, cum fanum Dei repurgaret Clarissimus Judas l. 2. Macc. c. 10. *καὶ τὸν ναὸν καθαρίσαντες ἑτέραν θυσιαστήριον ἐποίησαν· καὶ πυρώσαντες λίθους, καὶ πῦρ ἐκ τούτων λαβόντες, ἀνήνεγκαν θυσίας μετὰ διετῆ χρόνον*. Ista enim sic explicat gratus dignusque Rabbinulis historicus Gorionides, *Edito tum altari novo invocatoque Numine Igni Sacro, statim ille erumpens de saxo altaris ligna holocaustasque jam impositas voravit. Insuper hunc ignem servavit Altare ad tertiam usque cladem, sive luce continua ad Templi secundi excidium* ויבנו מזבח חדש ויתנו בשר הזבח עליו ויערכו עצים ואש הקדש לא מצאו ויקראו אל יי ותצא אש מן האבן אשר על המזבח ויתנו עצים עליה ותהי האש ההיא עד הגולה השלישית. Idemque Arabice in Bibliis Londinensibus, licet editores hoc nescirent, وبنوا مذبحا جديدا وامر تقرب القرابين عليه وصلوا الي الله عز وجل في اظهار نار مقدسة تبقي علي المذبح فخرجت نار من بعض حجارة المذبح فاحرقت الحطب والقربان ومنها بقيت النار في المذبح الي الجلية الثالثة. Et adhuc disertius falsi Iosephi exemplar Huntingtonianum, وبنوا مذبح جديد وجعلوا عليه الحطب والقرابين. ثم صلوا ودعوا الي الله عز وجل وسالوه ان يظهر لهم نار علي المذبح واستجاب الله دعاهم وظهرت نار من حجارة المذبح بقدرة الله فاحرقت الحطب والقرابين. ثم بقيت بعد ذلك ولم تنطفي من ذلك الوقت الي ان خرب القدس في المرة الثانية. Hæc igitur contra fabulas Talmudicas valde oppones pro Igni Cœlesti apud Ædem secundam. Deinde שכינה *Præsentiam summi Numinis in Æde sua & δευτεροκανονικῶν Canonicum*, & maxime sub Onia III. P. M. *καὶ τὴν* [illegible] *ἐπιφάνειαν* [illegible] *μεγάλην* adversus vim sacrilegam Heliodori declarat secundus Maccab. c. 3. ubi prodigiorum satis, agnovitque sero ipse Heliodorus *περὶ τὸν τόπον* (*τὸ ὑπὸ δυνάμεως*) *ἀληθῶς εἶναι τινα θεοῦ δύναμιν*. Quinimo *Spiritum Sanctum* רוח הקדש minime alienum fuisse ignotumque Domus secundæ cultoribus, sed occupasse magis Sacerdotum piorumque hominum multa pectora, licet non *κατ᾽ ἀγαθοῦ διαδοχήν*, velut sub regibus Judaicis contigerat, passim testatur in scriptis suis Josephus; dum Jadduas & Johannes Hyrcanus magni Pontifices animisque magnis, Judas Essenorum decus, aliique Divinandi charismate decorati memorantur. Omitto nunc indubia nomina vatum Haggæi & Zachariæ: quos diu vixisse sub altero Templo, atque ad Simeonis Justi pontificatum, quando primum malum Talmudistæ *Bathcol* fuisse auditum vice רוח הקדש, nimirum ad exortum Sadducismi annumque 21. Templi restaurati Prophetiæ nobile donum prorogasse, innuunt ad *Joma* c. 4. veteres Scholastici, & sæpius in Cosri adfirmat Judas Levita Religionis Judaicæ sapientissimus defensor. Prava tamen industria commenti fuerant Doctores Talmudici, simul cum Malachiæ anima evolasse hinc Spiritus S. gratiam, nihil reliinqui Divinum in terris aut expectari præter Susurrum quendam, quo forte fidem derogarent non solum votis ac spei flagranti Hillelistarum Sammeanorumque de Messia vero temporibus Herodianis comparituro: sed atrocius, tot vaticiniis Zachariæ, Symeonis, Annæ, Elizabethæ, & Mariæ de salute mortalibus tum nascente, tot Oraculis ipsius Jesu, tot prædictis Apostolorum ejus, mirifique linguarum ac prophetiarum donis famosissima Pentecoste in primam Christianorum Ecclesiam effusis. Veruntamen illo omnino eventu probatum est, quod diu jam dixerat inter Ædis secundæ architectos Haggæus, *μεγάλη ἔσται ἡ δόξα τοῦ οἴκου τούτου ἡ ἐσχάτη ὑπὲρ τὴν πρώτην*. Ne & hoc taceam, egregiam crevisse gloriam Domus secundæ ex tot donariis Regum Ægypti, Syriæ reliquæque Asiæ, ex tantis sumtibus Symeonis pontificis, de quibus fuse Maccabaica. Adversatur etiam sententia Rabbinica verbo veteri Hoseæ c. 3. 4. ubi optimus promissor post annos multos *ἀνάρχους* & *ἀθύτους*, sic erant illi Babylonicæ calamitatis, ad jus cultumque intermissum reversuros ait Judæos. Quandoquidem vero Sacra & Canonica Judæorum Scriptura pertinuit ad imperium Artaxerxis *μακρόχειρος*, sicut opere alio affirmat Josephus, & gesta Mardochæi exposcunt,

ad facerdotes fpectant rite peractis, tunc populus Deum fecum in eodem tentorio habitare ratus eft, & ad ipfum facrificiis honorandum & laudibus perfequendum femet convertit, quafi jam ab omni mali exfpectatione liberatus effet, & meliora in pofterum fibimet polliceretur: Deoque munera tam privatim quam publice per fingulas tribus offerebat. Principes enim tribuum bini convenientes vehiculum & duos boves afferebant. Illa itaque fex erant, & tabernaculum in itineribus deportabant. Ad hæc unufquifque *eorum* phialam adducit, & lancem, & acerram; (hanc quidem decem Daricos valentem & fuffimentis refertam; lanx autem & phiala, erant enim argenteæ, fimul quidem ficlos ducentos pendebant, in phialam vero duntaxat feptuaginta expenfi funt; plenæ autem erant fimulâ oleo fubacta, quafi ad altare in facrificiis u-

μένων τῶν περὶ τὰς ἱερέας, τότε πλῆθος ὁμόσκηνον [m] αὐτῷ τὸν Θεὸν ἔχειν εἶναι, καὶ τρέπεται πρὸς θυσίας τε καὶ [n] αἰνέσεις, ὡς ἄπασαν ἤδη κακῶν προσδοκίαν ἀπωσάμενον, καὶ περὶ τῶν μελλόντων ὡς ἀμεινόνων [o] ἐπιθυμοῦντες· δωρεάς τε τῷ Θεῷ, τὰς μὲν κοινῇ, τὰς δὲ καὶ κατ' ἰδίαν, [p] ἀντετίθεσαν κατὰ φυλάς. οἵ τε γὰρ φύλαρχοι κατὰ δύο συνελθόντες, ἅμαξαν καὶ δύο βόας προσεκόμιζον. [q] ἓξ μὲν οὖν ἦσαν αὗται, [r] καὶ τὴν σκηνὴν ἐν ταῖς ὁδοιπορίαις παρεκόμιζον. πρὸς τούτοις ἕκαστος φιάλην τε ἐκόμιζε καὶ τρυβλίον καὶ θυΐσκην· τὴν μὲν, [s] δαρεικοὺς δέκα δυναμένην, καὶ πλήρη [t] θυμιαμάτων, τὸ δὲ [v] τρυβλίον καὶ ἡ φιάλη, [x] ἀργύρεα δὲ ἦν, σίκλους μὲν [y] δὴ αἱ δύο [z] διακοσίους εἷλκον, εἰς δὲ τὴν φιάλην ἑβδομήκοντα μόνοι δεδαπάνηντο, πλήρεις δὲ ἦσαν ἀλεύρου [a] ἐλαίῳ πεφυραμένου, οἷς ἐπὶ τοῦ βωμοῦ χρῶνται πρὸς

fcunt, plus 11. annis poft Templum confummatum, deferuit tardius illud Sanctuarium atque etiam charum pectus Pontificis vis Spiritus Divini, quæ eft *μαντεία*, quam afflicta Rabbinorum natio conqueritur. Serione autem illi dicant *Unctionis Oleum* in Templo pofteriori defiderari, qui *Sabbat* f. 21. b. ex una lenticula כפר שמן P. M. figillo notata per octiduum Templi ejufdem à Maccabæo repurgati lampades omnes miraculo facto illuftrari contendunt, indeque *Feftum Luminum* nomine fuo ac tempore merito celebrari? Obftat autem quam maxime figmento Rabbinico de evanidis gemmis Pontificum quotquot fub Æde nova Deo Creatori miniftrarent, interdictum Hafirfatæ, qui cum vatibus pofterioribus [illegible], ut loquitur Talmudum in *Sota* c. 9. §. 12. *Synhedrin* c. 1. §. 13. & *Megilla* f. 16. una floruit, libri fui c. 7. 9. ita definitum ævo ac præcifum, *Donec fteterit Sacerdos Urim Thummimque inftructus, tantæ controverfiæ dirimendæ par.* Hoc fruftra eludere tentat Nachman Gemaricus ex locutionibus diffimilibus & remotis valde, עד שיחיו מתים ויבא משיח בן דוד, *Dum mortui furrexerint, aut hoc venerit Meffias Davide oriundus.* Ruit igitur *quinque defectuum* fabula, quam nec Afarias Idumæus concoquere unquam potuit. Altera vero fententia, qua fe obftrinxit Spencerus, inauditum adeo fuiffe etiam fub Templo priore Urim, tam facris fcriptoribus quam Rabbinicis, præfertim Rabbæ Samuelidæ Talmudiftæ ex 2 Paral. 26. 5. difputanti, omnique plane vetuftati adverfatur. Unde fola manet Jofepho facerdoti meritaque fides. Vir enim ifte prænobilis, ut erat Sacrorum Rituum fuæque pariter originis ftudiofiffimus indagator, Oraculi hujus exitum ignorare haud potuit.

1. *Præsint septem viri,*] *Magistratus Judaici basis Deut. c. 16. 18.* שפטים ושטרים תתן לך בכל שעריך, κριτὰς καὶ γραμματεῖς καταστήσεις σεαυτῷ ἐν ταῖς πόλεσί σου, ἤτοι ἐν πάσαις ταῖς πύλαις σου. *Is itaque septemviralis* סנהדרין של שבעה (*namque Dii istis* numero impare gaudent, *hoc est*, אין בית דין שקול, *quod toties inculcant Judæorum Scholastici*) *sederat per urbes, ut semel iterumque docet Josephus. Verum ille in numero Judicium Civilium, sub titulo* שפטים *Hebræorum Legum latori*, Suffetis *Pœnis*, *dayanim* דיינין *tot Professoribus in* Talmudo *Juris Mosaici, tot interpretibus ad* Micra, *falli haud potuit; allectis equidem Scribis binis de tribu Levitide. Hoc etiam conventui antiqua διάταξις c. 4. §. 3.* πρὸς *eam* ... In hemicyclio sedebant Patres, coramque eis stabant Scribæ duo, lævus dexterque, collectum suffragia, סנהדרין היה כחצי גורן עגולה כדי שיהו רואין זה את זה ושני סופרי הדיינין עומדים לפניהם וגו׳ *Hos collegas Autamides forte nuncupat* ... שוטרים, *atque hoc in capite Flavius* ὑπηρέτας, *quod est* Ministri Curiæ, Servientes ad Legem, *aut vocabulo Fori Romani* Officiales. *Oncelosius, Uzielides, Aquila & Theodotio* שוטרים *interpretantur* Exactores, Quæstores, ..., פרוגים, ... סרכין, *sive* ... *Jarchius, Maimonides, Judai Hispanienses, & nonnulli Talmudistarum adhuc vilius intelligunt* Accensos, Lictores, Apparitores, בעלי אגרופים נוגשים ἔτι ... *Attamen ex usu honesto & necessario Soterim Judai Alexandrini passim vocant* γραμματεῖς, *& in Deuteronomio* (*mirum!*) γραμματοεισαγωγεῖς, *quos* Notarios Clericosque *Fora nostra amant, pauloque laxius* Procuratores ac Caussidicos: *Pariter eosdem appellitant* ספרים *&* ספריא, Scribas *plane*, *Symmachus ad Proverb. c. 6. Paraphrasta Samaritarum, Syrorumque. Valet enim vox Hebraicum, quantum inter Arabas* مسيطر *&* سوطر *&* Scriba, *à scribendo* سطر Satara. *Honestius adhuc eundem titulum evolvunt interpretando S. Hieronymus* Magistri, *Abenesdras* מושלים Præsides, *&* Præfecti, *planeque* السلطون: *Tavosus ita* ..., *Judaique ora Africana* ... *Clarissimus Saadias & Interpres Samaritanus* عرفا ὕπαρχοι *& Adsessores. Ex his septem nisi forte tres Collegæ adessent, damni, doli, levissimisve in actionibus nihil quicquam decernebatur. Multa præterea causa Judices numero quinque: tum intercalatio anni, & alia quædam plusquam privati commodi, septem Sapientum justam Curiam definito postulabant. Hoc fatetur celeberrimus Deuterota idemque Præses quondam Synedrii summi Simeon Gamalielis initio Cod.* סנהדרין: *hoc in morem cessit, Maimonide aliisque contestantibus. Idem quoque confirmatur ipsius Simeonis exemplo, qui octavum Sapientum Samuelem Exiguum*, שמואל הקטן, *taxavit temeritatis, quod ultro sese adjunxerat septem Arbitris anni intercalandi, atque ad instar Eldadi extra justum numerum conciliabulo accesserat, T. Jeros.* Synhedrin *f. 18. c. Insuper in causis capitis adsciscebant sibi septemviri bis septem Adsessores, ut vita Israelita postulabat* בריני נפשות Synh. c. 1. 4. *& c. 4. 33. & Talm. Jeros. f. 19. d. ex Sacerdotibus & Levitis, horumve adfinibus. Unde cum Scribis duobus, qui ex subselliis* XLVI. Candidatorum *sive* Advocatorum *sumebantur* כן שורות של תלמידי חכמים, *emicuit* Curiæ minoris *modus capitibus* XXIII. סנהדרין של כג או סנהדרין קטנה. *Hoc sane pacto Pharisæos nepotesque demum illorum conciliari cum Josepho sacerdote de modulo* Curiæ minoris, סנהדרין קטנה. *Id nuper tentavit Grotius, vir alioqui consultissimus juris humani Divinique, nec rem potuit efficere. Seldenus noster, non affectavit quidem, falsi Flavium criminari contentus; ubi stultissimum esset eum Archæologum numerum verum notumque haud posuisse. Atque tandem enarrat Flavius Deut. c. 17. 8. de Appellationibus ad* Senatum magnum *Urbis sacra actu ultimo deferendis, deque causarum arduis. Constabat autem venerandum illud Concilium*, סנהדרין הגדולה או בית דין הגדול או בית דין שבלשכת הגזית או בית דין הגדול במקדש, *T. Jeros.* Synhedrin *f. 19. c. & Misna cognominis c. 10. 2. & f. 30. a. ex Pontifice summo familia Aaronica, & ex Propheta vice Mosis, qui* Hannasi, *i. e. Præses sæpius certiusque vocatur in libris Pharisaicis, Misna, Gemarisque ambabus, &c. rarius* ראש בית דין *vel* ראש הישיבה *T. Jeros.* Synhedrin *f. 18. c. apudque Divinum Moysen ὁ κριτὴς*, השופט *i. e.* Suses, Ephorus: *atque ex* זקנים *Senatoribus septuaginta, quos prudentia magis quam ætas provexerat, Num. c. 11. 16. & Josephus bis terque in Originibus patriis. Namque, καὶ συνεδρίῳ, ait, Mattathiades, ... ὁ ἀρχιερεὺς, καὶ ὁ προφήτης. Vel per Hannabi intelligit ille ipse ex Deut. c. 18. 15. cum sua sollicitudine plurimis, Josuam aliosque Præsides grandis Senatus; vel quemque ex ordine Prophetarum, cui non obedientis ibidem scelus capitale declaratur: quo etiam modo de Pontificis Judicisque* הכהן והשופט *decretis statutum fuerat Deut. c. 17. 12. Sic enim Pharisæi commation illud Mosaicum interpretantur aggravantque* Synhedrin *c. 10. 2. ... Quinetiam hac occasione exponit Flavius Ex. c. 22. 28.* אלהים לא תקלל ונשיא בעמך לא תאר, ... *&c. quomodo apud Ananiam eximius Doctor nostræ Fidei fecerat ore eodem in Senatu magno Act. c. 23. 5. ... secutus versionem τῶν ο΄. aut verbis Severi nostri,* Principem populi non esse increpandum. *Complures autem Patrum illorum conscribebantur ex tribu Levit, qua juris Mosaici studio præ cæteris omnibus ea vacaverat. Præterea recte monent Talmudistæ titulo* Synhedrin *c. 1. 6. T. B. & Jeros. f. 18. b. c. passimque vasti operis, capita* LXXI. *Senatum integrum collegisse. Sæpe enim in isto præsidebat Pontifex maximus: aut si forte in alium aliquem deferretur titulus* Hannasi *&* Hammuphla, *qui est ὁ ἐπέκεινα τῷ αἰῶνι τούτῳ, in literis beatissimi Pauli,* Primas *in annotatis Scholasticorum Urbis* Synh *fol. 30. a. ad* יפלא *Mosis Deut. c. 17. 8. & in Lexicis Rabbinicis* מכיר שבמופלא שבבית דין הכתוב מדבר. מופלא הרב הגדול שבכלם. *Intererat tamen magnus Sacerdos tanti officii gratia, Præsidique vix secundus, Cæsaribus rerum dominis. Namque olim oraculo pectorales merito Regi proximum locum ac dignitatem sibi vendicaverant Pontifices, & subinde in familia Chasmonæa, Davididis neque renuentibus, plane regnaverant. Ad sacrum hoc Concilium pertinebant causæ publicæ & gravissimæ, ratio belli pacisque, Pseudo-Prophetarum & Idololatrarum flagitia, creatio inferiorum Judicum & correctio, & res similes.* Synhedrin *c. 1. 5. & c. 10. 2, 4. Quapropter tempore Josephi historici, præter Regum placita, parebant Judæi in causis privatis Curiis urbicis septem Judicum, pluribus in re capitis adsidentibus in portis Templi, vel ubique civitatum Palæstinarum; in publicis vero causis grandi Senatui Urbis apud Ædem Divinam in* Camara perpoliti lapidis, *quæ vocabatur (quanquam afflicta res Judæorum nobilissimum illud Concilium à* Solymis *demum in* Jabnam *sive* Iamniam *eduxit:) decies septem capitibus, præter Præsidem & Pontificem: siquando hic propter ætatem causamque aliam minus aptus videretur tanto præsidio, quippe* משנה לראש *Vice-Præses, seu* אב בית דין Comitiorum Pater *recensebatur e numero τῶν ο΄. sede dextima. Veruntamen* סנהדרין של שלשה, Triumviralis Conventus *de re pecuniaria, rectius* Arbitrium *quam* Curia. (*quod etiam Traditionum Patres indicant* Synhedrin *c. 31.*) *in nulla Josephi æstimatione erat, de quo tam multa Talmudici. Vide Misnam* Synhedrin *c. 1. §. 6. de Conciliis legitimis, magno & parvo.* BERN.

g Δύο ἄνδρες ὑπηρέται] Levitæ illi, qui bini singulis apparebant Judicibus, erant ὑπογραμματεῖς. nec alii (ut opinatur *Dodwellus in Paranesi*, p. 23.) à τῶν λαοῦ γραμματέων, quorum mentio in *Matth.* 2. 4.

2. *Magistratui tribuantur duo ministri è tribu Levitica.*] *Præfecturis vero singulis* vertit *Seldenus de Synedriis Jud.* l. 2. c. 6. §. 4. *Unicuique principatui &c.* habet *Epiphan*

h Τῶν Λευιτῶν] De ministris ex Levitis eligendis in V. T. non memini legere. Deut. 16. 18. quia שוטרים in plurali invenitur, duos minimum, videtur notare. REL.

i Ἐν ἁπάσῃ τιμῇ] *Samb.* ἐν πάσῃ.

3. *Verecunda eorum reverentia*] *Seldenus* (de *Synedr.* l. 2. c. 6.) hoc modo interpretatur, *sic enim fiet, ut afficeat homines revereri*

me-

verentia erga homines in dignitate constitutos reddente timidiores, ut Deum contemnere non audeant. Judices autem potestatem habeant pronunciandi quicquid iis visum fuerit, nisi quis eos ad jus corrumpendum pecuniam accepisse ostenderit, aut aliam aliquam causam adduxerit, qua eos non recte pronunciasse coarguat. haud enim congruum publica facere judicia, aut ad lucrum *privatum* aut ad *alicujus* dignitatem respiciendo, sed æquitatem rebus omnibus præferendo. Nam si hoc non egerint, Deus contemni videretur, eisque infirmior judicari, quibus ob potentiæ metum suum adjecerint suffragium. nam æquitas est potentia Dei. Qui igitur aliquid dignitate præditis indulget, illos facit Deo potentiores. Quod si judices de relatis ad eos pronunciare nesciant (talia autem hominibus non raro accidunt) ad urbem Sacram causam integram remittant, & convenientes pontifex & propheta & senatus etiam id quod sibi visum fuerit decernant.

Testes adhibendi in foro bona fama, viri duo tresve.

15. [4] Uni autem testi ne credatur, sed tribus, aut ut minimum duobus: quorum testimonium ratum faciet vita anteacta. At mulierum ne sit testimonium, propter levitatem & sexus earum audaciam. Ac ne servi quidem testimonium dicant, propter animi ignobilitatem: quos, aut propter lucrum, aut propter metum, vera non testari consentaneum est. Quod si quis judicetur falsa testatus, convictus eadem patiatur, quæ is passurus erat, contra quem dictum est testimonium.

Lex inquisitionis in cædem clam patratam. Deut. 21.

16. Si autem [5] cæde facta in agro aliquo, auctor non inveniatur, neque ullus suspectus sit ex odio interfecisse, magna quidem cum diligentia eum quærant, indicii præmiis propositis. Cum autem nemo ejusmodi *quid* indicaverit, magistratus oppidorum agro ubi cædes facta est vicinorum, & senatus congregati, spatium à loco ubi mortuus jacet *circumquaque* metiantur. At quod oppidum occiso proxi-

ναι· ἡ πρὸς τοὺς ἐν ἀξιώματι τῶν ἀνθρώπων αἰδὼς [k] αὐτῶν εὐλαβεστέρους, ὥστε τοῦ Θεοῦ μὴ καταφρονεῖν, ἀπεργαζομένης. οἱ δὲ δικασταὶ [l] ἀποφαινέσθωσαν κύριοι περὶ τοῦ δόξαντος αὐτοῖς ἔστωσαν· πλὴν [m] εἰ μήτε χρήματα λαβόντας τις αὐτοὺς ἐπὶ διαφθορᾷ τοῦ δικαίου [n] ἐνδείξηται, ἢ ἄλλην τινὰ αἰτίαν προσφέροι, καθ' ἣν οὐ καλῶς ἐλέγχει αὐτοὺς ἀποφηναμένους. οὐ γὰρ κέρδει χαριζομένους [o] οὔτ' ἀξιώματι προσηκόντων φανερὰς ποιεῖσθαι τὰς κρίσεις, ἀλλὰ τὸ δίκαιον ἐπάνω πάντων τιθεμένους. ὁ γὰρ Θεὸς ἂν οὕτως δόξειε καταφρονεῖσθαι, καὶ ἀσθενέστερος ἐκείνων οἷς ἂν τις κατὰ φόβον ἰσχύος [p] προσνείμῃ τὴν ψῆφον κεκρίσθαι. [q] τοῦ γὰρ Θεοῦ ἰσχύς ἐστι τὸ δίκαιον. τοῖς οὖν ἐν ἀξιώμασι τυγχάνουσι καταχαριζόμενός τις, ἐκείνους τοῦ Θεοῦ δυνατωτέρους ποιεῖ. ἂν δ' οἱ δικασταὶ μὴ νοῶσι περὶ τῶν ἐπ' αὐτοῖς παρηγγελμένων ἀποφήνασθαι, συμβαίνει δὲ πολλὰ τοιαῦτα τοῖς ἀνθρώποις, ἀκέραιον ἀναπεμπέτωσαν τὴν δίκην εἰς τὴν ἱερὰν πόλιν, καὶ συνελθόντες ὅ, τι ἀρχιερεὺς καὶ ὁ προφήτης καὶ ἡ γερουσία [r] καὶ τὸ δοκοῦν ἀποφαινέσθωσαν.

ιε'. Εἷς δὲ μὴ πιστευέσθω μάρτυς, ἀλλὰ τρεῖς [s] ἢ τὸ τελευταῖον δύο. ὧν τὴν μαρτυρίαν ἀληθῆ ποιεῖ τὰ προβεβιωμένα. [t] γυναικῶν δὲ μὴ ἔστω μαρτυρία, διὰ κουφότητα καὶ θράσος τοῦ γένους αὐτῶν. μαρτυρείτωσαν δὲ μήτε δοῦλοι, διὰ τὴν τῆς ψυχῆς ἀγένειαν· ὡς ἢ διὰ κέρδος εἰκὸς ἢ διὰ φόβον μὴ τἀληθῆ μαρτυρῆσαι. ἂν δέ τις ψευδῆ [v] μαρτυρήσας πιστευθῇ, πασχέτω τοῦτ' ἐλεγχθεὶς, ὅπερ ὁ καταμαρτυρηθεὶς πάσχειν ἔμελλεν.

ις'. Ἂν δὲ πραχθέντος φόνου ἔν τινι χώρᾳ μὴ [x] εὑρίσκηται ὁ δράσας, μήθ' ὑπονοῆταί τις ὡς διὰ μῖσος [y] ἀπεκτονηκώς· ζητείτωσαν μὲν αὐτὸν ἐξ πολλῆς σπουδῆς, μήνυτρα προθέμενοι. [z] μηδενὸς δὲ τῶν τοιούτων μηνύοντος· αἱ ἀρχαὶ τῶν πόλεων τῶν πλησίον τῇ χώρᾳ ἐν ᾗ ὁ φόνος ἐπράχθη, καὶ ἡ γερουσία [a] συνελθόντες, μετρείτωσαν ἀπὸ τοῦ τόπου [b] ὅπου κεῖται ὁ νεκρὸς τὴν χώραν.

magistratus; eorum religiositas inde etiam à numinis contemptu longius semoti fuerint.

k Αὐτῶν εὐλαβεστέρους] Αὐτοὺς *Hen.* & *Bush.*

l Ἀποφαινέσθωσαν] *Coll. Big.* ἀποφαινέσθωσαν.

m Εἰ μήτε] Lege εἰ μὴ COCC.

n Ἐνδείξηται,] Ἐνδείξῃ *Samb. Hen.* & *Bush.*

o Οὔτ' ἀξιώματι προσηκόντων φανερὰς] Ita *Bas.* & G. nisi quod mutaverimus προσηκόντων in προσηκόντων auctoritate *MSS.* (*Coll.* certe *Big.* & *Voss.*) in quibus οὔτ' ἀξιώματι προσηκόντων φανεράς. Juxta *Vet. Interpr.* οὔτ' ἀξιώματι προσηκόντων ποιεῖσθαι τὰς κρίσεις.

p Προσνείμῃ] *Al.* προσνείμας.

q Τοῦ γὰρ Θεοῦ ἰσχύς] Τοῦ γὰρ Θεοῦ ἰσχὺς *Big.* (*Coll. Voss.*) & *Samb.*

r Καὶ τὸ δοκοῦν] Nonnullis abest καί. (mavult καθ' *Cocceius*) & satis commode. HUDS. Deut. 17. 9. non nisi Judex & Sacerdotes memorantur. REL.

s Ἢ τὸ τελευταῖον δύο.] *Hen.* ἢ τὸ ἐλάττιον. Eodem equidem sensu cæteri, sed phrasi ἢ τὸ τελευταῖον. Rursus *Hen.* ὧν ἐκ τῶν προβεβιωμένων ἡ μαρτυρία, nimium sibi placens. Statim ἀρχαίως *Bas.* & *Gen.* BERN.

4. *Uni autem testi*] *Testes autem adhibentor in foro bona fama viri duo tresve Massila* περὶ μαρτύρων c. 1. (*unum tamen valuisse volunt Talmudici, causa Zelotypiæ Num. c. 5. & Homicidii occulti Deut. c. 21.*) *non genus leve proterve* (*audaxque*) *fœminæ, non pravum servi. Ferto vero testis falsus, quod ferre alterum voluit, Deut. c. 19. 15. 16. & c. 17. 6. & in codice Christiano Matth. c. 18. 16. Joh. c. 8. 17. & Hebr. c. 10. 28. Idem porro urgent Pharisæi* περὶ σανεδρίων *c. 3. 3, 6. & c. 4. 5. & integro capite 5. necnon Misna* περὶ ὅρκων *c. 4. 1. & T. Bab. eodem titulo f. 30. & Nezirem codice primo Samag Legibus prohibentibus* 213, 214. *agentibusque* 119. *Maimonides* περὶ μαρτύρων *f. 742. &c. Similia tamen aut Hebraicis graviora ex Paulo & Ulpiano, Romanæ justitiæ ocellis, adduxit in collatione sua Lic. Rufinus* περὶ τῶν ψευδομαρτυρούντων. *Quæ vero jampridem è codice Mosaico receperant Ægyptii, ut alia plurima, ita & hanc legem:* Οἱ ψευδῶς τινῶν κατηγορήσαντες, ὤφειλον τοῦτο παθεῖν, ὃ τοῖς συκοφαντηθεῖσιν ἐπιτεθῇ πρόστιμον, εἴπερ ἔτυχον κατακριθέντες. *Denique de servorum mulierumque indole suspecta merito vide operis Justinianei D. l. 22. tit. 5. & Cod. l. 4. tit. 20 de Testibus, tum Harmenopuli* τὸ πρόχειρον. *l. 1. tit. 6. & Phormionem ingeniosissimi Afri Act. 2. sc. 1. 62.* BERN.

t Γυναικῶν] De servorum mulierumque indole suspecta videsis *Justinianum*, D. l. 22. tit. 5. & *Cod.* l. 4. tit. 20. *de Testibus.*

v Μαρτυρήσας] μαρτυρίαν, πασχέτω (*Coll. Big.*) *Bush.* HUDS. Forte πιστευθῇ. Vetus, *est convictus.* Lege ἐλεγχθείς. COCC.

x Εὑρίσκηται] *Al.* εὑρίσκεται & καθ' ὑπονοεῖται.

5. *Cæde facta*] *Pro caso forte homine clam teste & inquisitoribus,* (*vias etenim hac de causa exploratoribus fuisse obsessas* ותקון הדרכים *Maimonides* משמרות, *& inquisitionem* החקירה *faciam Maimonides l. 5. c.* 10. *Doctoris sui à majoribus Rabinis confirmat, quod Seldenus noster nescivit aut noluit dici l. 3. c. 7. de Synhedriis. Sin vero unus aut una se sicarium testaretur cognovisse, omissam omnino τὸ καθάρσιον,* Sota *c. 9. 8. & T. Bab. f. 47. b. & T. Jeros. f. 23. b.*) *Urbis cadaveri omnium proximæ, ut judicaverit Magistratus vicinus,* (*quibus adjungunt Deuterota Senatores Solymitanos quinque, vel ex sententia Simeonis tres, Synh. c. 13. & Sota c. 9. 1.*) *piaculum esto juncus in loco sterili & salebrosa decollata statim; quo Levita* (*eo titulo Sacerdotes proprieque dictos Expiatores sæpius in Systemate suo comprehendit ὁ νομοθέτης*) *præcipuique Civium, cum statis quibusdam obtestationibus & supplicationibus, puras manus rite proluant. Habes sacras illas formulas Deut. c. 21. & Pharisæorum supplementa Massila* Sota *c. 9. & ibidem T. Jeros. f. 23. & T. Bab f. 45. &c. necnon in Iad Maimonidis f.* 581. de Homicidiis c. 9. & 10. *Ita plane crepant Tabulæ duodecim Hermodori,* Quod expiari poterit, Sacerdotes publici expianto. *Homicidia vero occulta Peristiarchi purgant jure Draconis, jure antiquissimo Græcorum. Juvencam autem lustralem,* (*quam Moyses appellat* העגלה הערופה *ἰυγὰν ἐπιζυγοῦ,* LXXII. *Alexandrini ex illo, ὃ δάμαλιν ἣ νεοζυγοκοπηθεῖσαν Josephus τῆς τένοντας κεκομμένην, tendones enim apud antiquos nervi cervicales: Deuterota denique à* postico collo secespita obtruncata vitula עגלה עריפה בקופץ כאשירה) *cadere fas fuit in salebris, ut jam dixi pro phrasi Mosis* νεχαλ ἐθαν נחל איתן. *Istiusmodi locus Josepho interpreti φάραγξ αἰπύτατος ἀργία καὶ φυβία; Pharisæis etiam ad* Sota *c. 9. 5.* נחל קשה, asperum, locus durus & inferax, φάραγξ τραχεῖα LXX. *Interpr. & Hieronymo nostro:* φάραγξ ἔρημος *Onkeloso & Syrorum Paraphrastæ. Nam ineptum satis* rapidus torrens נחל שוטף בחוזק *Maimonidis & Abarbinelis ad Deut. c. 21. totus hujus locum facrum.* BERN.

y Ἀπεκτονηκώς.] Ἀπεκτονώς *Vat.* (& *Coc.*) & dein ζητείτω *Bush.*

z Μηδενὸς] Μηδενὸς δὲ μηνύοντος in quinque *MSS.* μηδενὸς δὲ τούτου μηνύοντος legisse videtur *Epiphanius.* HUDS. Lege δὲ τοιούτου. COCC.

a Συνελθόντες,] Συνελθοῦσα *Bush.* & *Hen.*

b Ὅπου κεῖται] Ἐν ᾧ κεῖται *Samb.* & *Vat.*

c Πλη-

ων. ἡ δ' ἂν ᾖ [c] πλησιαιτάτη πόλις, οἱ ἐν αὐτῇ δημιουργοὶ, πριάμενοι δάμαλιν, καὶ κομίσαντες εἰς φάραγγα καὶ ἀνεπιτήδειον ἀρότρῳ καὶ φυτοῖς χωρίον, τοὺς τένοντας κοψάτωσαν τῆς βοός· καὶ χέρνιβας ἑλόμενοι ὑπὲρ κεφαλῆς τῆς βοὸς [d] οἱ ἱερεῖς καὶ οἱ Λευῖται καὶ ἡ γερουσία τῆς πόλεως ἐκείνης, καθαρὰς ἀναβοησάτωσαν τὰς χεῖρας ἔχειν ἀπὸ τοῦ φόνου, καὶ μήτε δρᾶσαι, μήτε [e] δρωμένῳ παρατυχεῖν, ἐπικαλεῖσθαι δὲ ἵλεω τὸν Θεὸν, καὶ μηκέτι [f] τοιοῦτο δεινὸν συμβῆναι τῇ γῇ πάθος.

ιζ. [g] Ἀριστοκρατία μὲν οὖν κράτιστον καὶ ὁ κατ' αὐτὴν βίος· καὶ [h] μὴ λάβοι πόθος ὑμᾶς ἄλλης πολιτείας, ἀλλὰ ταύτην στέργοιτε, τοὺς νόμους ἔχοντες δεσπό-

mum fuerit, ejus [1] magistratus juvencam, quam emerint, in vallem & locum non commodum aratro & stirpibus adducant, bovisque nervos abscindant: lumenteique aquam *& manus lavantes* super caput bovis sacerdotes & Levitæ & senatus illius oppidi, proclament se manus puras à cæde habere, neque fecisse, neque cum fieret adfuisse, Deum autem precari *sibi usque* propitium *fore*, & ut nullum posthac tam atrox facinus terræ accidat.

17. [2] Optimatium quidem dominatio & vita sub ea optima est: neve vos capiat alterius institutionis reipublicæ desiderium, sed hac contenti estote, leges pro dominis habentes, & ex illorum præscripto omnia

Lex Regis. Deut. 17.

c Πλησιαιτάτη πόλις,] Ita in quinque *MSS.* (& *Coll. Voss.*) In *Editis* πλησιεστάτη. tam πλησιαίτατος quam πλησιέστατος usurpant Attici, & quidem in genere sequiori.

1. *Magistratus juvencam*,] *Al.* cives, *&* oppidani.

d Οἱ ἱερεῖς καὶ οἱ Λευῖται] In sacro codice non nisi sacerdotes adfuisse leguntur: sed fraudi forsitan fuit Josepho, quod legatur Deut. 21. ונגשו הכהנים בני לוי *& accedent sacerdotes, filii Levi*, ac si adjecta copula legeretur sacerdotes & filii Levi. Sed etiam ex iis, quæ adducuntur, eos elegisse Deum ad benedicendum populo & judicandum de rebus, clarum est sacerdotes intelligi, etiamsi non liqueret sacerdotes, hic ut alibi sæpe, appellari filios Levi. REL.

e Δρωμένῳ] Sic *Big. Samb. Hen. Bush. & Vet. Interpr.* δρωμένων *Baf. G. & Vat.*

f Τοιοῦτο δεινὸν] Ita *Baf & G.* ut vult Atticismus. in aliis τοιοῦτον.

g Ἀριστοκρατία] Vide *Casaub.* ad *Baronium*, p. 359. *Montacutii* Orig. Tom. 2. p. 178. & *Conringium* de *Rep. Hebr.* cap. 42.

2. *Optimatium quidem dominatio*] *Vetat rerum Dominus Deut. c. 17. ne Regi Hebræo divitiarum, equorum, præsertim Ægypti terræ ingrata, uxorumve animum accedat, Legum & Religionis tuendæ ergo: aut si hæc proterve patraverit, Numen Æternum vindex erit, v. 20. Pharisæi autem, boni viri, reges suos desideratissima uxore petulanti equidem licentia vexant*, Masicta Synhedrin c. 2. §. 2. *Addit insuper Flavius, sicut in Scholis didicerat Pharisæorum, quibus fama & auctoritas sub ambiguo & insolentes* (*Sic volo. Eundem etenim hominem duas simul coronas ferre, neutra pars fert Religionis vera, non Christiana* 1 *Pet. c. 5. 3. non Mosaica Num. c. 25. 13. v. 29. 6. nec mens Josephi* ἀρχαιολ. *l. 13. c. 19. Multo minus admisit Canon sacer alienum ex parente mitteri in Regnum Hebræum, quamquam Herodis filius contra modum & jus in isto apice adulabantur Pharisæorum secta* Ciddusim *f.* 176 *b. &* Jebamot *f. 45. b.*) *Chasmonæorum principatu supra modum tenerat, Aristocraticorum hasce impedias*: Præter sententiam Pontificis & Senatorum Regem nihil agere, (*tales enim in rebus arduis consulere Regum prudentia semper fuit & voluntas*) luxuriam ejus vitiaque mature esse coercenda; in Thesi denique, Unius Dominio, (*quo tamen nihil agnoscitur in terris, nihil in cælis antiquius*) longe præstare Aristocratiam. *Nimirum ubi Pharisæi pars esse regiminis possent, ubi ipsi dominari. Quanquam eodem illo seculo inter Judæos celeberrimi axiomatis fide jactaretur*, Sublimiorem haberi Regum suorum majestatem, quam Senatui magno eos subesse, aut etiam præesse coram deceret, *Masicta* ... *c. 2. 18.* ... המלך לא דן ולא דנים אותו. *Hæc quidem jus erat, hæc majestas stirpis Davidicæ, non solummodo Regum Israelitarum, i. e. Machabæorum, ut negatur Josephus Gemarista f. 19. Causam etiam hujus legis docet Maimonides*, שאסור לחלוק עליו Regi enim omnino refragari nefas. *Conveniunter & Gemara Solymitana* Synh. *f. 19. d. c. 2. 2. & nomine Jeremiæ Antecessoris* ... *f. 295. d. ex v. 17. 2.* ולא תין המלך על שם כלפניך משפטי יצא, Quippe à te, ô Domine, judicium meum prodit, à numine tuo venit. *Addit insuper Commentator grandis vetusque Pentateuchi*, Ex hoc allegato R. Jeremiæ v. 17. 2. satis constat, à Deo solo judicari Regem, à nemine mortalium, אלא הקב"ה אין כרוז דן את המלך אלא. *Quid vero? ista talia contra Reges haud effutierat Josephus, si recte revocasset in mentem, & neglectis novis dogmatibus Hillelis & Sammeæ, respexisset Davidis sui Salomonisque tempora Aurea, Denique* ... *gratissima; vel etiam reliquam Judææ liberæ & florentis imaginem. Plena enim cum potestate &* ... , *qualem unquam Asia senserat, in rebus non sacris sacrisque utramque sæpe, semper alteram Hebræorum nationem ad Assyrios usque victores rexerunt Davidis nepotes, ut Annales veri Divinique demonstrant*: 2 *Chron. c. 34. 3. c. 35. 3, 4.* 1 *Reg. c. 2. 27, 31. Ecclesiastici c. 8. 4.* 1 *Chron. c. 24. 3.* 2 *Chron. c. 31. 2, 4, 13. & c. 30. 2, 4. & c. 29. 4, 30.* 1 *Reg. c. 12. 8. Jer. c. 38. 4, 5, 16. c. 26. 19.* 2 *Chron. c. 19. 5, 6, 8, 9. & c. 26. 32.* 2 *Sam. c. 8. 15. & c. 15. 2. &* 1 *Reg. c. 3. 28. Succensuit autem aliquando* ὁ νομοθέτης *Regem sibi instar Gentium, verius Idola Ludosque sacros instar Gentium* (*ut recte perspexit vetus Auctor* Siphri) *postulantibus Hebræis: quoniam per complura secula, turbida quidem & infelicia magis quam fausta, pro discrimine Reip. ubi tamen nullum apparet vestigium Synedrii Magni, quod perpetuum à Synæo monte perseverasse mentiuntur Rabini & Theologi aliqui his meliores; quin nullum etiam postea ostendunt* Chronica Regia: *Duces, Judices, aut Dictatores miris animis & vix humano spiritu pollentes ipse excitasset, non habita ratione familiæ cujusdam tribusve. Talis enim disciplina, & Theocratia merito vocatur in S. Literis, & ni ab ingrato vanissimoque populo contemni unquam nequit, gratia Dei plusquam ordinaria deducta. Verumenim in frequentibus illorum temporum* ἀναρχίαις *degebant populus Hebræus absque ullo magistratu, præter Monitores Sacerdotes, & placidum moderamen Patriarcharum* ראשי אבות, Jud. *c. 17. 6. & c. 21. 25. Videbis jam Deut. c. 17. à v. 14.* 1 *Sam. c. 8. 5. & c. 10. 18. Et, si pudor sit ad Musam Herodoti* περὶ μοναρχίας *recte dissertantem remitti hominem Christianum, consules potius Caroli prioris defensorem Salmasium, Conringium* ... , *doctissimum Petitum, necnon Montacutium & Casaubonum dignos eminentissimo Baronio Antagonistas; nec præteribit vir vanus Schickardum, Grotium, Seldenumque ab incertis Talmudicorum commentis male omnes suspensos incertosque. Verum nos hanc rem præclarius tractabimus, nisi optandum hujus ævi homines familias suspiciant coronata capita & post Deum venerentur, in causa Herodis audacis & magnanimi juvenis Antiq. l. 14. c. 17. quam in Jannæum imperite transferunt Talmudi an Turris Babylonicæ Conditores*, Synhedrin. *f. 19. a. Attamen de Rege ob luxuriam vapulante, non verbum equidem in Talmudo, Siphri, (ut fallit Batavos Germanosque suos Schickardus,) aliove vetere scripto unquam invenies dictum. Debetur itaque turpe illud commentum lascivo pectori Rabinis recentibus, præcipue Maimonidi c. 3.* de Regibus, *& c.* 10. de Conciliis, *qui* Legum prohibentium *verberè vel corpora Regia subjicere est ausus, in statu misero,* ... , *dispersoque malæ gentis tam pædagogiæ favens pro jure non bono Synhedrii jamdiu expuncti, Mosis vero & Prophetis semper ignorati. Nihil vero mirum, quod Davidi Regibusque aliis minime parcat ille Doctor, quem de Messia suo vile omnino & abjectissimum sensisse comperimus, c. xi* ... . *Stupendum magis suavo ita interpretamento interdicti Mosaici* לא ירבה, *& aliqui Glossæ Babylonicæ f. 21. b.* Synhedrin, לעבור בלא תעשה, *quasi Pharisæorum flagellum trilix & horribile quavis* ... *omni ævo fuisset persecutum Christianos non indocios unquam credidisse, aut deliberationem admovisse. Cavebitis ergo, vos Principes,* ... *quod est meis notioribus, à disciplina* Rabinorum, Jesuitarum, *&* Presbyterianorum. *Habemus sane* ... *Deut. c. 17. habemus exempla plurima Regum Hebræorum sacris literis descripta, unde redargui facilis error ille sordidus fanaticusque Maimonidis, Levis Barcelonitæ, & aliorum Neotericorum. Decreta tam vilia, summatim aio, maleque cohærentia recentis Rabbinismi haudquaquam percellere* ... , כלך יבית דוד: *an vero apud miseri populi Regulos & Cozibiadas ea unquam valuerint, nulla docet historia. Præterea haud simpliciter interdictum erat Regibus Hebræis, uxores sibi, divitias, equosque conquirere, jussum potius, Talmudo fatente. Absque verbere igitur innotuit ea Principum protervitas, juxta lenimen vulgatissimum Deuteronomii* ... *in c. 3. 4.* כל מצות לא תעשה שיש בה קום עשה אין חייבין עליה, Nemo vapulat ob legem prohibentem, qua aliquid affirmativum includitur. *Deo quis modum in his rebus mensuramque præter Regem ipsi scribere potuit & definire? Quandoquidem vero sub Templo secundo, jugo Græco vix excusso, per annos cxxx. ab Antiocho illustri ad magnum Herodem, Aristocratice regerentur Judæi, summamque suarum rerum, belli pacisque causas haberent* (*nisi vis intervenisset ac tyrannis, ut sæpius*) *penes Synhedrium grande Clericorum & Laicorum,* τοὺς ἱερεῖς καὶ τοὺς πρεσβυτέρους, *sic ex monumentis publicis nuncupat Machabaicus, modo idem* τὸν ἀρχιερέα καὶ τὴν γερουσίαν καὶ τοὺς ἱερεῖς, *modo* τοὺς ἰουδαίους καὶ τοὺς ἱερεῖς, *modo* τὸν ἀρχιερέα καὶ τὸν δῆμον τῶν ἰουδαίων· *viri Chasmonæi, qui Pontifices forte veri fuerant, veri Reges emergere de sua tribu haud poterant; sed Duces duntaxat militiæ & Ethnarchi, idque* τῇ ... τῶν ἰουδαίων καὶ τῶν ἱερέων, 1 *Mach.* 14. 35, 41: *proclive itaque fuit per infulam Pontificiam diminutum iri decus Principis, nomenque Regium pati, quod ad Sacerdotem proprio & commerito jure pertineret. Clerus profecto cæterique* LXXI. *Synhedrorum* (*pars autem fuit longe major Clericorum, sicut Rabini vetusti, Scriptoresque Gentium referunt*) *Sacerdotem Summum, ut meruerat, aut in jus poterant vocare, aut sibi in Præsidium, & in Mosis Cathedra, Cathedra Hasmasi*, Masicta Synhedrin *c.* 2. *§. 6. collocare: quod est verbis* ... *Pharisaica* Synh. 2. 1. כהן גדול דן ודנין אותו; *ubi Lazarus, Res Lacis, aliique Urbis Doctores vere severeque adnotant*, כהן גדול שחטא בלקין אותו וכו'. *Eximitur idcirco Rex à sententia sutiaque Senatoria, Antecessoribus iisdem consentientibus.* BERN.

h Μὴ λάβοι] *Big. & Samb.* eodem sonitu μὴ λάβῃ. BERN.

omnia agentes. satis enim idoneus est Deus, qui vobis præsit. Verum si regis cupiditas vos incesserit, is sit consanguineus, semperque ei cura sit justitiæ reliquarumque virtutum. Is autem legibus concedat, Deoque summam prudentiæ; nihilque sine pontifice & senatorum sententia faciat: neque multis utens conjugiis, neque pecuniæ vim ingentem aut equorum multitudinem sectans; quæ consequutus leges insuper habere & fastidire possit. Prohibeatur autem, si quid tale affectet, fieri potentior, quam rebus vestris expediat.

Termini patrum aut fossorum loco non movendi. Deut. c. 19. & 27.

18. [3] Terminos terræ ne liceat movere, neque propriæ, neque alienæ eorum quibuscum vobis est pax: sed caveatur ne auferantur, tanquam firmus Dei calculus in sempiternum positus; quippe cum bella inde nascantur & seditiones, quod ultra terminos progredi velint avari. Neque enim à legibus transiliendis longe absunt, qui *agrorum* limites de loco suo dimovent.

Arborum vetitarum fructus ante quartum annum nec Deo offerendi, nec comedendi. Lev. c. 19.

19. [4] Qui terram conseverit, si stirpes ante quatuor annos fructum ediderint, neque primitias inde libet, neque ipse *ad victum* utatur: non enim ex eis suo tempore provenerunt. naturâ autem immature conatâ neque Deo convenit neque ipsi domino uti. At quarto *anno* vindemiam omnium, quæ provenerint, metat, (tunc enim est tempestivum) collectamque in urbem Sacram ferat, & cum aliarum frugum decimis insumat, epulans cum amicis & cum pupillis & mulieribus viduis. Quinto autem anno stirpium fruges percipiendi potestatem habeat.

Simplicitas in omnibus, vita casta, & connubia paria imperantur. heterogenea etiam tam sementis facienda, quam brutorum copulandorum ad jugum vel ad naturam prohibita.

20. [5] Terra vitibus consita ne seminetur. ei enim satis est hanc stirpem alere, & ab aratri laboribus esse liberam. Bubus aretur terra, & aliorum animalium nullum ad idem cum eis jugum subeundum adigatur; sed & illis fiat aratrum suis convenienter generibus. Semina autem sint pura & incommista; neve bina & trina serantur. natura enim dissimilium non gaudet societate. Neque ad pecudes admittantur

τας [i] καὶ κατ' αὐτοὺς ἕκαστα πράττοντες. ἀρκεῖ γὰρ ὁ Θεὸς ἡγεμὼν εἶναι. Βασιλέως δ' εἰ γένοιτο ἔρως ὑμῖν, ἔστω μὲν οὗτος [k] ὁμόφυλος· πρόνοια δ' αὐτῷ δικαιοσύνης καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς διαπαντὸς ἔστω. [l] παραχωρείτω δὲ οὗτος τοῖς μὲν νόμοις καὶ τῷ Θεῷ τὰ πλεῖστα τοῦ φρονεῖν, πρασσέτω δὲ μηδὲν [m] δίχα τοῦ ἀρχιερέως καὶ τῆς τῶν γερουσιαστῶν γνώμης· γάμοις τε μὴ πολλοῖς χρώμενος, μηδὲ [n] πλῆθος διώκων χρημάτων [o] μηδ' ἵππων, ὧν αὐτῷ περιγινομένων ὑπερήφανος ἂν τῶν νόμων ἔσοιτο. κωλυέσθω δ', εἰ τούτων τι διὰ σπουδῆς ἔχοι, γίνεσθαι τοῦ συμφέροντος ὑμῖν δυνατώτερος.

ιη'. Ὅρους γῆς μὴ ἐξέστω κινεῖν, μήτε οἰκείας μήτ' ἀλλοτρίας πρὸς οὓς ἐστὶν [p] ἡμῖν εἰρήνη· φυλάττεσθαι δ' ὥσπερ Θεοῦ ψῆφον βέβαιον εἰς αἰῶνα κειμένην ἀναιρεῖν, ὡς πολέμων ἐντεῦθεν καὶ [q] στάσεων γινομένων, ἐκ τοῦ πλεονεκτοῦντας προσωτέρω χωρεῖν βούλεσθαι τῶν ὅρων. μὴ γὰρ μακρὰν εἶναι τοῦ καὶ τοὺς νόμους ὑπερβαίνειν τοὺς τὸν ὅρον μετακινοῦντας.

ιθ'. Τὴν ὁ φυτεύσας, πρὸ ἐτῶν τεσσάρων ἂν καρπὸν [r] προβάλῃ τὰ φυτὰ, μήτε τῷ Θεῷ ἀπαρχὰς ἐντεῦθεν ἀποφερέτω, μήτ' αὐτὸς [s] χρήσθω· οὐ γὰρ κατὰ καιρὸν [t] τοῦτον ὑπ' αὐτῶν ἐνηνέχθαι. βιασαμένης δὲ τῆς φύσεως ἀώρως, μήτε τῷ Θεῷ ἁρμόζειν, μήτ' αὐτῷ τῷ δεσπότῃ χρῆσθαι. τῷ δὲ τετάρτῳ [v] τρυγάτω πᾶν τὸ [x] γενόμενον· τότε γὰρ ὥριμον εἶναι· καὶ συναγαγὼν εἰς τὴν ἱερὰν πόλιν κομιζέτω, καὶ σὺν τῇ δεκάτῃ τοῦ ἄλλου καρποῦ μετὰ τῶν φίλων εὐωχούμενος ἀναλισκέτω, καὶ μετ' ὀρφανῶν καὶ χηρευουσῶν γυναικῶν. πέμπτου δ' ἔτους κύριος ἔστω τὰ φυτὰ καρποῦσθαι.

κ'. Τὴν ἀμπέλοις κατάφυτον γῆν μὴ σπείρειν. ἀρκεῖν γὰρ αὐτὴν τρέφειν τοῦτο τὸ φυτὸν, καὶ τῶν ἐξ ἀρότρου πόνων ἀπηλλάχθαι. Βουσὶν ἀροῦν τὴν γῆν, καὶ μηδὲν τῶν ἑτέρων ζώων σὺν αὐτοῖς ὑπὸ ζεύγλην ἄγοντας· ἀλλὰ κατ' οἰκεῖα γένη καὶ καινοῖς ποιεῖσθαι [y] τὸ ἄροτρον. εἶναι δὲ [z] καθαρὰ τὰ σπέρματα καὶ ἀνεπίμικτα· καὶ μὴ σὺνδύο καὶ τρία σπείρειν. οὐ γὰρ τῇ τῶν ἀνομοίων κοινωνίᾳ χαίρειν τὴν φύσιν.

i Καὶ κατ' αὐτὸς.] Ita *Epiphan.* καὶ deest in *Editis.* in *Big.* & *Samb.* καὶ κατὰ ταῦτα.

k Ὁμόφυλος.] Ita explicat Josephus id quod Deus Deut. 17. jusserat Hebræos regem eligere ex fratribus suis, non נכרי extraneum אשר לא אחיך הוא *qui frater vester non est.* REL.

l Παραχωρείτω] Παραχωρείτω *Samb.* & *Big.* παραχωρείτω *Vat.*

m Δίχα τοῦ ἀρχιερέως] Talmudici penes Synedrium magnum fuisse summam rerum scribunt, ita ut rex sine illius consensu de bello gerendo aliisque rebus majoris momenti non potuerit decernere. Vide Sanhedrin. 1. 5. REL.

n Πλῆθος] *Big.* & *Samb.* πλεῖον.

o Μηδ' ἵππων,] *Samb.* μηδὲ ἵππων. Subinde ἐν αὐτῷ γενομένων *Hen.* cum *Bush.* BERN.

3. *Terminos terræ ne liceat movere,*] *Terminos patrum tuorum aut fossorum loco ne moveto. Deut. c. 19. 14. & c. 27. 17. Job c. 27. 2. Prov. c. 22. 28. & statim c. 23. 10. Sanxit insuper Romanorum secundus,* Qui terminum exarasset, ipsus & boves ejus sacri sunto. *Vide etiam leges Agrarias Licinii, Julii, Tiberii, Nervæ, Hadriani, aliorumque Imperatorum inter sententias Pauli Romani, in collationibus Rufini, & in Pandectis Justinianeis l. 47. tit. 21. & adhuc diligentius apud Scriptores Gromaticos.* Terminorum avulsor, si per vim palam patraverit, rapti גזלה: sin secreto, tenetur furti גנבה. *Siphri, sive* Extravagantium Rabanicarum *fol.* 45. *d.* BERN.

p Ἡμῖν εἰρήνη] *Al.* ὑμῖν.

q Στάσεων γινομένων,] Ita in quinque *MSS.* & *Vet. Interpr.* in *Editis* στάσεως.

4. *Qui terram conseverit,*] Περὶ φυτῶν ἀκροβύστων καὶ ἀναδένδρων *strictim agit Moyses Legislator, Lev. c. 19. 23, 24, 25. amplius Judas Princeps ejusque secta Massicta integra* Orla ערלה, *&* Maaser seni *c. 5. Moyses Maimonis* Iad *c. 9. 10.* περὶ δευτέρου δεκάτου, *& Cosensis ille Moyses* [illegible]. *Cæterum Doctor dubitantium rursus abutitur* Agricultura Nabatæa *Vaxiada p. 450. de fundo ac ratione hujus legis, quæ sane facilior communiterque apparet, quam ipse aut Abenesdras existimabant, aut Grotius ab illis. Primos enim fructus arborum consecratu sibi postulavit bonorum omnium Auctor & Dator, sed jam bona conditione ut fas dignumque, & autumno quarto plusquam exiguos, plusquam raros: ante vero ab his tanquam præputiatis & impuris rerum abstinendum.* [illegible] *Levitici Commentario parvo f. 25. b. Observabis deinde quam perite expedivit Flavius phrasin antiquam* כל פריו קדש הלולים ליהוה, πᾶς ὁ καρπὸς αὐτοῦ ἅγιος αἰνετὸς τῷ κυρίῳ, *ubi ait,* καὶ συναγαγὼν εἰς τὴν ἱερὰν πόλιν, &c. *Similiter Patres Deuteroseos,* נטע רבעי היו מעלין אותו לירושלם לעטר השוקים. *Codice* περὶ δευτερώσεως, *& alibi Operis Misnaici, &* Pesicta Zutarta, *ubi superius.* BERN.

r Προβάλῃ] Sic *Bush. Hen. Samb.* & *Vat.* προβάλλῃ *Big.* (*Coll. Voss.*) & *Epiphan.* βάλῃ *Bas.* & *G.*

s Χρήσθω] Ita *Bush.* & *Hen.* Atticorum more. χρήσθω *Big.* & *Samb.* χρῆστω *Vat.* χρήσθω *Bas.* & *G.* ut *Græcorum* nemo.

t Τοῦτον ὑπ' αὐτῶν] *Al.* τούτων.

v Τρυγάτω] Ita in quinque *MSS.* (*Coll. Voss.*) & *Vet. Interpr.* τρυγάτω *Bas. G.* & *Castal.*

x Γενόμενον] *Hen.* & *Bush.* γινόμενον. Mox *Samb. Bush.* & *Hen.* [illegible]. Dein *Hen.* & *Bush.* χρεῶν. BERN.

5. *Terra vitibus consita*] *Alterum quidem simplicitatem, vitam castam, & connubia paria homines omnino docet Maximus, ubi heterogenea negat tam sementis facienda, quam brutorum copulandorum ad jugum vel ad naturam. Vetat autem vehementer confusa ista Lev. c. 19. 19. Deut. c. 22. 9, 10. & 2 Cor. 6. 14. & Israeli &* Noachidis, *quod est, toti generi nostro,* Pesictæ minoris *f. 25. a. Hæc porro decreta late explicant, terroresque undequadraginta inculcant Schola Pharisaica ad Massictam* Cilaim, *& ab illis Maimonides suo in* Iad *titulo eodem, &* Samag *Interdicto* 181. *& R. Levis in* Catechesi *capitibus 249. 250, 568, & 571. ubi* [illegible], כל חכם לב כורת יקח מוסר שלא לחבר שני אנשים לעולם כרנר מן הדברים שיהיו רחוקים בטבעם ובשנים בהנהגתם כמו צדיק ורשע *quo plane modo super idem interdictum fecerat sanctissimus Paulus,* μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες ἀπίστοις. τίς γὰρ μετοχὴ δικαιοσύνῃ καὶ ἀνομίᾳ· τίς δὲ συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελίαλ. *Adde his* Maccot *c.* 3. Baba mesia *f.* 91. & Cholin *f.* 115, 116. & *Commentaria magna Pentateuchi Hebraici f. 236. 269, 297. Procopium ad Deuteron. & Philonem p. 712. ubi impuritatem & naturam imbecillem asino objicit, ne cum bove jugum unum subeat: quod & Rabini veteres & Abenesdras dudum animadverterunt. Repetit etiam hac causa Maimonides* Rustica *Vaxiada, & odio Chaldaismi contendit temere in Terra sancta vitium ordines frumento omni liberari.* Mores enim veteris fuit, *ait Auctor Agriculturæ Nabataæ,* conserere cum vitibus juxta hordeum, vindemiæ felicioris causa, *p. 451, & 504. Verum hæc procul à Moyse.* BERN.

y Τὸ ἄροτρον.] Sic *Big.* & *Vat.* in *reliquis* τὸν ἄροτρον. HUDS. Lege τὸ ἄροτρον COCC.

z Καθαρὰ] Ita habemus in quinque *MSS.* & *Vet. Interpr.* in *Editis* καθαρὰ τὰ σπέρματα.

a An-

σιν. μὴ δὲ κτήνεσιν ἐπάγειν ὅπως μὴ συγχέῃ. δέος γὰρ ἐκ τούτου μὴ διαβῇ καὶ μέχρι τῶν [a] ἀνθρώπων ἡ πρὸς τὸ ὁμόφυλον ἀτιμία, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῶν περὶ τὰ μικρὰ καὶ τὰ φαῦλα πρότερον λαβοῦσα. δεῖ δὲ μηδὲν εἶναι τοιοῦτον συγκεχωρημένον, ἐξ οὗ κατὰ μίμησιν παρατροπή τις τῶν κατὰ τὴν πολιτείαν ἔσοιτο. [b] ἀλλ' ὡς οὐ περὶ τῶν τυχόντων ἀμελεῖται τοῖς νόμοις εἰδόσι προνοεῖσθαι τοῦ κατ' αὐτοὺς ἀμέμπτου.

κα'. Ἀμῶντας δὲ καὶ συναιρουμένους τὰ θέρη, μὴ καλαμᾶσθαι. [c] καταλιπεῖν δέ τινα καὶ τῶν δραγμάτων τοῖς βίου σπανίζουσιν, [d] ἕρμαιον εἶναι καὶ εὕρημα πρὸς διατροφήν. ὁμοίως δὲ καὶ τῆς τρυγῆς ἀπολιπεῖν τὰς ἐπιφυλλίδας τοῖς πένησι· [e] καὶ τῶν ἐλαιῶν παρεῖναί τι τοῦ καρποῦ πρὸς συλλογὴν τοῖς ἐξ ἰδίων οὐκ ἔχουσι μεταλαβεῖν. οὐ τοσαύτη [f] γὰρ ἂν ἐκ τῆς ἐπ' ἀκριβὲς αὐτῶν συλλογῆς εὐπορία τοῖς δεσπόταις γένοιτο, ὅση χάρις ἐκ τῶν δεομένων ἔλθοι· τό τε θεῖον τὴν γῆν [g] προθυμοτέραν εἰς τὴν ἐκτροφὴν τῶν καρπῶν [h] ἀπεργάσεται, μὴ τοῦ καθ' αὐτοὺς προνοουμένων λυσιτελοῦς, [i] ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν ἄλλων διατροφῆς λόγον ἐχόντων. μηδὲ βοῶν, ὁπότε τρίβοιεν τοὺς στάχυας, ἀποδεῖν τὰ στόματα ἐπὶ τῆς [k] ἅλωος. οὐ γὰρ εἶναι δίκαιον εἴργειν τοὺς συνειργασμένους τοῦ καρποῦ, καὶ περὶ τὴν γένεσιν αὐτοῦ πονήσαντας. [l] μηδὲ ὀπώρας ἀκμαζούσης κωλύειν ἅπτεσθαι τοὺς ὁδῷ βαδίζοντας· ἀλλ' ὡς ἐξ οἰκείων αὐτοῖς ἐπιτρέπειν [m] ἐμπίπλασθαι, κἂν ἐγχώριοι τυγχάνωσι κἂν ξένοι, χαίροντας ἐπὶ τῷ [n] παρέχειν αὐτοῖς τῶν ὡραίων μεταλαμβάνειν. [o] ἐπιφέρεσθαι δ' αὐτοῖς μηδὲν ἐξέστω. μηδὲ τρυγῶντες [p] οὓς εἰς τὰς ληνοὺς κομίζουσιν εἰργέτωσαν τοὺς ἀπαντιάζοντας [q] ἐπεσθίειν. ἄδικον γὰρ ἀγαθῶν, ἃ κατὰ βούλησιν Θεοῦ [r] παρῆλθεν εἰς τὸν βίον, φθονεῖν τοῖς ἐπιθυ-

quæ non sint generis ejusdem. nam ex eo metus, ne cognatorum dehonestamentum etiam ad homines usque transeat, sumpto ante principio ab iis quæ levia habentur & parva. Oportet autem nihil ejusmodi esse concessum, ex quo aliqua rerum in republica mutatio consequatur imitatione expressa. quapropter & leges vulgaria non negligunt, scientes providendum esse ut nihil in eis possit reprehendi.

21. * Metentes autem & demessa colligentes ne spicilegium faciant: sed & nonnullos victu egentibus relinquant manipulos, ut qui insperato prosint & ad alimoniam inveniantur. Similiter etiam de vindemia pauperibus relinquantur racemuli; & olearum frugum nonnihil prætermittatur, ut ab iis colligatur qui de suis quæ percipiant non habent. non enim ex accurata in iis colligendis diligentia tantum commodi paritur dominis; quantum gratiæ, *modo hoc non fiat*, ex egentibus veniet: & Deus terram ad fructus alendos alacriorem efficiet, si non suæ *tantum* utilitati prospexerint, sed etiam alimenti aliorum rationem habuerint. Neque boum in area triturantium ora obligentur. non enim æquum est eos à fructu arcere qui una laborarunt, ejusque in procreationem sese delassarunt. Neque viatores fructus maturos gustare prohibeantur, sed permittatur eis tanquam suis expleri, sive indigenæ sint sive peregrini; gaudentes quod illis concedere possint de fructibus maturis participare. nihil autem eis liceat asportare. Neque vindemiantes obvios iis vesci prohibeant, quæ in torcularia deferunt. iniquum est enim bona, quæ ex voluntate Dei ad victum provenerunt, iis invidere, qui frui desiderant eorum tem-

Spicas & manipulos facta messe forte relictos, ut & vineæ olivetique reliquias deciduas, pauperibus cedere. Deut. 24.

Boum spicas terentium ora non liganda. Deut. 25. 1 Cor. 9.

Viatores à fructibus gustandis non arcendi. Deut. 23.

a Ἀνθρώπων] *Al.* ἀνθρωπείων & ἀνθρωπίνων.

b Ἀλλ' ὡς] Excusum bis fuit ἀλλ' ὡς οὐ περὶ τῶν τυχόντων μέλει. *Big. & Epiph.* ἀλλ' ὡς οὐ περὶ τῶν τυχ. ἀμελεῖται. *Samb.* ἀλλ' ὡς οὔτε περὶ τῶν τυχ. ἀμελεῖται. Vel leges ἀλλ' ὡς οὐδὲ περὶ τῶν τ. μελ. BERN. Ita *Big. & Epiphan.* nec aliter *Samb. & Vat.* nisi quod in uno οὔτε reperiatur pro οὐ, & in altero οὐδὲ. excusum bis fuit, ἀλλ' ὡς οὐ περὶ τῶν τυχόντων μέλει τοῖς ν. Est qui conjicit, ἀλλ' ὡς ἂν περὶ τῶν τυχόντων μέλῃ τοῖς ν.

* *Metentes autem*] *Imperantur porro huic populo opera misericordiæ & officia humana, ut sunt ista hæc. Primo. Præter agrorum angulos, quos Pharisæi minus valere volunt parte messis sexagesima Massicla* Pea *c. 1. §. 2. Spicas atque manipulos facta messe forte relictos,* πᾶν καὶ λίκνον καὶ γόμος, *pauperibus cedere. His etiam largiri vineæ olivetique reliquias,* γιδαλίων, *quæ sunt decidua, vindemiatoris oblivia, & rhagologia:* καὶ φίζεθ, ἐπιφυλλίδας *dixerunt Josepho, Aquila & nonnunquam Interpr. LXX. vel his* καὶ ῥῶγας *seu* ῥάγας, *ut legerat Philo ubi eisdem Interpretibus, p. 703. Vide jam cætera codicis* פאה, *Maimonidis capita quinque priora de Jure pauperum,* μετὰ πενίας. *Bene enim convenit inter Josephum & Patres* διαστολὴν *tam de crimine quam de pœna,* Maccot. *c. 3. §. 9, 10, 11. Plectebatur adeo* בן הכות *mastigia, quicunque his talibus contraria fecerat, dura Ægypti satis immemor, tredecim ictibus tripinis fusica, quod est huic Historico & Divino Paulo* πληγὰς τεσσαράκοντα παρὰ μίαν, *aut verbis Pharisæorum* סלקין אותו ארבעים חסר אחת שנ׳ במספר ארבעים מנין שהוא סמוך לארבעים. אין אומרים אותו אלא כמכות, *Deut. c. 25. 3. Massicla* Maccot *c. 3. § 10, 11. & T. Bab.* Synh. *f. 10. &* Maccot *f. 22, 23. & Maimon.* הלכות סנהדרין Synh. *c. 16. magno opere, & Uzielides ad Deut. c. 25. 3. Secundo. Bovem* (ἃ ἀλοῶντα *dicunt* Baba cama *c. 5. §. 7.) triturantem fiscella non capistrari, Deut. c. 25. 4. 1 Cor. c. 9. 9. & 1 Tim. c. 5. 18. Philo p. 711, 712. Talmudici* Iebamot *f. 4, 43. &* Mesia *f. 88, 90, 91, 92. & præcipue Misna* Mesia *c. 7. §. 2. Maimonides cum illic, tum c. 13. §. 2. grandioris corporis de* Conducto שכירות, *& Turim titulis* 337, 338. *Adde veterem Commentarium* Siphra *f. 252. c. T. Bab.* Meila *f. 13 a. & Bartenorium ad secundam* διάταξιν *capitis VII.* Mesia. *Unde profecto constat à Gamaliele aliisque istius ævi Scholasticis edoctum beatum Paulum hoc Axioma, mite quidem & Mosaicum, à brutis operis ad humanas, ad sacras transtulisse.* Τὸ μὲν γὰρ τῆς ἀναγωγῆς καὶ αὐτὸ δὲ τὸ πρόχειρον, ἀληθὲς *quod ait Theodoretus* ὁ εὐσεβέστατος. *Flagitiosa tamen est interpretatio Lazari Azariadæ Gemara* Iebamot *f. 4. 1. & Uzielidæ Paraphrastæ ad Moysis Deuteronomium. Quivero in Israelitas* αὐγεῖσθαι *&c., sordidos ita & crudeles, ut ora industriis bestiarum obstruerent fallerentque, flagro undequadragesimo, acerba quidem, servili & condigna infamia, est sævitum: quam etiam in causa Regia Grotius Seldenusque, ut absurdum parit absurda, contra Moysen Moysisque Successores, & contra humani generis sensum permittunt. Tertio. Autumni tempore pomis ac uvis non prohiberi viatorem, neque æstate vulsis spicis,* קטפת מלילות, *quantum modo apud fundum tuum esse volet. Deut. c. 23. 24, 25.* Baba mesia *c. 7. §. 2. &c.* Talm. Jeros. *f. 11. b.* T. Bab. *f. 87. &c. & in iad Maimonidis c. 12.* περὶ μισθωτοῦ. *Namque Moysis suo indulgentiam.* כי תבא בכרם רעך *Oncelosus, Uzzelides, & omnis Schola Talmudica præsertim interpretantur* אי בשכירות את, Conductus si fueris vindemiatum, sive messum. *Liberalius tamen idem fas exponit Matthiades, & in Evangelio suo ὁ Δίογενεύς.* BERN.

c Καταλιπεῖν] Jam *Hen. & Bas.* καταλείπειν, & mox ἀπολείπειν BERN.

d Ἕρμαιον εἶναι καὶ εὕρημα] Ἕρμαιον εἶναι τούτοις πρὸς διατροφὴν *Big.* (*Coll. Voss.*) & *Vat.* ἕρμ. εἶ. τούτοις διὰ τροφὴν. *Samb.* HUDS. pro iis habet MS. τούτοις, sic ut εὕρημα glossa sit vocis ἕρμαιον. REL.

e Καὶ τῶν ἐλαιῶν] Sic in quinque *MSS.* in *Editis* καὶ ἐλαιῶν. HUDS. Deut. 24. 20. confer codicem Pea VII. 1. REL.

f Γὰρ ἂν ἐκ τῆς] Ita *Big. Samb.* & *Vat.* in *Bas. G. Aliisque* γὰρ ἐκ.

g Προθυμοτέραν] Eo modo *Big. Samb.* & *Vat. Interpr.* in reliquis προθυμοτέραν, non male.

h Ἀπεργάσεται] Ita ex *MSS.* in *Bas.* & *G.* ἀπεργάσεται.

i Ἀλλὰ καὶ] *Al.* ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων.

k Ἅλωος.] *Al.* ἅλωος. in *Vat.* ἅλω. *Atticorum ritu.*

l Μηδὲ ὀπώρας] Prima densa libri nostri scripti aut impressi typis, tanquam ab ὀπώρα & ὀπάζομαι, *tempus cum fructibus suis, quod horam, i. e. messem frumentumque solium lectum continuo excipit.* Idem μετόπωρον appellatur Didymo, Hesychio, aliisque Criticorum non vetustissimorum. Hujus autem Judæi totiusque nationis hostis Apion, & Grammatici plerique lenius efferunt ὀπώρα, διὰ τῶν ὀπῶν sine sensu bono hoc vocabulum arcescentes. Dicerent potius ὁ τῆς ὀπῶς ἔχων τῆς τρυγῆς ὥρα, sive τὸ ὀπίσω τῆς ὥρας, *quod æstatem sequitur.* Recte Eustathius ὀπώρα ὁ μετὰ τὸ θέρος ὥρα, à Poeta suo edoctus. καὶ φησὶ ἐλθεῖν ἐς θέρος ἐς ὀπώρην. Distinctius etiam Didymus, ὀπώρα καλεῖται ὁ μεταξὺ θέρους καὶ φθινοπώρου καιρός. BERN. Alii lenius, ὀπώρα, efferunt.

m Ἐμπίπλασθαι.] *Big. & Samb* manu altera ἐμπίμπλασθαι, altera ἐμπιμπλᾶσθαι. *Bas. & Gen.* ambabus utrique ἐμπιπλᾶσθαι, ut vel tono agnoscat originem primam à circumflexo πλάω. Bene mox *Samb.* παρέχειν. BERN. Ita edidit *Bernardus.* ἐμπίπλασθαι *Big. & Samb.* ἐμπιμπλᾶσθαι *Bas. & G.*

n Παρέχειν] Παρασχεῖν *Samb.*

o Ἐπιφέρεσθαι] Epiphanius, *Portare vero nihil eis liceat. Bas. & Gen.* pariter ἐπιφέρεσθαι δ' αὐτοῖς ἐξέστω, *at secum insuper ferre quicquam illis haud liceat.* Quod est phrasi obvia *Big. & Samb.* ἀποφέρεσθαι δ' αὐτοῖς μηδὲν ἐξέστω, *inde tamen nihil isti secum auferunto.* BERN.

p Ὧν εἰς] Ὧν ἂν εἰς τὰς ληνοὺς κομίζωσιν *Big. Samb. & Vat.*

q Ἐπεσθίειν.] *Hen.* ἐπεσθίειν puta pro ἐπεσθίειν. BERN. Forte ἀπεσθίειν. COCC.

r Παρῆλθεν] Παρῆλθεν *Samb.*

tempeſtivitate, & vigente & abire properante, prout Deo viſum fuerit. Quinetiam ſi qui præ verecundia attingere dubitent, ut capiant hortentur, Iſraelitas quidem ut ſocios & propter cognationem *rerum ſuarum* dominos; homines vero, qui alicunde advenerint, obſecrantes ut iis *munuſculis* uti velint hoſpitalibus, quæ Deus ipſis tempeſtive præbuerit. non enim *ſibi* impendio eſſe putandum eſt, quæ quis ex benignitate capere alteri permittit, Deo bonorum copiam ſuppeditante non ſolum ad fruendum, ſed etiam ad liberaliter dandum, volenteque & aliis hoc modo ſuam erga populum Iſraeliticum benevolentiam & felicitatis ſuppeditationem innoteſcere, dum etiam cum illis ea communicent quæ ipſis abunde ſuperſunt. Qui vero contra hæc fecerit, plagis undequadragenis à publico fuſtuario acceptis, pœnam hanc fœdiſſimam liber perpetiatur; quod lucro ſerviendo dignitatem *ſuam* læſerit. vobis enim pulchrum *erit*, calamitates in Ægypto & per ſolitudinem expertis, eorum curam gerere qui in ſimilibus verſantur; & opum abundantiam ex miſericordia Dei providentiæ adeptis, hanc eandem egentibus ex ſimili ſenſu impertiri.

Decuma tertia viduis & orphanis dividenda. Deut. 26.

22. * Præter duas decimas, quas quotannis ſol-

μῆσιν αὐτῶν μεταλαμβάνειν· τῆς ὥρας ἐν ἀκμῇ τι οὔσης καὶ ἀποδούσης ἀπελθεῖν, ὡς τῷ Θεῷ κεχαρισμένον ἂν εἴη. κἂν ὑπ' αἰσχύνης τινὰς ὀκνοῦντας ἅψασθαι, λαβεῖν [s] παρακαλείτωσαν, ἔνθας μὲν Ἰσραηλίτας, ὡς κοινωνὰς καὶ δεσπότας διὰ τὴν [t] συγγένειαν· ἀφιγμένους δ' ἀλλαχόθεν ἀνθρώπους [v] ξενίων τυχεῖν ἀξιοῦντες, ὧν ὁ Θεὸς [x] καθ' ὥραν αὐτοῖς παρέχειν. ἀνάλωμα γὰρ οὐχ ἡγητέον, ὅσα τις κατὰ χρηστότητα [y] παρέχοι ἀνθρώπῳ λαμβάνειν· τοῦ Θεοῦ τὴν ἀφθονίαν τῶν ἀγαθῶν χορηγοῦντος, [z] οὐκ ἐπὶ τὸ καρποῦσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ διδόναι φιλοτίμως, καὶ βουλομένου τῷ τρόπῳ τούτῳ τὴν ἰδίαν [a] περὶ τὸν Ἰσραηλιτῶν λαὸν εὔνοιαν καὶ τὴν χορηγίαν τῆς εὐδαιμονίας καὶ τοῖς ἄλλοις ἐμφανίζεσθαι, ἐκ πολλοῦ τοῦ πλείονος αὐτοῖς κακείνοις μεταδιδόντων. ὁ δὲ παρὰ ταῦτα ποιήσας, πληγὰς [b] μιᾶς λειπούσας τεσσαράκοντα τῷ δημοσίῳ σκύτει λαβὼν, τιμωρίαν ταύτην αἰσχίστην ἐλεύθερος ὑπομενέτω· ὅτι τῷ κέρδει δουλεύσας ὕβρισε τὸ ἀξίωμα. καλῶς γὰρ ὑμῖν ἔχει, πεπειραμένους ἐν Αἰγύπτῳ συμφορῶν καὶ κατὰ τὴν ἐρημίαν, πρόνοιαν τῶν ἐν τοῖς ὁμοίοις ὑπαρχόντων ποιεῖσθαι· καὶ τυχόντας εὐπορίας ἐξ ἐλέου [c] καὶ προνοίας τοῦ Θεοῦ, τὴν αὐτὴν ταύτην [d] ἐξ ὁμοίου πάθους ἀπομερίζειν τοῖς δεομένοις.

κβ'. [e] Ταῖς δὲ δεκάταις δυσὶν, ἃς ἔτους ἑκάστου προσ-

ταυ

s Παρακαλείτωσαν] Ita *Baſ. G. Hen. Buſb.* & *Vat.* Verum παρακαλείτω *Big.* (*Coll. Voſſ.*) *Vat* & *Samb.* per ectaſin *Atticam* pro παρακαλείτω. BERN. & HUDS.

t Συγγένειαν] *Big* & *Samb.* συγγένειαν. *Baſ.* & *Gen.* præter conſuetudinem συγένειαν Hoc quidem pro συγένειαν, aut pro συγγένειαν voculatione Attica. BERN.

v Ξενίων τυχεῖν] Ξενίας τυγχάνειν ἀξιοῦντας *Big.* (*Coll. Voſſ.*) & *Samb.* ξενίων τυχεῖν ἀξιοῦντας *Vat.*

x Καθ' ὥραν] Καθαρῶς legerat *Epiphan.*

y Παρέχοι] Παρέχειν ἀνθρώποις *Idem.* παρέχειν ἀνθρώποις *Hen.* & *Buſb.* παρέχειν ἀνθρώπους *Vat.*

z Οὐκ ἐπὶ τὸ] Οὐκ ἐπὶ τὸ [τῷ *Big.*] καρποῦσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ [τῷ *Big.* & *Coll. Voſſ.*] τοῖς ἄλλοις μεταδιδόναι [διδόναι *Vat.*] φιλοτίμως *Big. Samb.* & *Vat.*

a Περὶ τὸν τῶν] Περὶ τὸν Ἰσραηλιτῶν λαὸν *Big.* & manu altera *Samb.* & inter Latinos codex *Lipſienſis.* περὶ τὸν Ἰσραηλιτῶν λαόν, *Samb.* manu altera, & quaſi ἐκλείπει *Epiphanius.* Mox αὐτοῖς καὶ μεταδιδόντων, typis *Genevæ.* BERN.

b Μιᾶς λειπούσας] Μὴ λειπούσας *Samb.* corrupte, ut ſatis demonſtrant cætera exemplaria Græca, Latina plane omnia, utque §. κβ'. hujus capitis adnotat clariſſimus *Boſius.* Jam *Hen.* & *Buſb.* ὁ π. τ. ποιῶν, πληγὰς μιᾶς λειπούσας τεσσ. τ. δ. σκύτει λαμβάνων. BERN. In V. T. præcipiuntur 40 dari, uti noſtri id explicare ſolent: at Judæi 39. & ita Paulus quoque fatetur ſe 39. accepiſſe. REL.

c Καὶ προνοίας τοῦ Θεοῦ,] Ita *MSS.* in *Editis* deeſt καὶ. HUDS. Forte ἐξ ἐλέους καὶ προνοίας. Vet. *Ex miſericordia & providentia Dei.* COCC.

d Ἐξ ὁμοίου πάθους] Ἐξ ὁμοιοπαθοῦς *Vat.*

e Ταῖς δὲ δεκάταις] Ita *Big. Samb.* & *Vat.* ταῖς δεκάταις ταῖς δ. *Baſ.* & *G.*

tur congressio; quibus erepta sit virilitas, & generationis fructus, quem Deus hominibus ad generis nostri incrementum tribuit. Abigantur autem tanquam qui liberos peremerint, & antequam sint id sustulerint quod causa eorum fuisset (perspicuum enim est, eos, cum effeminata sit ipsorum anima, in idem etiam corpore mutatos esse) itidem etiam quicquid aspicientibus putatur monstrum. neque homines castrare liceat, neque alia animalia.

μα'. Αὕτη μὲν οὖν ὑμῖν εἰρηνικὴ τῶν νόμων κατὰ τὴν πολιτείαν διάταξις ἔστω, καὶ ὁ Θεὸς εὐμενὴς ἀστασίαστον αὐτῆς τὸν κόσμον παρέξειε· γένοιτο δὲ χρόνος μηδὲ εἷς, ὃς [c] καινίσει τι τούτων καὶ πρὸς τὸ ἐναντίον [d] μεταβαλεῖ. ἐπεὶ δὲ ἀνάγκη τὸ [e] ἀνθρώπινον καὶ εἰς ἀβουλήτους καὶ κατὰ προαίρεσιν ταραχὰς καὶ κινδύνους ἐμπεσεῖν, φέρε καὶ περὶ [f] τούτων βραχέα προσδιατάξωμεν· ὡς ἂν προειδότες ἃ χρὴ ποιεῖν, ἐν τῇ χρείᾳ τὸ [g] σωτήριον εὐπορῆτε, καὶ μὴ τότε ἃ δεῖ ποιεῖν ἐπιζητοῦντες, [h] ἀπαρασκεύαστοι [i] τοῖς καιροῖς [k] περιπίπτητε. γῆν, ἣν ὑμῖν ὁ Θεὸς ἔδωκε πόνων καταφρονοῦσι καὶ ψυχὰς πρὸς ἀρετὴν [l] ἠσκημένοις, [m] ἀπόλεμον νέμοισθε, κεκληρωμένοι αὐτήν, μήτε ἀλλοτρίων εἰς αὐτὴν ἐπὶ κακώσει στρατευσάντων, μήτε στάσεως ἐμφυλίου καταλαβούσης ὑμᾶς· ὑφ' ἧς τἀναντία πράττοντες τοῖς πατράσιν ἀπολεῖτε τὰ ἐκείνοις νομοθετηθέντα· χρώμενοί τε νόμοις, οὓς ἀγαθοὺς δοκιμάσας ὁ Θεὸς παραδίδωσι, διατελοίητε. ἔργον δ' [n] ὅ, τι ἂν πολεμικὸν, ἢ νῦν ὑφ' ὑμῶν ἢ ὕστερον ἐπὶ παίδων ὑμετέρων, γένηται, [o] τοῦθ' ὑπερόριον πραχθείη. μέλλοντας δὲ πολεμεῖν, [p] πρεσβείας καὶ κήρυκας πέμπειν παρὰ τοὺς [q] ἑκουσίως πολεμίους. πρὸ γὰρ τῶν ὅπλων καλὸν εἶναι χρῆσθαι λόγοις πρὸς αὐτούς, δηλοῦντας ὅτι καὶ στρατιὰν πολλὴν ἔχοντες, καὶ ἵππους, καὶ ὅπλα, καὶ πρὸ τούτων εὐμενῆ τὸν Θεὸν καὶ σύμμαχον, ὅμως [r] ἀξιοῦτε μὴ ἀναγκάζεσθαι πολεμεῖν [s] αὐτοῖς, μηδὲ τὰ ἐκείνων ἀφαιρουμένους ἀβούλητον αὐτοῖς κέρδος προσλαμβάνειν. καὶ πειθομένων μὲν, καλῶς ὑμᾶς ἔχειν τὴν εἰρήνην [t] φυλάττεσθαι. [v] εἰ δὲ φρονοῦντες ἐφ' ἑαυτοῖς ὡς ἰσχύϊ διαφέρουσιν, ἀδικεῖν

41. [1] Et hæc quidem vobis sit pacifica legum reipublicæ constitutio, & Deus propitius honestatem ejus à seditionibus imperturbatam conservabit: absit autem ut ullum veniat tempus, quod horum aliquid innovet & in contrarium mutet. Sed quoniam necesse est hominum genus, vel invito vel sua sponte, in turbas etiam & pericula incidere, age pauca etiam de his præterea ordinemus: ut quæ facienda sint prævidentes, salutaria, cum opus erit, habeatis; neque tunc requirentes quæ facere oporteat, imparati [2] in tempora *funesta* incurratis. Faxit Deus, ut terram, quam vobis dedit labores contemnentibus, animosque ad virtutem exercitatos habentibus, in pace ac tranquillitate colatis, possidentes eam sine perniciosis externorum incursionibus, & absque civili vos exagitante seditione, (per quam si patribus vestris contraria faciatis, instituta illorum perdetis) utque legibus uti pergatis, quas Deus *ut* bonas *numine suo* comprobatas tradit. [3] Si vero res bellica quæcunque acciderit, aut nunc vestro ævo aut postea apud seros nepotes, *utinam* hæc extra *terræ vestræ* limites geratur. Cæterum bellum gesturi, legationes mittite & præcones ad hostes voluntarios. decet enim, ante*quam* arma *inferantur*, verbis ad eos uti, declarando, vos, quamvis & exercitum magnum habeatis, & equos & arma, & ante hæc Deum propitium & auxiliarem, nolle tamen cogi bellum cum eis gerere, neque facultates illorum auferentes lucrum ipsis invisum comparare. Ac si quidem obtemperaverint, decet vos pacem servare: sin vero sibimet *nimium* fidentes, ac si viribus præpollerent,

Legem Moysis ἀναλλοίωτον perpetuamque animo vano credit Josephus, finis & cætera Judæorum calamitas.

Leges Belli. Deut. c. 20.

Præcones mittendi.

z Ἡμῶν ὁ Θεὸς] Ἡμῖν *Vat.*

a Αἴτιον] Ita *Big. Samb. Vat.* & *Epiphan.* in *Editis* ἀναίτιον, forte pro ὂν αἴτιον. quam lectionem sequendo ita *Gelenius* interpretatur, *sed multo ante propriam innocentiam ac puritatem perdidit.* HUDS. *Quod insanum est.* Fuit quum legerem αἴτιον, ut sensus sit, debere illos haberi pro homicidis, qui quidem filios ipsos non occidant, sed πρὸ τούτων, filiorum loco τὸ ἐκείνων αἴτιον quod filiorum causa est. In alia longe diversa vagatur interpres Latinus. Potest tamen servari lectio ἀναίτιον, & sensus esse, *quod ipsorum causa non est*, id est, partem quæ filios non producit i. e. genitalia tollunt, quæ filios producere potuissent: nunc causa filiorum esse nequeunt, quia avulsa. In cod. MSto est αἴτιον, quod suspicionem priorem confirmat. REL.

b Μετημείψαντο] Μετημφιάσαντο *Big.* & *Samb.* μετημορφώσαντο *Vat.*

1. *Et hæc quidem vobis sit pacifica*] *Lex Moysis ἀναλλοίωτος perpetuaque. Sic ait his terque Flavius: sic animo vano credit hæresis tota Judæorum, Templo licet diruto, omnique Moysis supellectile jam penitus excisa. Verum hic Archaeologus, Deut. c. 27. v. ult. quo jam respexit, invenisse videtur absolute* את כל דברי התורה הזאת, *cum LXXII. Alexandrinis, & Divino Paulo, & cum Doctoribus Siciensis; quorum exemplaria ostentant πᾶσι τοῖς λόγοις, testibus B. Hieronymo, Procopio Gaza, nostrisque tandem oculis. Imo, quod mireris, Leviticon magnum f. 193. 3. Tanchumas Jurisconsultus in Talm. Jeros. Sota f. 21. d. plenissime citant hunc versum* מכאן דכתיב בסוף אמן כמי שכלו דבר ואחר כתיב אשר לא יקים את כל דברי התורה הזאת. *Idem denique confirmatur Lege ipsa Deut. c. 11. 32.* BERN.

c Καινίσει τι] Καινίσῃ *Bas.* in cæteris καινίσει, vel καινίσοι.

d Μεταβαλεῖ] Μεταβάλῃ *Big.* & *Samb.* & mox ἐπειδή.

e Ἀνθρώπινον] Ἀνθρώπειον *Vat.*

f Τούτων βραχέα] Τούτου *Big. Vat.* & *Samb.* à manu secunda.

g Σωτήριον εὐπορῆτε,] Ita *Big.* (Coc.) & *Samb.* in *Editis*, *Aliisque* σωτηρίων ἀπορῆτε.

2. *In tempora funesta incurratis.*] *Temporibus succumbatis* vertit *Epiphan.*

h Ἀπαρασκεύαστοι] Sic *Vat.* in reliquis ἀπαρασκευάστως.

i Τοῖς καιροῖς] Forsan τοῖς κακοῖς.

k Περιπίπτητε.] Περιπίπτετε, ἀλλὰ γῆν &c. legit *Castalio.*

l Ἠσκημένοις,] Οἷα ἠσκημένοις vel ἀσκοῦντας legerat *Epiphan.*

m Ἀπόλεμον νέμοισθε,] Ἀπόλεμον μὲν νέμοισθε, [illegible] κεκληρωμένοι αὐτήν *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb. Vat* & *Vet. Interpr.*

3. *Si vero res bellica quæcunque acciderit,*] *Hactenus opera pacis, & populi felicis tranquilique officia. Sequitur de jure belli. Quoties hostium aliquis spretis legationibus contra Hebræos bellum admoverit, ducem creanto, præstat unum unum, Deo imperatori soli secundum. Deinde conscribitor in militiam virtute animi & corporis præstantior pars populi, exceptis ædium, vinearum, nuptarumque novarum dominis. Annum autem quietum & imbellem expectabant ex vetustissima traditione (quam commemorant Pharisæi Mischna Sota c. 8. §. 8. & Talm. Jeros. ibidem, atque demum Maimonides Melachim c. 7. confirmat vero hoc loco Mattathiades) dedicatio* חנוכה, *quæ est inhabitatio domus recentis, & vineæ vel arboreti quinquennalis* [illegible] הלול *sive usus: item gaudia nuptiarum id spatium vel jussu Moysis Deut. c. 24. 5. Unde etiam pro lare & hortis arguebant vetustissimi Explanatores Divinæ Legis f. 51. d.* נקי לביתו זה ביתו יהיה זה כרמו. *Itidemque Doctores Solymitani,* בנה בירת ואנכו ולא שהא כתובו יב' חדש. נטע כרם וחללו ולא שהא בה כו יב' חדש, *quod est verbis ipsis Flavii* [illegible] *&c. Consules, credo, in hoc licentia Divinum Moysen, Deut. c. 20. & Moysen minorem c. 5. 6. 7.* περὶ [illegible], *præcipue ex Sotæ c. 8. & T. Jeros. f. 22. & T. Babyl. f. 42. 43. 44. atque ex Siphre f. 47. 49. b. Philonem etiam Alexandrin. p. 719. ubi causas istius indulgentiæ exponit. Alteram quidem,* [illegible], *alteram vero,* [illegible]. BERN.

n Ὅ, τι ἂν] Ita, vel ὅτε scribendum censeo, pro vulgato ὅτι.

o Τοῦθ' ὑπερόριον] Ita *Samb.* cum *Vet. Interpr.* [illegible] *Bas.* & *Vat.* [illegible] *Gen.* unde legendum censet *Petitus*, [illegible], τοῦτο πραχθείη.

p Πρεσβείας] Eo modo *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb* & *Vet. Interp.* πρεσβείαν *Vat.* πρὸς βίαν perperam in *Editis*.

q Ἑκουσίως πολεμίους.] Ἑκουσίας in quinque *MSS.*

r Ἀξιοῦτε] Ἀξιοῦντας *Busb.* & *Hen.*

s Αὐτοῖς,] *Al.* αὐτούς.

t Φυλάττεσθαι] Ita pro φυλάττεσθε in *Editis* emendatum dederunt *Bernardus*, (*Cocceius*) *Bovinsque.* in *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb.* & *Vat.* φυλάττειν.

v Εἰ δὲ φρονοῦντες] Sic in quinque *MSS.* & *Vet. Interpr.* (*Coll. Voss.*

rent, vos lædere voluerint, exercitum in eos ducite, Deo quidem summo imperatore utentes, uno vero præstanti virtute secundarum partium duce creato. nam multorum imperium, præterquam quod iis qui aliquid celeriter agere necesse habent impedimento sit, etiam *eo* utentibus *non raro* obesse solet. Exercitus autem purus ducatur, delectis corporum robore animique audentia præcellentibus; timidis vero rejectis, ne dum acie decernitur in fugam versi hostibus prosint. Iisque qui nuper domos ædificarint, quibus nondum per annum fruiti sunt; & qui conseverint, necdum fructus perceperint, domi *manere* sinantur; necnon sponsi, & qui nuper uxores duxerint: ne harum rerum desiderio vitæ parcentes, & seipsos ad earum fruitionem servantes, ultro se male gerant [propter uxores.]

Militum delectus habendus.

42. [1] Castris autem positis, providete ne quid sævum & improbum faciatis. Cum vero urbem obsideatis, & ligna ad machinas conficiendas desideretis, ne terram attondete, arbores mites ac frugiferas succidendo: sed parcite, eas in hominum utilitatem natas esse cogitantes; & si vocem haberent, vobiscum expostulaturas esse, sese immeritò malo affici, ut quæ belli causa non extiterint, atque inde migraturæ fuerint & in aliam terram transituræ, si eis esset potestas. Cum autem prælio *hostes* superaveritis, eos qui in adversa acie steterint interficite, cæteros vero ad tributa vobis pendenda conservate, gente Chananæorum excepta: hos enim ad internecionem delere oportet.

Cavendum ne sævum quicquam aut improbum castra polluat. Deut. c. 23. v. 5.

Arbores frugiferæ non exscindendæ. Deut. c. 20.

43. [2] Cavete autem, maxime in præliis, ne vel

Lex de ornatu virili muliebrique. Deut. c. 22. v. 5.

ἐθέλοιεν, στρατὸν ἐπ᾽ αὐτοὺς ἀγάγετε, [x] στρατηγῷ μὲν αὐτοκράτορι χρώμενοι τῷ Θεῷ, ὑποστράτηγον δὲ χειροτονήσαντες ἕνα τὸν [y] ἀρετῇ προὔχοντα. πολυαρχία γὰρ, πρὸς τῷ τοῖς ὀξέως τι πράττειν ἀνάγκην ἔχουσιν ἐμπόδιον εἶναι, καὶ βλάπτειν πέφυκε τοὺς χρωμένους. στρατὸν δὲ ἄγειν καθαρὸν, [z] ἐκ πάντων τῇ ῥώμῃ [a] σωμάτων καὶ ψυχῆς εὐτολμίᾳ [b] διαφερόντων· τὸ δὲ δειλὸν [c] ἀποκρίναντας, μὴ τοὺς πολεμίους παρὰ τὸ ἔργον τραπὲν εἰς φυγὴν [d] ὠφελήσῃ. τούς τε νεωστὶ δειμαμένους οἰκίας οἷς οὔπω χρόνου ἀπολαύσεις αὐτῶν ἐνιαύσιος, καὶ φυτεύσαντας οὔπω δὲ καρπῶν μετεσχηκότας ἐᾶν κατὰ χώραν, καὶ τοὺς [e] μνηστευσαμένους δὲ καὶ νεωστὶ γεγαμηκότας· μὴ πόθῳ τούτων φειδόμενοι τοῦ ζῆν, καὶ τηροῦντες [f] ἑαυτοὺς εἰς τὴν τούτων ἀπόλαυσιν, ἐθελοκακήσωσι [g] [περὶ τὰς γυναῖκας.]

μβ΄. [h] Στρατοπεδευσάμενοι δὲ προνοεῖτε μή τι τῶν δυσχερεστέρων ἐργάσησθε. πολιορκοῦντας δὲ καὶ ξύλων ἀπορουμένους εἰς ποίησιν μηχανημάτων, μὴ κείρειν τὴν γῆν ἥμερα δένδρα κόπτοντας· ἀλλὰ φείδεσθαι, λογιζομένους ἐπ᾽ ὠφελείᾳ ταῦτα [i] τῶν ἀνθρώπων γεγενῆσθαι, καὶ φωνῆς ἂν εὐπορήσαντα δικαιολογήσασθαι πρὸς ὑμᾶς, [k] ὡς οὐδὲν αἴτια γεγονότα τοῦ πολέμου πάσχοι κακῶς παρὰ δίκην, [l] εἰ δυνάμεως αὐτοῖς ἦν καὶ μετανιστάμενα ἂν καὶ πρὸς ἄλλην μεταβάντα γῆν. κρατήσαντες δὲ [m] τῇ μάχῃ, τοὺς ἀντιταξαμένους κτείνατε· τοὺς δ᾽ ἄλλους ἐς τὸ τελεῖν ὑμῖν φόρους [n] σώζετε, πλὴν [o] τοῦ Χαναναίων ἔθνους. τούτους γὰρ πανοικὶ χρῆναι ἀφανίσαι.

μγ΄. Φυλάσσετε δὲ, μάλιστα ἐν ταῖς μάχαις, ὅπως μήτε γυναῖ-

Voss. αἱ 3) in *Editis* φρονοῦντας ἐφ᾽ ἑ. ὡς ἑ. διαφθείρειν· εἰ δ᾽ οὐδ[illegible].

x Στρατηγῷ μὲν αὐτοκράτορι] Aperte conjunxit & contemplatus simul est Flavius noster duo insignia & nota *Homeri* loca, ex libro scilicet Iliad. δ. 84. Ζεὺς, ὅς τ᾽ ἀνθρώπων ταμίης πολέμοιο τέτυκται. & ibid. l. β. 204. Οὐκ ἀγαθὸν & quæ sequuntur. HAV.

y Ἀρετῇ προὔχοντα.] Ἐπ᾽ ἀρετῇ *Vat.*

z Ἐκ πάντων] Καὶ ἐκ. π. legisse videtur *Vet. Interpr.*

a Σωμάτων] Σώματος *Bosh. Hen. Vat. & Epiphan.*

b Διαφερόντων] Διαφέροντα legerat *Vet. Interpr.*

c Ἀποκρίναντας,] Ἀποκρίναντες *Samb. Bosh. Hen. & Vat.* ἀποκρίνοντος *Big.*

d Ὠφελήσῃ.] Ὠφελήσῃ *Samb. & Epiphan.*

e Μνηστευσαμένους] Μνηστευσαμένους *Samb. & Hen.* verbo bono ac vetere, ut inquit *Bern.*

f Ἑαυτοὺς] Αὐτοὺς *Samb. & Big.*

g Περὶ τὰς γυναῖκας] Non dubito quin tres illæ voces, quas uncis inclusas dedi, à sciolo aliquo additæ fuerint, cum eas non agnoscat *Vetus Interpres.*

h Στρατοπεδευσάμενοι] Στρατοπεδευσάμενοί τε προνοεῖσθαι *Samb. & Big.* στρατ. δὲ προνοεῖτε μή τι τῶν δυσχερῶν *Vat.*

1. *Castris autem positis,*] *Cavento ut castra Hebraica sævum quicquam aut improbum,* ערות דבר *Deut. c. 23. 9. (ubi leges Uzieli* [illegible]*) unquam polluat. Adeoque arbores mites ac frugiferas, Moysi* אילן מאכל, *Latinis* poma, *& Scholastici Judaici* אילן סרק, *ubi crescant cunque, ad machinamenta belli ne succidunto. Quid enim mali ista fecerint? Deut. c. 20. 19. Disce hinc ingenium Moysis, benignum, simplex, omnisque humanitatis thesaurum. Sic professio fuit Theologorum veterum interpretamentum, Philonis, Josephi, Onkelosi, Constructores* Siphre f. 47 d. *& Hierosymi nostri, atque Samaritarum præcipue* اتري انسان شجر الصحرا يدخل بين يديك في الحصن. *Aliter vero Mosaica explicant novi homines. Vide adhuc Maimonidem de* Regibus c. 6. *& Doctores Babylonios allegorias affatim jactantes* Taanit f. 7. Synhedrin f. 100. b. *&* Maccot f. 22. *Pergit autem æquitatis magister,* Hostium equidem quicquid in acie reperitur, neci danto: cæteros tributarios habento, tam operarum quam opum suarum. Chananæi tamen omnino sunt delendi, *Deut. c. 20. 10, &c. His insuper addunt patres Pharisæi gentem improbam* Amaleci, *loco octavo. Desiderantur vero commate 17. sicut & Exodi c. 34. 11. in Hebraico Judæorum, & in versione Hieronymiana* Gergesæi: *attamen Samarita & Interpretes Ptolemaici illos cum reliquis majori* [illegible] *utrobique recensent, ordine saltem diverso. Quinimo hoc omissum Ma'eretis opportune excusat Auctor* Siphre f. 47. c. כשהוא אומר צוך יהוה אלהיך לרבות את הגרגשי v. 17 *Vide modo Deut. c. 7. 1, 2 c. 25. 19. Exodi c. 23. 32. Jos c. 11. 15. 1 Reg. c. 5. 13. & c. 9. 15. & Maimonidis* [illegible] *c. 6. ex* Sota *Babyloniorum f. 3, & 35 &* Synhedrin f. 67. *& Scholasticos Urbes* Cidduscin f. 65. c. BERN.

i Τῶν ἀνθρώπων] Videtur ita intellexisse verba Dei. האדם *homini* sunt destinata. Sed memini me à viro docto audivisse, si per modum interrogationis intelligantur, sensum aptiorem fundere *num homo sunt?* num arbores oppugnatum ibitis, & non homines? Quamobrem ergo illas cæderetis? REL.

k Ὡς οὐδὲν] Ὡς οὐδὲν αἴτια δὲ π. γ. πάσχει *Big. & Samb.*

l Εἰ δυνάμεως] Εἰ δὲ δυν. legerat *Epiphan.*

m Τῇ μάχῃ,] Articulum negligunt *Big. & Samb.*

n Σώζετε,] Σώζετε *Vat.*

o Τοῦ Χαναναίων ἔθνους] Τοῦ Χαναναίων in quinque *MSS.*

2. *Cavete autem, maxime in præliis,*] *Vir ne prodeat veste muliebri præsertim in pericula belli ex Deut. c. 23. 9. neve usquam virilis cincta fœmina, Deut. c. 22. 5. Turpe enim utrumque, Deoque observatori valde adversum,* תועבת יהוה. *Præsertim vero dictum puta,* cum palla fœminea melior natura in prœlia ne pergat. *Namque* כלי גבר, σκεῦος ἀνδρὸς, (*sic Hellenistæ, Samarita, Syri, & multi Judæorum dictionem veterem interpretantur*) *de armis ac vestitu militari maxime accipiunt Josephus, Onkelosus hac quidem paraphrasi* תקון זין דגבר armatura virilis; *& inter Deuterotas Eleazarus Jacobides f. 69. de* Naziræis. *Is ubi suggerit, Moysen hac sanctione vetare,* שלא תצא אשה בכלי זין למלחמה, fœminæ ne capescant arma, sed potius inermes & pudicæ castra sequantur: neque peplo muliebri viri conditionis suæ immemores semet induant. ולא יתקן איש בתכשיטי אשה. *Statimque de eodem flagitio,* ר"א שרש המקרא כמשמעו שלא ילבש איש מלבושים המיוחדים לנשים כגון ציניף וקיטאש. *Unde etiam constat sinceram illam Doctorem Deuterosecon,* [illegible]*, R. Eleazarum conscriptam sua ævo legisse versionem doctissimi & sapientissimi Onkelosi. Idem porro repetit Siphre Auctor vetus f. 44. a. & post illum Moyses Cosensis* LX *vetitorum, cum celebri meritoque elogio supradicti Eleazari,* הלכה כרא"בן יעקב בכל מקום. *Ex eadem lege docet Maimonides* c. 12. de Idololatria, interdici fœminas Hebræas galeis & loricis, sed & consimili virorum decore ac tutamine, virosque ornatu fœmineo. *Hujus autem decreti rationes duas adfert* More p. 447. *Alia petitur à modestia semper colenda. Hoc procul dubio respexit Amramides, aut communes, aut quidem structe contra Ægypti jam derelicta mollitiem, & permutata sexus utriusque officia,* οἱ γὰρ ἄνδρες κατ᾽ οἴκους ἐόντες ὑφαίνουσι, *similiaque narrat de Nili accolis Herodotus, scriptor excellens. Causam vero aliam, nimis amat, ab odio Zebaismi arcessit Maimonides. Jubet scilicet codex* Tomtom, *i. e.* [illegible] *χαλδαϊκῶν, viros* ad Venerem accedere stolis fœminarum, atque has apud Martem stare habitu ac armis non suis. *Vel sic quidem occurrit Legislator superstitioni Syriacæ; quippe in Æde Hierapolitana, Luciano teste, stetit Combabus Spado,* μορφὴν μὲν ὁκοίη γυνὴ, ἐσθῆτα δ᾽ ἀνδρηΐην ἔχων, *Sacerdote evirato & stolato cultus.* [illegible] *inquit Rhetor de ministris Combabi. Pariter descriptor antiquitatum Amathusiarum,* [illegible] *(*[illegible]*, deam è Syria acceptam)* [illegible]. *Ita locum Hesychii pessime corruptum restituo. Deinceps de hoc interdicto eleganter dissertat Philo p. 738.* [illegible] *Adde his quæ ad Moysen citat magnus Gro-*

γυναῖκα ἀνδρικῇ στολῇ χρῆσθαι, μήτε ἄνδρα στολῇ [p] γυναικείᾳ.

μδ'. Πολιτείαν μὲν οὖν τοιάνδε Μωϋσῆς [q] κατέλιπε·

femina ornatu virili utatur, vel vir stola muliebri.

44. [1] Moyses igitur hujusmodi reip. institutionem

Leges suas frequentibus concionibus inculcat Moyses, & tandem scripto volumine Sacerdotibus tradit. Deut. c. 31.

Grotius ex Philochoro. BERN.

p Γυναικείῳ.] Γυναικείᾳ *Bod. Hen. Vat.* & *Samb.* à manu secunda.

q Κατέλιπε·] *Al.* καταλέλοιπε, ut pag. seq. v. 7.

1. *Moyses igitur hujusmodi reip. institutionem reliquit:] Talis erat Politia Moysis. Has quidem leges cæterasque instante jam anno Exodi quadragesimo, & frequentibus concionibus inculcabat vir Divinus, & tandem scripto volumine, Sacerdotibus tradidit, Deut. c. 31. 9, 24, 25. simulque Tabularum* διαθήκης *apothecam, & Tabernaculum Sacrum, necnon Poema illis dedit de futuro Hebræorum statu, versibus (nemo prudens dubitet) hexametris conscriptum, cui & eventus rerum optime respondit. Venimus igitur nunc ad ultima jussa Legislatoris. Vindictam de Amalecitis opportune capiunto. Item ad partem orientalem Chananææ, deleta modo stirpe mala incolentium, prope Sicimas convalli media inter montes, Garizin,* גריזים *à dextris, & à lævis Gibalum* עיבל. Hibal *Samaritis & Josepho & Arabibus, sed* Hebal *Masoretis Judæorum & Interpr.* LXX. *& B. Hieronymo, extruatur altare: atque Hebræis hinc inde in duas acies descendentibus, sicut docetur l. 5. c. 1. horum Originum, bona faustaque omnia observantibus Leges datas adprecetur pars Garizæa, acclamantibus itidem Gibalinis. Tum hi diras vibrent in violatores Divini Juris, idem protinus resonante clivo Garizæo. Deut. c. 11. 27. & c. 27. Denique in memoriam rei, Benedictiones illas Exsecrationesque, quarum exemplar extat Deut. c. 27. 15. tectorio dextro sinistroque inscriptas ferat altare cum signo contrarii, substituto equidem bono verbo* ברוך *in locum* ארור, *& sententia aiente in negantem versa: quod placuisse video Josepho aliisque discipulis Pharisæorum in corpore* [illegible]*: absque ea die sacrificiis omnis immane stet & incruentum. Hæc adeo exequebatur pius Imperator Jesus c. 4. 1. & c. 8. 30.* Actorum suorum. *Qua tamen pompa quove ritu solicite referunt post tot secula Hebræi Proceres Pharisaismi* Sotæ c. 7. § 5. Ubi enim, Jordane trajecto, pervenerant Israelitæ ad Garizin & Hebal, montes Samariæ, juxta Sicima in campo Morio, הר גריזים והר עבל שבשמרון שבצד שכם שבאצל אלוני מורה. *Ita Traditionum Judaicarum Patres explicant verba Legis Deut. c. 11. 30. Ita horum filii in Commentariis Babylonicis f. 33. b. ejusdem* Sotæ, אלוני מורה שכם האמור להלן, *scilicet Gen. c. 12. 6. & Jos. c. 24. Illi autem descriptioni, Deut. c. 11. 30.* τὸ σαμαρειτικὸν, *post singulare* אצל אלון מורה *(sicut & Ptolemaici legerant; ubi tamen Hieronymus noster viderat* אלון ומורה.) *superaddit modo* [illegible] *quod est alteri Interpretum Samaritan.* מישר חזוה אינסר קבל שכם juxta campum visionis, *sive* patentem late ante Sicima: *alteri vero* ,جانب مرج البها مقابل نابلس ad planitiem pulcram cui præjacet Neapolis. *Hæc enim urbs, ut itineraria nova veteraque testantur, inter Gerizin & Hebal exporrecta planis Acrabatenis obsidet. Quinetiam glossema illud voluminis Samaritici Deut. c. 11. 30. jam olim notaverant Deuterotæ Judaici, præsertim Eleazarus Josis Galilæus,* Sotæ *f. 21. c. T. Jeros. & f. 33. T. Babyl.* אמרתי לספרי כותים זייפתם תורתכם ולא העליתם בידכם כלום שאתם אומרים אלוני מורה שכם, Frustra quidem textui Mosaico vos Cuthæi adjicitis *Sicem:* ultro enim fatemur ipsi *Elone More* de Sicimis vestris recte exponi. *Dicitur præterea versu eodem Deut. sive Josue sive alius militum suorum operi Mosaico eam descriptionem insueverat,* eminere montes illos in terra Chananæorum, proprie Hevæorum, qui ab occiduo, בערבה, ἐπὶ δυσμῶν, verissime à Cauro respectant Galgala, מארץ הכנעני היושב בערבה מול הגלגל. *Vel,* qui בערבה per planitiem illustrem excurrunt ad fines Galgalorum, ad campos usque Iericuntios, *tanquam castris Hebræis nobilem locum & notissimum. Observant adeo Doctores Solymitani* Sotæ *f. 21. c.* בערב הירדן, *valere ibidem* כן הירדן ולהלן. *Vel denique ait vetustissimus iste Interpolator,* gemina ista cacumina opponi Galgalis Gophni cis terminum occiduum Ephræmi. *De eisdem montibus Illustrissimus Phocas,* [illegible] *Conveniunt idcirco inter se idemque faciunt ad Deut. c. 11. 30.* מול שכם *Samaritarum,* [illegible] *Flavii hujus, atque demum Deuterotarum* שבצד שכם. *Pergamus igitur ad pompam Hebræam. Inter dictos montes circa Aram medium in plano consistebant Sacerdotes, qui quidem Deut. c. 27. 9, 14. sicuti versibus aliis viginti tribus sacri Codicis appellantur Levitæ à Tribu sua, ut opportune monet Clarissimus Amoræus Josue ben Levi T. Jeros. f. 21. c.* Sota. *Sacerdotibus vero junguntur titulo simplici Levitæ. Inde à dextris sex tribus heriles, ordine gemmarum Logii, subeunt jugum Garizæum,* ἀγγάρειζον *Damascio Philosopho,* الجبل الشريف *ipsis Samaritis, ut decuit,* جبل نابلس mons Neapolitanus *Eutychio Alexandrino, quod paulo propius imminet Neapoli Jud. c. 9. 7. & Josephi l. 11. c. ult. Sex aliæ tribus à lævis ad clivum Gibalinum pandunter. Nam* לגיל הר גריזים ונו' *in rebus Josue, idem denotat quantum in Lege* על הר גריזים ונו'. *Tum versi ad Garizin vultibus, benedictiones ordiuntur Sacerdotes ex Formula,* [illegible] ברוך האיש אשר לא יעשה פסל ומסכה, *cæteraque Deut. c. 27. à v. 15. Quibus protinus acclamant utrumque* [illegible], Amen. *Mox contra Gibalum* [illegible] *conversi, exsecrationes pariter denuntiant.* [illegible] ארור האיש אשר יעשה פסל ומסכה. *Reboantque continuo ambæ acies* Amen *super quolibet maledicto. Posthæc verba cuncta Legis istius, i. e. Formulæ, altari hac de causa constructo dealbatoque inscribuntur linguis* LXX. *phrasi Pharisæorum gloriosa, quæ valet pariter cum Mosaica* [illegible] באר היטב, *Deut. c. 27. 7. sicut profitentur Judas Princeps hoc loco, & alibi R. Johannes Sabbat f. 88. necnon ab istis Uvelides* מתקרי כא' ומחרום כא' לישנין. *Postremo demolito monumento isto, quod* [illegible] *perite refert Flavius; qua Sicima propius à Jordane absunt quam mari Mediterraneo: nisi si ille cum priscis Scholasticis locutionem versus 30* דרך מבוא השמש, *de sole oriente acceperat. Ita* Sota *f. 21. c. T. Jeros.* אחרי דרך מבוא השמש מקום שהחמה זורחת. וקיפלו את האבנים ובאו ולנו בגלגל ושם נטלו את האבנים וכאו ולנו. אקימו את האבנים במקומן. *Ubi Glossator, Ipso inquiunt destructo, lapides ejus secum comportabant in castra. Invidens enim valde, pene quoque Samaritis pleraque Judæorum facile tam sacrum, tam antiquum* [illegible] *in alterutro vertice Hargarizin, vel obliterata jam incrustatura, servari. Concedit tamen Josephus lapides duodecim, ritu hoc peracto, in cacumine Gibaleno fuisse relictos, in castra Silantina populo abeunte. Loquitur enim et libro v. de Chananæis Acrabatenam incolentibus, quæ sane pertingit à Garizim ad Galgala, ut notum Eusebio aliisque Geographis sacris. Cadit adeo argumentum Doctorum Solymitanorum* Sota *f. 21. c. Quinimo usque crevit pertinacia Eleazari & manualiorum Rabinorum, magis ex odio Samaritarum, quam propter phrasin Legis* מול הגלגל: *cui neque Eusebius Episcopus Cæsareæ Palæstinæ, neque Epiphanius ortus Eleutheropoli, aliique Ecclesiasticorum etiam obsistendo: quinimo assererent prope Jerichunta, longeque à Sicimis, stetisse ævo Josue* Garizin & Ebal, *contra fidem omnium bonorum viatorum scriptorumque, etiam Sacrorum adeoque Samaritas à manu finxisse hosce montes, aut nominibus non suis eos dedisse. Veruntamen Sicimita, Benjamino Judæo, & mox Breidenbachio Christiano ex alloquio referentibus, rite sese affirmabant* [illegible] *super Josue Aram Garizitanam,* על המזבח שבנו בהר גריזין כהאבנים שהקימו בני ישראל כשעברו הירדן. *De loco tamen, quo aram illam ex sacris Jordanicis instauraverat Josue, gravissime altercati sunt per omne ævum Samaritæ & Judæi. Horum enim exemplaria Hebraica versionesque prorsus omnes, tam Deut. c. 27. 4. quam Josue c. 8. 30. declarant,* [illegible] בהר עיבל. *Nec aliter legerat Flavius iste Judæus,* [illegible] *lib. 5. Orig. c. 1. §. E contra, Pentateuchum Hebræum* τῶν σαμαρειτῶν, *Syriacum, Arabicum, Græcumque: item Chronicon Samaritarum, eorum Commentaria Biblica, atque etiam Exomologesis nuper ad nos transmissa à Neapoli Palæstinæ, Altare verbis diris bonisque inscriptum, & refugientis Jordanis spolia in meliore cacumine montis* [illegible] *miro consensu collocant ex Deut. c. 27. 4.* [illegible] ,على جبل [illegible] جرزيم, [illegible]. *Aut verbis Abulphetachi Chronographi Samaritani,* في ذلك الوقت بنا [illegible] مذبح حجارة في جرزيم كما قال الله تعالي واصعد عليه صعايد. Post Hagin dirutam, altare saxeum erexit Josue in Har Garizim, sicut Deus jusserat, atque holocaustis illud adolevit. *Ita quidem ad verticem Garizim à nobili Trajectu contra Jerichunta milliaribus sexaginta deportabantur saxa illa bis sex, ut perite supputant Babylonii f. 44* Synhedrin, *f. 36.* Sota. *Veruntamen lectioni Samaritanæ favet inter Sophistas Christianos Procopius ad Deut. c. 27. Idem enim in Josue actis, Altare in loco maledictionis Gebalo positum adnotat* [illegible]. Lapides autem non in monte Gebal, sed in Garizim collocasse, *ait Gazæus*, exemplar habet Samariticum, nec forte absque ratione. Siquidem ibi benedictiones fieri præcepit, in Gebal vero maledictiones. Ecqui igitur consentaneum fuerit in hoc altare esse constitutum? Porro in libro Judicum c. 9. 6, 7. Garizim montem nominat, qui circa Neapolin est, quem Samaritæ colunt. Super quo cum constitisset Joatham filius Gedeonis superstes, execratus est eos, qui regem præ ipso creaverant Abimelech Gedeonis filium ex ancilla, qui fratres suos interemit. Nisi quis adserat Esdram, aut Scripturarum S. Collectorem, sive alium quempiam fuisse, qui nova nomina ex suæ gubernationis locis traducta iis locis imposuerit. Quemadmodum Jerusalem vocat, quæ antiquitus Jebus vocabatur, Bethleem item, quæ Euphrata. *Pariter Origenes in Tomis ad Joan. c. 4. 19.* [illegible] *Deinde idem Adamantius,* [illegible] *Accedit huc &* [illegible] *ad v. 20.* [illegible] *Inde nomine* montis benedicti הר ברוך *coluisse Garizim, ac fre-*

quen-

nem reliquit: leges vero quadragesimo anno ante reliquit, de quibus in alio libro dicemus. Sequentibus autem diebus (assidue enim concionabatur) faustas eis precationes tradit, & imprecationes in eos qui ex legibus non viverent, sed contra praescripta earum agerent. Deinde carmen hexametrum eis recitavit, quod in sacro volumine *scriptum* reliquit, continens futurorum praedictionem, juxta quam omnia facta sunt atque fiunt, neque ille quicquam à veritate aberravit. Hos igitur libros sacerdotibus tradit, simul & arcam, in qua decem *illa* praecepta in duabus tabulis scripta recondidit, atque tabernaculum. Quin & populum admonuit, ut cum *Chananaeorum* terram devicissent, & *in ea* consedissent, injuriae ab Amalecitis acceptae non obliviscerentur: sed, facta in eos expeditione, poenas reposcerent maleficiorum, quibus illi eos affecerant, cum essent in deserto. Occupata vero Chananaeorum terra, omnique ejus multitudine ut par est deleta, aram exstruere *jussit* ad solem orientem versam, non procul ab urbe Sicimorum inter montes duos, Garizaeo quidem ad dextram posito, ad laevam autem eo qui Gibalus nuncupatur: divisumque exercitum in senas tribus super duobus montibus statuere, & una cum illis Levitas & sacerdotes. ac primum quidem illos in Garizaeo faustissima eis apprecari, qui religionis Dei studiosi essent & custodiae legis, neque ea quae dixisset Moyses rejecissent; *sex* alias vero *tribus* bene illis ominari, & rursum his precantibus priores acclamare: deinde itidem transgressoribus diras imprecari, alteras alteris ad dicta comprobanda & sancienda succinentes. Faustas autem precationes & earum exsecrationes scriptis consignavit, [1] ut earum disciplina nullo unquam tempore intermitteretur. Quas sane [2] moriens etiam arae inscribi jussit ex utroque latere, ubi etiam populo denunciat ut stans sacrificet & holocausta offerat, & post illam diem nunquam aliam victimam *ei* imponeret: non enim esse licitum. Haec igitur Moyses instituit, atque gens Hebraeorum his consentanea pergit facere.

Vindicta de Amalecitis capienda.

Chananaeorum stirps delenda.

Exsecrationes & benedictiones è montibus Gebal & Garizim. Deut. 27.

νόμους δὲ [r] ἔτι πρότερον τεσσαρακοστῷ ἔτει γεγραμμένους παραδίδωσι, περὶ ὧν ἐν [s] ἑτέρᾳ γραφῇ λέξομεν. ταῖς δ' ἑξῆς ἡμέραις, [t] συνεχῶς γὰρ ἐξεκλησίαζεν, εὐλογίας αὐτοῖς δίδωσι, καὶ κατάρας ἐπὶ τοὺς μὴ κατὰ τοὺς νόμους ζησομένους, ἀλλὰ παραβησομένους [v] τὰ ἐπ' αὐτοῖς διωρισμένα. ἔπειτα ποίησιν ἑξάμετρον αὐτοῖς ἀνέγνω [x] ἣν καταλέλοιπεν [y] ἐν τῷ βιβλίῳ τῷ ἱερῷ, πρόρρησιν [z] ἔχουσαν τῶν ἐσομένων, καθ' ἣν γέγονε πάντα καὶ γίνεται, μηδὲν ἐκείνου διημαρτηκότος τῆς ἀληθείας. ταῦτ' οὖν τὰ βιβλία παραδίδωσι τοῖς ἱερεῦσι, καὶ τὴν κιβωτὸν εἰς ἣν καὶ τοὺς δέκα λόγους γεγραμμένους ἐν δυσὶ πλαξὶ [a] κατέθετο, [b] καὶ τὴν σκηνήν· τῷ τε λαῷ παρῄνεσε κρατήσαντι τῆς γῆς, καὶ ἱδρυθέντι, μὴ λήθην λαβεῖν τῆς Ἀμαληκιτῶν ὕβρεως· ἀλλὰ στρατεύσαντας ἐπ' αὐτοὺς τιμωρίαν ἀπολαβεῖν ὧν ἐπὶ τῆς ἐρήμου [c] τυγχάνοντας ἐποίησαν κακῶς. ἐξελόντας δὲ τὴν [d] Χαναναίων γῆν, καὶ πᾶσαν διαφθείραντας τὴν ἐν αὐτῇ πληθὺν καθὰ πρέπει, τὸν βωμόν τε ἀναστῆσαι πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα τετραμμένον, οὐ πόρρω τῆς Σικίμων [e] πόλεως μεταξὺ δυοῖν ὀροῖν, [f] Γαριζαίου μὲν τοῦ [g] ἐκ δεξιῶν κειμένου, τοῦ δ' ἐκ λαιῶν [h] Γιβάλου προσαγορευομένου· μερισθεῖσαν δὲ τὴν στρατιὰν καθ' ἓξ φυλὰς ἐπὶ τοῖν δυοῖν ὀροῖν ἀναστῆσαι, καὶ σὺν αὐτοῖς Λευίτας τε καὶ τοὺς ἱερέας. καὶ [i] πρῶτα μὲν τοὺς ἐπὶ τῷ Γαριζεῖν γενομένους εὔχεσθαι τὰ κάλλιστα τοῖς περὶ τὴν θρησκείαν τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν τῶν νόμων φυλακὴν σπουδάζουσιν, ἄν τε Μωϋσῆς εἶπε μὴ παρακρουσαμένοις, εὐφημεῖν δὲ τοὺς ἑτέρους, καὶ τούτων πάλιν εὐχομένων, τοὺς προηγουμένους ἐπαινεῖν· [k] ἔπειτα τοῖς κατὰ ταῦτα παραβησομένοις κατάρας τίθεσθαι, ὑποφωνοῦντας ἀλλήλοις ἐπὶ κυρώσει τῶν λεγομένων. ἀνέγραψε δὲ τὰς εὐλογίας καὶ τὰς κατάρας [l] αὐτῶν, ὡς μηδέποτε [m] ἐκλιπεῖν τὴν μάθησιν αὐτῶν ὑπὸ τοῦ χρόνου· ἃς δὴ καὶ τῷ βωμῷ τελευτῶν ἐνέγραψε κατὰ πλευρὰν ἑκατέραν, ᾗ καὶ στάντα [n] φησὶ τὸν λαὸν θῦσαί τε καὶ ὁλοκαυτῶσαι, καὶ μετ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν [o] οὐκ ἐπενεγκεῖν ἱερεῖον ἕτερον· οὐ γὰρ εἶναι νόμιμον. ταῦτ' οὖν Μωϋσῆς [p] τε διέταξε, καὶ τὸ Ἑβραίων ἔθνος ἀκόλουθα τούτοις ποιοῦν διατελεῖ.

μέ. Τῇ

quentasse Samaritas Macrisius Arabs testatur in historia Cairensi, ان طور بريك هو الموضع الذي خاره الله وذكره في التوراة بقف اله اجعل البركة علي طور بريك. *Atque hac hactenus.* BERN.

r Ἔτι πρότερον] Ἐτῶ πρ. τ. γεγραμμένους *Busb. Hen.* & *Vat.*

s Ἑτέρᾳ γραφῇ] Vide p. 118 in fine.

t Συνεχῶς γὰρ ἐξεκλησίαζεν.] Συνεχῶς γὰρ ἐξ. *Big.* (συνεχῶς *Coll. Voss.*) *Samb.* & *Vat.* συνεχῶς ἐξεκλησίαζεν *Epiph.* HUDS. Sic. 3. Reg. 8. 1. in Jeremia ἐξεκκλησιάσθη. quid si sit pro ἐξεκλησιάσθη. Plutarchus à καλλωπίζω derivat καλλωπισμός. COCC.

v Τὰ ἐπ' αὐτοῖς] Τὰ ἐν αὐτοῖς *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb.* & *Vat.*

x Ἣν καταλέλοιπεν] Ἣν καὶ καταλ. *Big.* & *Samb.*

y Ἐν τῷ βιβλίῳ] Ἐν βιβλίῳ ἐν τῷ ἱερῷ *Big. Samb. Vat.* & *Epiph.* Videsis *Deut.* 32.

z Ἔχουσαν] *Bas.* & *Gen.* ἣν καὶ καταλέλοιπεν ἐν βιβλίῳ ἐν τῷ ἱερῷ, πρόρρησιν περιέχουσαν τῶν ἐσομένων *Big.* & *Samb.* ἣν καταλέλοιπεν ἐν βίβλῳ ἐν τῷ ἱερῷ, π. π. τῶν ἐσομένων *Epiphanius.* Etiam πρόρρησιν περιέχουσαν reperias apud *Busb.* & *Hen.* Tum penes hunc curate διημαρτηκότος. BERN.

a Κατέθετο,] Κατετέθειτο *Big.* & *Samb.*

b Καὶ τὴν σκηνήν·] Κατὰ τὴν σκηνήν, *in tabernaculo* lege. REL.

c Τυγχάνοντας] Τυγχάνοντες *Big.* & *Samb.*

d Χαναναίων γῆν,] Ita quinque *MSS* & *Epiph.* Χαναναίαν *Bas.* & *G.*

e Πόλεως] Πόλεως ἱστορούμενον μεταξὺ δυοῖν ὀρῶν *Samb. Big.* (*Coll. Voss.*) & *Vat.*

f Γαριζαίου] Γαριζεὶν *Bas.* & *Gen.* γαριζαίου *Big. Samb. Busb.* & *Hen.* ritu epitheti Graecanici deformatum à גרזים γαριζείν, quo equidem typo saepissime usus est Flavius in his Originibus. Ita φαλλαῖοι à פלוא. *viri eximii,* Pollen Israelis. Nescio tamen an γαριζος scriptum huic Flavio, sicut alibi γαριζαίῳ in casu liberali. Quinimo γαριζεὶν suo etymo ἐκγόνους denotat & διῃρημένα. Hoc significat & גזר & גרז: unde γαζεραὶ pro γαριζεὶν in versione Syriaca τῆς κακωθείσης. Nam ex una radice creverant duo culmina, Ebal & Garizin. BERN. Ita ex quatuor *MSS.* edidit *Bern.* Γαριζεὶν *Bas.* & G. Γαριζείου *Vat.* quod proxime accedit ad Hebraicum Γαριζείν. HUDS. Γαριζαίῳ MS. ubi ω & ι sexcenties a librariis permutantur. REL.

g Ἐκ δεξιῶν] Ad australem plagam, ut ἐκ λαιῶν, ubi erat Ebal, erat ad septentrionem. REL.

h Γιβάλου] Τοῦ δὲ ἐκ λαιῶν γιβάλου, aut γιβάλῳ, *Big. Samb. Hen.* & *Busb.* Sed in libro sequente ex consensu codd. scribitur γιβάλῳ. Sedes autem dirarum *Hibal*, seu *Hebal* עֵיבָל, à capite cano glabroque nomen meruit. Quod enim Graeci φαλάκρας & φαλακρὸν, Arabes vocant العبال γιβάλ. Manet etiam adhuc monti huic *albor* sterilis nota execrationis veteris, aut verbis Benjamini erronis הר עיבל יבל יבש כאבנים וסלעים. Καὶ πρώτους μὲν τοὺς ἐπὶ τῷ γαριζεῖν *Big. Samb. Hen.* & *Busb.* Verum hi omnes libri quinti c. 1. ἐπὶ τῷ γαριζῷ, à formula Attica γαριζεῖς. Quinetiam ut à locali עברים, Oncelosus, Sicique alii producunt עבראי ἀβαραῖοι, *transitoria*, eadem dialecto hic Judaeus γαριζαῖοι effecit de גרזים. BERN. Videsis *Annot.* ad l. V. c. 1. §. 19.

i Πρῶτα μὲν] Πρώτους μὲν τοὺς ἐπὶ τῷ Γαριζεῖν in quinque *MSS.* verum in libri quinti c. 1. §. 19. ἐπὶ τῷ Γαριζεῖ, è formula Attica Γαριζεῖς.

k Ἔπειτα] Ita edidit *Bernardus.* ἔπειτα κατὰ ταῦτα τοῖς π. *Bas.* & *G.* ἐπ. κατὰ ταῦτα π. *Big. Samb.* & *Vat.* ἔπειτα τοῖς παρ. κατὰ ταῦτα ἀρὰς τίθεσθαι *Hen.* & *Busb.*

l Αὐτῶν,] Αὐτὸς in quinque *MSS.*

1. *Ut earum disciplina*] *Ut in perpetuum cunctis eas discere liceat,* vertit *Gelenius.*

m Ἐκλιπεῖν] *Sambuci* manus altera: altera ἐκλείπειν, cum *Bas. Gen.* & *Big.* Solebant enim viri Athenienses, sicut Angli hodieque facimus, correptim loqui, tempori simul orique parcentes, adeoque accentus vocabulorum retrahere, ῥήτωρ, orator, &c. BERN.

2. *Moriens etiam arae inscribi*] Al. *tandem inscripsit* &c. Interpretationem nostram vocis ἐνέγραψεν defendit *Bonfrerius* ad *Deut.* c. 27. p. 1021. mox *Gelenius* reddit, *quo populus est stare.*

n Φησὶ τὸν λαὸν] Vocem φησὶ non agnoscit *Vet. Interpr.*

o Οὐκ ἐπενεγκεῖν] Ita *Big.* οὐκ ἔτ' ἐπενεγκεῖν ἱερεῖον ἕτερον *Samb.* & *Vat.* οὐκ ἐπενεγκεῖν ἱερεῖον ἕτερον *Bas.* & *G.* *Grotius* (ad *Jos.* c. 8. v. 30.) dicit, *tunc quidem aram istam in sacrificii usum fuisse*, in posterum vero monumenti causa *mansisse.*

p Τε διέταξε,] Illud τε negligunt *Samb. Vat.* & *Vet. Interpr.*

3. *Postri-*

μέ. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ τὸν λαὸν σὺν γυναιξὶν ἅμα καὶ τέκνοις εἰς ἐκκλησίαν συναγαγὼν, ὡς παρεῖναι καὶ τὰ ἀνδράποδα, ὥρκου τῶν νόμων αὐτοὺς φυλακὴν ποιήσασθαι· καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ διανοίας ἀκριβεῖς λογιστὰς [q] γενομένους, μηδὲν εἰς αὐτοὺς μήτε συγγενείᾳ χαριζομένους, μήτε εἴκοντας φόβῳ, μήτε ἄλλην καθάπαξ αἰτίαν κυριωτέραν τῆς τῶν νόμων φυλακῆς ὑπολαμβάνοντας παραβῆναι τούτους. ἀλλ' ἄν τέ τις τῶν ἐξ αἵματος [r] συγχεῖν καὶ καταλύειν ἐπιχειρῇ τὴν κατ' αὐτοὺς πολιτείαν, ἄν τε πόλις, ἀμύνειν [s] αὐτοὺς καὶ κοινῇ καὶ κατ' ἰδίαν· καὶ κρατήσαντας μὲν ἐξ αὐτῶν ἀνασπᾶν θεμελίων, καὶ μηδὲ τὸ ἔδαφος τῶν ἀπονενοηθέντων εἰ δυνατὸν καταλιπεῖν. εἰ δ' ἀσθενοῖεν λαβεῖν τὴν τιμωρίαν, αὐτό γε τὸ μὴ κατὰ βούλησιν ἰδίαν ταῦτα γίνεσθαι δεικνύναι. καὶ τὸ μὲν πλῆθος ὤμνυεν.

μϛ'. Ἐδίδασκε δ' αὐτοὺς ὡς ἂν αἱ θυσίαι τῷ Θεῷ μᾶλλον κεχαρισμέναι γίνοιντο, καὶ ὅπως ἂν οἱ στρατεύοντες ἐξίοιεν [t] τεκμηρίῳ χρώμενοι τοῖς λίθοις, ὡς καὶ πρότερον δεδήλωκα. [v] προεφήτευσε δὲ καὶ Ἰησοῦς Μωϋσέος παρόντος ἔτι· καὶ πάνθ' ὅσα ποιήσειν ὑπὲρ τῆς τοῦ λαοῦ [x] σωτηρίας ἔν τε πολέμοις καὶ κατ' εἰρήνην, νόμους [y] συντιθεὶς καὶ τῆς πολιτείας κόσμον συμπεραίνων, ἀναλογιζόμενος προεῖπεν, ὡς δηλώσειεν αὐτῷ τὸ θεῖον, "ὅτι παραβάντες [z] τὴν πρὸς αὐτὸν θρησκείαν πειραθήσονται κακῶν, ὡς "ὅπλων τε αὐτοῖς πολεμίων πληρωθῆναι τὴν γῆν καὶ κα"τασκαφῆναι [a] πόλεις, [b] καὶ τὸν νεὼν καταπρησθῆναι, καὶ

45. [1] Postridie autem populo una cum mulieribus & parvulis ad concionem convocato, ut mancipia etiam adessent; adjuravit eos ut legum curam haberent: utque diligentes mentis Dei æstimatores eas non transgrederentur, nihil contra eas neque consanguinitati indulgentes, neque timori cedentes, neque aliam omnino causam legum conservatione potentiorem esse existimantes. Quin, seu quisquam eorum consanguineus, seu civitas *quæpiam* reipublicæ eorum institutionem confundere & dissolvere conaretur, eos & publice & privatim ulciscerentur: ac si quidem eos superassent, funditus exscinderent, neque, si fieri posset, vel vestigium [2] vecordi insolentia elatorum relinquerent. Quod si pœnas sumere non valerent, hoc *saltem* ostenderent, hæc nequaquam de voluntate sua facta esse. Et multitudo quidem juravit.

Hebræos ad legum custodiam jurejurando adstringit Moyses.

46. [3] Docuit autem eos, quomodo sacrificia Deo fierent acceptiora, & quomodo in militiam exirent, signo capto ex lapillis, ut etiam prius declaravi. Josua quoque vaticinatus est, Moyse adhuc præsente: atque omnia expendens quæcunque pro salute populi faceret, cum in bellis tum in pace, dum leges componeret & rectam suppeditaret reipublicæ institutionem, prædixit, prout "numen sibi declararet, eos religione in Deum "violata mala experturos esse, ita ut terra eorum "armis hostilibus oppleretur, & urbes funditus "everterentur, & Templum incenderetur, & ipsi "ven-

Docet quomodo sacrificia rite offerrent. Num. c. 28. c. 29. Monet ne Gemmis P. M. inconsultis bella gererent. Num. c. 27.

Vaticinatur Josue. Deut. c. 34.

1. *Postridie autem*] *Postridie vero totam gentem, ne servitiis quidem exclusis, jurejurando obligat vir sanctus, & custoditum ipsos legem sacram. Aut siquis cognatorum suorum, vel urbs aliqua ab hac forte desisceret, privatim publiceque, quantum possent, ferro & igni vindicatum. Conferes Deut. c. 29. & 30. tum c. 13. dein poenas corpus* διαλύοντα *in* Synhedrin *c. 7. 10. & c. 11. 4, 5, 6. & Talm. Bab. fol. 111, 112. & Maimonidem c. 4. & 5. de Idololatria. Flavius autem phrasi* ὑφίσαι καὶ κοινῇ καὶ κατ' ἰδίαν, *aut jam testium insidias permittit, quod dantanat in causa plani licebat ex Misna Pharisæa* Synhedrin c. 7. 10. כל חייבי מיתות שבתורה אין מכמנין עליהן חוץ ממסית. *Aut idem omnino ille intellexit, quod verbis pluribus dixerat Moyses,* כי הרג תהרגנו ידך תהיה בו בראשונה להמיתו. *V. L.* Sed statim interficies eum. Sit primum manus tua super eum, manus delatoris. Et postea omnis populus mittat manum. *Unde Auctor Siphra f.* 41. *b.* מצוה ביד [illegible] ביד כל אדם. BERN.

q Γενομένους,] Γενομένους Big. & Samb.

r Συγχεῖν] Συγχεῖν ἐπιχειρῇ Bush. & Hen.

s Αὐτοὺς] Ita *MSS.* & *Vet. Interpr.* in *Editis* αὐτοῖς.

2. *Vecordi insolentia elatorum relinquerent.*] *Desperatorum* reddit *Castalio.* Sed (ut inquit *H. Steph.*) ita uti nomine *desperatus*, haud scio an Latinitas concessura sit.

3. *Docuit autem eos,*] *Israelitas insuper docuit* ὁ νομοθέτης, *quomodo sacrificia recte grata Deo offerrent, Num. c. 28. & c. 29. commonuitque, ne Gemmis P. M. inconsultis bella gererent, Num. c. 27. 21, 22, 23. Vide & l. 3. harum Originum. Recte vero hæc capita* τῆς ἀρχαιολογίας *ad dies ultimos Moysis transfert, cumque capite 31. Deut. connectit Josephus. Utrobique enim agitur de Inauguratione Josue. Superaddes & istis Deut. c. 34. 9. Posthac prædicit Cortina Dei duci Josue, Moyse tam præsente, quicquid ei esset bello paceque gesturus, Num. c. 27. 20. & Deut. c. 34. 9. & c. 31. 14. Mox narrantur longa fata populi Hebræi: tellurem bonam templumque Summi suo crimine haud semel hostibus relicturos; pœnitentes tamen postliminio ad ea redituros. Sic enim vel à cinere Æolis secundis adblanditus sibi Josephus, sic cætera Judæorum calamitas. Deut. 30. 1, 2, 3. c. 31. à v. 14. & c. 32. à v. 20. ad 44. ubi videndus est Uzielides paraphrastes. Doctores autem Alexandrini v. 44. sic exhibent,* καὶ ἐλάλησε Μωυσῆς πάντας τοὺς λόγους τοῦ νόμου τούτου, *quasi* התורה הזאת, *aut* νόμος *potius sumitur ut solent Musici,* εἰς τὰ ὦτα τοῦ λαοῦ, αὐτὸς καὶ Ἰησοῦς *(sic & Samarita, Judæus vero* הושע *αὐτὸς)* ὁ τοῦ Ναυῆ. *Hæc inquam* οἱ ο'. *à v. 24. capitis præcedentis. Inde Doctor priscus in Siphra hunc in modum commentatur f. 34.* [illegible] *Præterea Pharisæi propter Oraculum Num. c. 27. 20.* ונתת מהודך עליו, Imperties Iosue de decore tuo, *hunc Lunæ instar, Moysen tanquam Solem inter Israelitas effulsisse jactant ex adagio vetere, T. Bab.* Baba batra f. 75. פני משה כפני חמה פני יהושע כפני לבנה. *Ubi Glossator perite utroque,* [illegible] *Item* Baba cama f. 92. b. *declarant Doctores* διὰ χειροθεσίας transtulisse Spiritum Sanctum, *i. e.* majestatem & sapientiam *è Scholio*, à se in caput Josue. *Ubi Jarchius,* [illegible]. *Ita & Siphra f.* 50. *ad Num. c.* 27. 18, 20. קח לך את יהושע בן נון אין לך אלא לקיחה [illegible] *Et mox. v.* 22. ויקח משה את יהושע לקחו בדברים. *Hac*

maxime spectat nota plane Rabinica Hieronymi nostri Mansione extrema. Jesus Moysi in monte succedit, & discit à Lege, quæ spiritualiter offerre debeat in Ecclesia. Primum, quid per singulos dies: deinde quid Sabbato, quid in Calendis, quid in Pascha, quid in Pentecoste, quid Neomenia mensis septimi, quid in Jejunio ejusdem mensis die decimo, quid in Scenopegio decimo quinto die dicti mensis. *Quasi doctissimus Presbyter olim legisset acroama* Synhedrin *Babylonii, quod hoc compendio refert* Siphra f. 60. d. [illegible] *Pariter Criticus quidam Judæorum,* [illegible] *Denique quis nescit apophthegma Pharisaicum initio* Abot, משה קבל תורה מסיני ומסרה ליהושע, *unde pendet ipsa ratio ac momentum τῆς δευτερώσεως, unde Rabinismus.* BERN.

t Τεκμηρίῳ] *Epiphanius* temere, ἀξιοῖς τεκμηρίῳ χρώμενοι. Laudat enim Flavius jus illud valde eximium & familiæ Aaronicæ honorificum, Num. c. 27. 21. ועל פיו יצאו, καὶ ἐπὶ τῷ στόματι αὐτοῦ (ἐλεαζάρου φησὶ τοῦ θεοσεβοῦς εἰς μάχην) ἐξελεύσονται, καὶ ἐπὶ τῷ στόματι αὐτοῦ εἰσελεύσονται αὐτὸς (Ἰησοῦς) καὶ οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ὁμοθυμαδὸν, καὶ πᾶσα συναγωγή. Quinimo fœdere Gabaonitico satis sensit ipse Imperator c. 9. 14. suæ historiæ, quam imprudenter Oraculum Pontificale neglexerat. BERN. Id est, signo ex sanctissimo illo oraculo *Urim* & *Thummim* capto, quod describitur *Num.* c. 27. v. 21. Hac de re *Schotanus* in *Bibliotheca Historiæ Sacræ*, tom. 2. p. 345.

v Προεφήτευσε] *Bas.* & *Gen.* multum tribuentes Josue. Verum *Epiphanius* legerat προεφ. δὲ καὶ Ἰησοῦς Μωυσέως παρόντος, ὁ δὲ Μωυσῆς πάνθ' ὅσα ποιήσειν. *Big.* & *Samb.* προεφ. δὲ Ἰησοῦς Μωυσέως παρόντος, ἔπειτα πάνθ' ὅσα ποιήσειν. *Hen.* & *Bush.* προεφήτευσε τε καὶ Ἰησοῦς Μωυσέως παρόντος, ἔπειτα πάνθ' ὅσα ποιήσειν. Quid si isthæc alternemus, προεφήτευσε δὲ καὶ Ἰησοῦ Μωυσῆς παρόντος. ἔτι πάνθ' ὅσα &c. BERN. Ita cum *Bas.* & G. nisi quod distinxerim post ἔτι, & καὶ addiderim. *Epiphanius* legerat προ. δὲ κ. I. M. παρόντος. ὁ δὲ Μωυσῆς πάνθ' atque ita edidit *Castalio*, nisi quod καὶ ὁ Μωυσῆς habeat pro ὁ δὲ Μωυσῆς. in quinque *MSS.* (*Coll.* *Voss.* & *Big.*) προ. δ. κ. I. M. παρόντος. ἔπειτα πάνθ' ὅσα ποιήσειν [ποιήσειν *Big.* & *Samb.*] ὑπὲρ τ. &c. Quid si (inquit *Bern.*) isthæc alternemus, προ. δὲ καὶ Ἰησοῦ Μωυσῆς παρόντος. ἔτι πάνθ' ὅσα &c.

x Σωτηρίας] Aliter paulo *Big. Samb.* & *Epiph.* σωτηρίας ἔν τε πολέμοις καὶ κατ' εἰρήνην· νόμους τε συντιθεὶς καὶ τὸν τῆς πολιτείας κόσμον συμπεραίνων ἀναλογιζόμενος προεῖπεν, ὡς δηλώσειεν αὐτῷ ὁ Θεὸς, ὅτι &c. Ibidem *Bush.* & *Hen.* breviter Μωυσῆς προεῖπεν ὅσα συμβήσεται ἐπ' αὐτοῖς τῷ ἔθνει. Burius noster mutavit μάθημα in συμπεραίνων. BERN.

y Συντιθεὶς] Συνθεὶς. COCC.

z Τὴν πρὸς αὐτὸν] Ita *Big.* (*Coll.* *Voss.*) *Samb.* & *Vat.* τὴν αὐτοῦ θρ. *Bas.* τὴν αὐτοῦ θρ. *Gen.* τὴν αὐτῶν θρ. edidit *Castalio*, atque ita legendum esse conjecerat *Burius*.

a Πόλεις,] Τὰς πόλεις *Vat.*

b Καὶ τὸν νεὼν] Typographi priores manu cæca, καὶ τὸν νεὼν καταπρησθῆναι, καὶ κατασκαφῆναι. Certe à Nabuchodonosoro, Antiochorum Illustri, T. Vespasiano, atque demum ab Ælio Hadriano paratum novimus; quicquid de gente ingrata tam-

"venditi hominibus servirent, nullam ex calamitatibus eorum misericordiam capturis, ipsos autem, cum hæc paterentur, frustra pœnitentiam acturos esse. Deus tamen, qui vos creavit, civibus vestris & urbes & Templum reddet. Fore autem amissionem eorum non semel, sed sæpe.

Moyses, abs rebus humanis ascensurus, addit animos Josuæ de Chananæa subigenda, totique genti benedicit. Tum etiam carmine Deum celebrat Deut. c. 31. & 32. & 33.

47. [1] Tum Jesum cohortatus ad exercitum in Chananæos educendum, utpote Deo conatus ejus omnes adjuvante, & universæ multitudini bene ominatus, "quoniam, inquit, ad majores nostros discedo, & Deus hanc mihi diem discessus ad illos præfinivit, gratias quidem illi vivus adhuc & apud vos præsens me habere profiteor, cum pro vestri cura, quam non solum pro malorum vestrorum depulsione gessit, sed & bonorum donatione; tum quod mihi opitulatus est laboranti, & in magna animi solicitudine versanti pro vestrum in melius mutatione, seque nobis in omnibus propitium præstitit. potius autem erat ipse qui & nobis ad ea aggredienda præivit, & exitus largiebatur *felices*, me duce vicario utens, & ministro beneficiorum, quibus populum vestrum afficere voluit. Pro quibus æquum esse existimavi, ut Dei potentiam, cui etiam in posterum vos curæ eritis, decedens prius collaudem: & ipse utique hanc gratiam debitam ei reddens, vobisque *illud* in memoria relinquens, quod vobis convenit eum venerari & honorare, & leges, omnium, quæ vobis dedit & propitius manens adhuc daturus est, munus pulcherrimum, *constanter* servare. Equidem *nostis* quam gravis hostis sit etiam homo legislator, dum leges ei læduntur & temere spretæ jacent. Nolite autem Deum vobis ob leges neglectas succensentem experiri, quas ipse conditor vobis dedit.

Genti universa oboritur ploratus. Deut. 34.

48. Hæc autem Moyse ad vitæ exitum loquuto, & futura etiam unicuique tribui cum faustis omi-

"[c] πραθέντας δουλεύειν ἀνθρώποις οὐδένα ληψομένοις οἶκτον ἐπὶ ταῖς συμφοραῖς αὐτῶν, μεταγνώσεσθαι δ' αὐτοὺς ἐπὶ μηδενὶ χρησίμῳ τοῦτο πάσχοντας. ὁ μέντοι Θεὸς, [d] ὁ κτίσας ὑμᾶς, πόλεις τε πολίταις ὑμετέροις ἀποδώσει καὶ τὸν ναόν. ἔσεσθαι δὲ τὴν τούτων ἀποβολὴν οὐχ ἅπαξ, [e] ἀλλὰ πολλάκις.

μζ΄. [f] Παρορμήσας δὲ τὸν Ἰησοῦν ἐπὶ τοὺς Χαναναίους στρατιὰν ἐξαγαγεῖν, ὡς τοῦ Θεοῦ συνεργοῦντος οἷς ἂν ἐπιχειρήσῃ, καὶ πᾶσαν ἐπευφημήσας τὴν πληθὺν, "[g] ἐπεὶ, φησὶ, πρὸς τοὺς ἡμετέρους ἄπειμι προγόνους, [h] καὶ Θεὸς τήνδε μοι τὴν ἡμέραν τῆς πρὸς ἐκείνους ἀφίξεως ὥρισε, χάριν μὲν αὐτῷ ζῶν ἔτι καὶ παρὼν ὑμῖν ἔχειν ὁμολογῶ προνοίας τε τῆς ὑπὲρ ὑμῶν, ἣν οὐχ ὑπὲρ ἀπαλλαγῆς μόνον τῶν [i] ἡμετέρων ἐποιήσατο κακῶν, ἀλλὰ καὶ δωρεᾶς τῶν κρειττόνων· ὅτι τε πονοῦντί μοι [k] καὶ κατὰ πᾶσαν ἐπίνοιαν τῆς ἐπὶ τὸ βέλτιον ὑμῶν μεταβολῆς φροντίδα λαμβάνοντι συνηγωνίσατο, [l] καὶ παρέσχεν ἐν ἅπασιν αὐτὸν εὐμενῆ ἡμῖν. μᾶλλον δ' αὐτὸς ἦν ὁ καὶ τὴν ἀφήγησιν αὐτῶν διδοὺς, καὶ τὸ τέλος χαριζόμενος, ὑποστρατήγῳ χρώμενός [m] μοι, καὶ ὑπηρέτῃ ὧν τὸν ὑμέτερον λαὸν εὐεργετεῖν ἠθέλησεν. [n] ἀνθ' ὧν προευλογῆσαι τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν, ᾧ μελήσει καὶ πρὸς τὸ μέλλον ὑμῶν, ἀπαλλασσόμενος καλῶς ἔχειν ἡγησάμην· αὐτός τε ταύτην ὀφειλομένην ἀμοιβὴν ἀποδιδοὺς, καὶ [o] καταλείπων εἰς μνήμην ὑμῖν, τὸ σέβειν τε καὶ τιμᾶν προσήκειν τοῦτον [p] ὑμῖν, καὶ τοὺς νόμους [q] πάντων, ὧν τε παρέσχηκε καὶ μένων εὐμενὴς ἔτι παρέξει, δώρημα κάλλιστον φυλάττειν. ὡς [r] δεινὸς μὲν ἐχθρὸς καὶ ἄνθρωπος νομοθέτης, ὑβριζομένων [s] αὐτῷ τῶν νόμων καὶ μάτην κειμένων. Θεοῦ δὲ μὴ πειραθείητε χαλεπαίνοντος ὑπὲρ ἀμελουμένων νόμων, οὓς αὐτὸς γεννήσας ὑμῖν ἔδωκε.

μη΄. Μωϋσέως δὲ ταῦτα πρὸς τελευτῇ τοῦ βίου φήσαντος, καὶ μετ' εὐλογίας ἑκάστῃ τῶν φυλῶν προφητεύσαντος [t] τὰ

diu præsagierat Moysis pectus sanctum & sapiens. Ut Deut. c. 28. à v. 48. & à v. 24. c. 29. Præ cæteris vero jam versabantur ob animum Flavii illa omina Deut. c. 31. 16, 17, 20, 21, 27, 29. necnon carminis gravissimi versus 20, 22, 26, 35, 43. BERN. Ita *Big.* (*Coll. Voss.*) & *Samb.* in *Vat.* & *Editis* καὶ τὸ τοῦ καταστραφῆναι.

c Πραθέντας] Ita *Big. Samb.* & *Vat.* καταστραφέντας in *Editis*. Certe id patratum novimus, quicquid de gente ingrata præsagierat Moyses: ut *Deut.* c. 28 v. 48. & c. 29. v. 24. Præ cæteris vero jam *Josepho* ob animum versabantur illa omina *Deut.* c. 31. v. 16. usque ad v. 43.

d Ὁ κτίσας ὑμᾶς.] Ita *Big. Samb. Bas* & *Gen.* Tum etiam *Epiphanius*, ὁ μέν τοι Θεὸς, Genev., ὁ κτίσας ὑμᾶς. Libenter emendarem ὁ μέν τοι Θεὸς οἰκτείρας ὑμᾶς, *quare misertus vestri Deus*: nisi paulo infra itidem inculcasset, [illegible]. Vel, ut cecinit vatum summus c. 32. 6. הלוא הוא אביך קנך הוא עשך ויכננך, [illegible]. BERN. Οἰκτείρας solus *Vat.* atque ita emendarem, inquit *Bern.* nisi paulo infra itidem inculcasset, [illegible].

e Ἀλλὰ πολλάκις.] Nam hoc unicum Rabbini pro hæreditate nepotibus suis relinquunt, obstinato sperare. BERN.

γ΄. Μεταπεμψαμένη δ' ἡ Δεβώρα τὸν Βάρακον, ἐπιλέξαντα τῶν νέων μυρίους [i] ἐκέλευε χωρεῖν ἐπὶ τοὺς πολεμίους. ἀποχρήσειν γὰρ [k] τοσούτους, τοῦ Θεοῦ προειρηκότος, καὶ νίκην ἐπισημαίνοντος. Βαράκου δὲ φαμένου [l] οὐ στρατηγήσειν μὴ κἀκείνης αὐτῷ συστρατηγούσης, ἀγανακτήσασα, „σὺ μὲν, εἶπε, γυναικὶ παραχωρεῖς ἀξιώματος „ὅσον δέδωκεν ὁ Θεὸς, ἐγὼ δὲ οὐ παραιτοῦμαι". καὶ συναθροίσαντες μυρίους, ἐστρατοπεδεύσαντο πρὸς [m] Ἰταβυρίῳ τῷ ὄρει. ἀπήντα δὲ αὐτοῖς ὁ Σισάρης, τοῦ βασιλέως κελεύσαντος· καὶ στρατοπεδεύονται τῶν πολεμίων οὐκ ἄπωθεν. τοὺς δ' Ἰσραηλίτας καὶ τὸν Βάρακον, [n] καταπλαγέντας τὸ πλῆθος τῶν πολεμίων καὶ ἀναχωρεῖν διεγνωκότας, ἡ Δεβώρα κατεῖχε, τὴν συμβολὴν ποιῆσαι κατ' ἐκείνην κελεύουσα τὴν ἡμέραν. νικήσειν γὰρ αὐτοὺς, καὶ συλλήψεσθαι τὸν Θεόν.

δ΄. Συνῆψαν οὖν, καὶ προσμιχθέντων αὐτῶν [o] χειμὼν ἐπιγίνεται μέγας, καὶ ὕδωρ πολὺ, καὶ χάλαζα· [p] τόν τε ὑετὸν κατὰ προσώπων ἤλαυνε τῶν Χαναναίων ἄνεμος, τὰς ὄψεις αὐτῶν ἐπισκοτῶν, ὡς τὰς τοξείας ἀχρήστους αὐ-

CAP. V.

Quomodo Chananæis eos dura servitute prementibus per annos XX. à Baraco & Debora liberati sunt, qui rerum summæ præerant per annos XL.

VI.

Rursus autem Israëlitæ, (meliora enim ex prioribus *suis* calamitatibus nequaquam didicerant, ut qui nec Deum coluerint nec legibus obtemperarint) antequam ad breve tempus à Moabitica servitute respirarent, à Jabino Chananæorum rege sub jugum mittuntur. Is enim ex urbe Asoro ortus (hæc vero sita est super Semechonitidem lacum) exercitum quidem peditum alebat ad millia trecenta, equitum vero ad decem millia, currus autem ter mille habebat. His itaque copiis præfectus Sisares, apud Regem dignitate primus, Israëlitas cum eo congressos graviter afflixit, adeo ut iis tributa imperarit.

Jabinus, Chananæorum rex, Israëlitas subjugat, crudeliterque dominatu premit. Jud. cap. 4.

2. Viginti quidem annos hæc pertulerunt: cum infortuniis ad bonitatem non proficiunt, Deusque illarum protervos & in ipsum ingratos animos diutius subigere voluit. Qui tandem prudenter resipiscentes, malis utpote edocti calamitates è legum contemptu illis accidisse, Deboram quandam vatem (apem enim significat nomen istud juxta linguam Hebraïcam) *adeuntes* obsecrant, ut Deum precibus exoraret, ut fortem illorum misereretur, nec eos despiceret à Chananæis *prope* deletos. Deus autem salutem illis annuit, & in ducem eligit Baracum è tribu Nephthalitide. Baracus vero fulgur significat ex Hebræorum dialecto.

Baracus & Debora illis pristinum statum reddiderunt. Jud. c. 4.

3. Debora autem, Baraco accersito, ei præcepit, ut, juvenum ad decem millia delectu habito, contra hostes proficisceretur. tantum enim copiarum sufficere præsertim cum Deus ita præmonuerit, & victoriam prænunciarit. Baraco vero dicente, se nolle exercitum ducere, nisi & ei imperio juncta esset, indignata, "tu quidem, ajebat, "mulieri de honore impertiris, quem Deus in te "contulit, ego vero *illum* non recuso". Ac cum decem millia collegissent, castra posuerunt ad montem Itabyrium. Illis vero obviam fit Sisares, Rege hoc ipsum imperante: & non longe ab hoste cum exercitu consedit. Israëlitas autem & Baracum, hostium multitudine territos & de receptu jam cogitantes, retinuit Debora, jussitque ut illa die prælio decertarent. victoriam enim penes ipsos fore, Deumque illis opem & auxilium laturum.

4. Pugnam itaque ineunt, & acie dimicantibus magna ingruit tempestas; cum largo imbre & grandine: ventusque in adversos Chananæorum vultus pluviam egit, oculis eorum caliginem objiciens, ita ut jacula & fundæ illis nulli fuerint usui.

s Ἠτυχημένων,] In *Editis*, *Aliisque* ἀτυχημένων, sed cum τὸ ἠτυχημένων habeant *Big.* & *Samb.* leviculà cum mutatione malui ἠτυχημένων. præsertim cum ita legisse videatur *Vet. Interpr.*

t Πρὶν ἢ] Qui id potest dici (inquit *Schotanus*) cum octoginta annis principatus Ehudæ quieverint? Vide *Annott.* ad v. 12.

v Ἰαβίνου] In quibusdam *MSS.* (*Coll. Voss. Big.*) Ἀβίνου. in LXXII. Ἰαβὶν aut Ἰαβείν.

x Σεμεχωνίτιδος λίμνης] Utrum Σεμεχωνίτιδος vel Σαμαχωνίτιδος (nam utroque modo apud *Josephum* scribitur) verior sit scriptura, aliorum esto judicium.

y Τρισχιλίων] *Josephum* erroris arguunt *Bochartus* & *Schotanus*, quod in *S. Literis* non amplius habeamus quam currus DCCCC.

z Ηὐπόρει.] Ita *Big.* & *Samb.* in *reliquis* εὐπόρει.

a Σισάρης,] Sic *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb.* & *Vat.* Σισάρα LXX. Σισάρας *Zonar.*

b Οὖν ἔτη] Illud οὖν inserui è *Big. Samb.* & *Vat.*

c Αὐτοὶ φρονεῖν] Αὐτοὶ non agnoscit *Vat.*

d Πλεῖον δαμάσαι] Πλεῖον χεῖρον *Samb.* (*Coll. Voss.*) & *Vet. Interpr.* πλεῖον χεῖρον *Big.*

e Ἀγνωμοσύνην.] Ἀγνωμοσύνην, [illegible] διχ. τ. π. λ. σωφρόνως [illegible] ὑπάρξαι. Δεβώραν δέ τινα &c. *Big.* (*Coll. Voss.*) & *Samb.*

f Δεβώραν] Ita *Bas. G. Glycas*, *Aliique*. Δαβώραν *Big.* & *Samb.* Δεβώραν *Vat.* Δεββώρα LXX. Δεβώρα *Zonar.*

g Περιιδεῖν] Ita *Big.* & *Samb.* ὑπεριδεῖν in *Editis*, *Aliisque*. Vide p. 285. v. 11.

h Νεφθαλίτιδος] Sic *Big. Samb.* & *Vat.* in *reliquis* Νεφθαλίδος.

i Ἐκέλευε χωρεῖν] Ἐκέλευσε *Big.* & *Samb.*

k Τοσούτους,] Τοσούτους *Iidem.*

l Οὐ στρατηγήσειν] Ex *Big.* & *Samb.* οὐ reposui pro μὴ *Editorum*, *Aliorumque.*

m Ἰταβυρίῳ τῷ ὄρει.] Ita *Big.* (*Coll. Voss.*) & *Vat.* atque *Josephus* ipse in *Vita sua.* Ἀταβυρίῳ in *Editis*, hic loci.

n Καταπλαγέντας] Καταπλαγέντας *Big.* & *Samb.*

o Χειμὼν ἐπιγίνεται μέγας] Sic *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb. Vat.* & *Gall.* 1. ὄμβρος *Bas. G. Epiphan.* & *Zon.*

p Τόν τε ὑετὸν] Ὅ, τε ὑετὸς κατὰ πρόσωπον ἠλαύνετο τῶν Χαναναίων, ὥστε τὰς ὄψεις αὐτῶν ἐπισκοτεῖν legisse videtur *Epiphanius.*

q Κα-

usui. gravis etiam armaturæ milites præ torpore gladios tenere non poterant. Israëlitas vero tempestas, terga eorum diverberans, & minus offendebat; & inde majores animos sumebant, cogitantes Deum sibi in auxilium venisse: adeo ut * in medios hostes irruentes, ingentem eorum stragem ediderint. ac alii quidem ab Israëlitis; alii vero suo ab equitatu perturbati ceciderunt, adeo ut multi illorum à curribus *protriti* mortem oppeterent.

Sisares, Jabinensium dux, à Jale, muliere Cenetide, occisus. Jud. c. 4.

Sisares autem, ut vidit suos terga vertere, è curru exsiliens fuga delatus est ad mulierem quandam Cenetidem, cui nomen erat Jale: quæ & rogantem ut eum celaret excepit, & potum poscenti lac jam corruptum præbet. Ille autem, cum immodice bibisset, *gravi* somno corripitur: at Jale dormienti clavum ferreum per tempora ictu vehementi in solum adigit; ac militibus Baraci post paululum venientibus terræ affixum ostendit. Atque sic quidem victoria ipsa, prout vaticinata fuerat Debora, cessit mulieri: Baracus vero, cum exercitu Asorum contendens, & Jabinum, *cum copiis* ei occurrentem, occidit, &, duce cæso urbem funditus diruens, Israëlitarum imperium tenuit annis XL.

τοῖς εἶναι καὶ τοὺς σφενδονήτας. εἴτε ὁπλίτης διὰ τὸ κρύος χρῆσθαι τοῖς ξίφεσιν οὐκ εἶχεν. τοὺς δὲ Ἰσραηλίτας ἧττόν τι ἔβλαπτε [q] κατόπιν γενόμενος ὁ χειμὼν, καὶ πρὸς τὴν ἔννοιαν τῆς βοηθείας τοῦ Θεοῦ θάρσος ἐλάμβανον· ὥστε, εἰς μέσους ὠσάμενοι τοὺς πολεμίους, πολλοὺς αὐτῶν ἀπέκτειναν. καὶ οἱ μὲν ὑπὸ τῶν Ἰσραηλιτῶν· οἱ δὲ ὑπὸ τῆς οἰκείας ἵππου ταραχθέντες ἔπεσον, ὡς ὑπὸ τῶν ἁρμάτων πολλοὺς [r] αὐτῶν ἀποθανεῖν. Σισάρης δὲ καταπηδήσας τοῦ ἅρματος, ὡς εἶδε τὴν τροπὴν γινομένην, φυγὼν ἀφικνεῖται πρός τινα τῶν [s] Κενετίδων γυναῖκα, [t] Ἰάλην ὄνομα· ἡ κρύψαι τε ἀξιοῦντα δέχεται, καὶ πιεῖν αἰτήσαντι [v] δίδωσι γάλα διεφθαρὸς ἤδη· ὁ δὲ πιὼν ὑπὲρ μέτρον δαψιλέστερον, εἰς ὕπνον τρέπεται. ἡ δὲ Ἰάλη κοιμωμένου σιδηροῦν ἧλον ἐλάσασα σφύρᾳ [x] διὰ τοῦ κροτάφου αὐτοῦ διέπειρε τὸ ἔδαφος, καὶ τοῖς περὶ τὸν Βάρακον μικρὸν ὕστερον ἐλθοῦσιν [y] ἐπιδείκνυσι τῇ γῇ προσπεπαρμένον. καὶ οὕτως μὲν ἡ νίκη αὕτη περιέστη, κατὰ τὰ ὑπὸ Δεβώρας εἰρημένα, εἰς γυναῖκα· Βάρακος δὲ, στρατεύσας ἐπ' Ἄσωρον, [z] Ἰαβῖνόν τε ὑπαπαντήσαντα κτείνει, καὶ, τοῦ στρατηγοῦ πεσόντος, καθελὼν εἰς ἔδαφος τὴν πόλιν, στρατηγεῖ τῶν Ἰσραηλιτῶν ἐπ' ἔτη τεσσαράκοντα.

VII.

CAP. VI.

Quomodo Madianitæ cum aliis, bellum Israëlitis inferentes, & eos superarunt & terram per septem annos afflixerunt; illos autem Gedeon liberavit, populoque imperavit per annos XL.

ΚΕΦ. ϛ΄.

Ὡς οἱ Μαδιανῖται καὶ ἄλλοι, πολεμήσαντες τοῖς Ἰσραηλίταις, ἐνίκησάν τε καὶ τὴν χώραν ἐκάκωσαν ἐπ' ἔτη ἑπτά· αὐτοὺς δὲ Γεδεὼν ἠλευθέρωσεν καὶ ἦρξε τοῦ πλήθους ἐπ' ἔτη τεσσαράκοντα.

Israëlitæ à Madianitis victi, duroque imperio habiti. Jud. c. 6.

DEfuncto autem Baraco, *ut* & Debora eodem fere tempore, post hæc Madianitæ, Amalecitis & Arabibus *in auxilium* advocatis, bellum intulerunt Israëlitis; *eosque acie* congressos prælio superarunt, & frugibus igne vastatis prædam abegerunt. Cumque hæc per septem annos continuos facerent, Israëlitarum universi in montes concesserunt, & loca campestria reliquerunt: atque, cuniculos *sibimet* agentes & speluncas, quicquid hostium è manibus evaserat in illis ut servaretur deposuerunt. Nam Madianitæ, æstatis tempore expeditionem facientes, hyemem Israëlitis ad agros colendos permittebant; ut ex laboribus illorum haberent quod depopularentur. Fames itaque ingruebat, & victus penuria: unde ad Deum precibus conversi sunt, ab ipso salutem implorantes.

VIII.

Gedeoni angelus forma adolescentis apparet, eumque ducem & liberatorem populi pronunciat. Jud. c. 6.

2. Ac Gedeon Joasi filius, unus è paucis de tribu Manassitide, spicarum manipulos ferens clam in torculari eos triturabat. metuebat enim propter hostes palam hoc in area facere. Spectro autem ei adstante adolescentis specie, & beatum Deoque charum prædicante; commode respondens dixit, siquidem hoc benignitatis ejus maximum indicium, quod torculari vice areæ uteretur. Illo vero jubente bono esse animo, & conari ut libertatem recuperaret, subjiciebat, fieri non posse:

ΤΕλευτήσαντος δὲ Βαράκου καὶ Δεβώρας κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν, μετὰ ταῦτα Μαδιανῖται, παρακαλέσαντες Ἀμαληκίτας τε καὶ Ἄραβας, στρατεύουσιν ἐπὶ τοὺς Ἰσραηλίτας· [a] καὶ μάχῃ νικῶσι τοὺς συμβαλόντας, καὶ τὸν καρπὸν δῃώσαντες τὴν λείαν [b] ἀπήγαγον. τοῦτο δὲ ποιούντων ἐπ' ἔτη ἑπτὰ, εἰς τὰ ὄρη τῶν Ἰσραηλιτῶν ἀνεστάλη τὸ πλῆθος, καὶ τῶν πεδίων ἐξεχώρουν· ὑπονόμους τε καὶ σπήλαια ποιησάμενοι, πᾶν, ὅ, τι τοὺς πολεμίους διέφυγεν, ἐν τούτοις εἶχον φυλάττοντες. οἱ γὰρ Μαδιανῖται, κατὰ ὥραν [c] θέρους στρατεύοντες, τὸν χειμῶνα γεωργεῖν τοῖς Ἰσραηλίταις ἐπέτρεπον, ὅπως ἔχωσι πονησάντων αὐτῶν εἰς ἃ βλάψωσι. λιμὸς δὴ ἦν καὶ σπάνις τροφῆς· καὶ τρέπονται πρὸς [d] ἱκετείαν τοῦ Θεοῦ, σώζειν αὐτοὺς παρακαλοῦντες.

β΄. [e] Καὶ Γεδεὼν ὁ Ἰωάσου παῖς, [f] Μανασσήτιδος φυλῆς ἐν ὀλίγοις, δράγματα σταχύων φερόμενος κρυπτῶς εἰς τὴν ληνὸν ἔκοπτε. τοὺς γὰρ πολεμίους ἐδεδίει φανερῶς τοῦτο ποιεῖν ἐπὶ τῆς ἅλωος. φαντάσματος δὲ αὐτῷ παραστάντος νεανίσκου μορφῇ, καὶ φήσαντος εὐδαίμονα καὶ φίλον τῷ Θεῷ, ὑποτυχὼν, τοῦτο γοῦν, ἔφη, τεκμήριον τῆς [g] εὐμενείας αὐτοῦ μέγιστον, τῇ ληνῷ [h] με νῦν ἀντὶ ἅλωος χρῆσθαι. θαρρεῖν δὲ παρακελευσαμένου, καὶ πειρᾶσθαι τὴν ἐλευθερίαν ἀνασώζειν, ἀδυνα-

q Κατόπιν] Ita *MSS.* male editi κατ' ὄπιν.

* *In medios hostes irruentes*,] Ita placuit vertere, non *per medios hostes erumpentes*, quod est, διὰ μέσων ὠσάμενοι τῶν πολεμίων, ut p. 286. in fine.

r Αὐτῶν ἀποθανεῖν.] Abest αὐτῶν *Big.* & *Samb.*

s Κενετίδων γυναῖκα,] Ita *Bas.* & *G.* Est tamen qui malit Κενεδίδων, vel Κιναίδων. in quinque *MSS.* & *Epiphanio* Κενεδίδων, vitio sane vetusto. Κιναίων *Vat.* Vide *Interpp.* LXXII. *Jud.* c. 4. v. 17

t Ἰάλην ὄνομα·] Ἰαὴλ LXX.

v Δίδωσι γάλα] Ita *Big. Samb. Hen. Busb. Glycas* & *Zon.* γάλα δίδωσι *Bas.* & *G.* γάλα δίδωσι· διεφθαρὸς γὰρ ἦν juxta *Epiphanium.*

x Διὰ τοῦ κροτάφου αὐτοῦ διέπειρε] Sic *Bas. G. Epiphan. Zonar.* & *Glycas.* διὰ τοῦ στόματος κατὰ τοῦ χελωνίου διέπειρε τὸ ἔδαφος *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb. Vat.* & *Gall.* 1. insigni varietate, fortasse à manu *Josephi.*

y Ἐπιδείκνυσι] Ἐπεδείκνυε *Hen.* & *Busb.*

z Ἰαβῖνόν] Ἰαβινόν τε *Samb.* Ἰαβινεὶ τε *Busb.* Ἰαβῖνόν τε *Hen.*

a Καὶ μάχῃ νικῶσι] Καὶ μάχῃ τε *Samb.* & *Vat.* statim τοὺς μαχητὰς *Hen.* & *Busb.*

b Ἀπήγαγον.] Ἐπήγαγον *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb.* & *Vat.* ὑπήγαγον *Hen.* & *Busb.*

c Θέρους στρατεύοντες,] Θέρεος *Big.* & *Samb.* more *Thucydidis.* In *Bas. G. Alisque* θέρους, lingua communi, ut sup. cap. IV. §. 2. in medio.

d Ἱκετείαν τοῦ Θεοῦ,] Sic *Big. Samb.* & *Gall.* 1. μάλ' Ἀττικῶς. In *Editis*, *Alisque* ἱκετείαν.

e Καὶ Γεδεὼν] Ita cum *Big. Samb.* & *Vat.* Γεδεὼν ὁ Ἰώσου παῖς in *Editis.* Καὶ Γεδεὼν ὁ Ἰώσου παῖς *Hen.* & *Busb.* Γεδεὼν δὲ ὁ Ἰώσου παῖς juxta *Vet. Interpr.*

f Μανασσήτιδος] Sic *Bas. G.* & *Vat.* Μανασσίτιδος *Big. Samb. Hen.* & *Busb.* rectius forsan.

g Εὐμενείας αὐτοῦ μέγιστον.] Eo modo *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb. Gall.* 1. & *Epiphan.* εὐδαιμονίας *Bas. G. Vat. Alisque.*

h Με νῦν ἀντὶ] Illud με inserui ex *Big. Samb. Bas.* & *Gall.* 1. in *Editis*, *Alisque* desideratur.

ὁ Δε-

ἀδυνάτως ἔχειν ἔλεγε· τήν τε γὰρ φυλὴν ἐξ ἧς ὑπάρχει πλήθους ὑστερεῖν, καὶ νέον αὐτὸν εἶναι, καὶ τηλικούτων πραγμάτων ἐπινοίας ἀσθενέστερον. ὁ δὲ Θεὸς, αὐτὸς ἀναπληρώσειν τὸ λεῖπον ἐπηγγέλλετο· καὶ νίκην παρέξειν Ἰσραηλίταις, αὐτοῦ στρατηγοῦντος.

γ΄. Τοῦτ' οὖν διηγούμενος ὁ Γεδεὼν τισὶ τῶν νέων, ἐπιστεύετο· καὶ παραχρῆμα πρὸς τοὺς ἀγῶνας ἕτοιμον ἦν τὸ στρατιωτικὸν μυρίων ἀνδρῶν. ἐπιστὰς δὲ κατὰ τοὺς ὕπνους ὁ Θεὸς τῷ Γεδεῶνι, τήν τε ἀνθρωπίνην φύσιν [i] αὐτοφίλαυτον οὖσαν ἐδήλου, καὶ πρὸς τοὺς ἀρετῇ διαφέροντας ἀπεχθανομένην· ὅπως τε [k] μὴ τὴν νίκην παρέντες τοῦ Θεοῦ δοκεῖν [l] νομίζωσιν ἰδίαν, ὡς πολὺς στρατὸς ὄντες καὶ πρὸς τοὺς πολεμίους ἀξιόμαχος. ἵνα μάθωσιν οὖν βοηθείας τῆς αὐτοῦ [m] τὸ ἔργον, συνεβούλευε περὶ μεσοῦσαν τὴν ἡμέραν, ἐν ἀκμῇ τοῦ καύματος ὄντος, ἄγειν τὴν στρατιὰν ἐπὶ τὸν ποταμόν· καὶ τοὺς μὲν κατακλιθέντας, [n] καὶ οὕτως πίνοντας, εὐψύχους ὑπολαμβάνειν, ὅσοι δ' ἂν ἐσπευσμένως καὶ μετὰ θορύβου πίνοντες τύχοιεν, τούτους [o] νομίζειν ὑπὸ δειλίας τοῦτο πάσχειν, καὶ καταπεπληγότας τοὺς πολεμίους. ποιήσαντος δὲ [p] κατὰ τὰς τοῦ Θεοῦ ὑποθήκας τοῦ Γεδεῶνος, τριακόσιοι ἄνδρες ηὑρέθησαν ταῖς χερσὶ μετὰ φόβου προσενεγκάμενοι τὸ ὕδωρ τεταραγμένως. ἐφησέ τε ὁ Θεὸς τούτους ἐπαγόμενον ἐπιχειρεῖν τοῖς πολεμίοις. ἐστρατοπέδευον [q] δὴ ὑπὲρ τοῦ Ἰορδάνου, μέλλοντες εἰς τὴν ἐπιοῦσαν περαιοῦσθαι.

δ΄. Γεδεῶνος δ' ἐν φόβῳ καθεστῶτος· καὶ γὰρ νυκτὸς ἐπιχειρεῖν αὐτῷ ὁ Θεὸς προειρήκει· τοῦ δέους αὐτὸν ἀπαλλάξαι βουλόμενος κελεύει, [r] προσλαβόντα τῶν στρατιωτῶν ἕνα πλησίον χωρεῖν ταῖς [s] Μαδιανιτῶν σκηναῖς· παρ' αὐτῶν γὰρ ἐκείνων λήψεσθαι φρόνημα καὶ θάρσος. πεισθεὶς δὲ [t] ᾔει, [v] Φαρὰν τὸν ἑαυτοῦ θεράποντα παραλαβών. καὶ πλησιάσας σκηνῇ τινι καταλαμβάνει τοὺς ἐν αὐτῇ ἐγρηγορότας, καὶ τὸν ἕτερον ὄναρ διηγούμενον τῷ συσκηνοῦντι, ὥστε ἀκούειν τὸν Γεδεῶνα. τὸ δὲ τοιοῦτον ἦν. μάζαν ἐδόκει κριθίνην, [x] ὑπ' εὐτελείας ἀνθρώποις ἄβρωτον, διὰ τοῦ στρατοπέδου κυλιομένην, τὴν τοῦ βασιλέως σκηνὴν καταβαλεῖν, καὶ τὰς τῶν στρατιωτῶν πάντων. ὁ δὲ σημαίνειν ὄλεθρον τοῦ στρατοῦ τὴν ὄψιν ἔκρινε· λέγων ὅθεν τοῦτ' αὐτῷ [y] συνιδεῖν ἐπῆλθε. πᾶν τὸ σπέρμα τὸ καλούμενον κρίθινον εὐτελέστατον ὡμολογῆσθαι τυγχάνειν, τοῦ δ' Ἀσιανοῦ παντὸς τὸ Ἰσραηλιτῶν ἐστὶν ἰδεῖν νῦν ἀτιμότερον γεγενημένον, ὅμοιον δὲ τῷ κατὰ κριθὴν γένει· καὶ τὸ παρὰ τοῖς Ἰσραηλίταις νῦν [z] μεγαλοφρονοῦν τοῦτ' ἂν εἴη Γεδεὼν, καὶ τὸ σὺν αὐτῷ στρατιωτικόν. ἐπεὶ οὖν τὴν μάζαν φὴς [a] ἰδεῖν τὰς σκηνὰς ἡμῶν ἀνατρέπουσαν, δέδια μὴ ὁ Θεὸς Γεδεῶνι τὴν καθ' ἡμῶν νίκην ἐπινένευκε.

ε΄. Γεδεῶνα δὲ, ἀκούσαντα τὸ ὄναρ, ἐλπὶς ἀγαθὴ καὶ θάρσος ἔλαβε· καὶ προσέταξεν ἐν τοῖς ὅπλοις εἶναι τοὺς οἰκείους, διηγησάμενος αὐτοῖς καὶ τὴν τῶν πολεμίων ὄψιν. οἱ δ' ἕτοιμοι πρὸς τὰ παραγγελλόμενα [b] φρονηματισθέντες ὑπὸ τῶν δεδηλωμένων ἦσαν· [c] καὶ κατὰ [d] τετάρτην μά-

nam & tribui, ex qua esset, numerum deficere; seque juvenem *admodum* esse, & qui de tantis aggrediendis ne cogitare quidem auderet. Deus autem quicquid deesset se suppeditaturum pollicebatur; & victoriam Israëlitis daturum, modo ipse exercitum ducere non gravaretur.

3. Hanc itaque rem cum Gedeon juvenibus quibusdam enarraret, fidem inveniebat: & e vestigio ad acie dimicandum praesto erat exercitus ad decem hominum millia. Deus autem, Gedeoni in somnis apparens, homines eo esse ingenio declarabat, ut sese nimium diligerent, & alios virtute praecellentes odio haberent: ut, victoriam à Deo esse videri aegre concedentes, *eam* sibimet tribuant, magno utpote exercitui, dignoque qui cum hostibus congrediatur. Igitur ut opis divinae rem esse addiscerent, consilium dedit, ut, cum aestas maxime vigeret, exercitum ad fluvium adduceret, eosque qui in genua procumberent, atque ita biberent, pro viris magnanimis haberet, quotquot vero cum festinatione & tumultu, id facere crederet prae metu & ob terrorem ab hoste. Cum autem Gedeon, Dei monitis parens, hoc ipsum tentasset, trecenti homines reperti sunt, qui prae metu aquam manibus sumptam cum trepidatione ori admoverent. Tum jussit Deus, ut eos secum ducens hostes adoriretur. Castra itaque ad Jordanem fluvium posuerunt; die proximâ trajecturi.

Trecentos duntaxat è magno exercitu, qui rapim & cum pavore è vola manus biberant, Dei monitu retinuit Gedeon. Jud. c. 7.

4. Gedeone autem timore perculso, (nam & nocte hostes ut aggrederetur Deus praeceperat) volens eum omni metu eximere imperat *Deus*, ut uno è militibus sibi adjuncto prope ad Madianitarum tentoria concederet: ab illis enim ipsis animos accepturum esse & fiduciam. Ibat autem prompto obsequio, assumpto secum Phara famulo suo. Cumque ad quoddam tentorium propius accessisset, *milites* in eo vigilantes offendit, atque alterum contubernali suo somnium narrantem, ut illud facile exaudiret Gedeon. Hoc autem modo se habuit. Visus eat sibi videre mazam hordeaceam, prae vilitate vix hominibus comedendam, per castra provolutam, Regis tentorium, & *dein* quae militum omnium essent, ire dejectum. ille vero visionem totius exercitus interitum portendere pronunciabat; referens unde hoc ipsi conjecisse in mentem venerit. Semen, *inquit*, omne hordeaceum sine controversia sordidissimum esse; Israëlitas autem nunc videri Asiatici generis universi vilissimos esse factos, similesque frumento hordeaceo: & id quod inter Israëlitas jam magnanimitatem prae se ferat, esse Gedeonem ejusque milites. Quia igitur dicis, te vidisse mazam tentoria nostra evertentem, vereor ne Deus Gedeoni victoriam de nobis annuerit.

Madianita somnium, Gedeoni victoriam portendens, à Gedeone subauditum, & commilitonibus enarratum. Jud. c. 7.

5. Gedeonem autem, audito hoc somnio, bona spes incessit & fiducia: edixitque suis, enarrata ipsis etiam hostium visione, ut arma *protinus* expedirent. Illi vero, fortius animati ex iis quae indicaverat, ad jussa exsequenda parati erant: ac circa quar-

Gedeon pulchro strategemate hostes aggreditur, qui territi in mutuas caedes corruunt & magna cum strage fusi sunt & fugati. Jud. c. 7.

i Αὐτοφίλαυτον] Αὐτῷ φίλαυτον Big. & Samb.

k Μὴ τὴν νίκην] Ita cum Big. Samb. Gall. 1. & Epiph. μὴ deest in reliquis.

l Νομίζωσιν ἰδίαν,] Sic Big. & Samb. νομίσωσιν Hen. & Busb. νομίζουσιν in Editis, Aliisque

m Τὸ ἔργον,] Αὐτῷ ἐν τῷ ἔργῳ Samb. (Coll. Voss.) & Gall. 1. De hoc loco videsis Gatakeri Advers. Miscell. l. 2. c. 18.

n Καὶ οὕτως πίνοντας,] Καὶ οὕτως πίνοντας εὐψύχως καθελοῦντα Hen. & Busb.

o Νομίζειν ὑπὸ δειλίας] Ita Bas. G. Aliique. hic δὲ inserunt Big. & Samb. τούτους δ' ἄλλως νομίζειν ὡς καταπεπληγότας Vat.

p Κατὰ τὰς τοῦ Θεοῦ] Τοῦ Γεδεῶνος κατὰ τὰς τοῦ Θεοῦ ὑποθήκας Big. Samb. & Epiphan.

q Δὴ ὑπὲρ τοῦ Ἰορδάνου,] Δὲ in δὴ mutavi auctoritate Vet. Interpr.

r Προσλαβόντα] Προσλαβέσθαι ἕνα τῶν στρατιωτῶν Hen. Busb. & Zon. προσλαβόντα ἕνα τῶν στρ. Big. Samb. Gall. 1. & Epiphan.

s Μαδιανιτῶν] Ita Big. Samb. Aliique. Μαδιηνιτῶν Bas. & passim Vat.

t Ἤει,] Ita cum Big. Samb. Busb. Hen. (Coccejo) & Gall. 1. in Editis, Aliisque ἦν.

v Φαρὰν] Sic cum Vet. Interpr. & juxta LXX Jud. c. 7. v. 10. Φρουρὰν Bas. G. Aliique. Φρουρὸν Samb. unde forsan aliquis maluerit Φαρὰν sive Πουρὰν cum Hebraico textu.

x Ὑπ' εὐτελείας ἀνθρώποις] Ἀπ' εὐτελείας Big. Samb. & Gall. 1.

y Συνιδεῖν ἐπῆλθε.] Ita Samb. (Coccejus) & Schotanus. in Editis, Aliisque συνιδεῖν.

z Μεγαλοφρονοῦν] Μέγα φρονοῦν Big. Samb. & Gall. 1. καὶ παρὰ τοῖς Ἰσραηλίταις μέγα φρονοῦν ἂν εἴη Γεδεὼν, legisse videtur Epiphan.

a Ἰδεῖν τὰς σκηνὰς] Ita Big. & Samb. in Editis, Aliisque εἰδέναι.

b Φρονηματισθέντες] Ita cum Big. Samb. (Coccejo) & Vat. in Editis, Aliisque φρονηματισθέντες.

c Καὶ κατὰ] Καὶ κατὰ τετάρτην τῆς νυκτὸς φυλακὴν Busb. Hen. & Zon. καὶ κατὰ τὴν τετάρτην μάλιστα φυλακὴν Epiphan.

d Τετάρτην μάλιστα φυλακὴν] Et inter Judaeos 4 φυλακαὶ fuere noctis. REL.

quartam fere vigiliam copias suas educebat Gedeon, in quatuor cohortes divisas. atque singulæ centenæ erant. Gestabant autem omnes amphoras vacuas & *in eis* faces ardentes, ne incursus illorum ab hostibus præsentiretur; & in dextra cornu arietinum. illo enim vice tubæ utebantur. Hostium autem castra multum spatii occupabant: (nam contigit ut magnus illis esset camelorum numerus) &, per gentes distributi, in unius circuli ambitu omnes continebantur. At Hebræi præmoniti, ut, cum non longe ab hoste abessent, signo dato, cornubus sonantes, & amphoras confringentes, cum facibus irruerent clamore sublato, & vincerent Deo Gedeoni auxiliante, hoc ipsum exsequuti sunt. Magna autem perturbatio & terror homines invasit vix somno suscitatos. nox enim erat, atque hoc voluit Deus. Ac pauci quidem ab hostibus interempti sunt: plures vero à sociis, quod magna esset inter eos sermonis diversitas. ac cum semel in tumultu esse cœperunt, obvios omnes pro hostibus trucidabant. Multa autem cædes erat; & ubi Gedeonis victoriæ rumor ad Israëlitas pervaserat, arma corripiebant: & persequuti deprehendunt hostes in cava, torrentibus circumdata, cum trajicere nequirent, regione. atque illos undique obsidentes ad unum omnes interficiunt, cum duobus regibus Orebo & Zebo. Reliqui autem imperatores, quod supererat exercitus secum abducentes, (erant enim ferme octodecim millia) longius provecti procul ab Israëlitis castra posuerunt. Gedeon autem non laboribus erat defatigatus, sed cum toto exercitu eos insequutus, & *cum iis* congressus hostes universos interimit: cæterosque duces, Zeben & Salmanan, captivos factos reduxit. In ipso autem prælio ceciderunt Madianitarum & Arabum, qui eis auxilio venerant, circiter centum & viginti millia. Multa etiam præda, *ut* aurum, & argentum, & textilia, & cameli, & jumenta, Hebræis cessit. Gedeon vero, reversus in Ephran patriam suam, Moabitarum reges morte afficit.

Reges duo, Orebus & Zebus, in prælio cæsi; deinque, Zebes & Salmana, capti. Jud. c. 8.

6. Cæterum tribus Ephraïmitis, ægre ferens prosperos Gedeonis successus, bello eum petere decreverat, *ipsi* objiciens, quod re prius secum non communicata cum hostibus conflixerit. Gedeon autem, cum vir esset modestus & omni virtute excellens, respondit se non suo arbitratu hostem absque illis aggressum esse, sed jussu divino: & victoriam nihilo minus illorum esse ajebat, quam suam ipsorum qui militassent. Atque his verbis sedata eorum ira plus emolumenti contulit in Hebræos, quam rebus contra hostes præclare gestis. illos enim, cum foret ut civilis oriretur seditio, ab ea liberavit. Verum hujus *in eum* contumeliæ tribus hæc supplicium luit; quod suo tempore declarabimus.

Gedeon placidis verbis pacat Ephraïmitas, ira in eum concitatos. Jud. c. 8.

7. Gedeon autem, cum ei in animo esset imperium deponere, compulsus est id retinere per an-

Imperium cum vita deponit, & in Ephra sepelitur. Jud. c. 8.

λιστα φυλακὴν πρώτην τὴν αὐτοῦ στρατιὰν Γεδεὼν, εἰς τρία μέρη διελὼν αὐτήν. ἑκατὸν δ' ἦσαν ἐν ἑκάστῳ. ἐκόμιζον δὲ πάντες [e] ἀμφορέας κενοὺς καὶ λαμπάδας ἡμμένας, ὅπως μὴ καταφανὴς τοῖς πολεμίοις ἡ ἔφοδος αὐτῶν γένηται· καὶ ἐν τῇ δεξιᾷ, κριοῦ [f] κέρας. ἐχρῶντο δὲ [g] τούτῳ ἀντὶ σάλπιγγος. χωρίον δὲ πολὺ κατεῖχε τὸ τῶν πολεμίων στρατόπεδον· πλείστην γὰρ αὐτοῖς εἶναι συνέβαινε κάμηλον· καὶ κατὰ [h] τὰ ἔθνη νεμηθέντες ἐφ' ἑνὶ κύκλῳ πάντες ἦσαν. οἱ δὲ Ἑβραῖοι, προειρημένον αὐτοῖς, ἐπεὶ ἂν γένωνται πλησίον τῶν πολεμίων, ἐκ συνθήματος, [i] κέρασί τε ἠχήσαντες καὶ τοὺς ἀμφορέας καταξάντες, ὁρμῆσαι μετὰ τῶν [k] λαμπάδων ἀλαλάξαντες, καὶ νικᾶν Θεοῦ Γεδεῶνι βοηθήσαντος, τοῦτ' ἐποίησαν. ταραχὴ δὲ λαμβάνει τοὺς ἀνθρώπους ἔτι τι ὑπνοῦντας, καὶ δείματα. νὺξ γὰρ ἦν, καὶ ὁ Θεὸς τοῦτο ἤθελεν. ἐκτείνοντο δὲ ὀλίγοι μὲν ὑπὸ τῶν πολεμίων· οἱ δὲ πλείους ὑπὸ τῶν συμμάχων, διὰ τὸ τῇ γλώσσῃ διαφωνεῖν. ἅπαξ δὲ καταστάντες εἰς ταραχὴν, πᾶν τὸ προστυχὸν ἀνῄρουν, νομίζοντες εἶναι πολέμιον. [l] φόνος δὲ πολὺς ἦν, καὶ φήμης πρὸς τοὺς Ισραηλίτας τῆς Γεδεῶνος νίκης ἀφικομένης, ἐν τοῖς ὅπλοις ἦσαν· καὶ διώξαντες λαμβάνουσι τοὺς πολεμίους ἐν κοίλῳ τινὶ, χαράδραις περιειλημμένῳ, οὐ δυναμένους διαπεράσαι, χωρίῳ. καὶ περιστάντες κτείνουσιν ἅπαντας, καὶ δύο τῶν βασιλέων, [m] Ὠρηβόν τε καὶ Ζῆβον. οἱ δὲ λοιποὶ τῶν ἡγεμόνων, τοὺς [n] περιλειφθέντας τῶν στρατιωτῶν [o] ἐπάγοντες· ἦσαν δὲ [p] ὡς μύριοι καὶ ὀκτακισχίλιοι· στρατοπεδεύονται πόῤῥω πολὺ τῶν Ισραηλιτῶν. Γεδεὼν δ' οὐκ ἀπηγόρευσε πονῶν, ἀλλὰ διώξας μετὰ παντὸς τοῦ στρατοῦ καὶ συμβαλὼν ἅπαντας διέφθειρε τοὺς πολεμίους· καὶ τοὺς λοιποὺς ἡγεμόνας, [q] Ζεβὴν καὶ Σαλμανὰν αἰχμαλώτους λαβὼν [r] ἀνήγαγεν. ἀπέθανον δ' ἐν αὐτῇ τῇ μάχῃ, Μαδιανιτῶν τε καὶ τῶν [s] συστρατευσάντων αὐτοῖς Ἀράβων, περὶ μυριάδας δώδεκα. λεία τε πολλὴ, χρυσὸς, καὶ ἄργυρος, καὶ ὑφὴ, καὶ κάμηλος, καὶ ὑποζύγια, λαμβάνεται τοῖς Ἑβραίοις. Γεδεὼν δὲ, παραγενόμενος εἰς [t] Ἐφρὰν τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα, κτείνει τοὺς τῶν Μαδιανιτῶν βασιλέας.

ϛ'. Ἡ δ' [v] Ἐφραΐμου φυλὴ, τῇ Γεδεῶνος εὐπραγίᾳ δυσχεραίνουσα, στρατεύειν ἐπ' αὐτὸν [x] διεγνώκεισαν, τὸ μὴ [y] προσαγγεῖλαι τὴν ἐπιχείρησιν αὐτοῖς τὴν κατὰ τῶν πολεμίων ἐγκαλοῦντες. Γεδεὼν δὲ, μέτριος ὢν καὶ πᾶσαν ἀρετὴν ἄκρος, οὐκ αὐτὸς ἔλεγεν αὐτοκράτορι χρησάμενος λογισμῷ τοῖς ἐχθροῖς ἐπιθέσθαι χωρὶς αὐτῶν, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ κελεύσαντος· τὴν δὲ νίκην οὐχ ἧττον αὐτῶν ἔφασκεν ἰδίαν, ἢ τῶν [z] ἐστρατευκότων εἶναι. καὶ τούτοις παρηγορήσας αὐτῶν τὴν ὀργὴν τοῖς λόγοις, μᾶλλον τοὺς Ἑβραίους ὠφέλησε τῆς ἐπὶ τῶν πολεμίων εὐπραξίας. ἐμφυλίου γὰρ αὐτοὺς στάσεως ἄρχειν μέλλοντας ἐῤῥύσατο. τῆς μέντοι γε ὕβρεως ταύτης ἡ φυλὴ δίκην ἐξέτισεν· ἣν δηλώσομεν κατὰ καιρὸν ἴδιον.

ζ'. Γεδεὼν δὲ τὴν ἀρχὴν ἀποθέσθαι βουλόμενος, βιασθεὶς ἔσχεν αὐτὴν ἐπ' ἔτη τεσσαράκοντα, βραβεύων αὐτοῖς

e Ἀμφορέας] Φαρέτρας κενὰς legerat *Epiphan.*
f Κέρας.] Ita cum *Big. Samb.* & *Gall.* 1. quod præcesserit κριοῦ.
g Τούτῳ ἀντὶ σάλπιγγος.] In *cæteris* τούτοις, & mox in *Cod. Vat.* σάλπιγξι.
h Τὰ ἔθνη] Articulus abest *Big.* & *Samb.*
i Κέρασί τε] Sic cum *Hen. Bosb.* & *Epiphan.* σάλπιγγί τε in *Editis*, *cæterisque.*
k Λαμπάδων ἀλαλάξαντες,] Ἐπὶ τὰς παλάμας post λαμπάδων inserunt *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb. Gall.* 1. & *Vat.*
l Φόνος δὲ πολὺς ἦν,] Ita cum *Cod. Vat.* φόνος τε π. *Big.* & *Samb.* in *Editis* ὁ φόνος τε π.
m Ὠρηβόν τε καὶ Ζῆβον.] Sic *Big. Samb. Hen. Bosb.* & *Epiphan.* ut & Ὠρὴβ & Ζὴβ *Zonara* & LXX. in *Editis*, *Aliisque* Ὠρηβὸν τε καὶ Ζῆβον.
n Περιλειφθέντας] Παραληφθέντας *Hen.* & *Bosb.*
o Ἐπάγοντες] Ἄγοντες *Big. Samb.* & *Gall.* 1.
p Ὡς μύριοι καὶ] Illud ὡς abest *Big.* & *Samb.*

q Ζεβὴν καὶ Σαλμανὰν] Ita placuit edere, cum Ζεβὴν καὶ Σαλμανὰν haberet *Vat.* & Ζεβεὲ καὶ Σαλμανὰ LXXII. Ζεβὴν καὶ Σαμάβαναν *Bas.* & *G.* Ζεβὴν καὶ Ζαρμάνα *Epiphan.* Ζεβέδην καὶ Ζαρμούνην (Ζεβέδην καὶ Ζαρμούνην *Coll. Voss.*) καὶ Σαλμανὰν *Big.* Ζεβέδην καὶ Ἐξαρμούνην *Gall.* 1. Ζεβέδην καὶ Σαρμούνην *Samb.* Ζεβεὲς καὶ Ζαβάνας *Hen.* & *Bosb.* Est qui conjicit Ζεβὴν καὶ Σαλμάναν à *Josepho* fuisse.
r Ἀνήγαγεν.] Ita *Big. Samb.* & *Gall.* 1. in *Editis*, *Aliisque* ἤγαγεν.
s Συστρατευσάντων] Συστρατευσαμένων *Big. Samb.* & *Gall.* 1.
t Ἐφρὰν τὴν] Ita *Big. Samb. Hen.* & *Bosb.* ut *Jud.* c. 8. v. 27. Ἐφραὶμ *Bas.* & *G.*
v Ἐφραΐμου] Sic *Big. Vat. Hen.* & *Bosb.* Ἐφραΐμου *Bas. G.* & *Samb.*
x Διεγνώκεισαν,] Διεγνώκει, τὸ μ. *Big. Samb.* & *Gall.* 1. διεγνώκει, τὸ μ. *Vat.*
y Προσαγγεῖλαι] Προαγγεῖλαι *Vat.*
z Ἐστρατευκότων εἶναι.] Ita *Big. Samb.* & *Vat.* στρατευσάντων in *Editis*, *Aliisque.*

a Te-

τοῖς τὰ δίκαια, καὶ περὶ τῶν διαφορῶν ἐπ' αὐτὸν βαδίζουσι. κύριά τε πάντα ἦν τὰ ὑπ' αὐτοῦ [a] πληρούμενα. καὶ ὁ μὲν, γηραιὸς τελευτήσας, ἐν [b] Ἐφρὰν τῇ πατρίδι θάπτεται.

nos quadraginta, judiciis præsidens, & singulis de litibus *suis* cum adeuntibus. rataque habebantur omnia quæ ille pronunciaverat. Et is quidem, cum justa senectute obiisset, apud Ephran in patria *sua* sepultus est.

ΚΕΦ. ζ.

Ὅτι μετ' αὐτὸν πολλοὶ γενόμενοι διάδοχοι τοῖς πέριξ ἔθνεσιν ἐπολέμησαν ἱκανῷ χρόνῳ.

CAP. VII. IX.

Quod plurimi ei in imperio succedentes cum gentibus circumquaque finitimis longo tempore bellum gesserunt.

Παῖδες δὲ ἦσαν αὐτῷ, γνήσιοι μὲν ἑβδομήκοντα· πολλὰς γὰρ ἔγημε γυναῖκας· νόθος δὲ εἷς ἐκ παλλακῆς [c] Δρουμᾶς, Ἀβιμέλεχος τοὔνομα, ὃς μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν ἀναχωρήσας ἐπὶ Σίκιμα [d] πρὸς τοὺς ἀπὸ μητρὸς συγγενεῖς· ἐντεῦθεν γὰρ ἦν· καὶ λαβὼν ἀργύριον παρ' αὐτῶν, [e] οἳ διὰ πλῆθος ἀδικημάτων ἦσαν ἐπίσημοι, ἀφικνεῖται σὺν αὐτοῖς εἰς τὸν πατρῷον οἶκον, καὶ κτείνει πάντας τοὺς ἀδελφοὺς, πλὴν [f] Ἰωαθάμου. σώζεται γὰρ οὗτος διαφυγεῖν εὐτυχήσας. Ἀβιμέλεχος δὲ εἰς τυραννίδα τὰ πράγματα μεθίστησι, κύριον αὑτὸν ὅ, τι βούλεται ποιεῖν [g] ἀντὶ τῶν νομίμων ἀποδείξας, καὶ δεινῶς πρὸς τοὺς τοῦ δικαίου προϊσταμένους ἐκπικραινόμενος.

Abimelechus tyrannidem occupat ope cognatorum, & per caedem fratrum omnium, praeter Joathamum. Jud. c. 9.

Erant autem ei filii è thoro legitimo nati septuaginta, (nam multas habuit uxores) unus vero spurius è concubina Druma, cui nomen Abimelechus. qui patre mortuo ad cognatos suæ matris Sicima profectus, (inde enim orta fuit) acceptaque ab iis pecunia, qui multis admodum injuriis erant insignes, cum illis ad ædes paternas revertitur, fratresque omnes præter Joathamum interimit. hic enim fuga feliciter elapsus servatur. Abimelechus autem omnia in Tyrannidem convertit, quicquid sibi pro arbitrio suo agere placuerit id pro legitimo haberi volens, atque vehementer juris defensoribus inimicus infensusque.

β. Καί ποτε δημοτελοῦς Σικιμοῖς οὔσης ἑορτῆς, καὶ τοῦ πλήθους παντὸς ἐκεῖ συνειλεγμένου, ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ [h] Ἰωάθαμος, ὃν καὶ διαφυγεῖν ἔφαμεν, ἀνελθὼν ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ [i] Γαριζείν· ὑπέρκειται δὲ τῆς Σικιμίων πόλεως· ἐκβοήσας εἰς ἐπήκοον, τοῦ πλήθους ἡσυχίαν αὐτῷ παρασχόντος, ἠξίου μαθεῖν τὰ ὑπ' αὐτοῦ λεγόμενα. γενομένης δὲ σιγῆς, εἶπεν "ὡς τὰ δένδρα φωνῇ [k] ἀνθρωπίνῃ χρώμενα, συνόδου γενομένης αὐτῶν, δεηθείη συκῆς ἄρχειν αὐτῶν. ἀρνησαμένης δ' ἐκείνης, διὰ τὸ τῆς τιμῆς τῆς ἐπὶ τοῖς καρποῖς οἰκείας οὔσης ἀπολαύειν, οὐχ ὑπ' ἄλλων ἔξωθεν προσγενομένης, τὰ δένδρα τῆς ἐπὶ τὸ ἄρχεσθαι φροντίδος οὐκ ἀπελείπετο, ἐδόκει δ' αὐτοῖς ἀμπέλῳ τὴν τιμὴν παρασχεῖν· καὶ ἡ ἄμπελος [l] χειροτονουμένη, τοῖς αὐτοῖς τῇ συκῇ χρησαμένη λόγοις, παρῃτεῖτο τὴν ἀρχήν. τὸ δ' αὐτὸ καὶ τῶν ἐλαιῶν ποιησαμένων, ῥάμνος, ἐδεήθη γὰρ [m] αὐτῆς ἄρα παραλαβεῖν τὴν βασιλείαν τὰ δένδρα· πυρεῖα δὲ ἀγαθὴ παρασχεῖν τὸ ξύλον ἐστίν· ὑπισχνεῖται τὴν ἀρχὴν ἀναλήψεσθαι, καὶ δεξιῶς ἔχειν. δεῖ μέντοι συνιζάνειν αὐτὰ ὑπὸ τὴν σκιάν· εἰ δ' ὄλεθρον ἐπ' αὐτῇ φρονοῖεν, ὑπὸ τοῦ ἐνόντος πυρὸς διαφθαρεῖεν. τοῦτο δ' οὐ γέλωτος ἕνεκα [n] φησὶ λέγειν· ὅτι δὲ, πολλῶν ἀγαθῶν ἐκ Γεδεῶνος πεπειραμένοι, περιορῶσιν Ἀβιμέλεχον ἐπὶ τῶν ὅλων ὄντα πραγμάτων σὺν αὐτῷ τοὺς ἀδελφοὺς [o] ἀποκτείναντες, ὃν πυρὸς οὐδὲν διοίσειν". καὶ ὁ μὲν ταῦτα εἰπὼν ὑπεχώρησε καὶ διῆγε λανθάνων ἐν τοῖς ὄρεσι, δεδιὼς ἐπ' ἔτη τρία τὸν Ἀβιμέλεχον.

Joathamus nobilem Sicimitis apologum edidit, de vario arborum & principum virorum ingenio, annis plus DCC. ante natum Æsopum. Jud. c. 9.

2. Ac cum aliquando festum diem agerent Sicimis, & illuc populus universus conveniret, frater ipsius Joathamus, quem fuga evasisse diximus, conscenso clivo montis Garizin (nam urbi Sicimis imminet) & sublata voce ut *ab omnibus* exaudiri posset, silentium ei populo præbente, obsecravit ut animos attenderent ad ea quæ dicturus esset. Facto autem silentio, narrabat, "ut arbores voce humana utentes, cum in concionem coivissent, rogaverint ficum ut regnum in eas capesseret. Illa autem recusante, quod honore ex fructibus sibi propriis frui vellet, non qui ab aliis extra se proveniret, arbores à cogitatione imperium alicui deferendi non destiterunt, sed visum est eis viti principatum offerre: ac vitis, cum eam elegissent, iisdem verbis quibus ficus usa regnum deprecata est. Cum vero olea similiter honorem detrectasset, rhamnus, nam ab ipso postulabant arbores ut regnum in eas susciperet (inter ligna vero commodum est *illud* ad ignem accendendum) pollicetur se imperium accepturum esse & impigre in eo administrando se gesturum. verum illas oportet sub umbra *sua* considere: sin autem ipsi exitium struere pararent, igne ei insito absumerentur. Hæc vero *Joathamus* inquit *se* non risus movendi causa dicere: sed quod, multis beneficiis à Gedeone affecti, patienter sinant Abimelechum rerum summæ præesse, cum eo fratrum *suorum* necis participes; cujus ingenium nihil ab igne differre *sentient*". Atque ille hæc loquutus semet subduxit, & latenter habitabat in montibus, timore Abimelechum per triennium defugiens.

γ. [p] Μετ' οὐ πολὺ δὲ τῆς ἑορτῆς οἱ Σικιμῖται· μετενόησαν γὰρ ἐπὶ τοῖς Γεδεῶνος υἱοῖς πεφονευμένοις· ἐξελαύνουσι τὸν Ἀβιμέλεχον τῆς πόλεως καὶ τῆς φυλῆς. [q] οἱ δὲ κακουργεῖν τὴν πόλιν ἐφρόντιζον. τῆς δ' ὥρας τῆς

Sicimitæ urbe pellunt Abimelechum, & Gaalo præsidio sese tuentur. Jud. c. 9.

3. Haud multo post festum Sicimitæ, (nam eos pœnituerat cædis in Gedeonis filios patratæ) Abimelechum ex urbe pariter & tribu expulerunt. Is vero *& qui cum eo erant* malum aliquod civitati inferre cogitabant. Cumque vindemiandi tempus in-

a Τελειούμενα.] Λεγόμενα Big. (Coll. Voss.) Samb. Vat. & Epiphan. neque hoc improbandum, neque illud.

b Ἐφράν] Ita (ut supra p. 294. v. 36.) legendum censeo, aut cum Bibliis Complutensis & Cod. Alexandrino Ἐφρά, Jud. c. 8. v. 32. Ἐφράμ Gen. Big. & Gall. 1. Ἐφραΐμ Bas. Samb. & Epiphan.

c Δρουμᾶς] Δρούμας legerat Epiphan.

d Πρὸς τοὺς] Πρὸς τοὺς τῆς μ. Hen. & Bosb.

e Οἱ διὰ πλῆθος] Forsan, ὄντα διὰ π. ἀ. ὄντα ἐπίσημοι, aut καὶ ἐπίσημος.

f Ἰωαθάμου.] Ita cum Cod. Vat. præsertim cum Ἰωάθαμ sit in LXX. Ἰωνάθου Bas. Gen. Epiphan. & Zonaras. Ἰωνάθου Big. (Coll. Voss.) Samb. Bosb. Hen. & Gall. 1.

g Ἀντὶ τῶν νομίμων] Ἀντὶ τῶν νομίμων πάντων aut vidit, aut subintellexit Epiphan.

h Ἰωάθαμος,] Coll. Big. & Voss. Ἰωνάθης.

i Γαριζείν·] Ita cum Editis hic & supra p. 253. v. 24. Γαριζεῖν Vat. Γαριζὴν Big. & Epiphan.

k Ἀνθρωπίνῃ χρώμενα,] Ἀνθρωπίνῃ Big. Samb. & Vat. Atticorum more.

l Χειροτονουμένη,] Sic in MSS. in Editis προχειροτονουμένη.

m Αὐτῆς] Eo modo Big. (Coll. Voss.) Samb. & Vat. in Editis αὐτῇ.

n Φησὶ λέγειν·] In MSS aut φησὶ λέγω, aut λέγω φησί.

o Ἀποκτείναντες,] In quibusdam MSS ἀποκτείναντι.

p Μετ' οὐ πολὺ] Μετ' οὐ πολὺ δὲ χρόνον legisse videtur Epiphan.

q Οἱ δὲ κακουργ.] Ὁ δὲ & mox ἐφρόντιζε legisse videtur Vet. Interpr. quo modo sane scribendum, nisi subintelligamus οἱ τῆς οἰκίας domestici, aut οἱ τοῦ γένους cognati.

r Ἀφι-

intraret, proficisci in agros ut fructus colligerent plane metuebant, ne ipsos male multaret Abimelechus. Cum autem ad eos *eodem fere tempore forte* immigrasset Gaales, unus è viris principibus, cum armatorum manu & cognatis suis, cum exorabant ut ipsis præsidio esset, dum vindemiatum irent. Postquam vero ille honorem acceperat, ad *opus* processerunt, unaque Gaales cum militum suorum cohorte. Itaque & fruges domum secure advehuntur, & per sodalitia epulantes jam aperte ausi sunt Abimelecho maledicere, atque principes *cum cognatis*, loca circa urbem insidiis occupantes, multos ex Abimelechi satellitio comprehensos perimebant.

Zebuli proditione, qui civibus etiam suaserat ut Gaalem urbe ejicerent, Abimelechus ense & igne delet Sicimitas. Jud. cap. 9.

4. At Zebulus quidam è principibus Sicimitarum, hospes Abimelechi, nunciis missis ei indicabat, quomodo Gaales populum contra ipsum irritaret, simul etiam hortabatur ut insidias ante urbem collocaret: se enim Gaalæ persuasurum ut *ipse* contra eum egrederetur. atque ita in sua potestate fore, ut de eo vindictam sumeret. quo facto spondere se quod gratiam cum populo initurus sit. Abimelechus igitur *cum suis* in insidiis considebat; & Gaales in suburbiis negligentius agebat, & cum eo Zebulus. Gaales autem, cum videret armatos ad se approperantes, ad Zebulum clamabat, versus se tendere viros armis instructos. Illo vero dicente, cautium umbras esse, cum propius aliquanto accederent, re accurate perpensa, non umbras esse ajebat, sed virorum cohortem. Cui Zebulus, nonne tu, inquit, Abimelecho ignaviam objiciebas? cur igitur non ostendis, qui vir sis, pugnam cum eo ineundo? Gaales autem, *nonnihil* animo consternatus, manus conserit cum Abimelecho; ac nonnulli quidem è suis prælio cadunt: at ipse se in urbem recipit, alios secum ducens. Interea Zebulus ita cum civitate agit ut Gaales ex ea ejiceretur, cum calumniatus quasi molliter & ignave cum Abimelechi militibus dimicasset. Cæterum Abimelechus, cognito quod Sicimitæ ad vindemiam *denuo* egressuri essent, in locis circa urbem insidias disponit: cumque prodissent, tertia quidem exercitus pars portas occupat, ut cives aditu prohiberet, cæteri vero dispersos cursu persequuntur; & ubique cædes facta est. ac urbe diruta & solo æquata (nam sine obsidione dedita est) saleque in ruderibus ejus seminato, agmine composito processit. atque ita Sicimitæ omnes deleti sunt. Quotquot autem per regionem dissipati periculum evaserant, hi ipsi, sese in turmam colligentes ad petram quandam bene munitam, super eam sedes figebant, & ad eam muro cingendam aggrediebantur. sed Abimelechus, intellecto eorum consilio, prius ad eam cum suis omnibus copiis accessit: atque ipsemet ligni aridi fasces ferens, ut iis locum circumdaret, exercitum, ut idem facerent, hortabatur. ac brevi lignis petræ in ambitum circumpositis, ignes injiciunt & quicquid natura facibus accendit & urit: maximamque flammam excitant. Et quidem nemo ex ea petra effugit, sed una cum uxoribus & liberis i-

τῆς τρυγῆς γινομένης, ἐδεδίεσαν συλλέγειν τὸν καρπὸν προϊόντες, μή τι [r] δράσῃ κακὸν αὐτοὺς Ἀβιμέλεχος. ἐπιδημήσαντος δὲ πρὸς αὐτοὺς τῶν ἀρχόντων τινὸς [s] Γαάλου, σὺν ὁπλίταις καὶ συγγενέσι τισὶν αὐτοῦ, φυλακὴν οἱ Σικιμῖται δέονται παρασχεῖν αὐτοῖς, ἕως ἂν τρυγήσωσι. προσδεξαμένου δὲ ἐκείνου τὴν ἀξίωσιν, προῄεσαν, καὶ [t] Γαάλης σὺν αὐτοῖς, τὸ οἰκεῖον ἄγων ὁπλιτικόν. ὅ, τε οὖν καρπὸς μετ' ἀσφαλείας συνάγεται, καὶ δειπνοῦντες κατὰ [v] συμμορίαν φανερῶς ἀπετόλμων ἤδη βλασφημεῖν τὸν Ἀβιμέλεχον· οἵ τε ἄρχοντες, ἐνέδραις καταλαμβανόμενοι τὰ περὶ τὴν πόλιν, πολλοὺς τῶν Ἀβιμελέχου συλλαμβάνοντες διέφθειρον.

δ. [x] Ζέβυλος δέ τις τῶν Σικιμιτῶν ἄρχων, ξένος ὢν Ἀβιμελέχου, ὅσα παροξύνειε Γαάλης τὸν δῆμον, πέμπων ἀγγέλους ἐμήνυεν αὐτῷ, καὶ παρῄνει λοχᾶν πρὸ τῆς πόλεως· πείσειν γὰρ Γαάλην ἐξελθεῖν ἐπ' αὐτόν. καὶ τὸ λοιπὸν ἐπ' ἐκείνῳ τυγχάνειν, ὥστε [y] ἀμύνασθαι. γενομένου γὰρ τούτου, διαλλαγὰς αὐτῷ μνηστεύσεσθαι πρὸς τὸν δῆμον. ὅ, τε οὖν Ἀβιμέλεχος ἐκάθισεν ἐνεδρεύων· καὶ ὁ Γαάλης ἀφυλακτότερος διέτριβεν ἐπὶ τοῦ προαστείου, καὶ Ζέβυλος σὺν αὐτῷ. ἰδὼν δὲ ὁπλίτας ἐπιφερομένους Γαάλης πρὸς Ζέβυλον ἔλεγεν, ἄνδρας αὐτοῖς [z] ἐπιέναι καθωπλισμένους. τοῦ δὲ [a] σκιὰς εἶναι φαμένου τῶν πετρῶν, πλησίον ἤδη γινομένων τὸ ἀκριβὲς κατανοῶν, οὐ σκιὰς ἔλεγε τοῦτ' εἶναι, λόχον δὲ ἀνδρῶν. καὶ Ζέβυλος, οὐ σὺ μέντοι, φησὶν, Ἀβιμελέχῳ κακίαν [b] ἐπεκάλεις; τί οὖν οὐκ ἐπιδείκνυσαι τὸ τῆς [c] σῆς ἀρετῆς μέγεθος, εἰς μάχην αὐτῷ συμβαλών; Γαάλης δὲ θορυβούμενος συνάπτει τοῖς Ἀβιμελέχου, καὶ [d] πίπτουσι μέν τινες τῶν σὺν αὐτῷ· φεύγει δὲ αὐτὸς εἰς τὴν πόλιν, τοὺς ἄλλους ἀγόμενος. καὶ Ζέβυλος πολιτεύεται [e] Γαάλην ἐκβληθῆναι τῆς πόλεως, κατηγορήσας ὡς μαλακῶς πρὸς τοὺς Ἀβιμελέχου στρατιώτας ἀγωνίσαιτο. Ἀβιμέλεχος δὲ, πυθόμενος ἐξελευσομένους αὖθις κατὰ τρυγητὸν τοὺς [f] Σικιμίτας, ἐνέδραις προλοχίζεται τὰ περὶ τὴν πόλιν· καὶ προελθόντων, ἡ μὲν τρίτη μοῖρα τῆς στρατιᾶς καταλαμβάνεται τὰς πύλας, ἀφαιρησομένη τὴν εἴσοδον τοὺς πολίτας, οἱ δὲ ἄλλοι σκιδναμένους μετέθεον· πανταχοῦ τε φόνος ἦν. καὶ κατασκάψας εἰς ἔδαφος τὴν πόλιν· οὐ γὰρ ἀντέσχε πρὸς πολιορκίαν· ἅλας κατὰ τῶν ἐρειπίων σπείρας [g] προῆγε. καὶ Σικιμῖται πάντες οὕτως ἀπώλοντο. ὅσοι δὲ κατὰ τὴν χώραν σκεδασθέντες διέφυγον τὸν κίνδυνον, οὗτοι, συλλεγέντες ἐπί τινα πέτραν ὀχυρὰν, ἐπ' αὐτῆς ἱδρύοντο, [h] τειχίσαι τε ταύτην παρεσκευάζοντο. ἔφθη τε, τὴν διάνοιαν αὐτῶν Ἀβιμέλεχος μαθὼν, ἐλθεῖν [i] ἐπ' αὐτὴν μετὰ τῆς δυνάμεως· καὶ [k] φακέλλους ὕλης ξηρᾶς [l] περιβαλὼν τῷ χωρίῳ, δι' αὐτοῦ φέρων ταυτὸ ποιεῖν [m] τὴν στρατιὰν παρεκελεύσατο. καὶ ταχέως περιληφθείσης [n] ἐν κύκλῳ τῆς πέτρας τοῖς ξύλοις, πῦρ ἐμβάλλουσιν, [o] ὅσα τε μᾶλλον ἐξαπτεῖν φύσιν ἔχει· καὶ μεγίστην αἴρουσι φλόγα. καὶ διαφεύγει μὲν [p] ἀπὸ τῆς πέτρας οὐδεὶς, ἀλλ' ἅμα γυναιξὶ καὶ τέκνοις ἀπώλοντο,

[q] ἀν-

r Δράσῃ κακὸν] Ita cum MSS. δράσαι in *Editis*.

s Γαάλου] Sic *Cod. Vat.* atque *Vet. Interpr.* & recte: cum in *Bibliis Sacris* exstet Γααλ, *Jud.* 9. c. 26. in cæteris *MSS.* hic loci Γ.λου.

t Γαάλης,] Jam ita *Big. Samb. Gall.* 1. & *Epiphan.* Γαάλος *Vat.* Γάλης *Bas.* & *G.*

v Συμμορίαν] Forte συμμορίας vet. *per singulos choros.* COCC.

x Ζέβυλος] Sic *Vat. Epiphan.* & LXX. Ζέβουλος *Big. Samb.* & *Gall.* 1. & statim Ζέβουλος & Ζεβούλω. in *Editis* Ζέβουλος, & mox Ζεβούλου & Ζεβούλω.

y Αμύνασθαι.] Ita *Big. Samb.* & *Gall.* 1. in *Aliis* ἀμύνεσθαι.

z Επιέναι] Sic *Big.* & *Samb.* in *cæteris* ἐπιέναι.

a Σκιὰς εἶναι] Σκιὰς *Samb.* ut & infra v. 15.

b Επεκάλεις] Eo modo *Big. Samb.* & *Epiphan.* ἐνεκάλεις *Bosb.* & *Hen.* ἐνεκάλεσας *Bas. G.* & *Vat.*

c Σῆς ἀρετῆς] Illud σῆς abest *Big.* & *Samb.*

d Πίπτουσι] Ita in quinque *MSS.* in *Editis* perperam πίπτει.

e Γαάλην] Πάλιν ὄνομ. *Vat.*

f Σικιμίτας] Ita *Vat.* (& *Cocc.*) in *reliquis* hic loci Σικιμίους.

g Προῆγε.] Ανῆλθε *Vat.* atque ita forsan *Vet. Interpr.*

h Τειχίσαι τε] Ita *Big.* & *Samb.* in *cæteris* τειχίσαι τε.

i Επ' αὐτὴν] Sic *Bas. G.* & *Vat.* ἐπ' αὐτοὺς *Samb. Big. Gall.* 1. & *Epiphan.*

k Φακέλλους] Eo modo *Vat.* nec aliter *Thucydides.*

l Περιβαλὼν] Ita *Big. Samb. Bosb.* & *Hen.* in *reliquis* περιβάλλων.

m Τὴν στρατιὰν] Τῇ στρατιᾷ *Big.* & *Samb.*

n Εν κύκλῳ] Ex *MSS. Coll. Big.* & *Voss.* in *Editis* enim ponitur post ξύλοις. HAV.

o Οσα τε μᾶλλον] Forte ὅσα τε μᾶλλον ἐξάπτειν φ. ε. καὶ μ. αἴρει φλόγα, ἐν κύκλῳ τοῖς ἐνέβαλλον. COCC.

p Απὸ τῆς πέτρας] Ita *Big.* & *Samb.* ἐκ τῆς πέτρας *Bas. G. Aliique.*

q Αν-

[q] ἄνδρες μὲν περὶ πεντακοσίους καὶ χιλίους, τὸ δὲ ἄλλο πλῆθος ἱκανόν. καὶ Σικιμίταις μὲν τοιαύτη συμφορὰ συνέπεσε, [r] μείζονος καὶ τῆς ἐπ' αὐτῇ λύπης γινομένης, πλὴν ὅτι [s] κατὰ δίκην ἐπ' ἀνδρὸς [t] εὐεργέτου συνέθεσαν κακὸν τηλικοῦτον.

ε'. Αβιμέλεχος δὲ, τοῖς Σικιμιτῶν κακοῖς καταπλήξας τοὺς Ισραηλίτας, μειζόνων ἐφιέμενος δῆλος ἦν, καὶ μηδαμοῦ [v] περιγράψων τὴν βίαν, εἰ μὴ πάντας ἀπολέσειεν. ἤλαυνεν οὖν ἐπὶ [x] Θήβας, καὶ τὴν μὲν πόλιν ἐξ ἐπιδρομῆς [y] αἱρεῖ· πύργου δ' ὄντος ἐν αὐτῇ μεγάλου, εἰς ὃν πᾶν τὸ πλῆθος συνέφυγε, πολιορκεῖν τοῦτον παρεσκευάζετο. καὶ αὐτὸν, πλησίον ὁρμῶντα τῶν πυλῶν, γυνὴ [z] θραύσματι μύλης βαλοῦσα κατὰ τῆς κεφαλῆς τυγχάνει. πεσὼν δὲ [a] Αβιμέλεχος τὸν ὑπασπιστὴν παρεκάλει κτείνειν αὐτὸν, μὴ τῆς γυναικὸς ὁ θάνατος αὐτοῦ δόξειεν ἔργον. καὶ ὁ μὲν τὸ [b] προσταχθὲν αὐτῷ ἐποίει· ὁ δὲ τοιαύτην [c] ὑπὲρ τῆς εἰς τοὺς ἀδελφοὺς παρανομίας ποινὴν ἐξέτισε, καὶ τῶν εἰς Σικιμίτας αὐτῷ τετολμημένων. τούτοις δὲ κατὰ τὴν Ιωαθάμου μαντείαν ἡ συμφορὰ συνέπεσε. τὸ μέντοι σὺν Αβιμελέχῳ στράτευμα, πεσόντος αὐτοῦ σκεδασθὲν, ἀνεχώρησεν ἐπὶ τὰ οἰκεῖα.

ς'. Τῶν δὲ Ισραηλιτῶν τὴν ἡγεμονίαν [d] Ιαείρης ὁ [e] Γαλαδηνὸς ἐκ τῆς Μανασσήτιδος φυλῆς παραλαμβάνει, ἀνήρ τά τε ἄλλα εὐδαίμων, καὶ παῖδας ἀγαθοὺς πεποιημένος· τριάκοντα μὲν τὸν ἀριθμὸν, ἱππεύειν δὲ ἀρίστους, καὶ τὰς κατὰ τὴν Γαλαδηνὴν πόλεων ἀρχὰς ἐγκεχειρισμένους. οὗτος, δύο καὶ εἴκοσι ἔτη τὴν ἀρχὴν κατασχὼν, τελευτᾷ γηραιός· καὶ ταφῆς ἐν [f] Καμὼν πόλει τῆς Γαλαδηνῆς ἀξιοῦται.

ζ'. Πάντα δὲ τὰ τῶν Εβραίων εἰς ἀκοσμίαν καὶ ὕβριν [g] τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν νόμων ὑπεφέρετο· καὶ καταφρονήσαντες αὐτῶν Αμμανῖται καὶ [h] Παλαιστῖνοι, στρατῷ μεγάλῳ διήρπαζον τὴν χώραν· καὶ τὴν Περαίαν ἅπασαν κατασχόντες καὶ ἐπὶ τὴν τῶν λοιπῶν ἤδη κτῆσιν διαβαίνειν ἐτόλμων. Εβραῖοι δὲ, σωφρονισθέντες [i] ἀπὸ τῶν κακῶν, εἰς ἱκετείας [k] ἐτρέποντο τοῦ Θεοῦ, καὶ θυσίας [l] ἐπέφερον· παρακαλοῦντες αὐτὸν μετριάσαντα, καὶ πρὸς τὴν δέησιν αὐτῶν ὑπαχθέντα, παύσασθαι τῆς ὀργῆς. ὁ δὲ Θεὸς, [m] μεταβαλόμενος εἰς τὸ ἡμερώτερον, ἔμελλεν αὐτοῖς βοηθεῖν.

η'. Αμμανιτῶν [n] δ' ἐστρατευκότων ἐπὶ τὴν Γαλαδηνὴν, ὑπήντων οἱ ἐπιχώριοι πρὸς τὸ ὄρος, δεόμενοι τοῦ στρατηγήσοντος. ἦν δέ τις [o] Ιεφθὴς, ἀνὴρ διὰ τὴν πατρῴαν ἀρετὴν δυνατὸς, [p] καὶ δι' οἰκείαν [q] αὐτοῦ στρατιὰν ἣν ἔτρεφεν αὐτὸς [r] μισθοφόρων. πρὸς τοῦτον οὖν πέμψαντες ἠξίουν αὐτὸν συμμαχεῖν, ἐπαγγελλόμενοι παρασχεῖν εἰς ἅπαντ' αὐτῷ τὸν χρόνον τὴν ἰδίαν ἡγεμονίαν. ὁ δ' οὐ προσίεται τὴν παράκλησιν αὐτῶν, ἐγκαλῶν ὅτι μὴ βοηθήσειαν αὐτῷ ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν ἀδικουμένῳ περιφανῶς. οὐ γὰρ ὄντα ὁμο-

ne absumpti sunt: viri quidem circiter MD. cætera vero multitudo numero magna. Et talis quidem calamitas in Sicimitas incidebat, majorque ex ea mœror extitisset, nisi quod juste pœnas dederint ob tantum mali viro de se egregie merito conflati.

Fractomola à muliere ictus perit Abimelechus. Jud. c. 9.

5. Abimelechus autem, cum Israëlitis ex Sicimitarum miseriis terrorem incussisset, palam præ se ferebat quod majora appeteret, & non prius violentiæ suæ modum esset adhibiturus quam universos exitio dederat. Thebas itaque contendit, & urbem quidem subita incursione capit: cum vero turris in ea valida esset, in quam multitudo omnis confugiebat, eam oppugnare aggreditur. atque, dum ipse cum impetu in portas irrueret, muliercula in caput ejus molæ fragmen dejicit. Abimelechus autem, humi collapsus, armigerum rogabat, ut se *districto ense* perimat, ne à muliere videretur interfectus. Et hic quidem imperata ei fecit: ille vero hujusmodi supplicium dependet pro scelere in fratres, & facinore quod in Sicimitas patrare ausus est. atque hæc clades illis juxta Joathami vaticinium accidit. Cæterum qui cum Abimelecho erant milites, illo mortuo *passim* dispersi, ad domum quisque suam redierunt.

Jaires rem Hebræorum administrat. Jud. c. 10.

6. Israëlitarum autem imperium *ab illis* accipit Jaires Galadenus è tribu Manassitide, vir cum cætera felix, tum quod liberos fortes procreaverat; numero quidem triginta, equites vero egregios, & quibus urbium Galadenarum commissæ erant præfecturæ. Is, cum viginti & duos annos rebus illorum præfuisset, ingravescente ætate obiit, & in Camone, urbe Galadena sepultus est.

Israëlitas opprimunt Palæstini & Ammanitæ. Jud. c. 13.

7. Jam res Hebræorum ad perturbationem ordinis & Dei legumque contemptum ferebantur: Ammanitæque & Palæstini, eos despectui habentes, cum magno exercitu regionem *vastarunt &* diripuerunt; &, cum loca ultra Jordanem occupassent, ad reliqua possidenda *fluvium* ausi sunt trajicere. Hebræi vero, cum ex calamitatibus resipuissent, ad Deum precibus se convertebant, victimasque ei mactabant; ipsum implorantes, ut, severitate cohibita, precibusque eorum supplicibus flexus, ab ira desisteret. Jamque Deus mitior & placidior factus, in animum induxit illis opitulari.

Jephthem ducem sibi poscunt Galaditæ. Jud. c. 11.

8. Cum vero Ammanitæ in Galadenam fuissent ingressi, istius regionis incolæ illis ad montem occurrebant, ducem desiderantes. Erat autem Jephthes quidam, vir patriis virtutibus pollens, proprioque exercitu quem sumptibus suis alebat. Ad hunc igitur missis nunciis, enixe petebant ut *eis* in auxilium veniret; pollicentes, *se* principatum suum ei concessuros esse, quamdiu viveret. Ille vero preces eorum non admittit, ipsis exprobrans, quod nullam ei opem tulerint, dum à fratribus manifestam

q Ἄνδρες μὲν] Ἄνδρας μὲν πεντακοσίους καὶ χιλίους Gall. 1. ἄνδρας μὲν πεντακοσίοις καὶ χιλίοις Samb. & Vat.

r Μείζονος] Μείζω τῆς ἐπ' αὐτῇ λύπης γενομένην Big. Samb. & Vat.

s Κατὰ δίκην] Ita Samb. In cæteris una voce καταδίκην.

t Εὐεργέτου] Εὐεργέτου καὶ τοῦ γένους αὐτοῦ legisse videtur Epiphan.

v Περιγράψων] Περιγράψειν Samb. & Big.

x Θήβας.] Urbis hujus meminit Stephanus Byzant. v. Θήβη. Vide Jud. c. 9. v. 50. 2 Sam. c. 11. v. 21. Bocharti Canaan. l. 2. c. 16. & Cellarii Geogr. Antiq. l. 3. c. 13. p. 316.

y Αἱρεῖ] Ita MSS. in Editis αἱρεῖ.

z Θραύσματι μύλης] Θραύσματί τι soli Big. & Epiphan.

a Αβιμέλεχος] Sic Big. Samb. Hen. Busb. & Gall. 1. ὁ Αβιμέλεχος τὸν v. r. Bas. G. & Vat.

b Προσταχθὲν] Ita Big. Samb. & Gall. 1. in Editis, Aliisque deest αὐτῷ.

c Ὑπὲρ τῆς] Vocem ὑπὲρ omittit Vat.

d Ιαείρης] Ιαείρης Samb. & Big. Ιαειρ Zonaras è S. Bibliis. Sed hic loci, nescio an aliquid è libris exciderit, an incuria omiserit Josephus tres & viginti annos Tholæ principis, Jud. c. 10. v. 1. Veruntamen in summam annorum Judicum istius regimen inserui.

e Γαλαδηνὸς] Al. Γαλαδηνὸς & infra Γαλαδηνῆ.

f Καμὼν] Malim Καμῶνι.

g Τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν νόμων ὑπεφέρετο] Illa τοῦ Θεοῦ καὶ è Big. (Cod. Voss.) Samb. Vat. & Epiphanio inserui, & ex iisdem ὑπεφέρετο dedi pro ἐφέρετο.

h Παλαιστῖνοι,] Al. Παλαιστηνοί.

i Ἀπὸ τῶν κακῶν,] Ὑπὸ τῶν κακῶν Big. Samb. & Vat.

k Ἐτρέποντο τοῦ Θεοῦ,] Ita cum MSS. in Editis ἐτράποντο.

l Ἐπέφερον] Sic Big. Samb. & Epiphan. ἐπέφερον Bas. G. Aliique

m Μεταβαλόμενος] Ita Big. Samb. Hen. & Busb. in cæteris μεταβαλλόμενος.

n Δ' ἐστρατευκότων] Ita cum Samb. in cæteris, δὲ στρατ.

o Ιεφθὴς,] Eo modo Big. Samb. Vat. & Epiphan. in Editis Ιεφθὴς & infra p. 298. v. 14. Ιεφθὴν, convenientibus Græcis codibus, ut & p. 299. v. 16. Ιεφθὴν in obliquo Ιεφθὴς Busb. & Hen. Ιεφθάε Zonaras ab Interpretibus LXXII.

p Καὶ δι' οἰκείαν] Καὶ δυνατὸν aut simile quid legisse videtur Vet. Interpr.

q Αὐτοῦ στρατιὰν] Ἑαυτοῦ Big. & Samb.

r Μισθοφόρων.] Μισθοφόρον Big. Samb. & Vat.

Πολ-

ſtam injuriam pateretur. Cum enim illis non eſſet frater uterinus, ſed quod ad matrem, quam pater amore captus eis induxerat, peregrinus, ipſum *domo* expulerunt, contempta ejus imbecillitate. & ille quidem in regione Galaditide vocata degebat; omnes, qui ad eum undecunque confluxerunt, dato ſtipendio excipiens. Tandem vero precibus expugnatus, & jurejurando accepto in perpetuum ei daturos eſſe imperium, copias eduxit.

suas, Dei auspiciis, meliores fieri auctioresque, se flagitii reum esse existimabat, si, cum ipse in cedrina domo maneret, excelsa pariter ac summo artificio exornata, arcam *Dei humili* tabernaculo exceptam despiceret. constituit itaque Deo exædificare templum, sicuti prædixerat Moyses. Nathanaque propheta in consilium adhibito, cum is auctor esset, ut faceret quicquid in animo haberet, quod Deus ei ad omnia auxilio foret & adjumento, majori adhuc templi exstruendi desiderio tenebatur. Cum autem Deus Nathanæ ea nocte apparuisset, jussissetque ut Davidi nunciaret, "sibi quidem voluntatem ejus & desiderium probari, "præsertim cum nemo antea de templo ei exædificando cogitarit. verum, ei licet hoc facere "in mentem venerit, non tamen se permittere, ut "qui multa bella obierit & hostium sanguine manus polluerit sibi templum constitueret; cæterum, cum plena ætate & longissima statione "mortali functus majoribus suis concesserit, exstruendum esse templum à filio, qui post eum "regnaturus est, & Solomonis nomine vocabitur, "cujus non aliter quam filii se custodiam acturum curamque habiturum pollicebatur, ita ut regnum quidem posteris ejus servaturus sit & traditurus, in ipsum vero, si quid deliquerit, morbis & terræ sterilitate animadversurus"; Davides, hisce ex propheta acceptis, magnaque ei lætitia oborta, quod jam norit propagini suæ imperium stabiliendum esse, familiamque suam illustrem fore & celebrem, ad arcam se confert, procidensque in faciem cœpit adorare, Deoque gratias agere tam pro omnibus, quibus eum jamjam affecerat, *beneficiis*, ex statu humili vitaque pastoritia ad tantam imperii gloriæque magnitudinem adductum, quam pro iis quæ stirpi suæ promiserat, eaque quam susceperat Hebræorum & libertatis illorum cura. Cum hæc dixisset, Deoque hymnum cecinisset, *à tabernaculo* digreditur.

Deus Nathanæ vati ad Davidem præcepta dat.

Davides ob promissa posteris suis facta Deo gratias agit. 2 Regum, c. 7.

σχεδὸν ἡμέρας ἀμείνω [t] γινόμενα ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ βουλήσεως, ἐνόμιζεν ἐξαμαρτάνειν αὐτὸν, εἰ μένων αὐτὸς ἐν οἴκοις ἐκ κέδρου πεποιημένοις, ὑψηλοῖς τε καὶ [v] καλλίστην τὴν ἄλλην κατασκευὴν ἔχουσι, περιορᾷ τὴν κιβωτὸν ἐν σκηνῇ κειμένην, [x] καὶ ἐβούλετο τῷ Θεῷ κατασκευάσαι ναὸν, ὡς Μωυσῆς προεῖπεν. καὶ περὶ τούτων [y] Ναθάνᾳ τῷ προφήτῃ διαλεχθεὶς, ἐπεὶ ποιεῖν ὅ, τι περ ὥρμηται προσέταξεν αὐτὸν, ὡς τοῦ Θεοῦ πρὸς ἅπαντ' αὐτῷ συνεργοῦ παρόντος, εἶχεν ἤδη περὶ τὴν τοῦ ναοῦ κατασκευὴν προθυμότερον. τοῦ Θεοῦ δὲ κατ' ἐκείνην τὴν νύκτα τῷ Ναθάνᾳ [z] φανέντος καὶ φράσαι κελεύσαντος τῷ Δαυίδῃ, "ὡς τὴν μὲν προαίρεσιν αὐτοῦ καὶ τὴν ἐπιθυμίαν "[a] ἀποδέχεται, μηδενὸς μὲν πρότερον εἰς νοῦν βαλομένου ναὸν αὐτῷ κατασκευάσαι· [b] τοῦ δὲ ταύτην τὴν "διάνοιαν λαβόντος, οὐκ [c] ἐπιτρέπειν δὲ πολλοὺς πο"λέμους ἠγωνισμένῳ καὶ φόνῳ τῶν ἐχθρῶν μεμιασμένῳ "ποιῆσαι ναὸν αὐτῷ· μετὰ μέντοιγε τὸν θάνατον αὐτοῦ, γη"ράσαντος καὶ μακρὸν ἀνύσαντος βίον, ἔσεσθαι τὸν ναὸν "ὑπὸ τοῦ παιδὸς τοῦ μετ' αὐτὸν τὴν βασιλείαν παραλη"ψομένου, κληθησομένου δὲ Σολομῶνος, οὗ προστήσεσθαι καὶ "[d] προνοήσειν ὡς πατὴρ υἱοῦ [e] κατεπηγγέλλετο, [f] τὴν μὲν "βασιλείαν τέκνων ἐκγόνοις φυλάξειν καὶ παραδώσειν, "[g] αὐτὸν δὲ τιμωρήσειν, ἂν ἁμαρτὼν τύχῃ, νόσῳ καὶ [h] γῆς "ἀφορίᾳ". μαθὼν ταῦτα παρὰ τοῦ προφήτου Δαυίδης, καὶ περιχαρὴς γενόμενος [i] ἐπὶ τῷ, τοῖς ἐκγόνοις αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν διαμένουσαν ἐγνωκέναι βεβαίως, καὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ λαμπρὸν ἐσόμενον καὶ περιβόητον, πρὸς τὴν κιβωτὸν παραγίνεται, καὶ πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον ἤρξατο προσκυνεῖν, καὶ περὶ πάντων εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ, ὧν τε αὐτῷ παρέσχηκεν ἤδη ἐκ ταπεινοῦ καὶ [k] ποιμένος εἰς [l] τηλικοῦτο μέγεθος ἡγεμονίας τε καὶ δόξης ἀναγαγὼν, ὧν τε τοῖς ἐκγόνοις αὐτοῦ καθυπέσχετο, [m] καὶ τῆς προνοίας, ἣν Ἑβραίων καὶ τῆς τούτων ἐλευθερίας ἐποιήσατο. ταῦτα εἰπὼν καὶ τὸν Θεὸν ὑμνήσας ἀπηλλάσσετο.

V.

CAP. V.

Ut Davides Palæstinos & Moabitas, Sophenes regem Damascique & Syriæ, insuper & Idumæos armis subegit: atque ut Amathes regem in societatem recepit, & Jonathæ Sauli filii erga ipsum amicitiæ meminit.

POstea autem aliquanto secum reputavit necesse esse Palæstinis bellum movere, nec res suas vel minimum otio & desidia marcescentes videre, ut, quemadmodum Deus ei prædixerat, hostibus debellatis pacatum in posterum ex stirpe sua regibus imperium relinqueret. Et convocato iterum exercitu, denunciatoque illis ut ad bellum se pararent & accingerent, quamprimum sibi visa sunt omnia in exercitu pulchre se habere, relictis Hierosolymis ad Palæstinos contendebat. Illis autem acie profligatis, & magna regionis parte mulctatis,

Davides Palæstinos & Moabitas & Adrazarum bello adoritur vincitque. 2 Regum, c. 8.

ΚΕΦ. ε'.

Ὡς Δαυίδης τοὺς Παλαιστίνους καὶ Μωαβίτας, τὸν Σουφήνης βασιλέα καὶ τὸν Δαμασκοῦ καὶ Σύρων, ἔτι καὶ τοὺς Ἰδουμαίους ὅπλοις ἐχειρώσατο· καὶ ὡς συμμαχίαν πρὸς τὸν Ἀμάθης βασιλέα ἐποιήσατο, καὶ ἐμνήσθη τῆς Ἰωνάθου τοῦ Σαούλου παιδὸς πρὸς αὐτὸν φιλίας.

ΔΙαλιπὼν δὲ ὀλίγον χρόνον, ἔγνω δεῖν ἐπὶ τοὺς Παλαιστίνους ἐκστρατεύειν, καὶ μηδὲν ἀργὸν μηδὲ [n] ῥᾴθυμον ἐν τοῖς πράγμασιν ὁρᾶν [o] γινόμενον, ἵν' ὡς τὸ θεῖον αὐτῷ προεῖπε, καταστρεψάμενος τοὺς πολεμίους, ἐν εἰρήνῃ τὸ λοιπὸν τοῖς ἐκγόνοις αὐτοῦ βασιλεύσουσι καταλίποι. καὶ συγκαλέσας πάλιν τὴν στρατιὰν, καὶ παραγγείλας αὐτῇ πρὸς πόλεμον [p] ἑτοίμην καὶ παρεσκευασμένην τυγχάνειν, ὅτε ἔδοξεν αὐτῷ καλῶς ἔχειν τὰ παρ' αὐτοῖς, ἄρας ἐκ τῶν Ἱεροσολύμων, ἐπὶ τοὺς Παλαιστίνους ᾔει. κρατήσας δ' αὐτῶν τῇ μάχῃ, πολλὴν τῆς χώ-

t Γινόμενα] Itidemque γινόμενα ex iisdem MSS.
v Καλλίστην] Καλλίστας Vat.
x Καὶ ἐβούλετο] Ἐβούλετο δὲ τῷ Θεῷ Big. Samb. & Vat.
y Ναθάνᾳ] Ναθάνῃ passim Vat. Infra autem sæpiuscule non Ναθάνας aut Ναθάνης dicitur, sed Νάθαν & Νάθας.
z Φανέντος] Ita Big. Samb. Vat. & Epiphan. in Editis φανέντος λέγειν τῷ Δ
a Ἀποδέχεται,] Alias ἀποδ. Big. (Coll. Voss.) Samb. & Vat. at non ita Epiphan. Aliique.
b Τοῦ δὲ ταύτην] Τούτῳ δὲ ταύτην Big. Samb. & Vat.
c Ἐπιτρέπειν] Ita tres MSS. & Epiphan. ἐπιτρέπει in Editis, Aliisque.
d Προνοήσειν] Ita cum Big. Samb. & Vat. προνοεῖν in Editis.
e Κατεπηγγέλλετο,] Προκατεπηγγέλλετο in iisdem MSS.
f Τὴν μὲν βασιλείαν τέκνων ἐκγόνοις] Hic Josephus præcipuas promissiones occultat. COCC.
g Αὐτὸν δὲ τιμωρήσειν,] Sic MSS. & Vet. Interpr. in Editis, Aliisque illa αὐτὸν δὲ τιμωρήσειν omittuntur. In 2 Regum c. 7. v. 14. ac si quid deliquerit, ego in eum humana virga, humanis plagis animadvertam.
h Γῆς ἀφορίᾳ.] Γῆς ἀφορία inter pœnas Regum delinquentium. Sic Antiphon. Orat. 11. p. 33. ἐν γὰρ τούτοις αἵ τε ἀφορίαι· Vid. Æschyl. Eum. v. 787. pro χθονοφθόρος Auth. leg. χθονὶ ἄφορος terræ sterilitas. SPANH.
i Ἐπὶ τῷ.] Ἐπὶ τὸ Samb.
k Ποιμένος] Ποιμὴν legisse videtur Epiphan.
l Τηλικοῦτο μέγεθος] Τηλικοῦτον passim Vat.
m Καὶ τῆς προνοίας,] Illud καὶ, sensu id postulante, inserui, non tamen sine auctoritate Vet. Interpretis. HUDS. Forte τῆς τε προνοίας. COCC.
n Ῥᾴθυμον] Βαρύθυμον solus Vat.
o Γινόμενον,] Γενόμενον Big. Samb. & Vat.
p Ἑτοίμην] Sic ex iisdem MSS. in Editis, Aliisque ἑτοίμως παρεσκευασμένην.

q Προ-

χώρας ἀποτεμόμενος, καὶ [q] προσνείμας τῇ τῶν Ἑβραίων, ἐπὶ τοὺς Μωαβίτας τὸν πόλεμον μετήγαγε. καὶ τὰ μὲν δύο μέρη τῆς στρατιᾶς αὐτῶν, τῇ μάχῃ νικήσας, διέφθειρε· τὸ δὲ λειπόμενον αἰχμάλωτον ἔλαβε. φόρους τε αὐτοῖς ἐπιτάξας κατ᾽ ἔτος τελεῖν, [r] εἶτα ἐπὶ [s] Ἀδράζαρον τὸν [t] Ἀράου μὲν υἱὸν, βασιλέα δὲ τῆς [v] Σωφήνης ἐστράτευσε· καὶ συμβαλὼν αὐτῷ παρὰ τὸν Εὐφράτην ποταμὸν, τῶν μὲν πεζῶν αὐτοῦ διέφθειρεν ὡς δισμυρίους, τῶν δὲ ἱππέων ὡς [x] ἑπτακισχιλίους. ἔλαβε δὲ καὶ αὐτοῦ ἅρματα χίλια· καὶ τὰ πλείω μὲν αὐτῶν ἠφάνισεν, ἑκατὸν δὲ μόνα προσέταξεν αὐτῷ φυλαχθῆναι.

β. Ἀκούσας δὲ ὁ Δαμασκοῦ καὶ Σύρων βασιλεὺς Ἄδαδος, ὅτι πολεμεῖ Δαυίδης τὸν Ἀδράζαρον, φίλος ὢν αὐτῷ μετὰ δυνάμεως ἧκεν ἰσχυρᾶς συμμαχήσων, [y] ἀπαλλάξαι δ᾽ ὡς προσεδόκα. καὶ συμβαλὼν πρὸς τῷ [z] Εὐφράτῃ ποταμῷ, πταίσας δὲ τῇ μάχῃ πολλοὺς ἀπέβαλε τῶν στρατιωτῶν. ἔπεσον γὰρ ὑπὸ τῶν Ἑβραίων ἀναιρούμενοι [a] τῆς Ἀδάδου δυνάμεως [b] δισμύριοι, οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ἔφυγον. μέμνηται δὲ τούτου τοῦ βασιλέως καὶ [c] Νικόλαος ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν ἱστοριῶν, λέγων οὕτως· "μετὰ δὲ ταῦτα πολλῷ χρόνῳ ὕστερον τῶν ἐγχωρίων τις Ἄ-"δαδος ὄνομα, πλεῖον ἰσχύσας Δαμασκοῦ τε καὶ τῆς ἄλλης "Συρίας, ἔξω Φοινίκης, ἐβασίλευσε. πόλεμον δὲ ἐξενέγκας "πρὸς Δαυίδην βασιλέα τῆς Ἰουδαίας, καὶ πολλαῖς μάχαις "[d] κριθεὶς, ὑστάτῃ τε παρὰ τὸν Εὐφράτην, ἐν ᾗ ἡττᾶτο, "ἄριστος ἔδοξεν εἶναι βασιλέων ῥώμῃ καὶ ἀνδρείᾳ". πρὸς τούτοις δὲ καὶ περὶ τῶν ἀπογόνων αὐτοῦ φησὶν, ὡς μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ἐξεδέχοντο παρ᾽ ἀλλήλων καὶ τὴν βασιλείαν καὶ τὸ ὄνομα, λέγων οὕτως· "τελευτήσαντος δ᾽ ἐκείνου [e] οἱ "ἀπόγονοι ἐπὶ δέκα γενεὰς ἐβασίλευον, ἑκάστου παρὰ τοῦ "πατρὸς ἅμα τῇ ἀρχῇ καὶ τοὔνομα [f] τοῦτο ἐκδεχομένου, "ὥσπερ οἱ Πτολεμαῖοι ἐν Αἰγύπτῳ. μέγιστον δὲ πάντων δυ-"νηθεὶς ὁ τρίτος, ἀναμαχέσασθαι βουλόμενος τὴν τοῦ "προπάτορος ἧτταν, στρατεύσας ἐπὶ Ἰουδαίους, ἐπόρθησε "[g] τὴν νῦν Σαμαρεῖτιν καλουμένην". οὐ διήμαρτε δὲ τῆς ἀληθείας. οὗτος γάρ ἐστιν Ἄδαδος ὁ στρατευσάμενος ἐπὶ Σαμάρειαν, Ἀχάβου βασιλεύοντος τῶν Ἰσραηλιτῶν· περὶ οὗ κατὰ χώραν ὕστερον ἐροῦμεν.

γ. Δαυίδης δὲ στρατευσάμενος ἐπὶ Δαμασκὸν καὶ τὴν ἄλλην Συρίαν, πᾶσαν αὐτὴν ὑπήκοον ἐποιήσατο, καὶ φρουρὰς ἐν τῇ χώρᾳ καταστήσας, καὶ φόρους αὐτοῖς τελεῖν ὁρίσας, ὑπέστρεψε· καὶ τάς τε χρυσᾶς φαρέτρας καὶ τὰς πανοπλίας, ἃς οἱ τοῦ Ἀδάδου σωματοφύλακες ἐφόρουν, ἀνέθηκε τῷ Θεῷ εἰς Ἱεροσόλυμα, [h] ἃς ὕστερον ὁ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεὺς Σούσακος, στρατεύσας ἐπὶ [i] τὸν [k] υἱωνὸν αὐτοῦ Ῥοβόαμον, ἔλαβε, καὶ πολὺν ἄλλον ἐκ τῶν Ἱεροσολύμων ἐξεφόρησε πλοῦτον. ταῦτα μὲν οὖν, ὅταν ἔλθωμεν ἐπὶ τὸν οἰκεῖον αὐτῶν τόπον, δηλώσομεν. ὁ δὲ τῶν Ἑβραίων βασιλεὺς, τοῦ Θεοῦ συμπαρόν-

eaque Hebræorum ditioni adjecta, in Moabitas bellum transferebat. Et duas quidem exercitus eorum partes victoria potitus ferro perimebat, quod vero reliquum erat in deditionem accipiebat. Ac, cum illis annuum tributum imperasset, statim in Adrazarum, Arai quidem filium Sophenes autem regem, copias adduxit: cumque eo juxta Euphratem fluvium pugna conserta, peditum quidem circiter viginti millia, equitum vero ad septies mille occidit. Quin & currus ipsius mille cepit: ac majorem quidem illorum partem igne absumpsit, centum vero solummodo jussit sibi adservari.

VI. Adadum, Damasci & Syrorum regem, subigit.

2. Adadus autem Damasci & Syrorum rex, audito quod Davides Adrazaro bellum intulerat, valida cum manu ei, utpote ipsius amicus, ad auxiliandum veniebat, liberandumque *ab hoste* ut sperabat. Atque ei congressus ad Euphratem fluvium, in prælio vero spe lapsus magnam exercitus partem amisit. nam ex Adadi acie ceciderunt viginti millia ab Hebræis cæsa, reliqui vero omnes terga vertebant. Hujus autem regis meminit etiam Nicolaus historiarum libro quarto in hæc verba: "Multo post hæc tempore indigenarum quidam "nomine Adadus, præpollens factus, & Damascum & Syriæ, præter Phœnicen, cætera regno "tenuit. Suscepto autem in Davidem Judææ regem bello, cum multis præliis decertasset, postremo ad Euphratem commisso, in quo victus "est, præstantissimus regum esse cum robore tum "fortitudine visus est". Ad hæc autem & de posteris ejus narrat, quod post illius obitum, alius ab alio, regnum simul & nomen acceperunt, hisce verbis: "Eo mortuo posteri ejus in decem ætates "regnarunt, unoquoque à patre simul cum imperio hoc etiam nomen accipiente, ut Ptolemæi "in Ægypto. Horum vero tertius, cum multum "invaluisset, avi cladem bello instaurare volens, "urbem, quæ nunc Samaritis dicitur, populatus "est". In hoc autem à veritate non aberravit. hic enim est *ille* Adadus, qui, Achabo apud Israëlitas regnante, Samariam invasit: de quo suo loco dicturi sumus.

Nicolaus Damascenus historicus.

3. Davides autem, expeditione facta in Damascum & cætera Syriæ, ipsam totam in suam potestatem redegit; dispositisque per regionem præsidiis, atque certo vectigali incolis imperato, *domum* est reversus: & aureas pharetras, & armaturas, quibus amicti erant Adadi satellites, Deo Hierosolymis dedicavit; quas postea Susacus Ægyptiorum rex, exercitu in nepotem ejus Roboamum educto, capiebat, & cum multis aliis divitiis ex Hierosolymis exportavit. Atenim hæc, cum in locum illis proprium ventum fuerit, *fusius* declarabimus. Hebræorum autem rex, Deo cœptis ejus ad-

Davides ampla spolia ex Syria devictis reportat. 2 Regum, c. 8.

q Προσνείμας τῇ τῶν Ἑβραίων,] Iterum ex *iisdem MSS.* (& *Coccejo*) cum antea legeretur προσνείμας ἐπὶ τῇ τῶν Ἑβρ.

r Εἶτα ἐπὶ] Vox εἶτα deest *Big. Samb.* & *Vat. Interpr.* & commode satis abesse potest.

s Ἀδράζαρον] Ἀρδράζαρον *Big.* & *Samb.* Ἀδράζαρον *Hen.* & *Busb.* Ἀδράζαρον τ Ἀδραζὰρ ἤτοι Ἀδράζαρον. Rectius fortan Ἀδαδάζαρον.

t Ἀράου] Ἀράχου juxta libros *Epiphanii.* Ἀράου ἤτοι Ῥαάβου *Vat.* Ῥαάβου legi voluit *Schotanus* ex LXXII.

v Σωφήνης] Σωφηνῆς *Big.* (*Coll. Voss.*) & *Samb.* Σωφηνῆς *Hen.* & *Busb.* Σωφήνης ἤτοι Σωβὰ τῆς Σωφηνῆς ἐστράτευσε *Vat.* Quam *Tzobam* nominant *S. Literæ*, hic *Sophenem* dixit *Flavius*, errore ut arbitror. Nam *Ptolemæus* collocat *Sophenem* ultra *Euphratem*: atque si *S. Historiam* (2 *Sam.* 8. & 1 *Chron.* 18.) expendas, *Tsobam* Damasco vicinam, atque inter Terram Sanctam & Euphratem sitam fuisse animadvertes. C. *L'Empereur.* Vide *Bocharti Phaleg*, l. 2. c. 6. Sobam *Ptolemæi* Sabam esse existimat *Grotius.* HUDS. De Pharetris Aureis acceptis ab Sophenorum Rege, & à Davide Deo dicatis, ut & de Sophenes Rege à Davide ad Euphratem victo. vid lib. seq VIII. c. 10. §. 3. SPANH.

x Ἑπτακισχιλίους.] Ita cum *Big.* (*Coll. Voss.*) & *Samb.* in *Editis*, *Aliisque* perperam πεντακισχιλίους. Videtis *Schotanum* in *Bibl. Hist. S.* tom. 2. p. 699.

y Ἀπαλλάξαι] Ita locum constituere visum est, præsertim cum hoc modo legant *Busb.* & *Hen.* ὅτι πολεμεῖ Δαυίδης Ἀδρά-ζαρον, φίλος ὢν αὐτῷ ἧκεν συμμαχήσων, πταίσας δὲ τῇ μάχῃ πολλοὺς ἀπέβαλε τῶν στρ. atque *Epiphanius* vertat, *cum sicut sperabat ab obsessione liberaturus*, & *congressus demum apud Euphratem contra David*, *bello devictus est. ceciderunt autem* &c. Antea erat ἀπαλλάξαι δ᾽ ὡς προσεδόκα συμβαλὼν π. τ. Ε. π. πτ. δὲ τ. μ. καὶ πολλοὺς ἀπέβαλε τῶν στρ. nec aliter plerique *MSS.* nisi quod ἀπήλλαξε δὲ ὡς προσεδόκα habeant *Big.* & *Samb.* ἀπήλλαξε δ᾽ ὡς ὁ πρ. *Vat.*

z Εὐφράτῃ] Εὐφράτῃ passim *Vat.*

a Τῆς Ἀδάδου] Καὶ τῆς Δαυίδου δυνάμεως *Big.* (*Coll. Voss.*) & *Samb.* contra quam in *aliis Gr.* & *Epiphan.*

b Δισμύριοι,] *Viginti duo millia* juxta *S. Literas*, 2 *Regum*, c. 8. v. 6. & 1 *Paralip.* c. 18. v. 5.

c Νικόλαος] Sc. *Damascenus*, amicus *Augusto* & *Herodi.*

d Κριθεὶς,] Κρατηθεὶς, ὑστάτῃ δὲ π. τ. Ε. ἐν ᾗ ἡττήθη *Vat.*

e Οἱ ἀπόγονοι] Illud οἱ ex *MSS.*

f Τοῦτο] Ταὐτὸ *Big. Samb.* & *Vat.*

g Τὴν νῦν Σαμαρεῖτιν] Τὴν νῦν καλουμένην Σαμαρεῖτιν γῆν *Vat.*

h Ἃς ὕστερον] Ταύτας ὕσ. *Vat.*

i Τὸν υἱωνὸν] *Gen.* τοῦ υἱοῦ· leg. τὸν υἱωνὸν nepotem, & sic infr. cap. 10. §. 3. Δαυίδου υἱωνῷ Ῥοβοάμῳ· SPANH.

k Υἱωνὸν αὐτοῦ] Ita cum *Epiphanio* ipsoque *Josepho* sub finem capitis noni. in *Græcis* perperam υἱόν.

l Καὶ

adspirante, curanteque ut bella ei prospere cederent, exercitum admovit pulcherrimis Adrazari urbibus, Bettææ & Machoni; easque vi expugnatas diripuit. In his autem magna vis auri argentique reperta est: prætereaque æris genus, quod auro pretiosius esse perhibebant; ex quo fecit Solomon magnum illud vas quod * mare appellatum erat, & pulcherrima illa polubra, cum templum Deo adornârit.

Amathes rex Davidi gratulatur. 2 Regum, c. 8.

4. Postquam vero Amathes rex Adrazari res intellexit, viresque ejus fractas esse audivit, sibi metuens, statuensque Davidem, priusquam ab eo invaderetur, sibimet amicitia & fide *data* devincire, filium suum Adoramum ad eum mittit; qui ei nomine suo de Adrazaro, sibi etiam hoste, debellato gratularetur, atque societatem cum eo & amicitiam iniret. Misit & ei dona, antiqui operis vasa aurea & argentea & ænea. Davides autem, inita societate cum Thæno (ita enim appellabatur Amathes rex) acceptisque muneribus, filium ejus pro utriusque dignitate honorifice tractatum dimisit. Quæ vero ab illo missa erant, & reliquum auri argentique, ex manubiis urbium gentiumque à se subactarum, Deo consecravit. Non autem ipsi solummodo in acie dimicanti & exercitum ducenti vincere dedit Deus, & prospere rem gerere; verum etiam misso cum copiis in Idumæam Abessæo, fratre Joabi exercitus ejus ducis, per ipsum de Idumæis victoriam reportare concessit. illorum enim octodecim millia in prælio Abessæi ductu ceciderunt. Et cum Idumææ universæ præsidia imposuisset rex, tributa & pro agris & pro singulis capitibus ab Idumæis recipiebat. Erat autem & natura justus, & judicia ad veritatem respiciens exercebat. Totius vero exercitûs ducem habuit Joabum: à commentariis autem fecit Josaphatum Achili filium: at Sadocum è domo Phineesi pontificem creavit cum Abiatharo, amicus enim ei erat: scribam autem Sisam constituit; Banajæ vero Joadæ filio satellitum præfecturam dedit. Filii autem ejus natu majores corporis custodes habebantur eique præsidio erant.

Cum Amathe rege fœdus init Davides.

Davidis officia. 2 Regum, c. 9.

Ejus erga Jonathæ filium benignitas. 2 Regum, c. 9.

5. Quin & ei in mentem venit fœderis cum Jonatha Sauli filio initi & fidei jurejurando datæ, illiusque erga se amicitiæ studiique. nam cæteris omnibus ejus virtutibus accedebat, quod eorum qui ei unquam beneficia contulerant semper meminerit. Itaque præcepit ut diligenter inquirerent, an quis ex ejus stirpe superaret, cui gratias, quas debuit, referre posset pro jucunda olim cum Jonatha habita vitæ consuetudine. cumque ad eum vir adductus esset è Sauli quidem libertis, qui vero scire poterat, si quis adhuc ex genere illius in vi-

τος αὐτῷ, καὶ τοὺς πολέμους συγκατορθοῦντος, [l] καὶ τὰς καλλίστας τῶν Ἀδραζάρου πόλεων ἐπιστρατεύσας, [m] Βετταίᾳ καὶ Μάχωνι· καὶ λαβὼν αὐτὰς κατὰ κράτος διήρπασεν. [n] χρυσὸς δ' ἐν αὐταῖς εὑρέθη πάμπολυς καὶ ἄργυρος, ἔτι δὲ καὶ χαλκός, ὃν τοῦ χρυσοῦ κρείττονα ἔλεγον· ἐξ οὗ καὶ ὁ Σολομὼν τὸ μέγα σκεῦος, θάλασσαν δὲ [o] καλούμενον, ἐποίησε, καὶ τοὺς καλλίστους ἐκείνους λουτῆρας, ὅτε τῷ Θεῷ τὸν ναὸν κατεσκεύασεν.

δ'. Ὡς δὲ ὁ τῆς [p] Ἀμάθης βασιλεὺς τὰ περὶ τὸν Ἀδράζαρον ἐπύθετο, καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ διεφθαρμένην ἤκουσε, δείσας περὶ αὐτοῦ, καὶ τὸν Δαυίδην πρὶν ἐπ' αὐτὸν [q] ἐλθεῖν φιλίᾳ καὶ πίστει γνοὺς ἐνδήσασθαι, πέμπει πρὸς αὐτὸν [r] Ἀδώραμον υἱὸν αὐτοῦ· καὶ περὶ τοῦ, τὸν Ἀδράζαρον ἐχθρὸν ὄντ' αὐτῷ πολεμῆσαι, χάριν ἔχειν ὁμολογῶν, καὶ συμμαχίαν πρὸς αὐτὸν καὶ φιλίαν ποιούμενος. [s] ἐπέμψεν αὐτῷ καὶ δῶρα, σκεύη τῆς ἀρχαίας κατασκευῆς, χρύσεα καὶ ἀργύρεα καὶ χάλκεα. Δαυίδης δὲ ποιησάμενος τὴν συμμαχίαν πρὸς τὸν [t] Θαῖνον, τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῷ βασιλεῖ τῆς Ἀμάθης, καὶ τὰ δῶρα δεξάμενος, ἀπέλυσεν αὐτοῦ τὸν υἱὸν μετὰ τιμῆς τῆς πρεπούσης ἑκατέροις. τὰ δὲ πεμφθέντα ὑπ' αὐτοῦ καὶ τὸν ἄλλον χρυσὸν καὶ ἄργυρον, [v] ὃν ἐκ τῶν πόλεων εἰλήφει καὶ τῶν κεχειρωμένων ἐθνῶν, φέρων ἀνατίθησι τῷ Θεῷ. οὐκ [x] αὐτῷ δὲ πολεμοῦντι μόνῳ, καὶ τῆς στρατιᾶς ἡγουμένῳ τὸ νικᾶν καὶ κατορθοῦν [y] παρεῖχεν ὁ Θεός· ἀλλὰ καὶ πεμψαμένου αὐτοῦ μετὰ δυνάμεως εἰς τὴν Ἰδουμαίαν Ἀβισαῖον τὸν Ἰωάβου τοῦ [z] ἀρχιστρατήγου ἀδελφόν, δι' ἐκείνου [a] τὴν τῶν Ἰδουμαίων νίκην ἔδωκε. μυρίους γὰρ αὐτῶν καὶ ὀκτακισχιλίους Ἀβισαῖος διέφθειρε τῇ μάχῃ. καὶ τὴν Ἰδουμαίαν ἅπασαν φρουραῖς διαλαβὼν ὁ βασιλεύς, φόρους ὑπέρ τε τῆς χώρας καὶ τῆς ἑκάστου κεφαλῆς παρ' αὐτῶν ἐδέχετο. ἦν δὲ καὶ δίκαιος τὴν φύσιν, καὶ τὰς κρίσεις πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀφορῶν ἐποιεῖτο. [b] στρατηγὸν δ' ἁπάσης εἶχε τῆς στρατιᾶς τὸν Ἰώαβον· ἐπὶ δὲ τῶν ὑπομνημάτων [c] Ἰωσάφατον υἱὸν [d] Ἀχίλου κατέστησεν· ἀπέδειξε δ' ἐκ τῆς [e] Φινεέσου [f] οἰκίας τὸν Σάδωκον [g] ἀρχιερέα μετ' Ἀβιαθάρου, φίλος γὰρ ἦν αὐτῷ· γραμματέα δὲ [h] Σεισὰν ἐποίησε· [i] Βαναίᾳ δὲ τῷ [k] Ἰωάδου τὴν τῶν σωματοφυλάκων ἀρχὴν παραδίδωσιν. οἱ δὲ πρεσβύτεροι [l] παῖδες αὐτοῦ περὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν τούτου φυλακὴν ἦσαν.

ε'. Ἐμνήσθη δὲ καὶ [m] τῶν πρὸς Ἰωνάθην τὸν Σαούλου παῖδα συνθηκῶν καὶ ὅρκων, καὶ τῆς ἐκείνου πρὸς αὐτὸν φιλίας τε καὶ σπουδῆς. πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀγαθοῖς οἷς εἶχεν, ἔτι καὶ μνημονικώτατος τῶν εὖ πεποιηκότων παρὰ τὸν ἄλλον χρόνον [n] ὑπῆρχε. [o] προσέταξε γοῦν ἀναζητεῖν εἴ τις ἐκ τοῦ γένους αὐτοῦ σώζεται, ᾧ τὰς ἀμοιβὰς ἃς ὤφειλε τῷ Ἰωνάθῃ τῆς ἑταιρείας ἀποδώσει. ἀχθέντος οὖν τινος, ἠλευθερωμένου μὲν ὑπὸ Σαούλου δυναμένου δὲ γινώσκειν τοὺς ἐκ τοῦ γένους

l Καὶ τὰς καλλίστας] Καὶ τὰς ἄλλας τὰς &c. legisse videtur Epiphan.

m Βετταίᾳ καὶ Μάχωνι] Ita in *Græcis* omnibus, sine ulla scripturæ varietate, in *Epiphanii* libris *Baachan & Machon*, aut *Bacham & Machoneas*. Videsis *J. Clericum* ad 2 *Sam.* c. 8. v. 8. HUDS. LXX. II Sam VIII. 8. Ἀπὸ Μασβὰκ ἐκ τῶν ἐκλεκτῶν πόλεων· Hebr. מִבֶּטַח וּמִבֵּרֹתַי MS. Alex. Μασβὰχ pro Μαισβὰκ. *In Vers Syr.* Tobah & Beruthi. SPANH.

n Χρυσὸς δ'] Χρυσὸς ἐν αὐταῖς *Vat.*

o Καλούμενον,] Ita cum *Cod. Vat.* in *reliquis* καλουμένην.

* *Mare appellatum erat,*] *Sc.* à capacitate.

p Ἀμάθης] Ἀμάθη sup. urbs Phœniciæ lib. 1. c. 7. §... dicta à Macedonibus Ἐπιφάνεια. SPANH.

q Ἐλθεῖν φιλίᾳ] Ἐλθεῖν *Vat.*

r Ἀδώραμον] Ἀδώραμον ἤτοι Ἰδδούραμ *Vat.* in *Epiphanii* libris *Adoram*, juxta Hebr. *Joram.* LXXII. Ἰεδδουράμ.

s Ἐπέμψεν αὐτῷ καὶ δῶρα,] Ἐπέμψε δ' αὐτῷ *Vat.*

t Θαῖνον,] Θαῖν juxta plerosque *Epiphanii* libros & LXXII. (Θαίνου *Coll. Big. & Voss.*) πρὸς Θαΐνην τὸν Θοῦ *Vat.*

v Ὃν ἐκ τῶν πόλεων] Ita *Big. Samb. & Epiphan.* ὧν in *Editis.*

x Αὐτῷ δὲ πολεμοῦντι] Sic ex *iisdem.* (& Coccejo; in *Edidis* αὐτά.

y Παρεῖχεν ὁ Θεός] Παρεῖχεν *Vat.*

z Ἀρχιστρατήγου] Ita cum *Samb.* (*Coll. Voss.*) & *Vat.* in *reliquis* ἀρχιστρατήγου.

a Τὴν τῶν Ἰδουμαίων] Articulum τὴν inserui ex *MSS.*

b Στρατηγὸν] Delevimus τὸν ante στρατηγὸν auctoritate Codd. Samb. & Vat.

c Ἰωσάφατον] Ita cum *MSS.* in *Editis* Ἰωσάφατον τὸν υἱόν.

d Ἀχίλου] Ἀχιλοὺδ LXXII.

e Φινεέσου] Itidemque ex *MSS.* Φινεῖς in *Editis.*

f Οἰκίας] Οἰκίας ἀρχιερέα τὸν Ἀβιάθαρον juxta *Vet. Interpr.* Verum locum mutilum esse ostendit *J. Seldenus* lib. 1. *de Success. in Pontific.* c. 4. Vide *Theodoret.* in 2 *Regum*, ΕΡΩΤ. κγ'.

g Ἀρχιερέα μετ' Ἀβιαθάρου,] Duo Pontifices sub Davide. vid. infr. cap. 9. §. 2. SPANH.

h Σεισὰν] Σαρὰν *Vat.* quo modo in *Codicibus* LXXII. 2 *Regum*, c. 8. v. 17. nisi quod Σαρίας habeat *Alexandrinus*. Σουσὰ 1 *Paralip.* c. 18. v. 16. in *Epiphanii* libris *Seraias* aut *Saraias* dicitur.

i Βαναίᾳ] Βαναίᾳ *Big. & Samb.*

k Ἰωάδου] Sic cum *MSS.* Ἰωάδα in *MSS.*

l Παῖδες αὐτοῦ] Ita in *MSS.* & *Vet. Interpr.* πάντες in *Editis.* HUDS. Forte πρεσβύτεροι πάντες υἱοὶ αὐτοῦ. COCC.

m Τῶν πρὸς Ἰωνάθην] Τῶν adjecimus ex *MSS.* & ex *iisdem* Ἰωνάθην fecimus pro Ἰωνάθαν.

n Ὑπῆρχε] Ὑπῆρξε *Vat.*

o Προσέταξε] Ita in omnibus *MSS.* nisi quod προσέταξεν habeant *Big.* (& *Coll. Voss.*) & ἐκέλευσε *Vat.* sic etiam legebat (præter Coccejum) *Epiphanius*, qui vertit, *præcepit ergo requiri, si aliquis de Sauli genere superesset, cui retributionis debitum pro Jonathæ amicitiis repensaret.* antea erat ὑπῆρχε. καὶ εἴτις ἐκ τοῦ γένους αὐτοῦ σώζεται, ᾧ τὰς ἀμοιβὰς ὀφείλοντο Ἰωνάθῃ τῆς ἑταιρείας ἀποδώσει.

p Ἀν-

γένους [p] αὐτοῦ περιόντας, ἀνέκρινεν εἴ τινα ἔχει λέγειν τῶν Ἰωνάθου προσηκόντων ζῶντα, ᾧ κομίσασθαι τὰς τῶν εὐεργεσιῶν χάριτας δυνάμενον, ὧν αὐτὸς ἔτυχε παρὰ Ἰωνάθου. φήσαντος δ' υἱὸν αὐτοῦ περιλείπεσθαι, [q] Μεμφίβοσθον ὄνομα, πεπηρωμένον τὰς βάσεις· τῆς γὰρ τροφοῦ, μετὰ τὸ προσαγγελθῆναι τὸν πατέρα τοῦ παιδίου καὶ τὸν πάππον ἐν τῇ μάχῃ πεσόντας, ἁρπασαμένης καὶ [r] φυγούσης, ἀπὸ τῶν ὤμων αὐτὸν κατενεχθῆναι καὶ βλαβῆναι τὰς βάσεις· [s] μαθὼν ὅπου τε καὶ παρὰ τίνι τρέφεται, πέμψας πρὸς τὸν Μάχειρον εἰς [t] Λαβαθὰ πόλιν, παρὰ τούτῳ γὰρ ὁ τοῦ Ἰωνάθου παῖς ἐτρέφετο, μεταπέμπεται πρὸς αὐτόν. ἐλθὼν δὲ ὁ Μεμφίβοσθος πρὸς τὸν βασιλέα, πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον προσεκύνησεν [v] αὐτόν. ὁ δὲ Δαυίδης, θαρρεῖν τε [x] προυτρέπετο καὶ τὰ βελτίω προσδοκᾶν. δίδωσι δ' αὐτῷ καὶ τὸν πατρῷον οἶκον, καὶ πᾶσαν τὴν οὐσίαν ἣν ὁ πάππος αὐτοῦ Σαοῦλος ἐκτήσατο· σύσσιτόν τε καὶ ὁμοτράπεζον ἐκέλευσεν εἶναι, καὶ μηδὲ μίαν ἡμέραν ἀπολείπεσθαι τῆς σὺν αὐτῷ [y] τραπέζης. τοῦ δὲ παιδὸς προσκυνήσαντος ἐπί τε τοῖς λόγοις καὶ ταῖς δωρεαῖς, καλέσας τὸν [z] Σιβᾶν, τόν τε πατρῷον οἶκον ἔλεγε [a] δεδωρῆσθαι τῷ παιδὶ καὶ πᾶσαν τὴν Σαούλου κτῆσιν· αὐτόν τε ἐκέλευσεν ἐργαζόμενον αὐτοῦ τὴν γῆν καὶ προνοούμενον, ἅπασαν τὴν πρόσοδον εἰς Ἱεροσόλυμα κομίζειν. [b] ἄγειν δ' αὐτὸν καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπὶ τὴν αὐτοῦ τράπεζαν· αὐτόν τε τὸν Σιβᾶν καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, ἦσαν δ' οὗτοι πεντεκαίδεκα, καὶ τοὺς οἰκέτας αὐτοῦ, τὸν ἀριθμὸν ὄντας εἴκοσι, [c] τῷ παιδὶ χαρίζεται Μεμφιβόσθῳ. ταῦτα [d] διαταξαμένου τοῦ βασιλέως, ὁ μὲν Σιβᾶς προσκυνήσας, καὶ πάντα ποιήσειν εἰπὼν, ἀνεχώρησεν· ὁ δὲ Ἰωνάθου παῖς ἐν Ἱεροσολύμοις κατῴκει, συνεστιώμενος τῷ βασιλεῖ, καὶ πάσης ὡς υἱὸς αὐτοῦ θεραπείας τυγχάνων. ἐγένετο δ' αὐτῷ καὶ παῖς, ὃν [e] Μιχᾶν προσηγόρευσε.

vis esset, interrogavit *eum* num quem vivere exploratum habeat cum Jonatha sanguine conjunctum, quique à se posset beneficiis remunerari vice illorum quæ ipse à Jonatha acceperat. Cum autem ille respondisset, filium ejus superesse nomine Memphibosthum, pedibus claudum (nam dum nutrix, ut nunciatum erat pueri patrem avumque prælio cecidisse, eo festinanter arrepto fugeret, contigit ut ille humeris excussus prolaberetur, pedesque læderet) postquam intellexit ubinam esset & apud quem educaretur, misit in Labathan urbem ad Machirum (nam apud eum educatus erat Jonathæ filius) qui illum ad se accerserent. Ubi vero ad regem venit Memphibosthus, in faciem procidens illum adoravit: Davides autem ut bono esset animo hortatus est & meliora *omnia* exspectaret. Ei vero domum paternam donat, & quicquid Sauli avi sui antea fuisset: jussitque ut sibi convictor esset & secum epulis accumberet, & ne uno quidem die sibi ad mensam non accederet. Cumque puer verborum donorumque gratia *eum* adorasset, *rex* Siba vocato dicebat, se puero dedisse domum paternam & quicquid Saulus habuit; ipsique præcepit ut terram ejus coleret curaretque, & omnium proventum Hierosolyma afferret. Verum singulis diebus eum ad mensam suam adducit; ipsumque Sibam & filios ejus (erant autem isti quindecim) ejusque servos (numero viginti) puero dat Memphibostho. His ita à rege constitutis, Sibas quidem, cum *eum* adorasset, dixissetque se omnia *quæ jusserat* facturum esse, discessit: Jonathæ vero filius Hierosolymis habitabat, regis mensæ adhibitus, atque omni, quasi filius ejus, observantia cultus. Habebat autem & ipse filium, quem Micham appellavit.

ΚΕΦ. ϛʹ.

Ὡς ἤρθη πόλεμος κατὰ τῶν Ἀμμανιτῶν, καὶ κατωρθώθη.

CAP. VI.

Ut bellum contra Ammanitas cœptum est, feliciterque confectum.

ΚΑΙ οἱ μὲν περιληφθέντες ἐκ τοῦ Σαούλου γένους [f] καὶ Ἰωνάθου τούτων ἔτυχον παρὰ Δαυίδου τῶν τιμῶν. τελευτήσαντος δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν [g] καιρὸν τοῦ [h] τῶν Ἀμμανιτῶν βασιλέως [i] Ναάσου, φίλος δ' ἦν [k] οὗτος αὐτῷ, καὶ διαδεξαμένου τὴν βασιλείαν αὐτοῦ [l] τοῦ παιδὸς, πέμψας Δαυίδης πρὸς αὐτὸν, παρεμυθήσατο· πράως τε φέρειν ἐπὶ τῷ θανάτῳ τοῦ πατρὸς παραινῶν, καὶ [m] τὴν αὐτὴν φιλίαν μενεῖν ἣ πρὸς ἐκεῖνον ἦν τούτῳ προσδοκᾶν. οἱ δὲ τῶν Ἀμμανιτῶν ἄρχοντες κακοήθως, [n] ἀλλ' οὐ κατὰ τὸν τοῦ Δαυίδου τρόπον, ταῦτ' ἐδέξαντο, καὶ παρώξυναν τὸν βασιλέα, λέγοντες κατασκόπους πεπομφέναι τῆς χώρας Δαυίδην καὶ τῆς αὐτῶν δυνάμεως ἐπὶ προφάσει φιλανθρωπίας· φυλάττεσθαί τε συνεβούλευον καὶ μὴ προσέχειν τοῖς λόγοις αὐτοῦ, μὴ καὶ σφαλεὶς ἀπαρηγορήτῳ συμφορᾷ περιπέσῃ. ταῦτ' οὖν δόξας [o] πιθανώτερα λέγειν τοὺς ἄρχοντας, ἢ τἀληθὲς [p] εἶχεν, ὁ τῶν Ἀμμανι-

ET quidem Davides relictos ex Sauli Jonathæque familia hisce dignatus est honoribus. Cum vero per idem tempus mortem obiisset Naases Ammanitarum rex, (qui & ipse Davidi amicus erat) & filius ejus ei in regno successisset, Davides, missis ad eum suis, ipsum de patre consolatus est, simul adhortans ut & mortem ejus patienter ferret, & eandem amicitiam, quæ sibi cum illo intercesserat, mansuram exspectaret. Ammanitarum autem principes pravo malignoque animo, & non ex more & ingenio Davidis, hæc ipsa acceperunt, eique stimulos admoverunt, dicentes, Davidem sub humani officii prætextu misisse qui regionem specularentur, ipsorumque vires *explorarent*; ac proinde ei consilium dederunt ut sibi caveret, nec verbis ejus temere crederet, ne in calamitatem incidat, cui nulla adhiberi potest consolatio. Rex itaque Ammanitarum Naases, cum hanc principum

Davides mittit qui Naasis filium de morte patris consolentur.
2 Regum, c. 10.

p Αὐτοῦ περιόντας,] Sic in *MSS.* αὐτῷ in *Editis.*
q Μεμφίβοσθον] Μεφιβοσθὲ juxta *Epiphanium*, Μεμφιβοσθὲ LXXII.
r Φυγούσης,] Φυγούσης *MSS.*
s Μαθὼν] Μαθὼν δ' οὖν *Big. Samb.* & *Vat.*
t Λαβαθὰ] Λαδαβὰ *Vat.* Λοβαδὰς aut Λαβάδας aut Λαβαδαβὴ in *Codd.* LXXII. in *Epiphanii* libris *Iodabar*, & *Lodabar*, & *Labathan.*
v Αὐτόν.] Ita ex *MSS.* αὐτῷ in *Editis.*
x Προυτρέπετο] Sic *Vat.* προετρέπετο *Big.* & *Samb.* προτρέπεται *Baſ.* & *G.*
y Τραπέζης] Διαίτης solus *Vat.*
z Σιβᾶν,] Σιβᾶν *Vat.* Σιβᾶ *Big.* & *Samb.* Σιβᾶ *Baſ.* & *G.*
a Δεδωρῆσθαι] Sic *Big.* & *Samb.* δεδωρῆσθαι *Baſ.* & *G.* δωρήσασθαι *Vat.*
b Ἄγειν δ' αὐτὸν] Ἄγεσθαι *Samb.* (*Coll. Voſſ.*) atque ita legisse videtur *Vet. Interpr.*

c Τῷ παιδὶ χαρίζεται] Τῷ Ἰωνάθου παιδὶ juxta *Epiphanium.*
d Διαταξαμένου] Διαπραξαμένου solus *Vat.*
e Μιχᾶν προσηγόρευσε.] Ita cum *Vat.* & *Epiphanii* libris. Μίχαμον in *Editis*, *Aliiſque.*
f Καὶ Ἰωνάθου] Καὶ τοῦ Ἰωνάθου solus *Vat.*
g Καιρὸν] Sic in omnibus *MSS.* in *Editis* χρόνον.
h Τῶν Ἀμμανιτῶν] Illud τοῦ inserui ex *MSS.*
i Ναάσου,] Sic *Samb. Vat.* & *Hen.* Νααύσου in *Editis*, *Aliiſque.* Ναὰς LXXII.
k Οὗτος αὐτῷ,] Ita *Samb.* (*Coll. Voſſ.*) & *Vat.* αὐτὸς in ceteris.
l Τοῦ παιδὸς,] Articulum nobis servarunt *Big.* & *Samb.* in *Editis* desideratur. βασιλείαν τοῦ παιδὸς *Vat.*
m Τὴν αὐτὴν φιλίαν] Τὴν φιλίαν διαμένειν *Vat.* & *Epiphan.*
n Ἀλλ' οὐ] Ἀλλ' οὐ κατὰ τὸν Δ. τρ. τ. ἐξεδέξαντο *Samb.* & *Vat.*
o Πιθανώτερα λέγειν] Ita *Samb.* in reliquis πιθανώτερον.
p Εἶχεν,] Ἔχειν *Big.* & *Samb.*

pum orationem fide digniorem esse, quam revera erat, sibimet persuasisset, legatos à Davide missos gravissima affecit injuria. nam, rasis ex parte barbis eorum, & dimidio vestium præciso, responsa factis non verbis relaturos dimisit. Cum autem hæc conspexisset Israëlitarum rex, ægre rem tulit; & præ se ferebat non neglecturum se injuriam cum contumelia conjunctam, sed bellum Ammanitis illaturum esse, & pœnas ob flagitium in legatos ab illis admissum à rege exacturum. Postquam vero *regis* necessarii & copiarum præfecti intellexerunt, quod fœdera violarint & supplicia pro scelere luituri essent, mature sese ad bellum comparabant: missisque ad Syrum Mesopotamitarum regem mille talentis, illum ut hac mercede socius fieret obsecrarunt, prætereaque Soubam. habebant autem isti reges peditum viginti millia. Quin & provinciæ, quæ Micha nuncupatur, regem conduxerunt, & quartum nomine Istobum. atque illi secum adducebant duodecim armatorum millia.

Ammanitis, quod legatos Davidis male tractarint, bellum infertur. 2 Regum, c. 10.

VII. *Joabi de Ammanitis victoria. 2 Regum, c. 10.*

2. At Davidem non perterruit *hæc* armorum consociatio & Ammanitarum potentia. Deo autem confisus, quod juste cum illis pro injuriis sibi illatis bellum esset gesturus, statim adversus illos Joabum imperatorem misit cum totius exercitus robore. Atque ille ad primariam Ammanitarum urbem Rabatham castra posuit. Cum autem hostes egressi essent, & non simul sed seorsim aciem instruxissent, (copiæ quidem auxiliares solæ in *patenti* campo, Ammanitarum vero agmina ante portas è regione Hebræorum) Joabus, hoc animadverso, ad stratagemata se recipit, & fortissimorum quidem delectu habito eos contra Syrum ordinavit & reges qui cum eo erant; reliquos vero cum fratri Abessæo tradidisset, jussit ut eos Ammanitis opponeret, hoc dato consilio, "ut si Syros ipsum "premere videret & prævalere, acie conversa sibi "auxilium ferret, idem vero istud & se facturum, "si *forte* illum conspiceret ab Ammanitis gravius "urgeri". Itaque cum fratrem deduxisset, & obsecrasset ut fortiter & cum alacritate omnia ageret, quæ ignominiam metuentibus solet ad dimicandum animos addere, ipsum quidem cum Ammanitis pugnaturum dimisit, ille vero cum Syris congressus est. Et cum illi aliquantisper magna vi restitissent, multos quidem illorum Joabus perimebat, cæteros vero omnes eo impulit ut terga verterent. Quo viso, Ammanitæ, metu Abessæi & exercitus ejus, prælium non commiserunt, sed sociorum exemplum sequuti fuga urbem repetiverunt. Joabus itaque, hostibus fusis fugatisque, Hierosolyma ad regem cum splendore reversus est.

τῶν βασιλεὺς [q] Ναάσης τοὺς παρὰ τοῦ Δαυίδου πεμφθέντας πρέσβεις χαλεπῶς περιύβρισε. ξυρήσας γὰρ αὐτῶν τὰ ἡμίση τῶν γενείων, καὶ τὰ ἡμίση τῶν ἱματίων περιτεμὼν, ἔργοις ἀπέλυσε κομίζοντας οὐ λόγοις τὰς ἀποκρίσεις. [r] ἰδὼν δὲ ταῦτα ὁ τῶν Ἰσραηλιτῶν βασιλεὺς ἠγανάκτησε, καὶ δῆλος ἦν οὐ περιοψόμενος τὴν ὕβριν καὶ τὸν προπηλακισμὸν, ἀλλὰ [s] πολεμήσων τοῖς Ἀμμανίταις, καὶ τιμωρίαν αὐτῶν τῆς παρανομίας τῆς εἰς τοὺς [t] πρεσβευτὰς εἰσπραξάμενος τὸν βασιλέα. συνέντες δὲ οἵ τε ἀναγκαῖοι καὶ ἡγεμόνες ὅτι παρεσπονδήκασι καὶ δίκην ὑπὲρ τούτων ὀφείλουσι, παρασκευάζονται εἰς τὸν πόλεμον· [v] καὶ πέμψαντες πρὸς Σύρον τὸν τῶν Μεσοποταμιτῶν βασιλέα χίλια τάλαντα, σύμμαχον αὐτὸν ἐπὶ τούτῳ γενέσθαι τῷ μισθῷ παρεκάλεσαν καὶ [u] Σουβάν. ἦσαν δὲ τοῖς βασιλεῦσι τούτοις πεζῶν δύο μυριάδες. [y] προσεμισθώσαντο δὲ καὶ τὸν ἐκ τῆς [z] Μιχᾶς καλουμένης χώρας βασιλέα, καὶ τέταρτον [a] Ἴστοβον ὄνομα· καὶ τούτους ἔχοντας μυρίους καὶ δισχιλίους ὁπλίτας.

β'. Οὐ κατεπλάγη δὲ τὴν συμμαχίαν καὶ τὴν τῶν Ἀμμανιτῶν δύναμιν ὁ Δαυίδης. [b] τῷ Θεῷ δὲ πεποιθὼς ἐν τῷ δικαίως αὐτοῖς ἀνθ᾽ ὧν ὑβρίσθη πολεμεῖν μέλλειν, Ἰώαβον τὸν ἀρχιστράτηγον, δοὺς αὐτῷ τῆς στρατιᾶς τὸ ἀκμαιότατον, ἐξ αὐτῆς ἔπεμψεν [c] ἐπ᾽ αὐτούς. ὁ δὲ [d] πρὸς τῇ μητροπόλει [e] τῶν Ἀμμανιτῶν [f] Ῥαβαθᾶ κατεστρατοπεδεύσατο. τῶν δὲ πολεμίων [g] ἐξελθόντων, καὶ παραταξαμένων οὐχ ὁμοῦ διχῇ δέ· τὸ μὲν γὰρ ἐπικουρικὸν ἐν τῷ πεδίῳ καθ᾽ αὐτὸ ἐτάχθη, τὸ δὲ τῶν Ἀμμανιτῶν στράτευμα πρὸς ταῖς πύλαις [h] ἄντικρυ τῶν Ἑβραίων· ἰδὼν τοῦτο Ἰώαβος ἀντιμηχανᾶται, καὶ τοὺς μὲν ἀνδρειοτάτους ἐπιλεξάμενος ἀντιπαρετάσσετο τῷ Σύρῳ καὶ τοῖς μετ᾽ αὐτοῦ βασιλεῦσι, τὸ δ᾽ ἄλλο παραδοὺς Ἀβισαίῳ τῷ ἀδελφῷ, τοῖς Ἀμμανίταις [i] ἐκέλευσεν ἀντιπαρατάξασθαι, εἰπὼν, "ἂν τοὺς Σύρους ἴδῃ βιαζομένους αὐτὸν καὶ "πλέον δυναμένους, μεταγαγόντα τὴν φάλαγγα βοηθεῖν "αὐτῷ· τὸ δ᾽ αὐτὸ τοῦτο ποιήσειν καὶ αὐτὸς, ἂν ὑπὸ τῶν Ἀμ"μανιτῶν αὐτὸν καταπονούμενον θεάσηται". [k] προπεμψάμενος οὖν τὸν ἀδελφὸν, καὶ παρακαλέσας εὐψύχως καὶ μετὰ προθυμίας ἅπαντα δρᾶν, αἰσχύνην φοβουμένους [l] προτρεπτικῶς ἀγωνίσασθαι, τὸν μὲν ἀπέλυσε τοῖς Ἀμμανίταις μαχησόμενον, αὐτὸς δὲ τοῖς Σύροις συνέβαλε. καὶ πρὸς ὀλίγον ἀντισχόντων [m] αὐτῶν καρτερῶς, πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἀπέκτεινεν Ἰώαβος, ἅπαντας δ᾽ ἠνάγκασεν εἰς φυγὴν τραπῆναι. τοῦτο ἰδόντες οἱ Ἀμμανῖται, καὶ δείσαντες τὸν Ἀβισαῖον καὶ τὴν μετ᾽ αὐτοῦ [n] στρατιὰν, οὐχ ὑπέμειναν· ἀλλὰ μιμησάμενοι τοὺς συμμάχους, εἰς τὴν πόλιν ἔφυγον. κρατήσας οὖν τῶν πολεμίων ὁ Ἰώαβος εἰς Ἱεροσόλυμα πρὸς τὸν βασιλέα λαμπρῶς ὑπέστρεψε.

γ'. Τῶ-

q Ναάσης] Sic *Baf.* & *MSS.* Ναάσου παῖς *Gen.* ex ingenio, ut opinor *Editoris.* inducor ut credam Ναάσης delendum esse.

r Ἰδὼν δὲ ταῦτα] Sic in *MSS.* & *Vet. Interpr.* in *Editis*, ἰδὼν δὲ ταῦτα Δαβίδης, κτλ.

s Πολεμήσων] Πόλεμον *Vat.*

t Πρεσβευτὰς] Ita *Big. Samb. Vat.* & *Epiphan.* in *reliquis* πρεσβεύοντας.

v Καὶ πέμψαντες] Aliter legisse videtur *Epiphanius*, qui vertit, *Tunc vero mittentes ad Syrum Mesop. regem mille talenta, socium eum sub hac mercede fieri poposcerunt. habebant* &c.

u Σουβάν.] Hic Σουβὰν & paulo infra Ἴστοβον ex regionibus virorum nomina facit *Josephus.* qua de re videsis *Schetanum* in *Bibl. Hist. S.* tom. 2. p. 701. & *J. Clericum* ad 2 *Sam.* c. 10.

y Προσεμισθώσαντο] Προσεμισθώσαντο καὶ τὸν τῶν Ἀμαληκιτῶν βασιλέα, καὶ τὸν ἐκ τῆς M. *Big.* (*Coll. Voss.*) & *Samb.* προσεμισθώσαντο καὶ τὸν Ἀμαληκιτῶν βασιλέα καὶ τέταρτον Ἴστοβον ὄνομα *Vat.*

z Μιχᾶς] Ita tam libri *Græci* quam *Latini MSS.* in *Epiphanii* tamen Editis *Maacha* ex *S. Volumine.* Videtur esse (ut inquit *Bochartus* in *Phaleg.* l. 2. c. 6.) *Ptolemæi* Epicæros, Palæstinæ urbs ad ortum Jordanis, quod Hebræorum *Maacha* in Chaldæa Paraphrasi fit *Epicæros.* HUDS. מעכה Mahachah II *Sam.* x. 6. In Nummis Ant. Pii & Severi MOKA IEP. ACTA. AYTO. SPANH. Confer Tab. Numism.

a Ἴστοβον ὄνομα·] Ἴστωβον *Vat.*

b Τῷ Θεῷ δὲ πεποιθὼς] Ita *Big. Samb.* & *Vat.* in *Editis* τῷ Θεῷ πεποιθὼς τὸ δεῖν. & mox καὶ Ἰώαβον τὸν ἀρχιστρ. Verum τῷ Θεῷ πεποιθὼς τῷ δ. ——— πολεμεῖν μέλλειν, καὶ Ἰώαβον τὸν ἀρχιστρ. legisse videtur *Vet. Interpr.*

c Ἐπ᾽ αὐτούς.] Sic in iisdem *MSS.* & *Vet. Interpr.* πρὸς αὐτοὺς in *Editis.*

d Πρὸς τῇ μητροπόλει] Πρὸς τὴν μητρόπολιν *Vat.*

e Τῶν Ἀμμανιτῶν] Nomen urbis Aramatha omisit *Galenius.* Charanachen *Rufinus.* Conf. seq. §. 3. SPANH.

f Ῥαβαθᾶ] Ita ex *sequentibus*, ubi de urbe capta agit, & *Interpretibus* LXXII, 1 *Paralip.* c. 20. Ἀραμαθᾶ in *Editis*, *Alibique* hic loci. Χαραμαθᾶ juxta *Epiphan.* HUDS. Interpres omisit. Ῥαβαθᾶ scripsit Josephus, uti & interpres mox legit, & in hoc ipso capite in contextu Græco Ῥαβαθᾶ scribitur. REL.

g Ἐξελθόντων,] Ἐπεξελθόντων *Vat.*

h Ἄντικρυ] Ita *Big. Samb.* & *Vat.* ἄντικρυς in *reliquis.*

i Ἐκέλευσεν] Eo modo *Samb.* & *Vat.* ἐκέλευσε in *reliquis.*

k Προπεμψάμενος] Προτρεψάμενος *Vat.* (*Coll. Voss.*) & *Vet. Interpr.* & forsan rectius, cum mox sequatur ἀπέλυσε. & sæpe jungantur προπομπὴ καὶ ἀπόλυσις.

l Προτρεπτικῶς] Ita cum *Cod. Samb.* nisi quod mutaverim φοβουμένους in φοβουμένοις, voce προτρέπων hunc casum postulante. φοβουμένους προτρέπων nullo plane sensu in *Editis.* μετὰ προθυμίας ἅπαντ᾽ ἀνύσαι αἰσχύνην φοβουμένους προτρεπτικῶς ἀγωνίσασθαι *Vat.* μετὰ προθυμίας ἅπαντα δρᾶσαι, καὶ αἰσχύνην φοβηθέντα ὅπως ἀγωνίσασθαι legisse videtur *Epiphanius*, qui vertit, *ut magnanimiter & fiducialiter ageret universa & gravem iracundiam metuens decertaret.* Est qui conjicit, μετὰ πρ. ἅπαντα δρᾶσαι, καὶ αἰσχύνην φοβηθέντα προτρεπτικῶς ἀγωνίσασθαι.

m Αὐτῶν καρτερῶς] Αὐτῷ *Vat.*

n Στρατιὰν,] Στρατείαν solus *Samb.*

o Πταῖσμα

γ'. Τοῦτο τὸ [o] πταῖσμα τοὺς Ἀμμανίτας οὐκ ἔπεισεν ἠρεμεῖν, οὐδὲ [p] μαθόντας τοὺς κρείττονας ἡσυχίαν ἄγειν· ἀλλὰ πέμψαντες πρὸς [q] Χαλαμὰν τὸν τῶν πέραν Εὐφράτου Σύρων βασιλέα, μισθοῦνται τοῦτον [r] ἐπὶ συμμαχίαν, ἔχοντα μὲν ἀντιστράτηγον [s] Σάβεκον, πεζῶν δὲ μυριάδας ὀκτὼ, καὶ ἱππέων μυρίους. γνοὺς δὲ ὁ τῶν Ἑβραίων βασιλεὺς, πάλιν ἐπ' αὐτὸν τοὺς Ἀμμανίτας τοσαύτην δύναμιν συνηθροικότας, οὐκέτι διὰ στρατηγῶν αὐτοῖς πολεμεῖν ἔκρινεν· ἀλλ' αὐτὸς σὺν ἁπάσῃ τῇ δυνάμει διαβὰς τὸν Ἰορδάνην ποταμὸν, καὶ ὑπαντήσας αὐτοῖς, συνάψας [t] αὐτοῖς εἰς μάχην, ἐνίκησε. [u] καὶ ἀναιρεῖ μὲν αὐτῶν, πεζῶν μὲν εἰς τεσσαράκοντα μυριάδας, ἱππέων δὲ εἰς [x] ἑπτακισχιλίους. ἔτρωσε δὲ [y] καὶ τὸν στρατηγὸν τοῦ Χαλαμᾶ Σάβεκον, ὃς ἐκ τῆς πληγῆς ἀπέθανεν. οἱ δὲ Μεσοποταμῖται, τοιούτου γενομένου τοῦ τέλους τῆς μάχης, [z] αὐτοὺς Δαυίδῃ [a] παρέδοσαν, καὶ δῶρα ἔπεμψαν αὐτῷ. καὶ ὁ μὲν ὥρᾳ χειμῶνος ἀνέστρεψεν εἰς Ἱεροσόλυμα· ἀρχομένου δὲ τοῦ ἔαρος, ἔπεμψε τὸν [b] ἀρχιστράτηγον Ἰώαβον πολεμήσοντα τοῖς Ἀμμανίταις. ὁ δὲ τήν τε γῆν ἅπασαν αὐτῶν ἐπερχόμενος διέφθειρε, καὶ αὐτοὺς εἰς τὴν μητρόπολιν συγκλείσας [c] Ῥαβαθὰν ἐπολιόρκει.

3. Non tamen hæc clades Ammanitis persuasit ut quiescerent, neque ut *Hebræos* superiores experti pacem colerent: sed missis legatis ad Chalamam Syrorum Transeuphratensium regem, ipsum mercede in societatem pertrahunt, habentem quidem Sabecum exercitus ducem, peditum vero octoginta millia, & equitum decem millia. Postquam autem Hebræorum rex intellexit, Ammanitas denuo contra se tam ingentem militum vim coëgisse, non jam cum illis per legatos suos bellare decrevit: sed ipse cum universo exercitu *suo*, Jordane fluvio trajecto, illis occurrit, prælioque commisso victoriam reportavit. Et ex illis quidem occidit, peditum quadraginta circiter millia, equitum vero ad septies mille. Quin & Sabeco vulnus inflixit, exercitus Chalamæ duci; ex quo illum mori contigit. Mesopotamitæ vero, cum hujusmodi exitum pugna habuerit, semet Davidi dediderunt, eique dona miserunt. Et ille quidem hyeme appetente Hierosolyma reversus est: at vere ineunte misit Joabum exercitus ducem ad bellum cum Ammanitis gerendum. Is autem incursione facta agros eorum omnes vastabat, ipsosque in Rabatham gentis metropolim compulsos obsidebat.

Davides Syros vincit. 2 Regum c. 10.

Joabus Ammanitarum metropolin obsidet. 2 Regum, c. 11.

ΚΕΦ. ζ'.

Ὡς τῆς Βεεθσαβῆς ἠράσθη Δαυίδης, καὶ Οὐρίαν τὸν ἄνδρα αὐτῆς ἀνελὼν διὰ Νάθανος ἐλέγχεται.

Συνέπεσε δὲ καὶ Δαυίδῃ πταῖσμα δεινὸν, ὄντι [d] φύσει δικαίῳ καὶ θεοσεβεῖ, καὶ τοὺς [e] πατρίους νόμους ἰσχυρῶς φυλάττοντι. θεασάμενος γὰρ δείλης ὀψίας ἀπὸ τοῦ [f] στέγους τῶν βασιλείων, ἐν ᾧ περιπατεῖν κατ' ἐκείνην τῆς [g] ὥρας [gg] ἦν ἔθος, εἶδε γυναῖκα λουομένην ἐν τῇ αὐτῆς οἰκίᾳ ψυχρῷ ὕδατι, καλλίστην τὸ εἶδος καὶ πασῶν διαφέρουσαν· [h] ὄνομα αὐτῇ ἦν [i] Βεεθσαβή· [k] ἡττηθείς τε τοῦ κάλλους τῆς γυναικὸς, καὶ [l] τὴν ἐπιθυμίαν κατασχεῖν οὐ δυνάμενος, μεταπεμψάμενος αὐτὴν, συνέρχεται. γενομένης δὲ ἐγκύου τῆς γυναικὸς, καὶ πεμψάσης πρὸς τὸν βασιλέα, ὅπως τῷ ἁμαρτήματι συζητήσῃ τινὰ τοῦ λαθεῖν ὁδόν· ἀποθανεῖν γὰρ αὐτὴν κατὰ τοὺς πατρίους [m] καθήκει νόμους μεμοιχευμένην· [n] μετακαλεῖται τὸν Ἰωάβου μὲν ὁπλοφόρον ἐκ τῆς πολιορκίας, ἄνδρα δὲ τῆς γυναικὸς, Οὐρίαν ὄνομα. καὶ παραγενόμενον, περί τε τῆς στρατιᾶς καὶ [o] περὶ τῆς πολιορκίας ἀνέκρινε. λέγοντος δὲ πάντα κατὰ νοῦν αὐτοῖς κεχωρηκέναι τὰ πράγματα, βαστάσας ἐκ τοῦ δείπνου μέρη προσδίδωσιν αὐτῷ, καὶ κελεύει πρὸς τὴν γυναῖκα ἀπελθόντα ἀναπαύσασθαι σὺν αὐτῇ. ὁ δὲ Οὐρίας τοῦτο μὲν οὐκ ἐποίησε, παρεκοιμήθη δὲ τῷ βασιλεῖ σὺν τοῖς ἄλλοις ὁπλοφόροις. ὡς δὲ γνοὺς [p] τοῦθ' ὁ βασιλεὺς, ἀνέκρινεν αὐτὸν

CAP. VII.

Ut Davides Beethsabes amore irretitus est, & propter Uriam ipsius maritum ab eo morte mulctatum a Nathana reprehenditur.

Quin & Davides *ea tempestate* in grave peccatum incidit, natura licet justus & pius, atque legum patriarum observator diligentissimus. Cum enim sub vesperam ex regiæ domus tecto, ubi moris erat eo fere tempore deambulare, circumcirca prospiceret, mulierem se domi suæ aqua frigida lavantem animadvertit, forma egregiam & *aliis* omnibus excellentem (nomen ei Beethsabe erat) feminæque pulchritudine captus est, & cum *adeo arderet ut* cupiditati suæ imperare non potuerit, cum ea accersita rem habuit. Cum autem mulier facta esset gravida, regique misisset, ut de via delicti occultandi dispiceret (mori enim eam adulterio admisso ex patriis legibus oportebat) *Davides* accersit ex obsidione Joabi quidem armigerum, mulieris vero maritum, nomine Uriam. Ubi venit ex eo sciscitatus est & de exercitu & de urbis oppugnatione. Cum autem diceret, res omnes illis ex animo successisse, fercula ex convivio apportata ei *in cœnam* dat, jubetque ut profectus ad uxorem cum ea requiesceret. At Urias non ita quidem fecit, sed regi cum aliis *ejus* armigeris accubuit. Rex autem, ubi hoc rescivit, illum interrogabat,

Davides Beethsaben stupro compertam habuit. 2 Regum, c. 11.

Davides Uriam accersit. 2 Regum, c. 11.

o Πταῖσμα] Πτῶμα *Vat.*

p Μαθόντας] Ita cum *Vat.* (*Coll. Voss.*) & *Samb.* in reliquis μανθάνοντας.

q Χαλαμὰν τὸν τῶν πέραν Εὐφράτου Σύρων βασιλέα,] Ita *Samb.* Χαλάμαν in *Editis.* Χαλαμαχ *Vat.* in LXXII. πέραν τοῦ ποταμοῦ Χαλαμάκ unde *Josephus* fecit Χαλαμαν, aitque legatum ejus fuisse Sabechum, qui Hadarhezeris legatus dicitur à *Scriptore S.* 2 *Regum*, c. 10. v. 16. HUDS. Syri trans-Euphratenses. LXX. 2 Sam. x. 16. Σύρους τὴν ἐκ πέραν τοῦ ποταμοῦ Χαλαμάκ MS. Alex. πέραν τοῦ ποταμοῦ sine addita illa voce χαλαμάκ, quæ in Hebræo & aliis Orientalium Versionibus itidem deest. vid. inf. hac ead. paragr. SPANH.

r Ἐπὶ συμμαχίαν,] In *Epiphanii* libris melioris notæ *Chalmantum Syrorum r.* in aliis *Adrazarum Syr. r.*

s Σάβεκον,] In *Epiphanii* codicibus *Sabaicum*, *Sapibaicum* & *Sabachum.*

t Αὐτοῖς εἰς μάχην,] Αὐτοῖς non agnoscit *Vat.*

u Καὶ ἀναιρεῖ] Καὶ ἀναιρεῖ μὲν ἐκ τῶν πεζῶν *Vat.* καὶ ἀναιρεῖ αὐτῶν πεζῶν μὲν *Big.* & *Samb.*

x Ἑπτακισχιλίους,] Ἑπτακοσίους perperam juxta *Epiphanium.* Confer 2 *Regum*, c. 10. v. 18. & 1 *Paralip.* c. 19. v. 18.

y Καὶ τὸν στρατηγὸν] Καὶ τὸν στρατηγὸν τοῦ Χαλαμαχᾶ Σάβεκον *Vat.* in *Epiphanii* libris, *prostravit autem in acie principem militiæ Chaldam*, (aut *Chadam*, aut *Chaldam*) *nomine Sebachum.*

z Αὐτοὺς Δαυίδῃ] Ita *Samb.* ἑαυτοὺς *Hen.* & *Busb.* αὐτοὺς in reliquis.

a Παρέδοσαν,] Παρέδωκαν *Hen.* & *Busb.*

b Ἀρχιστράτηγον] Ita in *MSS.* passim in *Editis* αὐτοστράτηγον.

c Ῥαβαθὰν] Ἀραβαθὰ *Samb.* Ἀραμαθὰν *aliis.* Verum *Abarathare* & *Araphathara*, & *Rabath* apud *Epiphan.* HUDS. Vid. supr. §. 2. SPANH.

d Φύσει δικαίῳ καὶ θεοσεβεῖ,] Ita *Vat.* & *Epiphan.* in reliquis deest vox φύσει.

e Πατρίους νόμους] Πατρίους solus *Vat.*

f Στέγους τῶν βασιλείων] Τέγους *Big. Samb.* & *Vat.*

g Ὥρας] Hic ὥρα tempus anni notat. REL.

gg Ἦν ἔθος,] Illud ἦν inserui ex *Samb.* (*Coll. Voss.*) & *Vat.* in sequentibus ἐστί, commode satis.

h Ὄνομα αὐτῇ] Ὄνομα δὲ αὐτῇ *Vat.*

i Βεεθσαβή] Βεερσαβῆ *Big.* (*Coll. Voss.*) & *Samb.* Βηρσαβεὲ *Hen. Busb.* & *Vat.* ex Βηρσαβεὲ *Interpretum* LXXII.

k Ἡττηθείς τε] Ἡττηθεὶς δὲ *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb. Hen. Busb.* & *Vat.*

l Τὴν ἐπιθυμίαν] Τὴν ἐπιθυμίαν *Big.* & *Coll. Voss.*

m Καθήκει νόμους] Προσήκει *Big.* & *Coll. Voss.*

n Μετακαλεῖται] Ita verba collocavi juxta *Codd. Samb.* & *Vat.* in *Editis* μετακαλεῖται μὲν τὸν Ἰωάβου κτλ. μετακαλεῖται Ἰωάβου κτλ. *Big.*

o Περὶ τῆς πολιορκίας] Illud περὶ ex *MSS.*

p Τοῦθ' ὁ βασιλεὺς] Ita vel τοῦτο in *MSS.* & *Vet. Interpr.* in *Editis* ταῦθ' ὁ βασ.

gabat, cur se ad domum suam non receperit, neque ad uxorem post longum adeo tempus, ut natura fert omnium hominum cum peregre reversi sint. "Haud æquum esse, respondebat, ut cum sui "commilitones & imperator humi dormirent in "castris soloque hostili, *ipse* cum uxore semet re-"crearet & delicias agitaret". Hæc loquuto Davides præcepit, ut illic maneret etiam eo die, sese vero postridie eum dimissurum esse ad imperatorem. Urias deinde à rege ad cœnam invitatus, & usque ad ebrietatem potus, rege ipsum de industria crebris poculis excipiente; nihilominus tum quoque pro regis foribus obdormivit, nullo uxoris desiderio captus. Hanc ob rem indignatus rex Joabo per literas in mandatis dedit, ut in Uriam pœna animadverteret (ipsum enim peccasse significabat) & modum quo puniretur, ne palam fieret quod ipse hoc voluerit, suggerebat. jussit enim ut hostibus, quà maxime urgerent, *illum* objiceret, & ubi certissimum pugnando discrimen adiret, à cæteris destitutus: nam præcepit ut socii loco cederent, quam primum commissum erat prælium. His ita scriptis & proprio sigillo obsignatis, epistolam Uriæ dedit ad Joabum perferendam. Joabus autem cum literas accepisset, regisque voluntatem intellexisset, in eo loco Uriam statuit, ubi sciebat hostes sibi maxime infensos esse, adjunctis illi quibusdam è militibus fortissimis. atque se cum toto exercitu opem *illis* laturum dicebat, si parte aliqua muri eversa in urbem penetrare potuerint. Ipsum vero, cum esset miles strenuus, magnæque cum apud regem tum tribules suos omnes existimationis ob fortitudinem, obsecrabat, ut magnis laboribus gauderet, & non ad indignationem commoveretur. Uria autem alacriter opus suscipiente, commilitonibus ejus clam significavit *Joabus*, ut, cum hostes *portis* erupturos viderent, desertum relinquerent. Itaque cum Hebræi urbi successissent, veriti Ammanitæ, ne, in illo loco ubi Urias forte constitutus erat, quam primum *murum* ascenderent hostes, prima acie fortissimis collocatis portaque subito reclusa cum impetu magnoque cursu in eos eruptionem fecerunt. Illos autem ubi conspexerunt, Uriæ milites, omnes sese *ex improviso* subduxerunt, prout illis ante dixerat Joabus. At cum puderet Uriam tergum dare & aciem deserere, hostes sustinuit, & impetum eorum excipiens non paucos quidem perimit, verum circundatus & captus in medio *illorum* mortem occumbit. Cum eo autem & alii nonnulli è sociis cadebant.

Uriam cum literis ad Joabum remittit Davides. 2 Regum, c. 11.

Uria mort. 2 Regum, c. 11.

2. His ita gestis nuncios Joabus misit ad regem, jussos ut dicerent, "quod operam quidem dederit "ut urbem celeriter caperet, sed oppugnatione "mœnia adortus, aliquammultis amissis recedere "compulsus fuerit"; istis vero, si propter ea ira correptum videant, mortem Uriæ adjicerent. Hæc autem rex cum à nunciis accepisset, & ægre tulisset, dixissetque "quod male fecerint mœnia "cominus oppugnando, cum oportuerit cuniculis "& machinis ad urbem capiendam aggredi, idque

De ea Davidem certiorem facit Joabus. 2 Regum, c. 11.

m Ἔκλυτος ὤφθη] Ἔκλυτος Hesych. ἔνδοξος, νικητός· melius itaque περίβλεπτος, ἔκλυτος ὤφθη ita verti debuit: *conspicuus factus*, nisi ἔκλυτος idem hic sit quod ἐκλελυμένος dissolutus, nempe dissolutum est, & hic interruptum, erat enim jam labore dissolutus *Rufinus*, omisit *Gelenius*. Antiq. lib. I. c. 19 §. 3. μεγίστην συμφορὰν ἐπαγαγόντα ἐκλυθῆναι. SPANH.

n Ἄκμονος μὲν] Ἰεσβὰν μὲν τοὔνομα, Ῥαφᾶ δὲ παιδὸς Vat. ut puto ex LXXII juxta *Epiphanium*, Ἀχμωνος μ. τ. Ἀραφάου δ. π.

o Τὴν λαβὴν συνέλκειν] Forte ἡ λαβὴ vel ἄλλη συνεῖλκε. COCC.

p Ἁλυσιδωτὸν] Lege ἁλυσιδωτόν. COCC.

q Ὁ Ἰωάβου ἀδελφὸς] Articulum inserui ex *Big. Samb. & Vat.*

r Δὲ τῶν Παλαιστίνων] Οὖν τῶν Π. *Vat.*

s Γάζαρα πόλιν,] *Al.* Γάζαρα & Γάζαρα. HUDS. Γαζὲρ LXX. Γάζαν leg. Gelen. Γαζαρὰ tamen legitur inf lib. VIII. c. 6. §. 1. & lib. XII. c. 11. §. 2. ubi Ἀζώ ὄρος, *Rufin.* Gazara. 1 Maccab. IX. 15. Ἀζώτου ὄρους· *Rufin. hic*: usque ad Gazara, ut proinde legerit μέχρις Γαζάρων· cujus mentio hic fit. SPANH.

t Σοβάκχης ὁ Χετταῖος,] Σοβάκχης *Big. & Samb.* Σοβοχαῖος *Vat.* mox Χουσαθαῖος pro Χετταῖος legendum censet *Schotanus.*

δὲ πεμψάντος, ἐξ ἧς ἔδοξε [v] Νεφάνος ὁ συγγενὴς αὐτοῦ. μονομαχήσας γὰρ τῷ πάντων ἀνδρειοτάτῳ [x] τῶν Παλαιστινῶν, ἀπέκτεινεν αὐτὸν, καὶ τοὺς ἄλλους εἰς φυγὴν ἔτρεψε· πολλοί τε αὐτῶν ἀπέθανον μαχόμενοι. διαλιπόντες δὲ ὀλίγον χρόνον, [y] ἐστρατοπεδεύσαντο [z] πρὸς τῇ πόλει τῶν ὅρων τῆς Ἑβραίων χώρας οὐκ ἄπωθεν. ἦν δὲ αὐτοῖς ἀνὴρ, τὸ μὲν ὕψος ἓξ πηχῶν· δακτύλους δὲ ἐν [a] ἑκατέρῳ τῶν βάσεων καὶ τῶν χειρῶν ἕνα πλειοτέρους εἶχε τῶν κατὰ φύσιν. ἐκ τῆς οὖν πεμφθείσης ἐπ᾽ αὐτοὺς ὑπὸ Δαυίδου στρατιᾶς, τούτῳ [b] μονομαχήσας Ἰωνάθης ὁ [c] Σαμᾶ υἱὸς, ἀνεῖλέ τε αὐτόν· καὶ, τῆς ὅλης νίκης ῥοπὴ γενόμενος, δόξαν ἀριστείας ἀπηνέγκατο. καὶ οὗτος γὰρ ὁ Παλαιστῖνος ηὔχει τῶν Γιγάντων ἀπόγονος εἶναι. μετὰ δὲ ταύτην τὴν μάχην, οὐκ ἔτι τοῖς Ἰσραηλίταις ἐπολέμησαν.

γ΄. Ἀπηλλαγμένος δὲ ἤδη πολέμων ὁ Δαυίδης καὶ κινδύνων, καὶ βαθείας [d] ἀπολαύων τὸ λοιπὸν εἰρήνης, ᾠδὰς εἰς τὸν Θεὸν καὶ ὕμνους [e] συνετάξατο, μέτρου ποικίλου. τοὺς μὲν γὰρ [f] τριμέτρους, τοὺς δὲ πενταμέτρους ἐποίησεν. ὄργανά τε κατασκευάσας ἐδίδαξε πρὸς αὐτὰ τοὺς Λευίτας ὑμνεῖν τὸν Θεὸν, κατά τε τὴν τῶν καλουμένων Σαββάτων ἡμέραν, καὶ κατὰ τὰς ἄλλας ἑορτάς. ἡ δὲ τῶν [g] ὀργάνων ἰδέα τοιαύτη τίς ἐστι τὸν τρόπον. ἡ μὲν [h] κινύρα, δέκα χορδαῖς ἐξημμένη, τύπτεται πλήκτρῳ· ἡ δὲ [i] νάβλα, δώδεκα φθόγγους ἔχουσα, τοῖς δακτύλοις κρούεται. κύμβαλά τε ἦν πλατέα καὶ μεγάλα χάλκεα. καὶ περὶ μὲν τούτων ἐπὶ τοσοῦτον ἡμῖν, ὥστε μὴ τελέως ἀγνοεῖν τὴν τῶν προειρημένων ὀργάνων φύσιν, ἀρκούντως λελέχθω.

δ΄. Τῷ δὲ βασιλεῖ πάντες ἦσαν οἱ περὶ αὐτὸν ἀνδρεῖοι. τούτων δὲ οἱ διασημότατοι καὶ λαμπροὶ τὰς πράξεις ὀκτὼ καὶ τριάκοντα. ὧν πέντε μόνων διηγήσομαι τὰ ἔργα. φανερὰς γὰρ καὶ τὰς τῶν ἄλλων ἀρετὰς ἀρκέσουσιν οὗτοι ποιῆσαι. δυνατοὶ γὰρ ἦσαν οὗτοι καὶ [k] χώρας ὑπαγαγέσθαι καὶ μεγάλων ἐθνῶν κρατῆσαι. πρῶτος μὲν οὖν, [l] Ἰέσσαιμος υἱὸς [m] Ἀχεμαίου. ὃς πολλάκις εἰς τὴν παράταξιν ἐμπηδῶν τῶν πολεμίων, οὐ πρὶν [n] ἀνεπαύετο μαχόμενος, πρὶν [o] ἐνακοσίους αὐτῶν κατέβαλε. μετ᾽ αὐτὸν ἦν Ἐλεάζαρος υἱὸς [p] Δωδείου, ὃς ἦν μετὰ τοῦ βασιλέως ἐν [q] Ἀρασάμῳ. οὗτός ποτε, τῶν Ἰσραηλιτῶν καταπλαγέντων τὸ πλῆθος τῶν Παλαιστίνων καὶ φευγόντων, μόνος ἔμεινε· καὶ συμπεσὼν τοῖς πολεμίοις ἀπέκτεινεν αὐτῶν πολλοὺς, ὡς ὑπὸ τοῦ αἵματος προσκολληθῆναι τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ τῇ δεξιᾷ, καὶ τοὺς Ἰσραηλίτας ἰδόντας τετραμμένους ὑπ᾽ αὐτοῦ [r] τοὺς Παλαιστίνους, καταβάντας ἀπὸ τῶν ὀρέων, διώκειν, καὶ θαυμαστὴν καὶ διαβόητον τότε νίκην ἀρέσθαι, τοῦ μὲν Ἐλεαζάρου κτείνοντος, ἑπομένου δὲ τοῦ πλήθους καὶ σκυλεύοντος τοὺς ἀναιρουμένους. τρίτος δὲ ἦν Ἰλοῦ μὲν υἱὸς, [s] Σεβὰς δὲ ὄνομα. καὶ οὗτος ἐν τοῖς πρὸς Παλαιστίνους ἀγῶσιν, εἰς τόπον Σιαγόνα λεγόμενον [t] αὐτῶν παραταξαμένων, ὡς οἱ

vide exercitu, strenue se gessit Nephanus ipsius cognatus. singulari enim certamine cum fortissimo Palæstinorum congressus, ipsum interemit, & reliquos terga dare coëgit: cum plurimi ipsorum in acie cecidcrant. Nec longo post intervallo castra metati sunt ad urbem quæ non longe à finibus Hebræorum regionis distabat. Habebantque secum hominem sex quidem cubitos altum: cui vero in utroque pede & utraque manu digiti erant plures quam naturæ conveniret. Huic itaque Jonathas Samæ filius, ex exercitu contra illos à Davide misso *prodiens*, duello congreditur, ipsumque peremit: &, cum magnum momentum attulerit ad totam victoriam, præcellentis fortitudinis gloriam retulit. nam & Palæstinus iste se à Gigantibus prognatum esse jactabat. Post hanc autem pugnam tum demum Israëlitas bello lacessere desierunt *Palæstini*.

3. Jam vero Davides, bellis & periculis perfunctus, pacemque deinceps profundam agitans, odas in Deum hymnosque composuit, vario carminum genere. etenim tam versus trimetros adhibuit, quam pentametros. Et cum instrumenta *diversa* confecerat, Levitas docuit ad ea Dei laudes canere, non solum Sabbatorum, ut appellantur, die, sed & aliis festis solennibus. Ista autem instrumenta hujusmodi sunt specie. Cinyra quidem, decem intensa chordis, plectro percutitur: nabla vero, duodecim sonos habens, digitis pulsatur. Cymbala ad hæc ærea erant magna lataque. Atque de illis quidem hæc à nobis catenus dicta sufficiant, ne prorsus ignorata esset instrumentorum istorum natura.

Hymni Davidis & musica instrumenta. 1 Regum. c. 22.

4. Porro omnes, quos circa se habuit rex, spectatæ erant fortitudinis. Horum vero maxime illustres, magnæque ob res præclare gestas celebritatis octo præcipue & triginta erant. quorum quinque tantum ob egregia facinora commemorabo. ex illis etenim abunde perspectæ erunt cæterorum virtutes. nam isti adeo viribus pollebant, ut & regiones subigere & gentes magnas debellare potuerint. Et quidem primus *illorum* Jessæmus Achimæi filius. qui, non semel in hostium aciem se conjiciens, pugnandi finem prius non fecit, quam nongentos ex illis occidisset. Secundum hunc fuit Eleazarus filius Dodeiæ, qui cum rege erat apud Aralamum. Hic, cum aliquando Israëlitæ hostium multitudine consternati essent in fugam, unicus substitit: & cum hostibus congressus *tam* multos illorum cæcidit, ut cruore gladius ejus dextræ adhæserit; & Israëlitæ, ubi viderant Palæstinos ab ipso in fugam versos, descensu facto è montibus, eos persequerentur, & tunc mirandam plane celebremque victoriam reportarent, Eleazaro quidem stragem edente, multitudine vero *duntaxat* sequente & cæsos spoliante. Tertius autem erat Ili quidem filius, nomine vero Sebas. Et hic in quodam cum Palæstinis prælio, cum, in loco qui

Quos habuerit Davides fortissimos. 1 Regum, c. 23.

v Νεφάνος ὁ συγγενὴς] Νεφὰν Big. & Samb. Ἐφὰν Vat. & Epiphan. adeo ut ex ἀδελφὸς Ἐφὰν factum existimarem ἀδελφὸς Νεφάν.

x Τῶν Παλαιστίνων,] Τῶν omittit Vat.

y Ἐστρατοπεδεύσαντο] Ἐστρατοπεδεύσατο Vat.

z Πρὸς τῇ πόλει] Scaliger πρὸς τῇ Γίτθᾳ πόλει, ut constat ex S. Literis. HUDS. Forte πρὸς τινι πόλει. COCC.

a Ἑκατέρῳ] Forte ἑκατέρᾳ. COCC.

b Μονομαχήσας Ἰωνάθης] Sic Big. Samb. Vat. & Epiphan. μονομαχῶν in Editis.

c Σαμᾶ υἱὸς,] Σαμὰ Big. & Samb. dein τοῦ ἀδελφοῦ adjiciunt Big. (Coll. Voss.) & Vat. forsan è S. Literis. illa verba margini adscripta habet Samb. sed non agnoscit Epiphan.

d Ἀπολαύων τὸ λοιπὸν] Sic Big. (Cocc.) & Samb. ἀπολαύσων perperam in reliquis.

e Συνετάξατο,] Συνεστήσατο Big. & Samb.

f Τριμέτρους,] Vide Annot. ad hanc vocem alibi & G. Vossium de Artis Poëtica Natura & Constitut. c. XIII. §. 2. & 5.

g Ὀργάνων ἰδέα] Sic MSS. in Editis ὀργάνων ἐστὶ ἰδέα τοιαύτη τὸν τρ.

h Κινύρα,] Ita cum Samb. & Big. κινύρα in aliis, minus recte, ut ostendit Bochartus in Colon. Phœnic. l. 2. c. 7.

i Νάβλα,] Conf. inf. lib. 8. c. 3. §. 8. SPANH.

k Χώρας ὑπαγαγέσθαι] Ita Big. & Samb. χεῖρας in Editis, Aliisque.

l Ἰέσσαιμος υἱὸς] Ita Vat. In Editis, Aliisque Ἰέσσαμος. Ἰεσσαῖος juxta Epiphanium.

m Ἀχεμαίου.] Ἀχεμαίου Big. & Samb. Ἀχιμαίου Epiphan. Achæmæus legit Schotanus in Bibl. Hist. S. Tom. 1. p. 680.

n Ἀνεπαύετο μαχόμενος,] Ἀνεπαύσατο Big.

o Ἐνακοσίους αὐτῶν] Ὀκτακοσίους solus Vat.

p Δωδείου,] Δωδὼ Epiphan.

q Ἀρασάμῳ.] Γερασάμῳ Vat. in Epiphanii codicibus varie, Sarpha, & Sarba & Respha.

r Τοὺς Παλαιστίνους,] Illud τοὺς è MSS. ut & mox illa ἀπὸ τῶν ὀρέων. quæ etiam Epiphanius agnoscit.

s Σεβὰς δὲ ὄνομα.] Κηναναῖος vel Κεναβαῖος in MSS. apud Epiphanium habemus Semeas filius Eli.

t Αὐτῶν παραταξαμένων,] Ita cum Samb. (Coll. Voss.) & Vat. αὐτῷ in reliquis.

qui Maxilla dicitur, acies ex adverso constitissent, postquam Hebræi rursus copiis illorum perterriti fugere cœperant, solus instar exercitus & aciei constitit: & alios quidem illorum sternebat, alios vero, ipsius vim & impetum non sustinentes, sed in fugam se conjicientes, insectatus est. Atque has quidem res manibus pugnaque tres isti præclare gesserunt. Quo vero tempore, cum rex esset Hierosolymis, ex inopinato venit Palæstinorum exercitus bellum *ei* illaturus, Davides quidem in arcem ascendit, ut ante diximus, Dei oraculum de bello consulturus; castris vero hostium in ea valle positis quæ usque ad Bethleem urbem pertingit, viginti stadiis ab Hierosolymis distantem, Davides sociis dicebat, bonam aquam habemus in patria mea, maxime in puteo portæ vicino, *subinde* mirans, an quisquam eam inde sibi bibendam afferret, *quod* sane *se* malle, quam ut magnam opum vim *sibi* daret. tres isti viri, hisce auditis, è vestigio excurrerunt, &, cum per media hostium castra prorupissent, ad Bethleem venerunt; haustaque *de puteo* aqua rursus *eadem* per castra ad regem reversi sunt. * adeo ut Palæstini, eorum audacia animique fortitudine attoniti, quieverint, nihilque in ipsos ausi fuerint, etiamsi eos præ paucitate contempserant. Cum autem allata esset aqua, bibere noluit rex, † dicens, ipsam ad se periculo & sanguine hominum advectam esse, ideoque haud fas esse ut eam biberet. Deo autem inde libavit, eique pro virorum incolumitate gratias egit. Post hos fuit Abessæus Joabi frater. nam & hic una die DC. hostes interfecit. Quintus Banajas, genere sacerdos. à duobus enim fratribus, inter Moabitas illustribus, provocatus, strenuitate sua illos superavit. Ac rursus, cum vir genere Ægyptius, stupendæ magnitudinis, cum provocasset, inermis armatum & suo ipsius gladio percussum interemit. nam cum ipsi hastam extorsisset, & vivum adhuc & pugnantem spoliasset, suis ipsum armis confecit. Quin & hoc facinoribus ejus jam memoratis accenseri meruit, aut ut primum illorum, si magnanimitatis ratio habeatur, aut ut *illis* par. Deo enim *terris* nivem mittente, *forte* in puteum quendam lapsu cecidit leo. cumque *puteo* os angustum esset, illo nive occluso in manifesto erat vitæ periculo. Itaque de exitu & salute desperans rugire occœpit. At Banajas fera audita (tunc enim *illac* iter faciebat) atque eo, unde clamor, profectus, cum in puteum descendisset, repugnantem ictu baculi, quem in manibus gestabat, continuo occidit. Reliqui autem triginta tres etiam pari virtute præditi erant.

Vide pag. 371. §. 1.

Ἑβραῖοι πάλιν τὴν δύναμιν φοβηθέντες οὐκ ἔμειναν, ὑπέστη μόνος ὡς στράτευμα καὶ τάξις· καὶ τοὺς μὲν αὐτῶν κατέβαλεν, τοὺς δ᾽ οὐ καρτερήσαντας αὐτοῦ τὴν ἰσχὺν καὶ τὴν βίαν, ἀλλ᾽ εἰς φυγὴν ἀποστραφέντας [v] ἐδίωξε. τοῦτο μὲν ἔργον χειρῶν καὶ μάχης οἱ τρεῖς ἐπεδείξαντο. καθ᾽ ὃν δὲ καιρὸν ἐν [x] Ἱεροσολύμοις ὄντος τοῦ βασιλέως, ἐπῆλθεν [y] ἡ τῶν Παλαιστίνων δύναμις πολεμήσουσα, Δαυίδης μὲν ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν ἀνῆλθεν, ὡς προειρήκαμεν, πευσόμενος τοῦ Θεοῦ περὶ τοῦ πολέμου· τῆς δὲ τῶν ἐχθρῶν παρεμβολῆς ἐν τῇ κοιλάδι κειμένης, ἣ μέχρι [z] πόλεως Βηθλεὲμ διατείνει, [a] σταδίους Ἱεροσολύμων ἀπεχούσης εἴκοσι, ὁ Δαυίδης τοῖς ἑταίροις, καλὸν ὕδωρ, εἶπεν, ἔχομεν ἐν τῇ πατρίδι μου, καὶ μάλιστα τὸ [b] πρὸς τῷ λάκκῳ τῷ πρὸς τῇ πύλῃ, θαυμάζων, εἴ τις ἐξ αὐτοῦ πιεῖν [c] αὐτὸ κομίσειε, μᾶλλον ἐθελήσειν, ἢ εἰ πολλὰ χρήματα [d] διδοίη. ταῦτ᾽ ἀκούσαντες οἱ τρεῖς ἄνδρες εὐθὺς, παραχρῆμα [e] ἐκδραμόντες, καὶ διὰ μέσου τοῦ τῶν πολεμίων ὁρμήσαντες στρατοπέδου, ἧκον εἰς Βηθλεὲμ, καὶ, τοῦ ὕδατος ἀρυσάμενοι, πάλιν διὰ τῆς παρεμβολῆς ὑπέστρεψαν πρὸς τὸν βασιλέα, ὡς τοὺς Παλαιστίνους, καταπλαγέντας αὐτῶν τὸ θάρσος καὶ τὴν εὐψυχίαν, ἠρεμῆσαι, [f] καὶ μηδὲν ἐπ᾽ αὐτοὺς τολμῆσαι, καταφρονήσαντας τῆς ὀλιγότητος. κομισθέντος δὲ τοῦ ὕδατος οὐκ ἔπιεν ὁ βασιλεὺς, κινδύνῳ καὶ αἵματι φάσκων ἀνθρώπων αὐτὸ κεκομίσθαι, καὶ διὰ τοῦτο μὴ προσήκειν [g] αὐτὸ πιεῖν. ἔσπεισε δὲ ἀπ᾽ αὐτοῦ τῷ Θεῷ, καὶ περὶ τῆς σωτηρίας τῶν ἀνδρῶν [h] ηὐχαρίστησεν αὐτῷ. μετὰ τούτους ἦν ὁ Ἰωάβου ἀδελφὸς Ἀβισαῖος. καὶ γὰρ οὗτος μιᾷ ἡμέρᾳ τῶν πολεμίων ἑξακοσίους ἀπέκτεινε. πέμπτος Βαναίας, ὁ ἱερεὺς τὸ γένος. προκληθεὶς γὰρ ὑπ᾽ ἀδελφῶν διασήμων ἐν τῇ Μωαβίτιδι χώρᾳ κατ᾽ ἀρετὴν ἐκράτησεν αὐτῶν. καὶ πάλιν αὐτὸν ἀνδρὸς Αἰγυπτίου τὸ γένος, θαυμαστοῦ τὸ μέγεθος, προκαλεσαμένου, γυμνὸς [i] ὡπλισμένον, τῷ δόρατί τι ἐκείνου βαλὼν, ἀπέκτεινε. περιελόμενος γὰρ [k] αὐτὸν ἄκοντα, καὶ ζῶντα ἔτι καὶ μαχόμενον σκυλεύσας, τοῖς ἰδίοις αὐτοῦ ὅπλοις διεχρήσατο. προσαριθμήσειε δ᾽ ἄν τις αὐτῷ καὶ τοῦτο τῶν προειρημένων πράξεων, ἢ ὡς [l] πρῶτον αὐτῶν κατ᾽ εὐψυχίαν, ἢ ὡς ὅμοιον. νίφοντος γὰρ τοῦ Θεοῦ, λέων εἴς τινα λάκκον ὀλισθὼν ἐνέπεσε. στενοῦ δ᾽ ὄντος τοῦ στομίου, δῆλος ἦν ἀφανὴς ἐσόμενος, ἐμφραχθέντος αὐτοῦ τῇ χιόνι. πόρον οὖν οὐδένα βλέπων ἐξόδου καὶ σωτηρίας, ἐβρυχᾶτο. τοῦ δὲ θηρὸς ἀκούσας ὁ [m] Βαναίας, ὥδευε γὰρ τότε, καὶ πρὸς τὴν βοὴν ἐλθὼν [n] καταβὰς εἰς τὸ στόμιον, πλήξας αὐτὸν μαχόμενον τῷ μετὰ χεῖρας ξύλῳ, παραχρῆμα ἀπέκτεινε. καὶ οἱ λοιποὶ δὲ τριάκοντα [o] τρεῖς, τοιοῦτοι τὴν ἀρετὴν ὑπῆρχον.

v Ἐδίωξε.] Ἐδίωκε *Big.* & *Samb.*

x Ἱεροσολύμοις ὄντος τοῦ βασιλέως,] Vide 2 *Regum*, c. 23. v. 13. & *Schotanum* in *Bibl. Hist. S.* Tom. II. p. 681. ut & *Cedrenum*, p. 86. & *Glycam*, p. 180.

y Ἡ τῶν Παλαιστίνων δύναμις πολεμήσουσα, Δαυίδης μὲν ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν ἀνῆλθεν,] Hæc omnia absunt in *Coll. Big.* & *Voss.*

z Πόλεως Βηθλεὲμ διατείνει,] Βηθλεέμων πόλεως *Big.* (& *Coll. Voss.*) Βηθλεέμης πόλεως *Vat.*

a Σταδίους Ἱεροσολύμων ἀπεχούσης εἴκοσι,] At Bethleemum longius aberat, 6. videlicet miliaria Romana Hierosolymis. REL.

b Πρὸς τῷ λάκκῳ] Ἐν τῷ λάκκῳ *Samb.* (*Coll. Voss.*) *Vat. Bosb.* & *Hm.*

c Αὐτὸ κομίσειε,] Αὐτῷ *Bosb.* & *Hm.*

d Διδοίη.] Δοίη *Big. Samb.* & *Vat.*

e Ἐκδραμόντες,] Εἰσδραμόντες *Vat.*

* *Adeo ut Palæstini*,] Ita ut Pal. eorum fiduciam & magnanimitatem obstupescentes, quia sic pauci eos contemnerent, à dimicatione cessarent, *Epiphan.* Attonitis audacia tanta barbaris, nec ausis paucitatem eorum contemnere, *Gelen.*

f Καὶ μηδὲν] Vid. Lib. de Maccab. §. 3.

† *Dicens, ipsam ad se periculo & sanguine hominum advectam esse,*] Dicens se nolle hominum sanguinem bibere, qui aquam vitæ suæ periculo petierunt, *in S. Literis.*

g Αὐτὸ πιεῖν] Αὐτῷ *Samb.*

h Ηὐχαρίστησεν αὐτῷ.] Sic *MSS.* & *Vet. Interpr.* in *Editis* εὐχαρίστησε.

i Ὡπλισμένον,] Sic *Vat.* & *Vet. Interp.* ἀνδριωμένον τῷ δόρατι, τὸ ὅπλον λαβὼν ἀπ. in *Editis.* ἀνδριωμένον, δόρατί τε τῷ ὅπ. λ. ἀπ. *Big.* & *Samb.*

k Αὐτὸν ἄκοντα,] Αὐτοῦ τὸ ἀκόντιον *Big. Samb.* & *Vat.*

l Πρῶτον αὐτῶν] Sic *Vat.* &, ut puto, *Vet. Interpr.* αὐτοῦ in *reliquis.*

m Βαναίας,] Βεναίας passim *Big.* & *Samb.* ut & LXXII.

n Καταβὰς] Καὶ καταβὰς *Vat.*

o Τρεῖς,] Τρεῖς abest *Big. Samb.* & *Vat.* agnoscit tamen *Epiphan.* & quidem recte.

ΚΕΦ.

ΚΕΦ. ιγ'.

Ὅτι Δαυίδου ἀριθμήσαντος, ὁ λαὸς τὴν τιμωρίαν ἀνεδέξατο· καὶ ὡς αὐτὴν ὁ θεῖος ἐκώλυσεν ἔλεος.

Ὁ δὲ βασιλεὺς Δαυίδης [p] βουλόμενος γνῶναι πόσαι μυριάδες εἰσὶ τοῦ λαοῦ, τῶν [q] Μωυσέως ἐντολῶν ἐκλαθόμενος, [r] ὃς προεῖπεν, ἐὰν ἐξαριθμηθῇ τὸ πλῆθος, ὑπὲρ ἑκάστης κεφαλῆς αὐτοῦ τῷ Θεῷ [s] τελεῖν ἡμίσικλον, προσέταξεν Ἰωάβῳ τῷ στρατηγῷ, πορευθέντι πανταχοῦ [t] τὸν ὄχλον ἐξαριθμῆσαι. τοῦ δ' οὐκ ἀναγκαῖον [v] εἶναι φήσαντος τοῦτο ποιεῖν, οὐκ ἐπείσθη· προσέταξε δὲ μηδὲν [x] μελλήσαντα, βαδίζειν ἐπὶ τὴν ἐξαρίθμησιν τῶν Ἑβραίων. Ἰώαβος δὲ, τοὺς ἄρχοντας τῶν φυλῶν παραλαβὼν καὶ γραμματεῖς, ἐπιὼν τὴν τῶν Ἰσραηλιτῶν χώραν, καὶ τὸ πλῆθος ὅσον εἴη κατανοήσας, ὑπέστρεψεν εἰς Ἱεροσόλυμα πρὸς τὸν βασιλέα, μετὰ μῆνας ἐννέα καὶ ἡμέρας εἴκοσι, καὶ τὸν ἀριθμὸν [y] ἀπέδωκε τῷ βασιλεῖ τοῦ λαοῦ χωρὶς τῆς Βενιαμίτιδος φυλῆς, ἐξαριθμῆσαι γὰρ αὐτὴν οὐκ ἔφθασεν, ἀλλ' οὐδὲ τὴν Λευιτῶν φυλήν. [z] μετενόησε γὰρ ὁ βασιλεὺς εἰς τὸν Θεὸν [a] ἁμαρτών. ἦν δὲ τῶν ἄλλων Ἰσραηλιτῶν ἀριθμὸς ἐνενήκοντα μυριάδες, ὅπλα βαστάζειν καὶ στρατεύεσθαι δυναμένων· ἡ δὲ Ἰούδα φυλὴ καθ' ἑαυτὴν [b] τεσσαράκοντα μυριάδες ἦσαν.

β'. Τῶν δὲ προφητῶν δηλωσάντων [c] τῷ Δαυίδῃ ὅτι δι' ὀργῆς ἐστιν αὐτῷ ὁ Θεὸς, ἱκετεύειν ἤρξατο καὶ παρακαλεῖν εὐμενῆ γενέσθαι καὶ συγγινώσκειν ἡμαρτηκότι. Γάδον δὲ τὸν προφήτην ἔπεμψεν ὁ Θεὸς πρὸς αὐτὸν, τρεῖς αἱρέσεις κομίζοντα, ὅπως ἐκλέξηται τούτων ἣν ἂν δοκιμάσῃ· πότερον θέλει λιμὸν γενέσθαι κατὰ τὴν χώραν ἐπὶ [d] ἔτη ἑπτά, ἢ τρεῖς μῆνας [e] πολεμίοις ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἡττηθῆναι, ἢ [f] λοιμὸν ἐνσκῆψαι καὶ νόσον ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας τοῖς Ἑβραίοις. ὁ δ' εἰς ἀμήχανον ἐκλογὴν μεγάλων κακῶν ἐμπεσὼν [g] ἐλυπεῖτο, καὶ σφόδρα ἦν συγκεχυμένος. τοῦ δὲ προφήτου, τοῦτο δεῖν ἐξ ἀνάγκης γενέσθαι, φήσαντος, καὶ [h] κελεύσαντος ἀποκρίνασθαι ταχέως, ἵνα ἀπαγγείλῃ τὴν αἵρεσιν αὐτοῦ τῷ Θεῷ· λογισάμενος ὁ βασιλεὺς, ὡς εἰ λιμὸν αἰτήσειεν [i] ἔδοξε τοῦτο πεποιηκέναι τοῖς ἄλλοις, αὐτῷ [k] μὲν ἀφόβως, ὅτι πολὺν αὐτοῖς ἐγκεκλεισμένον ἔχει σῖτον, ἐκείνοις δὲ βλαβερῶς, ἂν δέ γε ἕληται τοὺς τρεῖς μῆνας [l] νικωμένους αὐτοὺς, ὅτι τοὺς ἀνδρειοτάτους [m] ἔχοι περὶ αὐτὸν καὶ φρούρια, [n] καὶ διὰ τοῦτο μηδὲν φοβούμενος, εἵλετο τὸν πόλεμον, [o] ᾐτήσατο τὸ πάθος κοινὸν καὶ βασιλεῦσι καὶ τοῖς ἀρχομένοις, ἐν ᾧ τὸ δέος ἴσον ἁπάντων γένηται, προειπὼν ὅτι πολὺ κρεῖττον εἰς τὰς τοῦ Θεοῦ χεῖρας ἐμπεσεῖν ἢ τὰς τῶν πολεμίων.

γ'. Ταῦτ' ἀκούσας ὁ προφήτης, [p] ἀπήγγειλε τῷ Θεῷ.

CAP. XIII.

Quod populus, cum eum numerasset Davides, luit supplicium: atque ut illud divina cohibuit misericordia.

CÆterum cum Davidi regi in animo esset cognoscere quot myriadibus constaret populus, immemor mandatorum Moysis, qui prædixerat, ut, si populus numeraretur, in singula ejus capita sicli semissis Deo offerri deberet, Joabo copiarum duci imperavit, ut regionem obiret & multitudinis universæ censum ageret. Illo vero dicente, nihil necesse esse ut hoc faceret, regi non persuadetur; sed jussit ut omni absque mora proficisceretur ad Hebræos recensendos. Joabus autem assumptis *ad hoc negotium* principibus tribuum & scribis, cum Israëlitarum terram perlustrasset, & quanta fuit *illorum* multitudo computasset, post menses novem & dies viginti Hierosolyma reversus est ad regem, eique numerum *recensiti* populi retulit, absque tribu Benjamitica: nam eam nondum ad censum vocaverat, nedum tribum Leviticam. quippe regem, ut qui in Deum deliquerit, facti pœnituit. Erat autem Israëlitarum numerus nongenta millia *hominum* qui arma ferre & militiæ nomen dare poterant: Judæ vero tribus seorsim quadraginta millia conficiebat.

Populum numerari jubet Davides. 2 Regum, c. 24. & 1 Paral. c. 21.

2. Deinde cum Davidi declarassent vates, Deum ipsi periratum esse, supplex orare cœpit & obsecrare, ut propitius fieret sibique noxam ignosceret. Tum Deus ad ipsum misit Gadum vatem, qui tres optiones ad eum deferret; ut harum unam eligeret quam maxime omnium probaret; an velit suis in finibus septem annos fame laborare, an dum bellum gereret tres menses hostibus cedere, an Hebræos pestilentiæ morbo grassante tribus diebus cum eo conflictari. Ille vero, quod inter mala adeo gravia difficilis esset electio, *animi* discruciabatur, atque valde confusus erat. At cum vates dixisset, necesse esse ut hoc fieret, jussissetque statim responsum dare, ut optionem ab eo factam Deo renunciaret: rex, secum reputans, quod, si famem optaret, contra alios *hoc* facere videretur, dum ipse quidem extra metum esset, ut qui multum frumenti reconditum haberet, illi vero pessime acciperentur; sin autem per tres menses ipsos debellari eligeret, quod à viris fortissimis stiparetur, & loca ei essent præsidiis munita, propterea nihil timentem bellum elegisse *diceretur*; malum infligi voluit regibus cum subditis commune, unde par metus omnibus incutitur, præfatus melius esse in Dei quam hostium manus incidere.

Pestem præ cæteris malis eligit Davides. 2 Regum, c. 24. & 1 Paral. c. 21.

3. Ista cum vates accepisset, *ea* Deo nunciatum ivit.

Pestis sævit in Israëlitas. 2 Regum, c. 24. & 1 Paral. c. 21.

p Βουλόμενος γνῶναι] Βουληθεὶς *Hen.* & *Bosh.*

q Μωϋσέως] *Sc.* mandatorum, quæ per Moysen dederat Deus, oblitus; *Exod.* c. 30. v. 12. Vide *Schotanum* in *Bibl. Hist. S. Tom.* 2. p. 740. Τῆς Μωϋσέως βίβλου legisse videtur *Vetus Interpr.*

r Ὃς προεῖπεν,] Εἰπόντος ἐὰν *Hen.* & *Bosh.*

s Τελεῖν ἡμίσικλον,] Τελέσειν juxta *Epiphanium*, atque ita expresse legit *Cedrenus* [p. 69.] ex ipso *Josepho*.

t Τὸν ὄχλον ἐξαριθμῆσαι.] Τὸν στρατὸν in suo codice habuisse videtur *Epiphan.*

v Εἶναι φήσαντος] Εἶναι deest *Vat.*

x Μελλήσαντα,] Μελλήσαντι *Big.* & *Samb.* μελήσαντα *Vat.* nec μελλήσαντα nec μελήσαντι agnoscit *Epiphan.* qui vertit, *sed jussis omnium Hebræorum infigniter adimpleri.*

y Ἀπέδωκε τῷ βασιλεῖ] Ἐπέδωκε *Big. Samb.* & *Vat.*

z Μετενόησε γὰρ] Aut verba pluscula in suo codice habuit *Epiphanius*, aut, quod raro ab illo factum, de ingenio addidit: nam vertit, *pœnituit autem Davidem quod dinumerasset populum, eo quod deliquisset in Deum.*

a Ἁμαρτών.] Ἁμαρτὸν solus *Samb.*

b Τεσσαράκοντα μυριάδες ἦσαν] Judæis centum millia detraxit, & Israëlitis addidit. *Schotanus* in *Bibl. Hist. S. Tom.* 2. p. 741. τέσσαρες χιλιάδες *Epiphan.*

c Τῷ Δαυίδῃ] Τῷ deest *Vat.* ut & mox ὁ Θεός.

d Ἔτη ἑπτά,] Ita in *S. Literis* juxta *textum Hebr.* in 2 *Sam.* c. 24. at τρία ἔτη LXXII. ut & tam in *textu Hebr.* quam *Gr.* 2 *Paralip.* c. 21. Videsis *Bochartum* in *Hieroz.* Part. 1. L. 2. c. 28.

e Πολεμίοις ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν] Ita cum *Big.* & *Samb.* & non πολεμουμένους cum *Editis*: quod illud usitatius sit in prosa quam hoc.

f Λοιμὸν ἐνσκῆψαι] Sup. lib. IV. c. 6. §. 12. λοιμοῦ ταύτην ἐνσκήψαντος αὐτοῖς τοῦ Θεοῦ τὴν νόσον· Ἐνσκῆψαι apposite usus hac voce de Peste à Deo immittenda; sic *Æschylus* Pers. v. 717. λοιμοῦ τις ἦλθε σκηπτὸς· & Sophocl. Oedip. Tyr. v. 27. — ὁ δ' πυρφόρος θεὸς σκήψας ἐλαύνει λοιμὸς ἔχθιστος πόλιν SPANH.

g Ἐλυπεῖτο,] Sic *Big. Samb.* & *Vet. Interpr.* ἐλυπεῖτο in reliquis.

h Κελεύσαντος ἀποκρίνασθαι] Κελεύοντος *Vat.*

i Ἔδοξε τοῦτο] Δόξειε *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb.* & *Vat.*

k Μὲν ἀφόβως,] Μόνοις *Vat.*

l Νικωμένους αὐτοὺς,] *Coll. Voss.* & *Big.* νικωμένους αὐτούς.

m Ἔχοι περὶ αὐτὸν] Ita cum *Vat.* & *Vet. Interpr.* in reliquis ἔχει.

n Καὶ διὰ τοῦτο] Καὶ ὡς διὰ τοῦτο *Big.* (*Coll. Voss.*) & *Samb.*

o Ἠτήσατο τὸ πάθος] Ἡρεῖτο πάθος *Big.* & *Samb.*

p Ἀπήγγειλε τῷ Θεῷ.] Ἀπήγγειλε *Samb.* (*Cocc.*) *Bosh.* & *Hen.*

q Αἰρεῖ-

ivit. Tum ille pestem & interitum immisit Hebræis. Uno autem modo non obierunt: neque ita ut facile fuerit morbum cognoscere. Sed malum quidem unum erat; ipsos vero ex innumeris causis & occasionibus, cum nihil consilii capere poterant, abripiebat. Alius enim super alium interibat, & ægritudo clam ingruens mortem quam ocyssime afferebat. aliis quidem derepente cum gravissimis doloribus & acerbo cruciatu animam efflantibus: nonnullis vero iis quæ passi sunt maceratis, & ne ad sepulturam quidem relictis, sed ipso morbo plane consumptis. alii rursus subito tenebris ob oculos obortis præfocati ejulabant; nonnullique, domesticorum alicui justa solventes, sepultura nondum absoluta moriebantur. Peste autem mane exorsa & usque ad prandii tempus grassante, absumpta sunt *hominum* septuaginta millia. Jamque angelus manum suam in Hierosolyma intendit, ut ea etiam eodem malo multaret. At rex saccum indutus humi jacebat, Deum obsecrans oransque ut pestem sedaret, & jam mortuis contentus de cætero quiesceret. Oculis autem in aërem sublatis, conspectoque angelo qui Hierosolyma *sublimis* ferebatur gladio etiam evaginato, ad Deum exclamabat, "se utpote pastorem dignum esse supplicio, greges vero servari *meruisse*, ut qui nihil *mali* commiserint:" supplexque poscebat ut ira in ipsum domumque ipsius patriam universam sæviret, populoque parceret.

Sedatur pœnitentiam agente Davide. 2 Regum, c. 24. & 1 Paral. c. 21.

4. Tum Deus, precibus *istis* exauditis luem compescuit: ac, misso ad eum Gado vate ei præcepit ut confestim ascenderet in aream Oronnæ Jebusæi, araque constructa illic Deo sacrificia perageret. Davides autem hoc audito quod mandatum erat non neglexit, sed illico ad locum sibi condictum properabat. At Oronnas, in frumento triturando occupatus, ut vidit regem cum filiis *suis* omnibus versus se tendentem, ad ipsum accurrebat. Erat autem genere quidem Jebusæus, Davidis vero præcipuus amicus: quapropter nihil mali adversus illum admisit, cum urbem evertebat, ut paulo ante indicavimus. Porro Oronna percontante, cur ad servum dominus accederet, respondebat, ad emendam ex eo aream, ut in ea altare Deo exstrueret, & sacra faceret. At ille, & aream & aratra & boves in holocaustum se ei largiri, dicebat, Deumque precari lubenti animo ut sacrificium acciperet. Rex vero ajebat se illum simplicitatis ergo & magnanimitatis diligere, illumque à se gratiam iniisse: illum autem obsecrabat ut *certo* pretio ista omnia sibi addiceret, haud enim fas esse gratuitas hostias immolare. Cum vero Oronnas dixisset se facturum esse quicquid *ille* vellet, quinquaginta siclis aream ab illo emit *rex*, araque exstructa rem divinam fecit & solida cremavit sacrificia, & victimas pacificas obtulit. unde placatus est Deus, iterumque propitius factus. Contigit autem ut hic locus esset in quem Abramus olim filium suum Isacum adduxit, ut eo solidum faceret sacrificium, &, cum ad puerum ju-

Davides, jubente Deo, aram exstruit in area Oronnæ. 2 Reg. c. 24. & 1 Paral. c. 21.

Ubi olim Isacus aræ erat admotus, & ubi postea conditum est Templum.

ὁ δὲ τὸν λοιμὸν καὶ τὴν φθορὰν ἔπεμψε τοῖς Ἑβραίοις. ἀπέθνησκον δ' οὐ μονοτρόπως· οὐδ' ὥστε ῥᾴδιον καταγνωσθῆναι γενέσθαι τὴν νόσον. ἀλλὰ τὸ μὲν κακὸν ἓν ἦν, μυρίαις δ' αὐτοὺς αἰτίαις καὶ προφάσεσιν οὐδ' ἐπινοῆσαι δυναμένους ἀνήρπαζεν. ἄλλος γὰρ ἐπ' ἄλλῳ διεφθείρετο, καὶ λανθάνον ἐπερχόμενον τὸ δεινὸν ὀξεῖαν τὴν τελευτὴν ἐπέφερε. τῶν μὲν αἰφνιδίως μετ' ἀλγημάτων σφοδρῶν καὶ πικρᾶς ὀδύνης τὴν ψυχὴν ἀφιέντων· ἐνίων δὲ καὶ μαραινομένων τοῖς παθήμασι, καὶ μηδ' εἰς κηδείαν ὑπολειπομένων, ἀλλ' ἐν αὐτῷ τῷ κάμνειν εἰς τὸ παντελὲς δαπανωμένων. οἱ δ' [q] αἰφνίδιον σκότους αὐτοῖς τὰς ὄψεις ὑποδραμόντος περιπνιγεῖς [r] ἀπῴμωζον· ἔνιοι δὲ, τῶν οἰκείων τινὰ κηδεύοντες, [s] ἐναπέθνησκον ἀτελεῖ τῇ ταφῇ. ἀπώλοντο δὲ, ἀρξαμένης ἕωθεν τῆς λοιμικῆς νόσου φθείρειν αὐτοὺς ἕως [t] ὥρας ἀρίστου, [u] μυριάδες ἑπτά. ἐξέτεινε δὲ ὁ ἄγγελος τὴν χεῖρα [x] ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα, τὸ δεινὸν κἀκεῖσε πέμπων. ὁ δὲ βασιλεὺς σάκκον [y] ἐνδεδυμένος ἔκειτο κατὰ τῆς γῆς, ἱκετεύων τὸν Θεὸν καὶ δεόμενος ἤδη λωφῆσαι, καὶ τοῖς ἀπολωλόσιν ἀρκεσθέντα παύσασθαι. ἀναβλέψας δ' εἰς τὸν ἀέρα ὁ βασιλεὺς, καὶ θεασάμενος τὸν ἄγγελον δι' αὐτοῦ φερόμενον ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ μάχαιραν ἐσπασμένον; εἶπε πρὸς τὸν Θεόν· "ὡς αὐτὸς εἴη δίκαιος κολασθῆναι ὁ ποιμὴν, τὰ δὲ ποίμνια σώζεσθαι, μηδὲν ἐξαμαρτόντα". καὶ ἱκέτευε τὴν ὀργὴν εἰς αὐτὸν καὶ τὴν γενεὰν αὐτοῦ πᾶσαν ἀποσκῆψαι, φείσασθαι δὲ τοῦ λαοῦ.

δ. Κατακούσας δὲ ὁ Θεὸς τῆς [z] ἱκεσίας, ἔπαυσε τὸν λοιμόν· καὶ πέμψας Γάδον τὸν προφήτην, ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀναβῆναι παραχρῆμα εἰς [a] τὴν ἅλω τοῦ Ἰεβουσαίου [b] Ὀρόννα, καὶ οἰκοδομήσαντα βωμὸν ἐκεῖ τῷ Θεῷ [c] θυσίας ἐπιτελέσαι. Δαυίδης δ' ἀκούσας οὐκ ἠμέλησεν, ἀλλ' εὐθὺς [d] ἔσπευδεν ἐπὶ τὸν [e] παρηγγελμένον αὐτῷ τόπον. [f] Ὀρόννας δὲ τὸν σῖτον ἀλοῶν, ἐπεὶ τὸν βασιλέα προσιόντα καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ πάντας ἐθεάσατο, προσέδραμεν αὐτῷ καὶ προσεκύνησεν. ἦν δὲ τὸ μὲν γένος Ἰεβουσαῖος, φίλος δ' ἐν τοῖς μάλιστα Δαυίδου· [g] καὶ διὰ τοῦτ' αὐτὸν οὐδὲν εἰργάσατο δεινὸν, ὅτε τὴν πόλιν κατέστρεψε, ὡς μικρὸν ἔμπροσθεν ἐδηλώσαμεν. τοῦ δὲ Ὀρόννα πυνθανομένου τί [h] παρείη πρὸς τὸν δοῦλον ὁ δεσπότης, εἶπεν, ὠνήσασθαι παρ' αὐτοῦ τὴν ἅλω, ὅπως βωμὸν ἐν αὐτῇ κατασκευάσῃ τῷ [i] Θεῷ, καὶ ποιήσῃ θυσίαν. ὁ δὲ, καὶ τὴν ἅλω, [k] εἶπε, καὶ τὰ ἄροτρα καὶ τοὺς βόας εἰς ὁλοκαύτωσιν χαρίζεσθαι, καὶ τὸν Θεὸν ἡδέως εὔχεσθαι τὴν θυσίαν [l] προΐεσθαι. ὁ δὲ βασιλεὺς, ἀγαπᾶν μὲν αὐτὸν τῆς ἁπλότητος καὶ τῆς μεγαλοψυχίας, ἔλεγε, καὶ δέχεσθαι τὴν χάριν· τιμὴν δ' αὐτὸν ἠξίου λαμβάνειν πάντων. οὐ γὰρ εἶναι δίκαιον προῖκα θυσίαν ἐπιτελεῖν. τοῦ δὲ Ὀρόννα φήσαντος ποιεῖν ὅ, τι βούλεται, πεντήκοντα σίκλων ὠνεῖται παρ' αὐτοῦ τὴν ἅλω· καὶ, οἰκοδομήσας τὸν βωμὸν, ἱερούργησε καὶ ὁλοκαύτωσε, καὶ θυσίας ἀνήνεγκεν εἰρηνικάς. καταπραΰνεται δὲ τούτοις τὸ θεῖον, καὶ πάλιν εὐμενὲς γίνεται. συνέβη δ' εἰς ἐκεῖνον ἀγαγεῖν τὸν τόπον Ἄβραμον τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ἴσακον ὥστε ὁλοκαυτῶσαι, καὶ μέλλοντος ἀποσφάττεσθαι τοῦ παιδὸς κριὸν ἐξαίφνης ἀναφανῆναι

q Αἰφνίδιον σκότους] Αἰφνιδίως juxta *Epiphan.*
r Ἀνῴμωζον·] Ita *Big.* in *cæteris* ἀπῴμωζον.
s Ἐναπέθνησκον] Hoc ipso verbo utitur *Thucydides* in descriptione pestis Atheniensis. ἀπέθνησκον habent *Big. Samb.* & *Vat.*
t Ὥρας ἀρίστου,] Ita & LXXII. inter *sex horas* coërcet *Theodoret.* in 2 *Regum*, ΕΡΩΤ. μγ'. Vide *Bochartum* in *Hieroz.* Part. 1. L. 2. c. 38. *Sibotanum* in *Bibl. Hist.* Tom. 2. p. 743. & *J. Clericum* ad 2 *Sam.* c. 24.
u Μυριάδες ἑπτά.] Χιλιάδες ἑβδομήκοντα apud *Cedrenum.*
x Ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα,] Καὶ ἐπὶ τὰ *Vat.*
y Ἐνδεδυμένος ἔκειτο] Ἐνδεδυμένος ἔκειτο κατὰ γῆς solus *Vat.*
z Ἱκεσίας,] Ita cum omnibus *MSS.* ἱκετείας in *Editis.*
a Τὴν ἅλω τοῦ Ἰεβουσαίου] Conf. sup. cap. 3. §. 3. SPANH.
b Ὀρόννα.] Alibi (in *Annott.* ad p. 371. §. 3.) Ὀρεύνα. At *Bochartus* (in *Hieroz.* Part. 1. Lib. 2. c. 38.) mallet hic Ὀρνᾶ & illic Ὀρόννα rescribere. Ὀρνᾶ *Vat. Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb.* & LXXII. Ὀρνὰ *Hud.* & *Bosch.* in *Epiphanii* codicibus varie, Oronna, *Orpha*, *Orna* & *Orphni.* Vide *Annott.* ad p. 371. §. 3.
c Θυσίας ἐπιτελέσαι.] Θυσίαν *Vat.*
d Ἔσπευδεν] Ita *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb* & *Vat.* Ἔσπευσεν libavit in suo codice habuit *Epiphanius*, facili errore pro ἔσπευσεν vel ἔσπευδεν. in *Editis*, *Aliisque* ἐπεμψεν.
e Παρηγγελμένον] Sic *Samb.* (*Cocc.*) & *Vat.* in *reliquis* προσηγγελμένον.
f Ὀρόννας] Eo modo *Big.* (*Coll. Voss.*) & *Samb.* in *cæteris* Ὀρόννα.
g Καὶ διὰ] Ea de re sup. cap. 3. § 3. SPANH.
h Παρείη πρὸς τὸν δοῦλον] Παρείη *Big.* & *Samb.* παρείη *Hud.* & *Bosch.*
i Θεῷ,] Ita in omnibus *MSS.* & in aliquot *Epiphanii* libris, in *cæteris* & in *Editis Gr.* κυρίῳ.
k Εἶπε,] Εἶπεν αὐτῷ *Vat.*
l Προΐεσθαι.] Προσίεσθαι *Samb.* (προσίεσθαι *Coll. Voss.*) προσδέξασθαι *Big.*

m Ἐκρα-

ἐφάνη παρεστὼς τῷ βωμῷ, ὃν καὶ κατέθυσεν ὁ Ἄβραμος ἀντὶ τοῦ παιδὸς, ὡς προειρήκαμεν. ὁρῶν δ' ὁ βασιλεὺς Δαυίδης, τῆς εὐχῆς αὐτοῦ τὸν Θεὸν ἐπήκοον γεγενημένον, καὶ τὴν θυσίαν ἡδέως προσδεξάμενον, [m] ἔκρινε τὸν τόπον ἐκεῖνον ὅλον βωμὸν προσαγορεῦσαι τοῦ λαοῦ παντὸς, καὶ [n] οἰκοδομῆσαι ναὸν τῷ Θεῷ. ταύτην εὐστόχως ἀφῆκεν εἰς τὸ γενησόμενον τὴν φωνήν. ὁ γὰρ Θεὸς τὸν προφήτην ἀποστείλας πρὸς αὐτὸν, ἐκεῖ ναὸν ἔλεγεν οἰκοδομήσειν αὐτοῦ τὸν υἱὸν, τὸν μέλλοντα μετ' αὐτὸν τὴν βασιλείαν διαδέχεσθαι.

gulandum se accingeret, aries ex improviso apparuit altari adstans, quem & Abramus pro filio, *Lib. 1. c. 14.* quemadmodum ante diximus, immolavit. Videns autem Davides orationem suam à Deo exauditam esse, suumque sacrificium ab eo benigne acceptum, censebat totum illum locum appellare aram populi universi, templumque *illic* Deo ædificare. Quod sane apposite ad id quod erat futurum pronunciabat. nam Deus, per vatem ad eum missum dicebat, fore ut templum eo loci exstrueret ipsius filius, qui ei in regno successurus erat.

ΚΕΦ. ιδʹ.

Ὅτι, πολλὰ ἡτοίμασεν ὁ Δαυίδης εἰς οἶκον τοῦ Θεοῦ· καὶ, Ἀδωνία βασιλεύειν ἐπιχειρήσαντος, Σολομῶνα ἀπέδειξε βασιλέα.

CAP. XIV.

Quod multa paravit Davides in structuram ædis Dei: atque, Adonia regnum affectante, Solomonem regem declaravit.

Μετὰ δὲ ταύτην τὴν προφητείαν ἐκέλευσεν ὁ βασιλεὺς ἐξαριθμηθῆναι τοὺς [o] παροίκους, καὶ ηὑρέθησαν εἰς ὀκτὼ μυριάδας καὶ δέκα. ἐκ τούτων ἀπέδειξε λατόμους μὲν τοὺς ὀκτακισμυρίους, τὸ δὲ ἄλλο πλῆθος διαφέρειν τοὺς λίθους· [p] τρισχιλίους δὲ καὶ πεντακοσίους τοῖς ἐργαζομένοις ἐξ αὐτῶν ἐπέστησεν. [q] ἡτοίμασε δὲ καὶ πολὺν σίδηρον καὶ χαλκὸν εἰς τὰ ἔργα, καὶ ξύλα κέδρινα πολλὰ καὶ παμμεγέθη, Τυρίων αὐτῷ ταῦτα πεμπόντων καὶ [r] Σιδωνίων. ἐπεστάλκει γὰρ αὐτοῖς τὴν τῶν ξύλων χορηγίαν· πρός τε τοὺς φίλους ἔλεγε, ταῦτα παρασκευάζεσθαι νῦν, ἵνα τῷ μέλλοντι παιδὶ βασιλεύειν μετ' αὐτὸν ἑτοίμην τὴν ὕλην τῆς οἰκοδομίας τοῦ ναοῦ καταλείπῃ, καὶ μὴ τότε συμπορίζῃ νέος ὢν, καὶ τῶν τοιούτων ἄπειρος διὰ τὴν ἡλικίαν, ἀλλὰ παρακειμένην ἔχων ἐπιτελῇ τὸ ἔργον.

βʹ. Καλέσας δὲ τὸν παῖδα Σολομῶνα, [s] κατασκευάσαι τῷ Θεῷ ναὸν αὐτὸν ἐκέλευσε διαδεξάμενον τὴν βασιλείαν· λέγων, "ὡς αὐτὸν βουλόμενον κωλύσειεν ὁ Θεὸς αἵματι καὶ πολέμοις πεφυρμένον, προείποι δ' ὅτι Σολομὼν [t] οἰκοδομήσοι τὸν ναὸν αὐτῷ, παῖς νεώτατος, καὶ τοῦτο κληθησόμενος τοὔνομα, οὗ προνοήσειν μὲν αὐτὸς ὡς πατὴρ ἐπηγγέλλετο, τὴν δ' Ἑβραίων χώραν εὐδαίμονα καταστήσειν ἐπ' αὐτοῦ, τοῖς τε ἄλλοις ἀγαθοῖς, καὶ δὴ τῷ μεγίστῳ πάντων, εἰρήνῃ καὶ πολέμων ἀπαλλαγῇ καὶ στάσεων ἐμφυλίων. σὺ τοίνυν, ἐπεὶ [v] καὶ πρὸ τῆς γενέσεως ἀπεδείχθης βασιλεὺς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, πειρῶ τά τε ἄλλα γενέσθαι τῆς τούτου προνοίας ἄξιος, εὐσεβὴς ὢν καὶ δίκαιος καὶ ἀνδρεῖος· καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ καὶ τοὺς νόμους, οὓς διὰ Μωϋσέος ἡμῖν ἔδωκε, φύλαττε, καὶ τοῖς ἄλλοις μὴ παραβαίνειν ἐπίτρεπε. τὸν δὲ ναὸν, ὃν ὑπὸ σοῦ βασιλεύοντος εἵλετο αὐτῷ γενέσθαι, σπούδασον ἀποδοῦναι τῷ Θεῷ, μὴ καταπλαγεὶς τὸ μέγεθος τοῦ ἔργου, μηδὲ [x] ἀποδειλιάσας πρὸς αὐτό. πάντα γάρ σοι, πρὸ τῆς ἐμαυτοῦ τελευτῆς, ἕτοιμα ποιήσω. γίνωσκε δὴ, χρυσοῦ μὲν [y] ἤδη τάλαντα συνειλεγμένα μύρια, [z] δέκα δὲ ἀργυρίου μυριάδας ταλάντων. χαλκὸν δὲ καὶ σίδηρον ἀριθμοῦ πλείονα συντέθεικα· ξύλων δὲ καὶ λίθων ὕλην ἄφθονον. ἔχεις δὲ καὶ λατόμων πολλὰς

HOC autem vaticinio accepto jussit rex ut recenserentur inquilini: & inventa sunt eorum centum & octoginta millia. Ex his quidem octoginta millia constituit lapicidas, reliquam vero multitudinem ad convehendos lapides deputavit. atque ex istis ter mille & quingentos operariis præfecit. Quin & magnam vim ferri ac æris in opera *designata* paravit, & materiam cedrinam multam & stupendæ magnitudinis, Tyriis & Sidoniis hanc illi mittentibus. ipsis enim per literas significaverat ut ligna ei suppeditarent: dicebatque suis amicis hæc se jam apparare, ut filio ei successuro materiem ad manus congestam templo ædificando relinqueret, & ne tunc illam conquireret cum juvenis esset & propter ætatem istiusmodi rerum imperitus, sed eam in promptu habens opus absolveret.

Davidis apparatus ad Templi exstructionem. 1 Paral. c. 21.

2. Accito deinde Solomoni filio mandavit, ut, quamprimum imperium adeptus esset, templum Deo construeret, dicens; "quod ipsum, cum id facere in animum induxerat, prohibuerit Deus, utpote sanguine & bellis pollutum; veruntamen prædixerit fore ut Solomon ex filiis natu minimus sibi templum ædificaret, qui scilicet hoc nomine vocaretur, cujus se quidem veluti patrem curam habiturum esse pollicebatur, terræ vero Hebræorum *magnam* sub ipso felicitatem largiturum, cum aliis bonis cumulatam, tum eo quod omnium maximum est, pace & quiete ab hostibus & discordiis civilibus. Tu itaque, cum à Deo, etiam antequam natus eras, rex fueris designatus, da operam ut & cætera dignum te præbeas ejus providentia, pietatem colens & justitiam atque fortitudinem: mandata quoque ejus & leges per Moysen traditas custodi, & ne patiare alios peccare. Templum autem, quod te regnante strui sibi voluit, modis omnibus age ut Deo perficiatur, nihil attonitus operis magnitudine, neque ejus difficultatem pertimescens. nam ut omnia tibi ante obitum meum parata sint efficiam. Scito sane collecta esse auri quidem decem millia talentorum, argenti vero centum millia. Quin & æs & ferrum innumerabile congessi: & ad hæc lapidum & lignorum materiæ vim immensam. Præterea que habes fabrorum "la-

XI. Davides hortatur Solomonem ut ad Templi exstructionem se cum alacritate accingeret. 1 Paral. c. 22.

m Ἔκρινε τὸν τόπον ἐκεῖνον] Vide 1 Par. c. 22. v. 1.

n Οἰκοδομῆσαι ναὸν τῷ Θεῷ.] Ἀλλὰ ἀνείχετο πρὸς τοῦ Θεοῦ adjicit Zonaras.

o Παροίκους,] Προσηλύτους LXXII.

p Τρισχιλίους δὲ] Auctoritate MSS. καὶ ante τρισχιλίους, quod in Editis exstabat, delevi.

q Ἡτοίμασε δὲ] Ἡτοίμαζε solus Vat.

r Σιδωνίων.] Σιδονίων Big.

s Κατασκευάσαι] Ita cum Big. & Samb. κατασκευάσαι τὸν ναὸν αὐτὸν τῷ Θεῷ ἐκέλευσε Bas. & G. κατασκευάσαι τῷ Θεῷ ναὸν αὐτῷ ἐκέλευσε διαδεξάμενον Vat.

t Οἰκοδομήσοι τὸν ναὸν αὐτῷ,] Ita Big. Samb. Hen. & Basb. in reliquis οἰκοδομήσει.

v Καὶ πρὸ τῆς γενέσεως] Καὶ inserui ex Samb. Vat. & Vet. Interpr.

x Ἀποδειλιάσας] Ἀποδειλιάσῃς Big. (Coll. Voss.) & Samb.

y Ἤδη τάλαντα] Vocem ἤδη accepi ex MSS. & Vet. Interpr.

z Δέκα δὲ] Hic Josephus dissentit à S. Literis: in quibus, *auri centum millia talentorum, argenti decies centena millia.* Hac de re videsis *Villalpandum* tom. III. p. 412. *Brerewoodum de Ponderibus*, c. 6. & *Usserium* in *Epist.* ad *L. Cappellum*, p. 214.

"lapidariorum & lignariorum multas myriadas: & "si quid hisce defuerit, tu supplebis. Quapropter "hoc opere absoluto gratus eris Deo, ejus gau"dens patrocinio." At post hæc populi etiam principes adhortatus est, ut in structura filium *pro virili* adjutarent, & ab omni malo immunes Dei cultui curando *unice* vacarent. fore enim ut pro his vicissim accipiant pacem pulchramque rerum administrationem, quibus homines pios justosque remunerare solet Deus. Cum autem templum esset exstructum, jussit arcam in eo reponi & vasa sacra, quæ multo ante templum habuisse debuerant, nisi patres nostri mandata Dei neglexissent, qui præceperat ut quamprimum nacti fuissent hanc terram ipsi templum ædificarent. Atque ista quidem Davides ad principes filiumque suum loquutus est.

Verba etiam eadem re facit ad populum. 1 Paral. c. 22.

3. Jam vero ætate ingravescente, ejusque corpore præ senio frigescente, alsiosus factus est, ut ne quidem multarum vestium injectu calesceret. Cum autem medici convenissent, suasissentque, ut virgo forma præcellenti per totam regionem conquisita una cum rege dormiret, (id enim contra frigus auxilium fore, fovente eum puella) inventa est in urbe una femina omnium feminarum *ejus ætatis* pulcherrima, Abesace nomine, quæ solummodo cum rege somno se dando eum calefaciebat. nam præ senectute rebus venereis uti & cum feminis consuescere non valebat. Sed de hac virgine mox infra dicemus.

Abesace Davidis fotrix. 3 Regum, c. 1.

4. Adonias autem quartus Davidis filius, juvenis singulari pulchritudine & proceritate, ex uxore Ægitha ei natus, nomine Adonias, ingenio Abesalomo similis, ipse regni spe elatus erat, & amicis dicebat; oportere ipsum imperium suscipere. atque currus multos & equos & præcursores viros quinquaginta sibi comparavit. Quæ cum pater videret, neque ipsum *verbis* castigabat, neque reprimebat quo minus ejusmodi quid animo versaret: ac ne eo *quidem* processit ut sciscitaretur, quem in finem ista ageret. Adjutores autem Adonias habebat, Joabum imperatorem & Abiatharum pontificem: solique *conatibus ejus* resistebant, Sadocus pontifex, & Nathanas vates, & Banajas satellitum præfectus, & Semeis Davidis amicus, virorumque fortissimorum cohors. Cum autem Adonias convivium apparasset extra urbem ad fontem qui est in horto regio, eoque fratres suos omnes præter Solomonem vocasset, quin & secum assumpsisset Joabum imperatorem & Abiatharum & principes tribus Judæ; at Sadocum pontificem & Nathanam vatem & Benajam satellitum *regiorum* præfectum, & quotquot ab altera parte steterunt, non invitasset ad convivium: hujus rei indicium ad Solomonis matrem Beethsaben detulit Nathanas vates, Adoniam scilicet pro rege se gerere, idque inscio

Adonias regnum affectat. 3 Regum, c. 1.

Beethsabe, Nathane eam summonente, à Davide regnum Solomoni petit. 3 Reg. c. 1.

"μυριάδας καὶ τεκτόνων· ἂν δέ τι [a] τούτοις σοι προσ"δέῃ, σὺ προσθήσεις. [b] γενομένου τοίνυν τούτου, ἄριστος "ἴσῃ τῷ Θεῷ αὐτὸν ἔχων προστάτην." [c] Προσπαρεκελεύετο δὲ καὶ τοῖς ἄρχουσι τοῦ λαοῦ, τῆς οἰκοδομίας [d] συλλαβέσθαι τῷ παιδὶ, καὶ πάντων ἀδεεῖς ὄντας τῶν κακῶν περὶ τὴν τοῦ Θεοῦ θρησκείαν [e] ἀσχολεῖν. [f] καρπώσεσθαι γὰρ αὐτοὺς ἀντὶ τούτων εἰρήνην καὶ εὐνομίαν, οἷς ἀμείβεται τοὺς εὐσεβεῖς καὶ δικαίους ὁ Θεὸς ἀνθρώπους. οἰκοδομηθέντος δὲ τοῦ ναοῦ, [g] τὴν κιβωτὸν εἰς αὐτὸν ἀποθέσθαι προσέταξε, καὶ τὰ ἅγια σκεύη, πρὸ πολλοῦ ναὸν ὀφείλοντα ἔχειν, εἰ τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ μὴ παρήκουσαν ἡμῶν οἱ πατέρες, ἐντειλαμένου μετὰ τὸ τὴν γῆν ταύτην κατασχεῖν οἰκοδομῆσαι ναὸν αὐτῷ. ταῦτα μὲν πρὸς τοὺς ἡγεμόνας ὁ Δαυίδης καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ διελέχθη.

γ'. Πρεσβύτερος δὲ ὢν ἤδη, καὶ τοῦ σώματος αὐτοῦ ψυχομένου διὰ τὸν χρόνον, [h] δυσεργὴς ὑπῆρχεν, ὡς μηδ' ὑπὸ τῆς ἐπιβολῆς ἐκ πολλῶν ἱματίων γινομένης ἀναθερμαίνεσθαι. συνελθόντων δὲ τῶν ἰατρῶν, καὶ συμβουλευσάντων, ὅπως ἐξ ἁπάσης τῆς χώρας εὐειδὴς ἐπιλεχθεῖσα παρθένος συγκαθεύδῃ τῷ βασιλεῖ· τοῦτο γὰρ αὐτῷ πρὸς τὸ ῥῖγος ἔσεσθαι βοήθημα, θαλπούσης αὐτὸν τῆς κόρης· [i] εὑρίσκεται ἐν πόλει γυνὴ μία πασῶν τὸ εἶδος ἀρίστη γυναικῶν, [k] Ἀβισάκη τοὔνομα, ἣ συγκοιμωμένη [l] μόνον τῷ βασιλεῖ συνεθέρμαινεν αὐτόν. ὑπὸ γὰρ γήρως ἦν πρὸς τὰ ἀφροδίσια καὶ γυναικὸς ὁμιλίαν ἀσθενής. ἀλλὰ περὶ μὲν ταύτης τῆς παρθένου μετ' ὀλίγον δηλώσομεν.

δ'. Ὁ δὲ τέταρτος υἱὸς [m] Δαυίδου, νεανίας εὐειδὴς καὶ μέγας, ἐκ γυναικὸς αὐτῷ [n] Αἰγιαθῆς γεγονὼς, Ἀδωνίας δὲ προσαγορευόμενος, ἐμφερὴς ὢν Ἀβεσσαλώμῳ [o] τὴν διάνοιαν, αὐτὸς [p] ὡς βασιλεύσων ἐπῄρετο, καὶ πρὸς τοὺς φίλους ἔλεγεν, ὡς τὴν ἀρχὴν αὐτὸν δεῖ παραλαβεῖν. κατεσκεύασε δὲ ἅρματα πολλὰ καὶ ἵππους, καὶ πεντήκοντα ἄνδρας τοὺς προδρόμους. ταῦθ' ὁρῶν ὁ πατὴρ, οὐκ ἐπετίμησεν, οὐδ' ἐπέσχεν αὐτὸν τῆς προαιρέσεως· οὐδὲ μέχρι τοῦ [q] πυθέσθαι, διὰ τί ταῦτα πράττει, [r] προήχθη. συνεργοὺς δ' εἶχεν Ἀδωνίας, τὸν στρατηγὸν Ἰώαβον καὶ τὸν ἀρχιερέα Ἀβιάθαρον. μόνοι δ' ἀντέπραττον, ὁ ἀρχιερεὺς Σάδωκος, καὶ ὁ προφήτης [s] Ναθάνας, καὶ Βαναίας ὁ ἐπὶ τῶν σωματοφυλάκων, καὶ [t] Σεμεεὶς ὁ Δαυίδου φίλος, καὶ πάντες οἱ ἀνδρειότατοι. τοῦ δὲ Ἀδωνίου παρεσκευασμένου δεῖπνον ἔξω τῆς πόλεως, παρὰ τὴν πηγὴν [v] τὴν ἐν τῷ βασιλικῷ παραδείσῳ, καὶ πάντας καλέσαντος τοὺς ἀδελφοὺς χωρὶς Σολομῶνος, παραλαβόντος δὲ καὶ τὸν στρατηγὸν Ἰώαβον καὶ Ἀβιάθαρον καὶ τοὺς ἄρχοντας τῆς Ἰούδα [x] φυλῆς, τοὺς δὲ περὶ τὸν ἀρχιερέα [y] Σάδωκον καὶ Ναθάναν τὸν προφήτην, καὶ τὸν ἐπὶ τῶν σωματοφυλάκων Βαναίαν, καὶ πάντας τοὺς ἐκ τῆς ἐναντίας αἱρέσεως, οὐκ ἐκάλεσεν ἐπὶ τὴν ἑστίασιν· τοῦτο πρὸς τὴν Σολομῶνος καταμηνύει μητέρα [z] Βεεθσαβὴν Ναθάνας ὁ προφήτης, ὡς Ἀδωνίας βασιλεύς

a Τούτοις σοι] Τούτων solus *Vat.*

b Γενομένου τοίνυν τούτου,] Ita *Bas.* Γενομ. τ. τ. ἄριστος ἴσῃ τὸν Θεὸν ἔχων πρ. *Samb.* Γεν. τ. τ. ἄριστος ἴσῃ τὸν Θεὸν αὐτῷ ἔχων *Big.* Γίνῃ τοῦ ναοῦ ἄριστος τὸν Θεὸν ἔχων προστάτην *Vat.* unde (præsertim cum *Epiphanius* habeat, *esto igitur optimus gubernator Deum habendo patronum*) legendum censeo, Γίνου τοίνυν ἄριστος, τὸν Θεὸν ἔχων προστάτην.

c Προσπαρεκελεύετο] Conf. inf. lib. VIII. c. 5. §. 2. SPANH.

d Συλλαβέσθαι] Συμπαραλαβέσθαι *Big.* & *Coll. Voss.*

e Ἀσχολεῖν.] Σχολάζειν *Big.* (*Coll. Voss.*) & *Samb.*

f Καρπώσεσθαι γὰρ] Καρπώσασθαι solus *Vat.*

g Τὴν κιβωτὸν εἰς αὐτὸν] Ita *Big.* τὴν κιβωτὸν αὐτὸν ἀποθέσθαι *Samb.* τὴν κιβωτὸν αὐτῷ ἀπ. *Vat.* τὴν κιβωτὸν ἀποθέσθαι *Bas.* & *G.* Sic *Epiphanius* vertit, *arcam eum præcepit illic & sacra vasa recondere.*

h Δυσεργὴς ὑπῆρχεν,] Δύσεργος in *MSS.*

i Εὑρίσκεται] Εὑρέθη *Vat.*

k Ἀβισάκη τοὔνομα,] Ita in *Græcis* omnibus. Ἀβισάκα *Cedreno.* Ἀβισάγη juxta *Epiphanium.*

l Μόνον τῷ βασιλεῖ,] Sic *MSS.* & *Vet. Interpr.* in *Editis* ἡ συγκ. τῷ βασιλεῖ συνεθέρμαινεν αὐτὸν μόνη.

m Δαυίδου,] Τοῦ Δαυίδου *Samb.*

n Αἰγιαθῆς γεγονὼς,] Αἰγιάθης *Samb.* Αἰγίθης *Vat.* Αἰγίθης vel Αγίθης juxta *Epiphanium.*

o Τὴν διάνοιαν,] Τὴν διάνοιαν *Vat.*

p Ὡς βασιλεύσων ἐπῄρετο,] Ὡς βασιλεύσων *Big.* & *Samb.*

q Πυθέσθαι,] *Al.* πείθεσθαι.

r Προήχθη.] Δυνηθῇ *Vat.*

s Ναθάνας,] Ita ut supra p. 381. §. 3. in *Editis*, *Aliisque* hic loci Νάθαν.

t Σεμεεὶς ὁ] Σεμαεὶς *Big.* & *Samb.* Σεμαΐας *Vat.* & *Epiphan.*

v Τὴν ἐν τῷ βασιλικῷ παραδείσῳ,] Τὴν abest *Big.* & *Samb.* De hoc fonte vide *Theodoret.* ad 1 *Regum*, ΕΡΩΤ. κα'. *Drusii* Fragm. Gr. Interpp. p. 160. & *Villalp.* App. Part. 1. p. 191.

x Φυλῆς, τοὺς δὲ περὶ τὸν ἀρχιερέα] Οὗτοι γὰρ πάντες παρῆσαν post φυλῆς adjiciunt *Big.* (*Coll. Voss.*) *Samb.* & *Vat.* verum ea non agnoscit *Epiphan.*

y Σάδωκον] Σάδωκον insertum dedi ex *MSS.* & *Vet. Interpr.* & τοὺς περὶ τὸν ἀρχιερέα Σ. accipio cum *Epiphanio* pro Σάδωκον δὲ τὸν ἀρχ. &c. quo modo plane exstat in *Cod. Vat.* & mox τοὺς δὲ περὶ τὸν &c.

z Βεεθσαβὴν] Ita & p. 380. §. 1. Βεθσαβὴν in *Editis.* Βερσάβην *Big.* & *Samb.* Βερσαβεὴν *Vat.*

λεύς ἐστι, καὶ τοῦτ᾽ ἀγνοεῖ Δαυίδης, συνεβούλευέ τε σώζειν αὐτήν καὶ τὸν παῖδα [a] Σολομῶνα, καὶ πρὸς Δαυίδην προσελθοῦσαν μόνην λέγειν, "ὡς αὐτὸς μὲν ὀμόσειε μετ᾽ αὐτὸν "Σολομῶνα βασιλεύειν, μεταξὺ δὲ Ἀδωνίας τὴν ἀρχὴν "ἤδη παραλάβοι." ταῦτα δὲ τῷ βασιλεῖ διαλεγομένης, ὁ προφήτης ἐπιστελεύσεσθαι καὶ αὐτὸς ἔφησε καὶ τοῖς λόγοις αὐτῆς ἐπιμαρτυρήσειν. ἡ δὲ Βεεθσαβὴ, πεισθεῖσα τῷ Ναθάνᾳ πάρεισι πρὸς τὸν βασιλέα· καὶ προσκυνήσασα, καὶ λόγον αἰτησαμένη, πάντ᾽ αὐτῷ [b] καθῶς ὁ προφήτης ὑπεθήκατο διεξέρχεται, τό, τε δεῖπνον [c] τοῦ Ἀδωνία, καὶ τοὺς ὑπ᾽ αὐτοῦ κεκλημένους, Ἀβιάθαρον τὸν ἀρχιερέα καὶ Ἰώαβον τὸν ἄρχοντα, καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ χωρὶς Σολομῶνος καὶ τῶν ἀναγκαίων αὐτοῦ φίλων, μηνύσασα. ἔλεγέ τε [d] πάντα τὸν λαὸν ἀφορᾷν τίνα χειροτονήσει βασιλέα· παρεκάλει τε κατὰ νοῦν ἔχειν, [e] ὡς μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν αὐτοῦ βασιλεύσας αὐτήν τε καὶ Σολομῶνα τὸν υἱὸν αὐτῆς [f] ἀναιρήσει.

ε΄. Διαλεγομένης δὲ ἔτι τῆς γυναικὸς, ἤγγειλαν οἱ τοῦ δωματίου [g] προεστῶτες, ὅτι βούλεται Ναθάνας ἰδεῖν αὐτόν. τοῦ δὲ βασιλέως [h] ἐκδέξασθαι κελεύοντος, εἰσελθὼν, εἰ τήμερον ἀποδείξειε τὸν Ἀδωνίαν βασιλέα καὶ παραδοίη τὴν ἀρχὴν, ἐπυνθάνετο. λαμπρὸν γὰρ αὐτὸν ποιήσαντα δεῖπνον κεκληκέναι τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ πάντας χωρὶς Σολομῶνος, καὶ τὸν στρατηγὸν [i] τὸν Ἰώαβον, οἳ, μετὰ κρότου καὶ παιδιᾶς εὐωχούμενοι πολλῆς, [k] αἰώνιον αὐτῷ [l] συνεύχονται τὴν ἡγεμονίαν· ἐκάλεσε τε οὔτε ἐμὲ, οὔτε τὸν ἀρχιερέα Σάδωκον, οὔτε Βαναίαν τὸν ἐπὶ τῶν σωματοφυλάκων. δίκαιον δὲ εἶναι ταῦτα γινώσκειν ἅπαντας, εἰ κατὰ τὴν σὴν γνώμην ἐγένετο. ταῦτα τοῦ Ναθάνα φήσαντος, ὁ βασιλεὺς ἐκέλευσε καλέσαι τὴν Βεεθσαβὴν πρὸς αὐτόν. ἐκκεχωρήκει γὰρ ἐκ τοῦ δωματίου, τοῦ προφήτου παραγινομένου. τῆς δὲ γυναικὸς ἐλθούσης, "ὄμνυμί σοι, φησὶ, "τὸν μέγιστον Θεὸν, ἦ μὴν τὸν υἱόν σου Σολομῶνα [m] βασι"λεύσειν, ὡς καὶ πρότερον ὤμοσα, καὶ τοῦτον ἐπὶ τοῦ ἐμοῦ [n] κα"θίσεσθαι θρόνου, καὶ τοῦτ᾽ ἔσεσθαι σήμερον." προσκυνησάσης δὲ αὐτὸν τῆς γυναικὸς, καὶ μακρὸν εὐξαμένης αὐτῷ βίον, Σάδωκον μεταπέμπεται τὸν ἀρχιερέα, καὶ Βαναίαν τὸν ἐπὶ τῶν σωματοφυλάκων. καὶ [o] παραγινομένων κελεύει παραλαβόντας Ναθάναν τε τὸν προφήτην, καὶ τοὺς περὶ τὴν αὐλὴν ὁπλίτας ἅπαντας, καὶ ἀναβιβάσαντας τὸν υἱὸν αὐτοῦ Σολομῶνα ἐπὶ τὴν [p] βασιλικὴν ἡμίονον, ἔξω τῆς πόλεως ἀγαγεῖν ἐπὶ τὴν πηγὴν τὴν λεγομένην [q] Γιὼν· καὶ περιχρίσαντας τῷ ἁγίῳ ἐλαίῳ ἀποδεῖξαι βασιλέα. τοῦτο δὲ ποιῆσαι προσέταξε Σάδωκον τὸν ἀρχιερέα καὶ Ναθάναν τὸν προφήτην, ἀκολουθοῦντάς τε προσέταξε διὰ μέσης τῆς πόλεως, ταῖς κέρασιν ἐπισαλπίζοντας, βοᾶν, "εἰς αἰῶνα [r] τὸν Σολομῶνα τὸν βα"σιλέα καθίσαι ἐπὶ τοῦ βασιλικοῦ θρόνου·" ἵνα γνῷ πᾶς [s] ὁ λαὸς ἀποδεδειγμένον αὐτὸν [t] ἀπὸ τοῦ πατρὸς βασιλέα. Σολομῶνι δὲ [v] ἐντέταλκε περὶ τῆς ἀρχῆς, ἵνα εὐσεβῶς καὶ δικαίως προστῇ [x] τοῦ τε Ἑβραίων ἔθνους παντὸς καὶ τῆς Ἰούδα φυλῆς. Βαναία δὲ εὐξαμένου τὸν Θεὸν Σολομῶνι εὐμενῆ γενέσθαι, μηδὲ μικρὸν διαλιπόντες, ἀναβιβάζουσιν ἐπὶ τὴν ἡμίονον τὸν Σολομῶνα· καὶ [y] προαγαγόντες ἔξω τῆς πόλεως ἐπὶ τὴν πηγὴν, καὶ τῷ ἐλαίῳ χρίσαντες, [z] εἰσῆγον εἰς τὴν πόλιν ἐπευφημοῦντες, καὶ τὴν βασιλείαν [a] αὐτῷ γε-

Davide; deditque ei consilium ut suæ filiique Solomonis saluti prospiceret, & sola ad Davidem ingressa ei diceret, "quod ipse quidem juraverit sibi "in regno successurum esse Solomonem, interim "vero Adonias imperium jam susceperit." dum autem hæc ad regem loqueretur, se superventurum esse præterea dicebat vates, verbisque ipsius fidem facturum. Bethsabe paruit Nathanæ & regem adit; & cum eum adorasset veniamque dicendi petiisset, omnia sicuti vates monuerat ordine recenset, facto indicio, ut convivium apparaverat Adonias, & Joabum exercitus ducem vocaverat, & Abiatharum pontificem, & filios ejus absque Solomone ejusque necessariis amicis. addebat etiam *totum* populum *suspensum* exspectare quemnam regem declararet; orabatque ipsum & obsecrabat, ut secum reputaret, quod ille, si post ipsius discessum regnarit, & ipsam & Solomonem filium suum perimet.

5. Muliere autem adhuc cum rege loquente, *regii* cubiculi præfecti ei nunciatum veniunt, Nathanam velle ipsum videre. Rege autem jubente ut illum exciperent, ingressus percontabatur an hodie regem declararit Adoniam, eique imperium tradiderit. ipsum enim splendido convivio adornato filios ejus omnes excepto Solomone invitasse & Joabum imperatorem, qui cum plausu multoque joco epulantes imperium illi æternum apprecantur: cum *interea* neque me, neque Sadocum pontificem, neque Banajam satellitum præfectum evocaverit. Æquum vero esse ut omnibus innotescat, num hæc gerantur ex tua sententia. Postquam hæc dixerat Nathanas, rex Beethsaben acciri jussit. excesserat enim cubiculo ad vatis adventum. Cumque mulier se stitisset, "juro, "inquit, tibi per Deum maximum, filium tuum "Solomonem certe regnaturum esse, ut jam ante "juravi, eumque in solio meo sessurum, idque hac "ipsa die." Ubi autem mulier regem adoraverat, eique longam vitam precata fuerat, Sadocum pontificem ad se accersit *rex* & Banajam satellitum præfectum. ipsisque comparentibus jubet ut assumpto Nathana vate & militibus omnibus qui circa aulam *regiam* essent, impositoque filio ipsius Solomone in mulam regiam, extra urbem illum deducerent ad fontem qui vocatur Gihon, sacroque oleo circumfuso inunctum regem declararent. Hoc autem negotium Sadoco pontifici & Nathanæ vati dari voluit; illisque mandavit, ut cum per mediam urbem comitantes, cornibus inflatis, clamarent, "in *omne* ævum solo regio sedeat Solo"mon rex:" ut pro comperto habeat populus universus regem cum à patre constitutum. Solomoni autem de regno in mandatis dedit, ut pie & juste præsit omni Hebræorum populo & Judæ tribui. Cumque Banajas vota nuncupasset, ut Deus Solomoni propitius adsit, protinus Solomonem mulæ imponunt, deductumque extra urbem ad fontem, oleoque inunctum, rursus in eam cum faustis acclamationibus reducebant, *Deum obtestantes* precantesque ut quam diutissime regnet: dein in

h Διαφθείραντος,] Ita cum *Editis* & *Vet. Interpr.* διαφθείραντος, μησὶν ἓξ φυγὼν *Big. Samb.* & *Vat.* διαφθείραντος μόνος αὐτὸς φεύγων *Gall. 1. 2.* διαφθείραντος μησὶν ἕξ, φυγὼν αὐτὸς ἧκε *Suid.* voce Ἀδερ.

i Φαραῶνα] Φαραὼ & mox inferius, Φαραὼ *Suid.*

k Θαφίνην.] Ita in omnibus *Codd. Gr.* & *Suida.* In *Latinis* melioribus, *uxoris suæ sororem nomine Taphnim.* Verum in *S. Literis* (3 *Regum*, c. 11. v. 20.) dicitur, *quod ei uxoris Tachphenes* (juxta *Verit. Hebr.*) *sororem in matrimonio dederit.* ἀδελφὴν Θεκεμίνας μείζω LXXII. *Vulgatus* autem *Taphnes reginæ sororem* habet.

l Συνανετράφη.] Συνετράφη *Vat.*

m Ἀνακρίναντος,] Ἀνακρίνοντος *Big. Samb.* & *Suid.*

n Καταλιπεῖν αὐτὸν,] Καταλείπειν *Suid.*

ipsi importune insisteret multumque eum obsecraret, tunc quidem non dimissus est. illo autem tempore cum jam res Solomonis labare & affligi cœperant, ob peccata ante dicta & Dei propter illa indignationem, permissu Pharaonis Idumæam repetebat Aderus. & cum eam frustra ad defectionem à Solomone sollicitasset, nam multis præsidiis obsepta erat, adeo ut impune res novas moliri non potuerit, profectus inde in Syriam transiit. Illic vero obviam factus cuidam Raazaro nomine, qui ab Adrazaro Sophenes rege domino suo aufugerat & regionem latrociniis vexabat, junctus ei amicitiæ fœdere, qui latronum manu stipatus erat, sursum progreditur, eaque Syriæ parte occupata, rex ejus declaratur: & excursionibus in Israëlitarum ditionem factis, dum adhuc in vivis esset Solomon, eam infestabat & diripiebat. Atque istiusmodi quidem Hebræis ex Adero accidit calamitas.

Raazarus Solomonis hostis. 3 Regum, c. 11.

7. Ad hæc autem ejusdem gentis homo, Hieroboamus Nabatæi filius, Solomonem adoritur, ad bene sperandum de rebus adductus prophetæ oraculo sibi olim edito. Is, à patre puer relictus, à matre educatus erat: quem cum Solomon animadvertisset forti magnoque animo præditum, murorum structuræ cum præfecit, quando Hierosolyma mœnibus cingebat. Opera autem tam bene curavit, ut rex eum approbaret laudaretque, eique in præmium daret præfecturam tribûs Josephi. Cum vero Hieroboamus sub idem *fere* tempus Hierosolymis *forte* egrederetur, vates ei occurrit ex Silunte oppido, Achias nomine. qui cum illum salutasset, e via paululum deflexus secum in agrum quendam abduxit, ubi nemo præterea aderat: scissoque in duodecim frusta pallio, quo ipse erat amictus, jussit Hieroboamum decem *inde* sumere, præfatus, "Deum ista velle *ut sibi caperet*, scissoque "Solomonis imperio, filio quidem ejus, quod illi "se ita facturum esse promisisset Davidi, tribum "unam cum altera ei finitima daturum esse, tibi "vero decem, quod Solomon in eum *graviter* de"liquisset, qui mulieribus & diis earum totum se "dedidit. Quare cum tibi exploratum sit, cur "Deus animi *sui* sententiam de Solomone muta"verit, fac justitiam colas, legisque instituta con"serves, præsertim cum ob pietatem ac religionem "præmium omnium maximum tibi sit proposi"tum; nimirum ut eo colloceris dignitatis fa"stigio, ad quod Davidem nosti fuisse prove"ctum.

Hieroboamus in Solomonem conspirat. 3 Regum, c. 11.

Achias vates Hieroboamo decem tribus pollicetur. 3 Regum, c. 11.

8. Hieroboamus itaque, juvenis natura fervidus & magnarum rerum appetens, his vatis sermonibus elatus, non quiescebat. Cum vero ad præfecturam se contulisset, eique in memoriam venissent quæ Achias ipsi declaraverat, illico cœpit populum sollicitare ut à Solomone deficerent, & res novas moliri, idque *demum* agere ut principatus ipsi cederet. Solomon autem, ejus voluntate &

Hieroboamus res novas molitur, & in Ægyptum se recipit. 3 Regum, c. 11.

μὲν οὐκ ἀφείθη. [o] κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν, καθ' ὃν ἤδη Σολομῶνι τὰ πράγματα κακῶς [p] ἔχειν ἤρχετο διὰ τὰς προειρημένας παρανομίας καὶ τὴν ὀργὴν τὴν ἐπ' αὐταῖς τοῦ Θεοῦ, [q] συγχωρήσαντος Φαραῶνος ὁ [r] Ἄδερος ἧκεν εἰς τὴν Ἰδουμαίαν. καὶ μὴ δυνηθεὶς αὐτὴν [s] ἀποστῆσαι τοῦ Σολομῶνος, κατείχετο γὰρ φρουραῖς πολλαῖς, καὶ οὐκ ἦν ἐλεύθερος δι' αὐτὰς [t] οὐδ' ἐπ' ἀδείας ὁ νεωτερισμὸς, ἄρας ἐκεῖθεν εἰς τὴν Συρίαν ἀφίκετο. συμβαλὼν δέ ἐκεῖ τινι [v] Ῥαζάρῳ μὲν τοὔνομα, τὸν δὲ τοῦ [x] Σωφήνης ἀποδεδρακότι βασιλέα [y] Ἀδράζαρον δεσπότην ὄντα, καὶ λῃστεύοντι τὴν χώραν εἰς φιλίαν αὐτοῦ συνάψας, ἔχοντι περὶ αὐτὸν στῖφος λῃστρικὸν, ἀναβαίνει, καὶ κατασχὼν τὴν ἐκεῖ Συρίαν [z] βασιλεὺς αὐτῆς [a] ἀποδείκνυται· καὶ κατατρέχων τὴν τῶν Ἰσραηλιτῶν γῆν, ἐποίει κακῶς καὶ διήρπαζε Σολομῶνος ἔτι ζῶντος. καὶ ταῦτα μὲν ἐκ τοῦ [b] Ἀδέρου συνέβαινε πάσχειν τοὺς Ἑβραίους.

ζ. [c] Ἐπιτίθεται δὲ Σολομῶνι καὶ τῶν ὁμοφύλων τις Ἱεροβόαμος, υἱὸς [d] Ναβαταίου, κατὰ προφητείαν πάλαι γενομένην αὐτῷ τοῖς πράγμασιν ἐπελπίσας. παῖδα γὰρ [e] αὐτὸν ὑπὸ τοῦ πατρὸς καταλειφθέντα, καὶ ὑπὸ τῆς μητρὸς παιδευόμενον, ὡς εἶδε γενναῖον καὶ τολμηρὸν Σολομὼν ὄντα τὸ φρόνημα, τῆς τῶν τειχῶν οἰκοδομίας ἐπιμελητὴν κατέστησεν, ὅτε τοῖς Ἱεροσολύμοις τὸν κύκλον περιέβαλεν. οὕτως δὲ τῶν ἔργων προενόησεν, ὥστε ὁ βασιλεὺς αὐτὸν ἀπεδέξατο, καὶ γέρας αὐτῷ στρατηγίαν ἐπὶ τῆς Ἰωσήπου φυλῆς ἔδωκεν. ἀπερχομένῳ δὲ τῷ Ἱεροβοάμῳ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἐκ τῶν Ἱεροσολύμων συνήντησε προφήτης, ἐκ πόλεως μὲν [f] Σιλὼ, [g] Ἀχίας δὲ ὄνομα. καὶ προσαγορεύσας αὐτὸν ἀπήγαγεν ἐκ τῆς ὁδοῦ μικρὸν ἀποκλίνας [h] εἴς τι χωρίον, εἰς ὃ [i] παρῆν μηδὲ εἷς ἄλλος· σχίσας δέ εἰς [k] δώδεκα φάρση τὸ ἱμάτιον, ὅπερ ἦν αὐτὸς περιβεβλημένος, ἐκέλευσε τὸν Ἱεροβόαμον λαβεῖν τὰ δέκα, [l] προειπὼν, "ὅτι ταῦτα ὁ Θεὸς βούλεται, καὶ σχίσας τὴν Σο"λομῶνος ἀρχὴν, τῷ παιδὶ μὲν τῷ τούτου, διὰ τὴν "πρὸς Δαυίδην [m] γενομένην ὁμολογίαν αὐτῷ, μίαν φυ"λὴν καὶ τὴν ἑξῆς [n] αὐτῇ δίδωσι, σοὶ δὲ τὰς δέκα. Σο"λομῶνος εἰς αὐτὸν [o] ἐξαμαρτόντος, καὶ ταῖς γυναιξὶ "καὶ τοῖς ἐκείνων θεοῖς αὐτὸν ἐκδεδωκότος. εἰδὼς οὖν τὴν "αἰτίαν, δι' ἣν μετατίθησι τὴν αὐτοῦ γνώμην ἀπὸ Σο"λομῶνος ὁ Θεὸς, [p] δίκαιος ἴσθι, καὶ φύλαττε τὰ νό"μιμα, προκειμένου σοι τῆς εὐσεβείας καὶ [q] τῆς πρὸς "Θεὸν τιμῆς ἄθλου μεγίστου τῶν ἁπάντων, γενήσεσθαι [r] τη"λικοῦτον, ἡλίκον οἶσθα Δαυίδην γενόμενον.

η'. Ἐπαρθεὶς οὖν τοῖς τοῦ προφήτου λόγοις ὁ Ἱεροβόαμος, φύσει θερμὸς ὢν νεανίας καὶ μεγάλων ἐπιθυμητὴς πραγμάτων, οὐκ ἠρέμει. γενόμενος δὲ ἐν τῇ στρατηγίᾳ, καὶ μεμνημένος τῶν ὑπὸ Ἀχία δεδηλωμένων, [s] ἀναπείθειν ἐπεχείρει τὸν λαὸν ἀφίστασθαι Σολομῶνος, καὶ κινεῖν καὶ [t] περιάπτειν εἰς αὐτὸν τὴν ἡγεμονίαν. μαθὼν δὲ τὴν διάνοιαν αὐτοῦ καὶ τὴν ἐπιβουλὴν

[o] Κατ' ἐκεῖνον] Τουτέστι δὲ καθ' ὃν ἤδη καιρὸν Σολομῶνι τὰ πράγματα κακῶς εἶχε διὰ τὰς πρ. αἰτίας καὶ παρανομίας *Suid.*

[p] Ἔχειν ἤρχετο διὰ] Εἶχε διὰ *Suidas.* SPANH.

[q] Συγχωρήσαντος] Ita in *MSS.* & *Suida.* nec aliter legisse videtur *Vet. Interpr.* συγχωρήσαντος τοῦ Θεοῦ Φαραῶνος in *Editis.* HUDS. *Gen.* συγχωρήσαντος τοῦ Θεοῦ Φαραῶνος· τοῦ Θεοῦ desunt apud Suidam, ut quod menda etiam videtur. SPANH.

[r] Ἄδερος ἧκεν] Eo modo *Gall.* 2. & *Suidas* hic loci, ut in *Editis* passim. Ἄδερ. in *reliquis.*

[s] Ἀποστῆσαι,] Sic *Big. Samb.* & *Vat.* ἀποστῆναι in *Editis.*

[t] Οὐδ' ἐπ' ἀδείας] Ita cum *MSS.* in *Editis* οὐ ἐπ' ἀδείας.

[v] Ῥαζάρῳ] Ῥαάζαρῳ *Vat.* & *Vet. Interpr.* Videsis 3 Regum, c. 11. v. 14 ubi *Razon* dicitur, & LXXII. *Interpretibus* Ῥαζών.

[x] Σωφήνης] Vide *Annott.* p. 375.

[y] Ἀδράζαρον] Ἀδραάζαρον *Big.* Ἀδάζαρον *Samb.* Ἀδραέζερ LXXII. Videsis pag. 375.

[z] Βασιλεὺς αὐτῆς] Ος τῆς Συρίας βασιλεύσας *Suidas.* SPANH.

[a] Ἀποδείκνυται] Ἀναδείκνυται *Vat.*

[b] Ἀδέρου] Ita cum *Gall.* 2. in *ceteris* Ἄδερος. vide supra, ad lit. *r.*

[c] Ἐπιτίθεται δὲ Σολομῶνι] Idem *Suidas.* SPANH.

[d] Ναβαταίου,] Ναβὰτ LXXII.

[e] Αὐτὸν] Illud αὐτὸν ex *MSS.* & *Vet. Interpr.*

[f] Σιλὼ,] In *MSS.* Σαλὼ & Σιλῶ.

[g] Ἀχίας] Ita cum *Vat. Hen. Bosb.* & *Vet. Interpr.* Ἀχίαν in *reliquis.*

[h] Εἴς τι χωρίον] Sic *Big. Samb.* & *Vet. Interpr.* εἰς τὸ χωρίον in *Editis Aliisque.*

[i] Παρῆν] Μὴ παρεῖναι *Big.* & *Samb.*

[k] Δώδεκα φάρση] Sup. lib. III. c. 5. §. ult. Τινὰς δὲ τούτων λίθων ἐνυφασμένους φάρσος· & ejusd. libri c. 8. §. 3. φᾶρος δ' ἐν ὑφάσματι· SPANH.

[l] Προειπών,] Προσειπὼν *Vat.* & *Gall.* 1.

[m] Γενομένην] Γεγενημένην *Vat.*

[n] Αὐτῇ δίδωσι,] Αὐτῷ *Big.* & *Samb.* & mox post tres versus αὐτὸν *Samb.*

[o] Ἐξαμαρτόντος,] Ita cum *MSS.* ἐξαμαρτάνοντος in *Editis.*

[p] Δίκαιος ἴσθι,] Ita *Hen. Bosb. Bas.* & *Vet. Interpr.* δίκαιος ἀεὶ γενοῦ *Big. Samb. Vat.* & *Gall.* 1. 2.

[q] Τῆς πρὸς Θεὸν] Τὰς πρὸς τὸν Θεὸν *Vat.*

[r] Τηλικοῦτον,] Sic *Big. Samb.* & *Vat.* τηλικοῦτος in *Editis.*

[s] Ἀναπείθειν] Ἀναπείθειν ἐπεχείρει *Vat.*

[t] Περιάπτειν] Παραπείθειν *Big.* & *Samb.* περιάπτειν *Gall.* 1. 2. & *Vat.*

Συλ-

βουλὴν ὁ Σολομὼν ἐζήτει [v] συλλαβὼν αὐτὸν ἀνελεῖν. φθάσας δὲ τοῦτο [x] γνῶναι Ἱεροβόαμος, πρὸς [y] Σούσακον φεύγει τὸν Αἰγυπτίων βασιλέα, καὶ μέχρι τῆς Σολομῶνος τελευτῆς ἐκεῖ μείνας, τό τε μηδὲν ὑπ' αὐτοῦ παθεῖν ἐκέρδησε καὶ τὸ [z] τῇ βασιλείᾳ φυλαχθῆναι. ἀποθνήσκει δὲ ὁ Σολομὼν ἤδη γηραιὸς ὤν, βασιλεύσας μὲν [a] ὀγδοήκοντα [b] ἔτη, ζήσας δὲ ἐνενήκοντα τέσσαρα. θάπτεται δὲ ἐν Ἱεροσολύμοις [c] ἅπαντας ὑπερβαλὼν εὐδαιμονίᾳ τε καὶ πλούτῳ καὶ φρονήσει τοὺς βασιλεύσαντας, εἰ μὴ ὅσα γε [d] πρὸς γῆρας ὑπὸ τῶν γυναικῶν ἀπατηθεὶς παρενόμησε. περὶ ὧν καὶ τῶν δι' [e] αὐτὰ κακῶν συμπεσόντων Ἑβραίοις, [f] εἰς καιρὸν ἕτερον ἔδοξέ μοι διασαφῆσαι.

inſidiis intellectis, cum quærebat ut comprehenſum perimeret. At Hieroboamus, cum mature hoc reſciviſſet, ad Suſacum Ægyptiorum regem profugit; atque illic manendo uſque ad Solomonis interitum, non ſolum id aſſequutus eſt ut nihil mali ab ipſo pateretur, ſed ut regno etiam ſervaretur. Solomon autem jam admodum ſenex vita deceſſit, cum regnaſſet quidem per annos octoginta, vixiſſet autem nonaginta quatuor: ſepeliturque Hieroſolymis, omnium regum feliciſſimus & opulentiſſimus atque prudentiſſimus, exceptis iis in quibus jam ſeneſcens peccaverit, à mulieribus in errorem inductus. De quibus, pariterque de malis quæ inde conſequuta ſunt & Hebræos afflixerunt, viſum eſt mihi alio tempore narrationem facere.

III. *Solomon moritur.* *3 Regum, c. 11.*

ΚΕΦ. η'.

Ὡς τελευτήσαντος Σολομῶνος, ὁ λαὸς, ἀποστὰς τοῦ παιδὸς αὐτοῦ τοῦ Ῥοβοάμου, τῶν δέκα φυλῶν Ἱεροβόαμον ἀπέδειξε βασιλέα.

CAP. VIII.

Quomodo mortuo Solomone populus, à Roboamo ejus filio deficiens, Hieroboamum decem tribuum regem fecit.

Μετὰ δὲ τὴν τοῦ Σολομῶνος τελευτὴν, διαδεξαμένου τοῦ παιδὸς αὐτοῦ τὴν βασιλείαν Ῥοβοάμου, ὃς ἐκ γυναικὸς Ἀμμανίτιδος ἐτύγχανεν αὐτῷ γεγονὼς, [g] Νοομᾶς τοὔνομα, πέμψαντες εὐθὺς εἰς τὴν Αἴγυπτον οἱ τῶν ὄχλων ἄρχοντες, ἐκάλουν τὸν Ἱεροβόαμον. ἀφικομένου δὲ πρὸς αὐτοὺς εἰς Σίκιμα πόλιν, καὶ Ῥοβόαμος εἰς αὐτὴν παραγίνεται. ἐδέδοκτο γὰρ αὐτῷ ἐκεῖσε συνελθοῦσι τοῖς Ἰσραηλίταις ἀποδεῖξαι [h] αὐτὸν βασιλέα. προσελθόντες οὖν οἵ τε ἄρχοντες αὐτῷ τοῦ λαοῦ καὶ Ἱεροβόαμος, παρεκάλουν λέγοντες ἀνεῖναί τι τῆς δουλείας αὐτοῖς, καὶ γενέσθαι χρηστότερον τοῦ πατρός· βαρὺν γὰρ ὑπ' ἐκείνου ζυγὸν αὐτοὺς ὑπενεγκεῖν. εὐνούστεροι δὲ ἔσεσθαι πρὸς αὐτὸν, καὶ ἀγαπήσειν τὴν δουλείαν διὰ τὴν ἐπιείκειαν, ἢ [i] διὰ τὸν φόβον. ὁ δὲ, μετὰ τρεῖς ἡμέρας εἰπὼν αὐτοῖς ἀποκρινεῖσθαι περὶ ὧν ἀξιοῦσιν, ὕποπτος μὲν εὐθὺς γίνεται, μὴ παραχρῆμα ἐπινεύσας αὐτοῖς τὰ πρὸς ἡδονήν· πρόχειρον γὰρ [k] ἠξίουν εἶναι τὸ χρηστὸν καὶ φιλάνθρωπον, [l] καὶ ταῦτ' ἐν νέῳ. ἐδόκει δ' ὅμως καὶ τὸ βουλεύσασθαι τοῦ μὴ παραυτίκα ἀπειπεῖν ἀγαθῆς ἐλπίδος ἔχεσθαι.

CÆterum poſt mortem Solomonis, filio ejus Roboamo in regnum ſuccedente, qui ex muliere Ammanitide Nooma nomine, ei natus erat, populi principes, nunciis ſtatim in Ægyptum miſſis, Hieroboamum revocabant. Cum autem ad eos in urbem Sicima veniſſet, etiam Roboamus eodem pervenit. ipſi enim placuerat, Iſraelitis, qui eò convenerant, ſemet regem oſtendere. Eum ergo adeuntes principes populi ſimul & Hieroboamus, ſupplici voce rogarunt, ut aliquid de ſervitio illis remitteret, & patre ſuo clementior eſſe vellet: ipſos enim grave ſub eo jugum pertuliſſe. fore autem ut eos ſibi magis benevolos habeat, libentiuſque ei ſervituros, ſi mitius illos tractet potius quam metu coërceat. Ille vero, cum dixiſſet ſe poſt triduum iis quæ poſtularunt reſponſurum, ſtatim quidem in ſuſpicionem venit, quod ſine mora votis eorum non annuiſſet: nam ingenium hominum, præſertim in adoleſcentia, ad benignitatem & humanitatem proclive eſſe cenſebant. bonæ tamen ſpei aliquid ſubeſſe videbatur, quod *ea de re* conſultaverit & non è veſtigio repulſam dederit.

Roboamus Solomoni in regnum ſucceſſit. *3 Regum, c. 12.*

Populus à Roboamo petit ut ſe mitius tractet quam Solomon. *3 Regum, c. 12.*

β. Συγκαλέσας δὲ τοὺς πατρῴους φίλους, ἐσκόπει μετ' αὐτῶν, [m] ποδαπὴν δεῖ ποιήσασθαι τὴν ἀπόκρισιν πρὸς τὸ πλῆθος. οἱ δ', ἅπερ εἰκὸς τοὺς εὔνους καὶ φύσιν ὄχλων εἰδότας, παρῄνουν αὐτῷ φιλοφρόνως ὁμιλῆσαι τῷ λαῷ, καὶ δημοτικώτερον ἢ [n] κατὰ βασιλείας ὄγκον· [o] χειρώσασθαι γὰρ οὕτως εἰς εὔνοιαν αὐτὸν, φύσει τῶν ὑπηκόων ἀγαπώντων τὸ προσηνὲς καὶ [p] τὸ παρὰ μικρὸν ἰσότιμον τῶν βασιλέων. ὁ δ' ἀγαθὴν οὕτως καὶ συμφέρουσαν [q] ἴσως πρὸς τὸ πᾶν, εἰ δὲ μὴ, [r] πρός γε τὸν τότε καιρὸν [s] ὅτε ἔδει γενέσθαι βασιλέα, γνώμην ἀπεστράφη, τοῦ Θεοῦ

2. Ille autem, convocatis paternis amicis, eos in conſilium adhibuit de reſponſo quod populo dari oporteret. atque illi, id quod viros *ipſi* benevolos vulgique indolis gnaros facere veriſimile erat, ei ſuaſerunt ut populo ſe humanum præberet comiterque illos alloqueretur, & ſe aliquanto magis demitteret quam fert faſtus regius: ea enim via capturum eſſe multitudinis favorem, cum ita natura comparatum ſit, ut ſubditi nihil adeo ament, ac ut reges illis benignos & fere pares ſe præſtent. At is utilem adeo ſententiam & forſan in omne tempus profuturam, ſin minus, tum *certe* cum regem fieri oporteret, averſatus eſt; Deo, ut puto, id

Roboamus ſenes juveneſque ea de re conſulit. *3 Regum, c. 12. & 2 Paral. c. 10.*

v Συλλαβὼν αὐτὸν] Συμβαλὼν *Gall.* 2.

x Γνῶναι] Illud γνῶναι ex *Big. Samb.* & *Vat.*

y Σούσακον] Συσάκιμον *Vat.* ex Σουσακὶμ LXXII. Ἴσακον, forſan pro Σίσακον, *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2. ex Hebraico, ut puto, *Siſak.*

z Τῇ βασιλείᾳ] Illud τῇ ex *MSS.*

a Ὀγδοήκοντα] Ita *Codd. MSS.* tam *Gr.* quam *Lat.* necnon *Theodoretus* ex *Flavio* noſtro, *Zonar. Glycas*, *Cedren.* & *alii* quos affert *Cotelerius* in *Notis* ad *PP. Apoſt.* p. 138. cum in *S. Literis* quadraginta tantum annos regnaſſe dicatur. Verum forſan (inquit *Iſ. Voſſius* in *Chronol. S.* c. 7.) non numerantur in *Sacris libris* poſteriores quadraginta, quia tum à vero Dei cultu diſceſſerit Solomon & peccator factus ſit.

b Ἔτη] Ἔτεσιν *Big. Samb. Busb.* & *Hen.*

c Ἅπαντας] Ita cum *MSS.* in *Editis* πάντας ὑπερβαλών.

d Πρὸς γῆρας] Πρὸς τὸ γῆρας *Vat.*

e Αὐτὰ] Αὐτὰς *Big. Samb.* & *Vat.* non ita *Epiphanius*, qui vertit *propterea.*

f Εἰς καιρὸν] Εἰς καιρὸν ἕτερον ἔδοξέ μοι διασαφῆσαι *Vat.* εἰς καιρὸν ἕτερον ἔδοξε διασαφῆσαι *Gall.* 2. quo modo legiſſe videtur *Epiphan.* qui vertit, *opportunius explicabo.*

g Νοομᾶς] Sic *MSS.* Νααμὰ in *Editis.* Νααμὰ LXXII. *Naama* apud *Vet. Interpr.*

h Αὐτὸν βασιλέα] Αὐτὸν legi poteſt, adeo ut hic ſit verborum ordo *ἐδέδοκτο γὰρ τοῖς Ἰσραηλίταις αὐτῷ συνελθοῦσι ἀποδεῖξαι αὐτὸν βασιλέα*, convenienter *S. Literis*, quæ dicunt, *Iſraëlitas Sichemam conveniſſe Roboami regis creandi gratia*, atque ita fere verba intellexit *Epiphanius*, qui vertit, *placuerat enim ut illic convenientes Iſraëlitæ eum conſtituerent regem.*

i Διὰ τὸν φόβον] Illud διὰ omittit *Vat.*

k Ἠξίουν] Ἀξιοῦν *Vat.*

l Καὶ ταῦτ'] Καὶ ταῦτα νέῳ *Vat.*

m Ποδαπὴν] Ὁποίαν *Vat.*

n Κατὰ βασιλείας] Κατὰ deeſt *Vat.*

o Χειρώσασθαι] Χειρώσεσθαι *Big. Samb. Vat.* & *Gall.* 1. 2.

p Τὸ παρὰ μικρὸν] Illud τὸ ex *MSS.*

q Ἴσως πρὸς τὸ πᾶν,] Ἴσως μὲν πρὸς τὸ π. *Vat.*

r Πρός γε] Πρὸς τὸν τότε *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2.

s Ὅτε ἔδει] Forte ἐπ' ἔδει. COCC.

τ Συμ-

id agente, ut istud condemnaret & *rejiceret* quod *maxime* ad rem suam faceret: accitisque juvenibus, qui cum eo educati erant, illisque exposito quod senes ei dederant consilio, jussit proferre quid ipsis facto opus esse videretur. Illi autem, quia nec per ætatem poterant, nec Deus sinebat meliora cernere, suaserunt ut populo *ita* responderet; "suorum "digitorum minimum crassiorem esse quam sui "patris medium corporis truncum; quod si *servitutis* duritatem sub illo experti fuerint, multo "magis experiundo illum durum difficilemque "sentient; ac si ille in eos scuticis animadverterit, "exspectandum ut ipse scorpiis animadvertat." His delectatus rex, ratusque imperii dignitatem decere *ejusmodi* responsum, postquam tertia die populus ad audiendum convenit, cunctis exspectatione suspensis, omnique studio agentibus ut verba regis audirent, existimantibus eum benigni aliquid humanique dicturum esse, neglecto amicorum consilio ex juvenum sententia respondit. Hæc vero non sine Dei voluntate gerebantur, ut eventus illa comprobaret, quæ prædixerat Achias.

Roboamus, juvenum consilium sequutus, populo durius respondet. 3 Regum, c. 12.

3. Istis autem verbis veluti ferro percussi, dictisque haud secus ac experiundo graviter affecti ad indignationem adducti sunt, unoque ore magna cum vociferatione dixerunt, "ex illo die nihil affinitatis esse cum Davide ejusque progenie." adjectoque, "se illi solum cedere Templo quod pater ipsius exstruxerat," *eum* relicturos esse minati sunt. Atque adeo erant exacerbati & iracundia eo usque exarserunt, ut cum ad eos misisset rex Adoramum tributis præfectum, qui *sævientes* mitigaret, & veniam dictis impetrando, si quid in illis juveniliter temerarium fuerit & submorosum, redderet placatiores, *ut cum iis ageret* non sustinuerunt, sed lapidibus obrutum necarunt. Cum hoc vidisset Roboamus, & existimasset se iisdem lapidibus peti quibus *imperii sui* ministrum populus interemerat, veritus ne revera id mali pateretur, illico curru conscenso Hierosolyma se fuga recipit. Et quidem Judæ tribus atque *altera* Benjamitica regem eum constituère: cætera vero multitudo, jam inde à Davidis stirpe alienata, summæ rei præfecerunt Hieroboamum. Roboamus autem Solomonis filius, duarum tribuum, quas sibi obtemperantes habuit, concione advocata, cum ex earum exercitu hominum centum & octoginta millia lectorum sibi assumpsisset, proficisci parabat contra Hieroboamum populumque, ut eos armorum vi sibi servire cogeret. Verum à Deo per vatem ab expeditione inhibitus (ille enim submonebat haud fas esse ut qui ex eadem gente bellum iis inferrent, præsertim cum auctore Deo facta fuerit hæc populi secessio) non jam

Decem tribus à Roboamo deficiunt. 3 Regum, c. 12.

Hieroboamus decem tribuum rex creatur. 3 Regum, c. 12.

ποιήσαντος εἶναι κατακριθῆναι τὸ συμφέρον ὑπ' αὐτοῦ. καλέσας δὲ τὰ μειράκια τὰ [t] συντεθραμμένα καὶ τὴν τῶν πρεσβυτέρων αὐτοῖς συμβουλίαν εἰπὼν, τί δοκεῖ ποιεῖν αὐτοῖς ἐκέλευε λέγειν. τὰ δὲ, ὅτι γὰρ ἡ νεότης ἔτι ὁ Θεὸς [v] ἠφίει νοεῖν τὰ κρείττω, παρῄνεσαν ἀποκρίνεσθαι τῷ λαῷ· [x] "τὸν "βραχύτερον αὐτοῦ δάκτυλον τῆς τοῦ πατρὸς ὀσφύος "εἶναι παχύτερον, καὶ εἰ [y] σκληρουχίας ἐπειράθησαν "ἐκείνου πολὺ μᾶλλον αὐτοῦ λήψεσθαι πεῖραν δυσκό"λου, καὶ εἰ μάστιξιν αὐτοὺς ἐνουθέτει [z] σκορπίοις τοῦ"το ποιήσειν αὐτὸν προσδοκᾶν." τούτοις [a] ἡσθεὶς ὁ βασιλεὺς, καὶ δόξας πρέπειν τῷ τῆς ἀρχῆς ἀξιώματι τὴν ἀπόκρισιν, ὡς συνῆλθεν ἀκουσόμενον τὸ πλῆθος τῇ τρίτῃ τῶν ἡμερῶν, μετεώρου τοῦ λαοῦ παντὸς ὄντος [b] καὶ τι λέγοντος ἀκοῦσαι τοῦ βασιλέως ἐσπουδακότος, οἰομένου δέ τι καὶ φιλάνθρωπον, τὴν τῶν μειρακίων αὐτοῖς συμβουλίαν παρεὶς τὴν τῶν φίλων [c] ἀπεκρίνατο. ταῦτα δ' ἐπράττετο κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ βούλησιν, ἵνα λάβῃ τέλος ἃ προεφήτευσεν Ἀχίας.

γ'. Πληγέντες δὲ ὑπὸ τῶν λόγων ὡς ὑπὸ σιδήρου, καὶ ἀλγήσαντες ὡς ἐπὶ πείρᾳ τοῖς εἰρημένοις, ἠγανάκτησαν, καὶ μέγα πάντες [d] ἐκβοήσαντες, "οὐκέ"τι οὐδὲν αὐτοῖς εἶναι συγγενὲς πρὸς Δαυίδην καὶ τοὺς "ἀπ' αὐτοῦ μετ' ἐκείνην, ἔφασαν, τὴν ἡμέραν· πα"ραχωρεῖν δ' αὐτῷ [e] μόνον τὸν ναὸν ὃν ὁ [f] πατὴρ αὐτοῦ "κατεσκεύασεν," εἰπόντες, καταλείψειν ἠπείλησαν. οὕτως δ' εἶχον πικρῶς καὶ τὴν ὀργὴν ἐτήρησαν, ὡς πέμψαντος αὐτοῦ τὸν ἐπὶ τῶν φόρων [g] Ἀδώραμον, ἵνα [h] καταπραΰνῃ καὶ συγγνόντας τοῖς εἰρημένοις, εἴ τι προπετὲς ὑπὸ νεότητος καὶ δύσκολον ἦν [i] ἐν αὐτοῖς, [k] ποιήσῃ μαλακωτέρους, οὐχ ὑπέμειναν· ἀλλὰ βαλόντες [l] αὐτὸν λίθοις, ἀπέκτειναν. τοῦτ' ἰδὼν Ῥοβόαμος, καὶ νομίσας αὐτὸν βεβλῆσθαι τοῖς λίθοις, οἷς τὸν ὑπηρέτην ἀπέκτεινεν αὐτοῦ τὸ πλῆθος, δείσας μὴ καὶ ἔργῳ πάθῃ τὸ δεινὸν, ἐπιβὰς εὐθὺς ἐπὶ ἅρματος, ἔφυγεν εἰς Ἱεροσόλυμα. καὶ ἡ μὲν Ἰούδα φυλὴ καὶ ἡ [m] Βενιαμῖτις χειροτονοῦσιν αὐτὸν βασιλέα· τὸ δὲ ἄλλο πλῆθος, ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας τῶν Δαυίδου παίδων ἀποστὰν, τὸν Ἱεροβόαμον ἀπέδειξε τῶν πραγμάτων κύριον. Ῥοβόαμος δὲ ὁ Σολομῶνος παῖς, ἐκκλησίαν ποιήσας τῶν δύο φυλῶν ἃς εἶχεν ὑπηκόους, οἷός τε ἦν, λαβὼν ὀκτωκαίδεκα παρ' αὐτῶν στρατοῦ μυριάδας ἐπιλέκτους, ἐξελθεῖν ἐπὶ τὸν Ἱεροβόαμον καὶ τὸν λαὸν, ὅπως πολεμήσας ἀναγκάσῃ δουλεύειν αὐτῷ. κωλυθεὶς δ' ὑπὸ τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ [n] προφήτου ποιήσασθαι τὴν στρατείαν. [o] οὐ γὰρ εἶναι δίκαιον τοὺς ὁμοφύλους πολεμεῖν, [p] ὄντος ἔλεγε, καὶ ταῦτα κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ [q] προαίρεσιν τῆς τοῦ πλήθους ἀπο-

t Συντεθραμμένα] Συντεθραμμένα αὐτῷ *Hen.* & *Bush.*

v Ἠφίει νοεῖν] Ita *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2. ὁρᾷ in *Editis*. ὁρᾶν νοῶν τὰ κρείττω *Vat.*

x Τὸν βραχύτερον] Iisdem fere verbis cum *Interpretibus* LXXII. 3 *Regum*, c. 12. & 2 *Paralip.* c. 10.

y Σκληρουχίας] Σκληρότητος *Big. Samb. Vat.* & *Gall.* 1. σκληρουχίας *Bush.* & *Hen.*

z Σκορπίοις τοῦτο ποιήσειν] Constat animal voce σκορπίους haudquaquam significari, sed flagri genus scutica gravius aculeatum ad modum scorpionum, forsan ex planta ista, de qua *Theophrastus* l. 6. *de Plantis*, c. 1. & lib. 9. c. 14. Videsis *Bochartum* in *Hieroz.* l. 4. c. 29. HUDS. Scorpiis *Rufinus*. σκορπίοις etiam LXX. 1 Reg. XII. 11. Hebr. עקרבים vid. Deuter. VIII. 15. Ezech. II. 9. σκορπίος περα, herba, de quo Theophr. H. Pl. lib. VI. c. 1. p. 118. & lib. IX. c. XIV. p. 686. quo postremo loco dicitur similis scorpioni & utilis ad ejus ictum. *Versio Syriaca* hic: *castigabo vos loris*. SPANH.

a Ἡσθεὶς ὁ] Utpote quod ingenio erat Roboamus vehementi truciquc.

b Καὶ τι λέγοντος] Ita *Big. Samb. Vat.* & *Gall.* 1. καὶ λέγοντος ἀκοῦσαι τοῦ β. *Gall.* 2. ὄντος, λέγοντος ἀκοῦσαί τι τοῦ βασ. in *Editis*.

c Ἀπεκρίνατο.] Ἀπεκρίνατο *Big. Samb. Hen. Bush.* & *Gall.* 1. 2.

d Ἐκβοήσαντες,] Ita cum *Big. Samb.* & *Vat.* βοήσαντες *Bush.* & *Hen.* ἐκβοήσαντες in *Editis Aliisque*.

e Μόνον τὸν ναὸν] Μόνῳ *Big. Samb.* & *Vat.* μόνον vero cum *aliis* agnoscit *Epiphan.*

f Πατὴρ αὐτοῦ] Πάππος *Big. Samb.* & *Vat.*

g Ἀδώραμον,] Ex *Epiphanio* libris incertum utrum Ἀδώραμον an Ἀδώνιραμον legerit.

h Καταπραΰνῃ] Vocem καταπραΰνῃ adjeci ex *MSS.* & *Vet. Interpr.* ut & καὶ ex *Gall.* 2. & *Vet. Interpr.*

i Ἐν αὐτοῖς,] Sic volui cum *MSS.* ἐν deest *Editis*.

k Ποιήσῃ] Ποιήσειν *Samb.* & *Gall.* 2. ποιεῖν *Gall.* 1. ποιήσειε καὶ μαλ. *Big.*

l Αὐτὸν λίθοις,] *Al.* αὐτοῖς.

m Βενιαμῖτις] Ita *Big. Samb.* & *Gall.* 1. Βενιαμῖτις *Vat.* Βενιαμὶς *Bas.* & *G.* Βενιαμιτικὴ *Gall.* 2.

n Προφήτου] Προφήτου Σαμαία juxta *Vet. Interpr.* forsan ex *S. Literis*.

o Οὐ γὰρ εἶναι] Οὐ γὰρ ἂν εἶναι *Big.* & *Samb.*

p Ὄντος ἔλεγε,] Lege οὕτως ἔλεγε. *Epiphanius*. quo facto nequicquam progressus est ad prælium. COCC.

q Προαίρεσιν] Προαίρεσιν *Big.* & *Vat.* contra quam *Epiphanius Aliique*.

r Οὐκ

ἀποστάντος γεγενημένης· [y] οὐκ ἔτ' ἐξῆλθε. διηγήσομαι δὲ πρῶτον ὅσα Ἱεροβόαμος ὁ τῶν Ἰσραηλιτῶν βασιλεὺς ἔπραξεν, εἶτα δὲ τούτων ἐχόμενα τὰ ὑπὸ Ῥοβοάμου τοῦ τῶν δύο φυλῶν βασιλέως [z] γεγενημένα δηλώσομεν. φυλαχθείη γὰρ ἂν οὕτως ἄχρι παντὸς τῆς ἱστορίας τὸ εὔτακτον.

δ'. Ὁ τοίνυν Ἱεροβόαμος, οἰκοδομήσας βασίλειον ἐν [t] Σικίμῃ πόλει, ἐν ταύτῃ τὴν δίαιταν εἶχε· κατεσκεύασε δὲ καὶ ἐν [v] Φανουὴλ πόλει λεγομένῃ. μετ' οὐ πολὺ δὲ τῆς σκηνοπηγίας ἑορτῆς [u] ἐνίστασθαι μελλούσης, λογισάμενος ὡς ἐὰν ἐπιτρέψῃ τῷ πλήθει προσκυνῆσαι [y] τὸν Θεὸν εἰς Ἱεροσόλυμα πορευθέντι καὶ ἐκεῖ τὴν ἑορτὴν διαγαγεῖν, μετανοήσαν ἴσως καὶ δελεασθὲν ὑπὸ τοῦ ναοῦ καὶ τῆς θρησκείας τῆς ἐν αὐτῷ τοῦ Θεοῦ, καταλείψει μὲν αὐτόν, προσχωρήσει δὲ τῷ [z] πρώτῳ βασιλεῖ, καὶ κινδυνεύσει τούτου γενομένου τὴν ψυχὴν ἀποβαλεῖν, ἐπιτεχνᾶταί τι τοιοῦτον. δύο ποιήσας δαμάλεις χρυσᾶς, καὶ οἰκοδομήσας ναΐσκους τοσούτους, ἕνα μὲν ἐν [a] Βηθήλῃ πόλει, τὸν ἕτερον δὲ ἐν Δάνῃ, ἥδε ἐστὶ πρὸς [b] ταῖς [c] πηγαῖς τοῦ μικροῦ Ἰορδάνου, τίθησι τὰς δαμάλεις ἐν ἑκατέρῳ τῶν ἐν ταῖς προειρημέναις πόλεσι [d] ναΐσκων· καὶ συγκαλέσας τὰς δέκα φυλὰς ὧν αὐτὸς ἦρχεν, ἐδημηγόρησε, τούτους ποιησάμενος τοὺς λόγους. "ἄνδρες ὁμόφυλοι, γινώσκειν ὑμᾶς νομίζω τοῦτο, ὅτι πᾶς τόπος ἔχει τὸν Θεόν, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν ἀποδεδειγμένον χωρίον ἐν ᾧ πάρεστιν, ἀλλὰ πανταχοῦ τε ἀκούει καὶ τοὺς θρησκεύοντας ἐφορᾷ. ὅθεν οὐ μοι δοκεῖ νῦν ἐπείγειν ὑμᾶς εἰς Ἱεροσόλυμα πορευθέντας εἰς τὴν τῶν ἐχθρῶν πόλιν μακρὰν οὕτως ὁδὸν, προσκυνεῖν. ἄνθρωπος γὰρ κατεσκεύασε τὸν ναόν· πεποίηκα δὲ κἀγὼ δύο χρυσᾶς δαμάλεις ἐπωνύμους τῷ Θεῷ, καὶ τὴν μὲν ἐν [e] Βηθήλῃ πόλει καθιέρωσα, τὴν δὲ ἐν Δάνῃ, ὅπως ὑμῶν οἱ τούτων ἔγγιστα τῶν πόλεων κατῳκημένοι προσκυνήσωσιν εἰς αὐτὰς ἀπερχόμενοι τὸν Θεόν. ἀποδείξω δέ τινας ὑμῖν καὶ ἱερεῖς ἐξ ὑμῶν καὶ Λευίτας, ἵνα μὴ χρείαν ἔχητε τῆς Λευίτιδος φυλῆς καὶ τῶν Ἀαρῶνος υἱῶν. ἀλλ' ὁ βουλόμενος ὑμῶν [f] ἱερεὺς εἶναι, προσενεγκάτω μόσχον τῷ Θεῷ καὶ κριόν, ἃ καὶ τὸν πρῶτον ἱερέα φασὶν Ἀαρῶνα πεποιηκέναι." [g] τοῦτ' εἰπών, ἐξηπάτησε τὸν λαόν, καὶ τῆς [h] πατρῴας θρησκείας ἀποστάντας ἐποίησε παραβῆναι τοὺς νόμους. ἀρχὴ κακῶν ἐγένετο τοῦτο τοῖς Ἑβραίοις, καὶ τοῦ πολέμῳ κρατηθέντας ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων αἰχμαλωσίᾳ περιπεσεῖν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν κατὰ χώραν [i] δηλώσομεν.

ε'. Ἐνστάσης δὲ τῆς ἑορτῆς ἑβδόμῳ μηνί, βουλόμενος καὶ αὐτὸς ἐν Βηθήλῃ ταύτην ἀγαγεῖν, ὥσπερ [k] ἑώρταζον καὶ αἱ δύο φυλαὶ ἐν Ἱεροσολύμοις, οἰκοδομεῖ μὲν θυσιαστήριον πρὸ τῆς δαμάλεως, γενόμενος δὲ αὐτὸς [l] ὁ ἀρχιερεὺς ἐπὶ τὸν βωμὸν ἀναβαίνει σὺν τοῖς ἰδίοις ἱερεῦσι. μέλλοντος δὲ [m] ἐπιφέρειν τὰς θυσίας καὶ τὰς ὁλοκαυτώσεις ἐν ὄψει τοῦ λαοῦ παντός, παραγίνεται πρὸς αὐτὸν ἐξ Ἱεροσολύμων προφήτης, [n] Ἰαδὼν ὄνομα, τοῦ Θεοῦ πέμψαντος· ὃς σταθεὶς ἐν μέσῳ τῷ πλήθει, τοῦ βασιλέως ἀκούοντος,

cum copiis egressus est. Mihi autem *nunc* statutum est prius narrare quæ gesserit Hieroboamus Israëlitarum rex, ac tum demum res gestas à Roboamo duarum tribuum rege memorare. sic enim per omnia suus historiæ ordo conservabitur.

4. Cum itaque Hieroboamus regiam *sibi* construxisset in civitate Sicima, in ea habitavit; atque aliam insuper *sibi* ædificari curavit in urbe Phanuel dicta. Non multo post cum Scenopegia statum *gentis* sacrum instaret, reputans secum, si populo concesserit ire Hierosolyma ut Deum adorarent, festumque illic agitarent, fore ut fortasse pœnitentia ducti, ac templi splendore cultusque in eo divini apparatu capti, ipsum relinquerent & ad regem priorem se reciperent, adeoque inde in vitæ discrimen adduceretur, tale quid excogitavit. Cum duas vitulas ex auro conflavisset, illisque duo delubra exstruxisset, unum quidem in urbe Bethela, alterum vero in Dane (hæc autem est apud fontes Jordanis minoris) vitulas in utroque urbium prædictarum delubro posuit: cumque x. tribus, quibus ipse præerat, convocasset, pro concione in hunc modum eas est alloquutus. "Viri populares, "vos hoc non nescire arbitror, quod omnis locus "habeat Deum, ejusque præsentia nullo loco de- "finito includatur, sed ubique *preces* exaudiat & "cultores suos *benigne* respiciat. quod cum ita sit, "mihi non placet vos nunc urgere, ut, longo ad- "eo itinere, Hierosolyma, urbem hostilem, con- "tendatis religionis ergo. Homo enim Templum "*illud* statuit: & ego feci duas vitulas aureas Deo "cognomines; & unam quidem urbe Bethela de- "dicavi, alteram Dane, ut vestrum quicunque loca "earum utrique proxima habitetis eò se conferant "ad Deum colendum. Vobis autem quosdam ex "vobilmet ipsis sacerdotes creabo & Levitas, ne "quid Leviticam tribum & Aaronis progeniem "desideretis. Igitur cuicunque vestrum in animo "est sacerdotem fieri, offerat vitulum Deo & a- "rietem: id quod ajunt primum sacerdotem Aa- "ronem fecisse." His verbis populum decepit; auctorque erat ut à patria religione discedendo contra leges facerent. Hebræis hoc caput & origo malorum exstitit, atque ut bello ab alienigenis devicti in captivitatem inciderent. Sed hæc quidem suo loco narrabimus.

Vitulas fecit aureas, 3 Regum, c. 12.

Adhortatur populum ad vitulas aureas colendas.

5. * Septimo mense, cum jam immineret festiva solennitas, volens & ipse eam apud Bethelam celebrare, sicut à duabus tribus Hierosolymis agebatur, ante vitulam quidem altare exstruit, ipse vero pontifex factus cum suis sacerdotibus ad illud ascendit. At cum in eo esset, ut victimas & solida sacrificia in conspectu totius populi aræ admoveret, ipsi ex Hierosolymis jussu Dei vates supervenit, Jadon nomine: qui in media turba constitutus hæc rege audiente loquutus est, sermone ad altare ver-

Vatis Jadonis oraculum in aram Bethelensem. 3 Regum, c. 12.

y Οὐκ ἔτ' ἐξῆλθε] Ita MSS. οὐ κατεξῆλθε in *Editis*.
z Γεγενημένα] Γενόμενα *Vat*.
t Σικίμῃ] Alibi in *recto* Σίκιμος, ut l. 1. c. 21. §. 1. & in *plurali* Σίκιμα, ut ibid. §. 2.
v Φανουὴλ] Ita ex *MSS*. Φανουέλῃ in *Editis*.
u Ἐνίστασθαι] Συνίστασθαι *Vat*.
y Τὸν Θεόν] Ita cum *MSS*. τῷ Θεῷ in *Editis*.
z Πρώτῳ] πρώτῳ deest in nonnullis *MSS*.
a Βηθήλῃ] Ita cum *Bosb* & *Hen*. quo modo & supra (l. 6. c. 3. §. 2.) in aliquot *MSS*. Βεθήλῃ in *Editis*. Βεθηλᾷ *Big*. *Samb*. & *Gall*. Βαιθηλᾷ *Vat*. Βαιθὴλ LXXII alibi (ut l. 6. c. 6. §. 1.) ἐν πόλει Βεθήλων.
b Ταῖς πηγαῖς τοῦ μικροῦ] Supr. lib. v. c. 1. §. 22. ἔστι τοῦ Λιβάνου ὄρους, καὶ τῶν τοῦ Ἰορδάνου πηγῶν· Πηγαὶ Ἰορδάνου, nempe Majoris, sub monte Panio Ant. Jud. lib xv. c. 10. §. 3. & Ἁλωσ. lib. 1. c. 21. §. 3. ut & lib. III. c. 9. §. 7. Hic autem Jordanis minoris fons ad [illegible]nam oppidum & Ἁλωσ. lib. IV. c. 1. § 1. SPANH.
c Πηγαῖς τοῦ μικροῦ] Minoris Jordanis fons Δάνος appellatur. lib. 1. c. 10. §. 1. Videsis *Cellarii* Geogr. Antiq. l. 2. c. 13.
d Ναΐσκων] Sic in *MSS*. ναΐσκῳ in *Editis*.
e Βηθήλῃ πόλει] Eadem varietas hic & mox infra (§. 5.) occurrit in *MSS*. ac supra. HUDS Βαιθηλᾶ καὶ Ἐφραὶμ πολίχνια Ἁλωσ. lib. IV. c. 9. §. 9. Infra vero cap. XI. §. 3. Βεθήλων (Gen. Βεθήλω) SPANH.
f Ἱερεὺς εἶναι,] Illud αὐτῶν adjeci ex *MSS*. & *Vet. Interpr*.
g Τοῦτ' εἰπών,] Ταῦτ' εἰπὼν *Hen*. *Bosb*. & *Vat*.
h Πατρῴας θρησκείας] *Al*. πατρίου & πατρῴας.
i Δηλώσομεν.] Ita *Big*. & *Samb*. in *cæteris* δηλώσομεν.
* *Septimo mense*,] *Octavo mense* in *S. Literis*, 3 *Regum*, c. 12. v. 32. Vide *Levitic*. c. 23. v. 33.
k Ἑώρταζον] Eo modo *Big*. & *Samb*. ἑόρταζεν in *reliquis*.
l Ὁ ἀρχιερεὺς] Illud ὁ omittunt plerique *MSS*.
m Ἐπιφέρειν τὰς θυσίας καὶ τὰς ὁλοκαυτώσεις] In codice Sacro legitur Jeroboamum adscendisse altare להקטיר, quod de thure adolendo cepit Vulgatus. Non nego הקטיר de thure usurpari & suffitu, sed Judæi etiam docent הקטרות aliquando esse easdem ac הקרבות, oblationes sacrificiorum videlicet in altari. Vide Siphra fol. 41. 2. Sic & הקטיר de sacrificiis usurpatur 2 Reg. 16. 13. & ἀναφέρειν à Græcis interpretibus redditur Exod. 29. 25. REL.
n Ἰαδὼν ὄνομα,] Ita *Samb*. & *Glycas*, qui pag. 187. ista habet, ὁ μὲν Ἰώσηππος Ἰαδὼν αὐτὸν ὀνομάζει. ὁ δὲ βίβλος τῶν Παραλειπομένων

verso: "Hoc tibi prædicit Deus, fore ut nascatur "quidam de genere Davidis, Josias nomine, qui "super te mactabit istius ævi falsos sacerdotes, ac "præterea horum impostorum & deceptorum at- "que impiorum ossa super te cremabit. Imo vero "ut isti credant hoc ita eventurum esse, signum "illis prænunciabo mox secuturum. illico ara *hæc* "findetur, & omnis super illam victimarum adeps "humi diffundetur." Cum hæc dixisset vates, Hieroboamus irritatus, protensa *ab altari* manu, jubet illum comprehendi. At manus, quam *in eum* intenderat, subito languescebat; nec potuit eam denuo ad se retrahere: sed torpore illi obriguit & mortua demittebatur. Porro diffissa est ara, & cuncta ex ea effusa sunt, sicuti vates prædixerat. Cum autem *rex* intellexisset hominem esse veracem & ex Dei afflatu futura prænoscere, rogavit eum ut Deum deprecaretur, quò ipsi restituatur dextra. Atque is quidem Deum orabat, ut hoc regi effectum redderet: ille vero, cum manus ad suum statum rediisset, ea de re gaudens vatem obsecrabat, ut secum prandeat. Tum Jadon dicebat, "sibi non liberum esse in domum ejus introire, "aut tantillum ex pane & aqua ista in urbe degu- "stare. hoc enim ipsi Deum interdixisse, nec li- "cere eadem, qua venerat, via reverti, sed per a- "liam iter sibi faciundum," ajebat. Et illum quidem rex propter ejus abstinentiam mirabatur: de se vero cœpit esse solicitus, ne res suæ, ex prædictis conjecturam faciendo, in pejus mutarentur.

Hieroboamus manus aret. 3 Regum, c. 13.

εἶπε τάδε, πρὸς τὸ θυσιαστήριον ποιούμενος τοὺς λόγους. "ὁ Θεὸς ἔσεσθαί τινα προλέγει ἐκ τοῦ Δαυίδου γένους, Ἰωσίαν "ὄνομα, ὃς ἐπὶ σοῦ θύσει τοὺς ψευδοϊερεῖς τοὺς κατ' ἐκεῖνον "τὸν καιρὸν γενησομένους, καὶ τὰ ὀστᾶ τῶν λαοπλάνων τούτων καὶ "[o] ἀπατεώνων καὶ ἀσεβῶν ἐπὶ σοῦ καύσει. ἵνα μέντοιγε "πιστεύσωσιν οὗτοι τοῦθ' οὕτως ἕξειν, σημεῖον αὐτοῖς προερῶ "γενησόμενον. ῥαγήσεται τὸ θυσιαστήριον παραχρῆμα, καὶ "πᾶσα ἡ ἐπ' αὐτοῦ [p] πιμελὴ τῶν ἱερείων ἐπὶ γῆν χυθήσε- "ται." ταῦτ' εἰπόντος τοῦ προφήτου, παροξυνθεὶς ὁ Ἱεροβόαμος ἐξέτεινε τὴν χεῖρα, κελεύων συλλαβεῖν αὐτόν. ἐκτεταμένη δὲ ἡ χεὶρ [q] εὐθὺς παρείθη, καὶ [r] οὐκ ἔτι ἴσχυσεν αὐτὴν πρὸς ἑαυτὸν [s] ἀναγαγεῖν, ἀλλὰ νεναρκηκυῖαν καὶ νεκρὰν εἶχεν ἀπηρτημένην. ἐρράγη δὲ καὶ τὸ θυσιαστήριον, καὶ κατηνέχθη [t] πάντα ἀπ' αὐτοῦ, καθὼς προεῖπεν ὁ προφήτης. μαθὼν δὲ ἀληθῆ τὸν ἄνθρωπον καὶ θείαν ἔχοντα πρόγνωσιν, παρεκάλεσεν αὐτὸν δεηθῆναι τοῦ Θεοῦ ἀναζωπυρῆσαι τὴν δεξιὰν αὐτοῦ. καὶ ὁ μὲν ἱκέτευσε τὸν Θεὸν τοῦτ' αὐτῷ παρασχεῖν. ὁ δὲ, τῆς χειρὸς τὸ κατὰ φύσιν ἀπολαβούσης, χαίρων ἐπ' αὐτῇ τὸν προφήτην παρεκάλει δειπνῆσαι παρ' αὐτῷ. [v] Ἰάδων δὲ ἔφη, "οὐκ ὑπομένειν εἰσελθεῖν πρὸς αὐτὸν, οὐδὲ γεύσασθαι "ἄρτου καὶ ὕδατος ἐν ταύτῃ τῇ πόλει. τοῦτο γὰρ αὐτῷ τὸν "Θεὸν ἀπειρηκέναι, καὶ τὴν ὁδὸν ἣν ἦλθεν ὅπως μὴ δι' "αὐτῆς ποιήσηται τὴν [x] ἐπιστροφὴν, ἀλλὰ δι' ἄλλης," ἔφασκε. τοῦτον μὲν οὖν ἐθαύμαζεν ὁ βασιλεὺς τῆς ἐγκρατείας· αὐτὸς δὲ ἦν ἐν φόβῳ, μεταβολὴν αὐτῷ τῶν πραγμάτων ἐκ τῶν προειρημένων οὐκ ἀγαθὴν ὑπονοῶν.

CAP. IX.

Quomodo Jadon vates alteri mentienti credens revertitur, ac postea à leone interimitur: & quibus verbis regi persuasit vates sceleratus, ejusque animum à Deo alienavit.

De Bethelensi vate qui Jadonem vatem contra Dei præceptum revocat. 3 Regum, c. 13.

ERat autem *ea* in urbe senex quidam improbus, falsus vates, quem in honore habebat Hieroboamus, deceptus ab illo ut qui omnia ad gratiam loqueretur. Hic quidem tum lecto erat affixus, quod præ senio esset viribus defectus. Cum vero ipsius filii ei omnia de vate narrassent qui Hierosolymis *illuc* venerat, quæque edita essent signa, utque Hieroboamus manum sibi torpore enectam, ipso Deum orante, sanam salvamque denuo recepisset; veritus ne peregrinus *iste* plus apud regem quam ille auctoritate polleret, & in majori haberetur veneratione, mandavit filiis ut è vestigio asinum instratum ad iter sibi expedirent. Illis autem impigre jussa exsequutis, inscendit, vatemque subsequitur; atque eum sub alta & umbrosa quercûs bene magnæ arbore quiescentem nactus, primo salutavit, deinde eum reprehendebat quod ad ipsum non divertisset ut lauto hospitio exciperetur. Cumque ille respondisset, quod sibi à Deo interdictum esset, ne apud quenquam ea in urbe *cibum potionemve* gustaret. Atqui non apud me, inquit, te vetuit Deus mensæ hospitali admoveri. nam ego quoque vates sum, cumque eadem qua tu religione vene-

ΚΕΦ. θ'.

Ὡς ὁ προφήτης Ἰάδων ἄλλῳ ψευδομένῳ πεισθεὶς ὑπέστρεψεν, εἶτα δὲ ὑπὸ λέοντος ἀναιρεῖται· καὶ ποίοις λόγοις ὁ πονηρὸς προφήτης τὸν βασιλέα πείσας, τὴν διάνοιαν αὐτοῦ ἀπέστρεψεν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ.

HΝ δέ τις ἐν τῇ πόλει πονηρὸς [y] πρεσβύτης [z] ψευδοπροφήτης, ὃν εἶχεν ἐν τιμῇ Ἱεροβόαμος, ἀπατώμενος ὑπ' αὐτοῦ τὰ πρὸς ἡδονὴν λέγοντος. οὗτος τότε μὲν κλινήρης ἦν διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ γήρως ἀσθένειαν. τῶν δὲ παίδων αὐτοῦ δηλωσάντων τὰ περὶ τοῦ παρόντος ἐξ Ἱεροσολύμων προφήτου, καὶ τῶν σημείων τῶν γενομένων, καὶ ὡς [a] παρεθεῖσαν αὐτοῦ τὴν δεξιὰν Ἱεροβόαμος εὐξαμένου πάλιν ἐκείνου ζῶσαν ἀπολάβοι· δείσας μὴ παρευδοκιμήσειεν αὐτὸν ὁ ξένος παρὰ τῷ βασιλεῖ, καὶ πλείονος ἀπολαύοι τιμῆς, προσέταξε τοῖς παισὶν εὐθὺς [b] ἐπισάξαντες τὸν ὄνον ἕτοιμον πρὸς ἔξοδον αὐτῷ παρασκευάσαι. τῶν δὲ [c] σπουδασάντων ὃ προσετετάχεισαν, [d] ἐπιβὰς ἐδίωξε τὸν προφήτην· καὶ καταλαβὼν ἀναπαυόμενον ὑπὸ δένδρῳ βαθεῖ καὶ σκιὰν ἔχοντι δρυὸς εὐμεγέθους ἠσπάσατο πρῶτον, εἶτα ἐμέμφετο, μὴ παρ' αὐτὸν εἰσελθόντα καὶ ξενίων μεταλαβόντα. τοῦ δὲ φήσαντος κεκωλῦσθαι πρὸς τοῦ Θεοῦ γεύσασθαι παρά τινι τῶν ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει. ἀλλ' οὐχὶ παρ' ἐμοὶ [e] εἶπεν πάντως ἀπηγόρευκέ σοι τὸ θεῖον παραθέσθαι τράπεζαν. προφήτης γάρ εἰμι κἀγὼ, καὶ τῆς αὐτῆς σοι κοινωνὸς

δρῶν Ἰουδαίων αὐτὸν ὑμᾶς κακῶς ἐδίδαξεν.

o Ἀπατεώνων] Sic MSS ἀπατεώνων in Editis.

p Πιμελὴ τῶν ἱερείων] [Hebrew] est in Codice Sacro, quod cinerem notat. Verum [Hebrew] pro pinguedine aliquando usurpatur. REL.

q Εὐθὺς παρείθη,] Conf. lib. vi. c. 13. §. 8. SPANH.

r Οὐκ ἔτι ἴσχυσεν] Eo modo, vel οὐκ ἔτ' ἴσχυσεν in plerisque MSS. οὐκ ἔτι ἴσχυε in Editis Aliisque.

s Ἀναγαγεῖν,] Ἀγαγεῖν Big. & Samb.

t Πάντα ἀπ' αὐτοῦ.] Πάντα τὰ ἀπ' αὐτοῦ Big. Samb. & Vat.

v Ἰάδων δὲ ἔφη,] Ἰάδων δ' εἶπεν Big. & Samb.

x Ἐπιστροφὴν,] [illegible] solus Vat.

y Πρεσβύτης] Illud [illegible] ex Cod. MSS.

z Ψευδοπροφήτης,] Ψευδοπροφήτην ἐκεῖνον εἶναι λέγει ὁ Ἰώσηπος· ὁ δὲ Θεοδώρητος ἀληθῆ προφήτην εἶναι. Glycas, Annalium part. II. p. 187. Ἐγὼ δὲ τοῦ Θεοῦ [illegible] ψευδοπροφήτην [illegible]· ψευδέσι δὲ χρώμενος λόγοις [illegible] τοῦ Θεοῦ, [illegible] ψευδοπροφήτην εἶναι. Theodoret. in 3 Regum, ΕΡΩΤ. μγ'. Quam multa in hac narratione S. Historiæ addat Flavius, ostendit Melch. Leydeckerus de Var. reipubl. Hebr. statu, Vol. 2. p. 36.

a Παρεθεῖσαν αὐτοῦ τὴν δεξιὰν] Conf. lib. vi. c. 13. §. 8. SPANH.

b Ἐπισάξαντες] Ita cum MSS. & Vet. Interpr. ἐπισάξαντας τὸν ὄνον καὶ ἕτοιμον in Editis.

c Σπουδασάντων] Iterum ex MSS. & Vet. Interpr. σπουδαζόντων in Editis, quod etiam ferri potest.

d Ἐπιβὰς ἐδίωξε] Ἐπιβὰς τὸν ὄνον soli Hen. & Bush.

e Εἶπεν πάντως,] Εἶπεν hic inserui cum MSS. & Vet. Interpr. & ἴσως Editorum post τράπεζαν delevi, quod illud non agnoscant MSS. & Epiphan.

f Ἀγ-

γνώμης πρὸς αὐτὸν θρησκείας· καὶ πάρειμι νῦν ὑπ' αὐτοῦ πεμφθεὶς ὅπως ἀγάγοι σε πρὸς ἐμαυτὸν ἑστιασόμενον. ὁ δὲ, ψευσαμένῳ πεισθεὶς, ἀνέστρεψεν. [f] ἀριστώντων δ' ἔτι καὶ φιλοφρονουμένων, ὁ Θεὸς ἐπιφαίνεται τῷ Ἰαδῶνι· καὶ παραβάντα τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τιμωρίαν ὑφέξειν ἔλεγε, καὶ ποδαπὴν ἐδήλου. λέοντα γὰρ αὐτῷ κατὰ τὴν ὁδὸν ἀπερχομένῳ συμβαλεῖν [g] ἔφρασεν, [h] ὑφ' οὗ διαφθαρήσεσθαι, καὶ τῆς ἐν τοῖς πατρῴοις μνήμασι ταφῆς ἀμοιρήσειν. ταῦτα δ' ἐγένετο, οἶμαι, κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ βούλησιν, [i] ὅπως μὴ προσέχοι τοῖς τοῦ [k] Ἰαδῶνος λόγοις Ἱεροβόαμος [l] ἐληλεγμένου ψεῦδος. πορευομένῳ τοίνυν τῷ Ἰαδῶνι πάλιν εἰς Ἱεροσόλυμα, συμβάλλει λέων· καὶ κατασπάσας αὐτὸν ἀπὸ τοῦ κτήνους, ἀπέκτεινε. καὶ τὸν μὲν ὄνον οὐδὲν ὅλως ἔβλαψε. παρακαθεζόμενος δὲ ἐφύλασσε κἀκεῖνον καὶ τὸ τοῦ προφήτου σῶμα, μέχρις οὗ τινες τῶν ὁδοιπόρων ἰδόντες ἀπήγγειλαν ἐλθόντες εἰς τὴν πόλιν τῷ ψευδοπροφήτῃ. ὁ δὲ, τοὺς υἱοὺς πέμψας, ἐκόμισεν εἰς τὴν πόλιν τὸ σῶμα, καὶ πολυτελοῦς [m] μὲν κηδείας ἠξίωσεν, ἐντειλάμενος τοῖς παισὶ καὶ αὐτὸν ἀποθανόντα σὺν ἐκείνῳ θάψαι· λέγων, ἀληθῆ μὲν εἶναι πάνθ' ὅσα προεφήτευσε κατὰ τῆς πόλεως ἐκείνης, καὶ τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ τῶν ἱερέων, καὶ τῶν ψευδοπροφητῶν, [n] ὑβρισθήσεσθαι δ' αὐτὸς μετὰ τὴν τελευτὴν οὐδὲν σὺν ἐκείνῳ ταφεὶς, τῶν ὀστῶν οὐ γνωρισθησομένων. [o] κηδεύσας οὖν τὸν προφήτην, καὶ ταῦτα ἐντειλάμενος τοῖς υἱοῖς, πονηρὸς ὢν καὶ ἀσεβὴς, πρόσεισι τῷ Ἱεροβοάμῳ· καὶ, "τί δή ποτ' ἐταράχθης, [p] εἶπεν, ὑπὸ τῶν τοῦ ἀνοήτου λόγων;" ὡς δὲ καὶ τὰ περὶ τὸ θυσιαστήριον αὐτῷ καὶ τὴν αὐτοῦ χεῖρα διηγήσατο ὁ βασιλεὺς, θεῖον ἀληθῶς καὶ προφήτην ἄριστον ἀποκαλῶν, ἤρξατο ταύτην αὐτοῦ τὴν δόξαν ἀναλύειν κακουργῶν, καὶ πιθανοῖς περὶ τῶν γεγενημένων χρώμενος λόγοις βλάπτειν αὐτῶν τὴν ἀλήθειαν. [q] ἐπεχείρει γὰρ πείθειν αὐτὸν ὡς ὑπὸ κόπου μὲν ἡ χεὶρ [r] αὐτοῦ ναρκήσειε, βαστάζουσα τὰς θυσίας· εἶτ' ἀνεθεῖσα πάλιν [s] εἰς τὴν αὐτῆς ἐπανέλθοι φύσιν· τὸ δὲ θυσιαστήριον, ὂν καινὸν καὶ δεξάμενον θυσίας πολλὰς καὶ μεγάλας, ῥαγείη καὶ πέσοι διὰ βάρος τῶν ἐπενηνεγμένων. ἐδήλου δ' αὐτῷ καὶ τὸν θάνατον τοῦ τὰ σημεῖα ταῦτα προειρηκότος, ὡς ὑπὸ λέοντος [t] ἀπόλοιτο· οὕτως οὐδὲν οὔτ' εἶχεν, οὔτ' ἐφθέγξατο προφήτου. ταῦτ' εἰπὼν, πείθει τὸν βασιλέα, καὶ τὴν διάνοιαν αὐτοῦ τελείως ἀποστρέψας ἀπὸ τοῦ Θεοῦ [v] καὶ τῶν δικαίων καὶ ὁσίων ἔργων, ἐπὶ τὰς ἀσεβεῖς πράξεις παρώρμησεν. οὕτως δ' ἐξύβρισεν εἰς τὸ θεῖον καὶ παρενόμησεν, ὡς οὐδὲν ἄλλο καθ' ἡμέραν ζητεῖν, ἢ τί καινὸν καὶ μιαρώτερον τῶν ἤδη τετολμημένων ἐργάσηται. καὶ τὰ μὲν περὶ Ἱεροβόαμον ἐπὶ τοῦ παρόντος [x] ἡμῖν δεδηλώσθω.

ror: atque nunc adsum ab eo missus ut te mihi convivam abducam. Ille vero, fide mentienti habita, *cum eo* reversus est. Adhuc autem illis prandentibus blandoque sermone sese oblectantibus, Deus apparet Jadoni; & quod contra mandatum ejus fecisset, dicebat, pœnam daturum esse, similque qualis foret *ipsi* denunciabat. nam leonem ipsi digredienti in via occursurum esse edixit, foreque ut ab eo interimeretur, atque expers esset sepulturæ in majorum suorum monumentis. Hæc autem, Deo ita volente, contigisse arbitror, quo minus Hieroboamus animum adverteret Jadonis verbis, cum falsi esset redargutus. Jadoni igitur Hierosolyma redeunti obviam fit leo, ipsumque à jumento detractum necavit. Atque asinum quidem nihil omnino læsit, adsidens vero & eum custodiebat & vatis cadaver, donec quidam illac transeuntes id conspicati in oppidum venerunt, atque falso vati rem nunciarunt. Tum ille, filiis suis in hoc missis, corpus ejus in urbem reportavit, ipsumque magnificis cohonestavit exsequiis; suisque filiis præcepit, ut se, cum mortuus fuerit, eodem in sepulchro conderent: dicens, vera quidem esse omnia quæ ille vaticinatus est contra urbem illam & altare & sacerdotes & falsos vates; ipsum vero injuria post mortem fore immunem, si cum eo sepeliretur, utpote quod ossa illorum dignosci non possent. Cum itaque justa vati persolvisset, atque filiis ista mandasset, improbus & impius, Hieroboamum adit: ac, "quid ita perturbatus es, inquit, "istius insipientis sermonibus?" Postquam vero rex quæ altari suæque manui acciderant illi enarrasset, hominem vere divinum vatemque optimum appellans, cœpit *iste* hanc ejus *de illo* opinionem vafre & malitiose agendo labefactare, & verisimilibus de iis quæ facta erant rationibus utendo veritatem eorum debilitare. Conabatur enim ei persuadere manum quidem ejus lassitudine obtorpuisse, dum victimas portaret; ac deinde, cum paululum quievisset, ad se rediisse: altare vero, quippe recens exstructum & multis magnisque victimis ei impositis, ex nimio onere rerum ei incumbentium disruptum cecidisse. Porro ipsi etiam mortem ejus nunciabat, qui signa ista prædixerat, ut scilicet à leone occisus periit: adeo ut nihil habuerit vel loquutus fuerit quod vatem arguebat. His dictis regi persuasit, &, cum animum ejus prorsus à Deo avertisset & à sanctis justisque operibus, ad iniquitates agitandas eum perpulit. Adeo autem in Deum contumeliosus erat & injuriosus, ut quotidie id sibi negotii dari quæsiverit, ut novo aliquo magisque detestabili scelere semet obstringeret. Atque ista quidem nobis de Hieroboamo in præsens dicta sunto.

Jadon vates à leone occisus. 3 Regum, c. 13.

Bethelensis vates subdole agit cum Hieroboamo, ut metum ejus discuteret.

Adeo nihil de impietate remisit Hieroboamus, ut prior indies evaserit. 2 Regum, c. 13.

f Ἀριστώντων] Ita cum *Hen.* & *Bob.* in reliquis ἀριστοῦντων.
g Ἔφρασεν,] Ἐφράζεν *Vat.*
h Ὑφ' οὗ] Sic cum *MSS.* ἀφ' οὗ in *Editis.*
i Ὅπως μὴ] Haud dubie apparet (*inquit Sabellicus*) ad elevandam Jadonis fidem, Bethlejum senem in urbem eum retraxisse, ut si à se decipi contigisset, assertæ divinationis apud regem coargueret. Cæterum ita numini placuisse credere par est, ut Hieroboamus & alii præsenti metu levati suæ impietatis aliquando meritas luerent pœnas.
k Ἰαδῶνος] Hic loci Ἰωάδου *Big. Samb.* & *Gall.* 1. Ἰαδὰ dicitur *Glyca*, ut ex verbis supra allatis constat. Rabbinis Ἰδδὼ esse videtur, cujus mentio facta est 2 *Paralip.* c. 13. v. 22. ubi *Addo* dicitur *Interpretibus* LXXII.
l Ἐληλεγμένου] Ἐληλεγμένου ψεῦδος *Big. Samb. Vat.* & *Gall.* 1.
m Μὲν κηδείας] Illud μὲν deest *Vat.*
n Ὑβρισθήσεσθαι] Eo utique consilio (inquit *Zonaras*) cum eo sepeliri voluit, ut cum secundum prædictionem illius altare everteretur, & sacerdotum & pseudoprophetarum ossa igni traderentur, eam contumeliam ipse, juxta hominem divinum situs, effugeret.
o Κηδεύσας] Κηδευσάμενος *Gall.* 2.
p Εἶπεν,] Εἰπὼν *Vat.*
q Ἐπεχείρει] Sic *Big. Samb. Vat. Vet. Interp.* ἐπιχειρεῖ in cæteris.
r Αὐτοῦ ναρκήσειε,] Αὐτῷ *Vat.*
s Εἰς τὴν αὐτῆς] Ita cum *Big. Samb.* & *Vat.* εἰς τὴν αὐτὴν in reliquis.
t Ἀπόλοιτο·] Sic *Big.* & *Samb.* ἀπώλετο *Vat.* ἀπώλετο in *Editis.*
v Καὶ τῶν δικαίων] Ita in omnibus *MSS.* aut καὶ τῶν ὁσίων ἔργων καὶ δικαίων. in *Editis* καὶ τῶν δικαίων καὶ ὁσίων ἔργων.
x Ἡμῖν δεδηλώσθω.] Ἐν τούτοις ante ἡμῖν inserunt *Big. Samb.* & *Vat.* in textum ea non recepi, quod nec vola nec vestigium eorum apud *Vet. Interp.*

CAP. X.

De Roboamo: utque Deus pœnas ab eo exegit impietatis per Susacum.

Roboamus oppida condit munitque. 2 Paral. c. 10.

Roboamus autem Solomonis filius, qui ut ante diximus in duas tribus regnavit, urbes munitas magnasque condidit, Bethleem, & Etame, & Thecoë, & Bethsur, & Socho, & Odollam, & Ipan, & Maresam, & Zipha, & Adoraïm, & Lachis, & Azeca, & Saraïm, & Elom, & Chebrona. Has quidem in sorte Judæ primas ædificavit. Alias vero magnas insuper instauravit in sorte Benjamitide. & cum eas munivisset, & præsidia in omnibus constituit & duces; multumque frumenti & vini & olei, aliaque ad victum *necessaria* in unaquaque urbe largiter recondidit: ac præterea scuta & lanceas in multas *hominum* myriadas. Atque ad eum in Hierosolyma sese aggregarunt sacerdotes & Levitæ ex omnibus Israelitarum finibus, & quotquot alii è populo boni erant & justi, relictis suis sedibus, ut Deum *more patrio* Hierosolymis colerent. ægre enim tulerant ut ad vitularum venerationem adigerentur, quas fecerat Hieroboamus. Atque ita per tres annos auxerunt regni Roboami vires. Cum autem cognatam quandam in matrimonium duxisset, & tres ex ea liberos sustulisset, duxit postea & aliam, ipsamque cognatam, Machanam nomine, ex filia Abesalomi Thamara natam; filiusque ex illa ei nascitur, quem Abiam vocavit. Quin & liberos complures suscepit ex aliis uxoribus: omnium vero maxime amavit Machanam. Nam uxores quidem habuit legitimas octodecim, concubinas vero triginta: & ex his filii ei geniti sunt duodetriginta & filiæ sexaginta. Voluit autem ut ei in regnum succederet Abias Machanæ filius, ejusque fidei thesauros urbesque munitissimas credidit.

Ad Roboamum sacerdotes & Levitæ conveniunt. 2 Paral. c. 11.

Roboami uxores & liberi. 2 Paral. c. 11.

Roboamus etiam Deum suis flagitiis irritat. 3 Regum, c. 14.

2. Plerumque autem fieri arbitror, ut malorum & iniquitatis causa hominibus sit rerum magnitudo, earumque in melius mutatio. Nam Roboamus, cum vidisset regnum suum tanta cepisse incrementa, in omne nefas & scelus abiit, Deique cultum & religionem sprevit, adeo ut populus ei subjectus facta ejus iniqua imitatus fuerit. Ita enim comparatum est, ut cum principum moribus subditorum etiam mores corrumpi soleant; utque hi relicta sua modestia, quippe quæ illorum petulantiam redarguat, principum vitia non aliter atque virtutes sequantur. nisi enim eadem, quæ re-

ΚΕΦ. ι.

Περὶ Ροβοάμου· καὶ ὡς ὁ Θεὸς αὐτὸν ἐπὶ τῆς ἀσεβείας διὰ Σούσακον ἐτιμωρήσατο.

Ο δὲ Σολομῶνος υἱὸς Ροβόαμος, ὁ τῶν δύο φυλῶν βασιλεὺς ὡς προειρήκαμεν, ᾠκοδόμησε πόλεις ὀχυράς τε καὶ μεγάλας, [y] Βηθλεέμ, καὶ [z] Ηταμὲ, καὶ [a] Θεκωὰ, καὶ [b] Βηθσούρ, καὶ [c] Σωχὼ, καὶ [d] Οδολλὰμ, [e] Ιπὰν, καὶ [f] Μαρησὰν, καὶ [g] Ζιφὰ, καὶ Αδωραΐμ, καὶ [h] Λαχὶς, καὶ [i] Αζηκὰ, καὶ [k] Σαραΐμ, καὶ [l] Ηλὼμ, καὶ Χεβρῶνα. ταύτας μὲν ἐν τῇ Ιούδα κληρουχίᾳ πρώτας ᾠκοδόμησε. κατεσκεύασε δὲ [m] καὶ ἄλλας μεγάλας, ἐν τῇ [n] Βενιαμίτιδι κληρουχίᾳ. καὶ τειχίσας, φρουράς τε κατέστησεν [o] ἐν ἁπάσαις καὶ ἡγεμόνας, σῖτόν τε πολὺν καὶ οἶνον καὶ ἔλαιον, τά τε ἄλλα πρὸς διατροφὴν ἐν ἑκάστῃ τῶν πόλεων δαψιλῶς ἀπέθετο· πρὸς δὲ τούτοις [p] θυρεοὺς καὶ σιρομάστας εἰς πολλὰς μυριάδας. συνῆλθον δὲ οἱ παρὰ πᾶσι τοῖς Ισραηλίταις ἱερεῖς πρὸς αὐτὸν εἰς Ιεροσόλυμα καὶ Λευῖται, καὶ εἴ τινες ἄλλοι τοῦ πλήθους ἦσαν ἀγαθοὶ καὶ δίκαιοι, [q] καταλιπόντες αὐτῶν τὰς πόλεις ἵνα θρησκεύσωσιν ἐν Ιεροσολύμοις τὸν Θεόν. οὐ γὰρ ἡδέως εἶχον προσκυνεῖν ἀναγκαζόμενοι τὰς δαμάλεις, ἃς Ιεροβόαμος κατεσκεύασε. καὶ ηὔξησαν τὴν Ροβοάμου βασιλείαν ἐπ' ἔτη τρία. γήμας δὲ συγγενῆ τινα καὶ τρεῖς ποιησάμενος ἐξ αὐτῆς παῖδας, ἠγάγετο ὕστερον καὶ τὴν ἐκ τῆς Αβεσσαλώμου θυγατρὸς Θαμάρης, [r] Μαχάνην ὄνομα, καὶ αὐτὴν οὖσαν συγγενῆ· καὶ παῖς ἄρρην ἐξ αὐτῆς αὐτῷ γίνεται, ὃν Αβίαν προσηγόρευσε. [s] τέκνα δὲ εἶχεν καὶ ἐξ ἄλλων γυναικῶν πλείονα· πασῶν δὲ μᾶλλον ἔστερξε τὴν [t] Μαχάνην. εἶχε δὲ τὰς μὲν νόμῳ συνοικούσας αὐτῷ γυναῖκας, ὀκτωκαίδεκα· παλλακὰς δὲ, [v] τριάκοντα. καὶ υἱοὶ μὲν αὐτῷ γεγόνασιν ὀκτὼ καὶ εἴκοσι, θυγατέρες δὲ ἑξήκοντα. διάδοχον δὲ ἀπέδειξε [x] τῆς βασιλείας τὸν ἐκ τῆς Μαχάνης Αβίαν, καὶ τοὺς θησαυροὺς αὐτῷ καὶ τὰς ὀχυρωτάτας πόλεις ἐπίστευσεν.

β'. Αἴτιον δὲ οἶμαι πολλάκις γίνεται κακῶν καὶ παρανομίας τοῖς ἀνθρώποις τὸ τῶν πραγμάτων μέγεθος, καὶ ἡ πρὸς τὸ βέλτιον αὐτῶν τροπή. τὴν γὰρ βασιλείαν αὐξανομένην οὕτω βλέπων Ροβόαμος, εἰς ἀδίκους καὶ ἀσεβεῖς ἐξετράπη πράξεις, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ θρησκείας κατεπεφρονήκει, ὡς καὶ τὸν [y] ὑπ' αὐτῷ λαὸν μιμητὴν γενέσθαι τῶν ἀνομημάτων. συνδιαφθείρεται τὰ γὰρ τῶν ἀρχομένων ἤθη [z] τοῖς τῶν ἡγεμόνων τρόποις, καὶ ὡς ἔλεγχον τῆς ἐκείνων [a] ἀσελγείας τὴν αὐτῶν σωφροσύνην παραπέμποντες, ὡς ἀρετῇ [b] ταῖς κακίαις αὐτῶν ἕπονται. οὐ γὰρ ἔνεστιν

y Βηθλεὲμ,] Ita etiam in LXXII. juxta *Exemplar. Rom.* Βαιθλεὲμ in *Alexandr.*

z Ηταμὲ,] Αἰτὰν LXXII. *Rom.* Αἰτὰμ *Alex.* in *Epiphanii* libris *Itham* aut *Itam.*

a Θεκωὲ,] Ita cum *MSS.* & LXXII. Θεκωὰς in *Editis.* & infra Θέκωα. si quis Θεκωὲ malit, non repugnabo. HUDS. Conf. de Vita §. 7. SPANH.

b Βηθσούρ,] Βαιθσουρὰ LXXII.

c Σωχὼ,] Σοχὼθ LXXII. *Rom.* Σοκχὼθ *Alex.* HUDS. Conf. supr. Lib. vi. c. 9. §. 1. SPANH.

d Οδολλὰμ,] Ita cum LXXII. & *Veritate Hebr.* Οδολλὰν in *Editis Josephi* & *MSS.*

h Ὡς οὐδένα ἑώρων ἐν μέσῳ,] Ὡς deest Big. Samb. Vat. & Gall. 1. 2. & mox φαγόντες δὲ καὶ π. legunt Big. & Samb.
i Ἐσθῆτα,] Ἐσθῆτα καὶ πολὺν χρυσὸν, καὶ κομίσαντες ἔξω τῆς παρεμβολῆς ἔκρυψαν Vat. atque ita forſan Epiphan.
k Δηλούντων] Δηλοῦντες ſolus Vat.
l Ἀπεγνωκότος] Ἀπεγνωκότας ὑμᾶς Big. & Samb. ἀπεγνωκότας ὑμᾶς Gall. 1. & 2.
m Καὶ μηδαμῶς προϊέναι] Ita Big. Vat. Gall. 1. Hen. & Bosb. μηδαμῶς προϊέναι καταφρονήσαντας Samb. διὰ φυλακῆς ἔχειν αὐτὴν φρονήσαντας τῷ Baſ. & G. διὰ φ. ἔ. αὐτὴν, μὴ καταφρονήσαντας τῷ Gall. 2. In Epiphanii verſione, *unde vos, inquit, moneo ut cuſtodiatis civitatem, & nuſquam abire tentetis, hoſtes fugiſſe credentes.*
n Ὑπὸ λοχώντων] Eo modo Samb. ὑπολοχώντων in reliquis.
* *Quin & iſtos, inquit, equites,*] Nec duorum equitum fore gravem jacturam, quos fortaſſis alioquin fames abſumeret, Gelen.
o Προσαριθμήσεις] Sic Big. Samb. (Cocc.) & Gall. 1. 2. προσαριθμοῦσι in Editis Aliiſque.
p Γνώμῃ τοὺς] Τόν poſt γνώμῃ delevimus auctoritate MSS. & Epiphanii.
q Κατοψομένους] Κατασκεψομένους ſolus Vat.
r Ἔπεμψεν.] Ἐξέπεμψεν Samb. Vat. & Gall. 1. 2.
s Ῥίψαντες κατέλιπον.] Ῥιπτοῦντες Samb. & Gall. 1.
t Τῶν ἐν τῷ στρατοπέδῳ] Illud τῶν è Cod. Vat.
v Ὠφελοῦντο,] Cotelerius (in Eccl. Gr. Mon. tom. 2. p. 578.) emendavit hunc locum, legendo ὠφελοῦντο pro ὠφελοῦντο. infeliciter ſane, niſi voluerit ὠφέλοντο.
x Ἐλάμβανον.] Inſertum dedi è MSS.
y Μυριάσι] Ita cum MSS. (& Cocc.) μυριάδας in Editis.
z Ἀπολέσθαι,] Sic MSS. ἀπολέσθαι, ταῦτ' αὐτὸς in Editis.

a Βα-

στρατιᾷ αὐτοῦ πάσῃ εἰς τὸ δέος, καὶ τὴν ταραχὴν ἐκείνην [a] ἐνέβαλεν, ἀλλ' οὐκ ἐξ ἐφόδου πολεμίων ἐλθεῖν, σφόδρα τῷ δυσμενῆ τὸν Θεὸν ἔχειν ἀθυμήσας εἰς νόσον κατέπεσεν. ἐκδημήσαντος δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν [b] χρόνον εἰς Δαμασκὸν Ελισσαίου τοῦ προφήτου, γνοὺς ὁ Αδαδος τὸν πιστότατον τῶν οἰκετῶν Αζάηλον ἔπεμψεν ὑπαντησόμενον αὐτῷ, καὶ δῶρα κομίζοντα, κελεύσας ἐρέσθαι περὶ τῆς νόσου, καὶ εἰ [c] διαφεύξεται τὸν ἐξ αὐτῆς κίνδυνον. Αζάηλος [d] δὴ μετὰ καμήλων τεσσαράκοντα τὸν ἀριθμὸν, αἳ τὰ κάλλιστα καὶ τὰ τιμιώτατα τῶν ἐν Δαμασκῷ γενομένων καὶ ὄντων ἐν τῷ βασιλείῳ ἔφερον δῶρα, συμβαλὼν τῷ Ελισσαίῳ, [e] καὶ προσαγορεύσας αὐτὸν φιλοφρόνως, ἔλεγεν ὑπὸ Αδάδου τοῦ βασιλέως [f] πεμφθέντα πρὸς αὐτὸν, δῶρά τε κομίσαι, καὶ [g] πυθέσθαι περὶ τῆς νόσου, εἰ [h] ῥᾴων ἀπ' αὐτῆς ἔσοιτο. ὁ δὲ προφήτης, τὸν μὲν Αζάηλον [i] ἐκέλευσε μηδὲν ἀπαγγέλλειν τῷ βασιλεῖ κακόν· ἔλεγε δ' ὅτι τεθνήξεται. καὶ ὁ μὲν οἰκέτης τοῦ βασιλέως ἐλυπεῖτο ταῦτα ἀκούσας· ὁ δὲ Ελισσαῖος ἔκλαιε, καὶ πολλοῖς ἐρρεῖτο δακρύοις, προορώμενος ἃ πείσεσθαι ὁ λαὸς ἔμελλε κακὰ, μετὰ τὴν Αδάδου τελευτήν. ἀνακρίναντος δ' αὐτὸν Αζαήλου τὴν αἰτίαν τῆς συγχύσεως, κλαίω, φησὶ, τὸ πλῆθος τῶν Ισραηλιτῶν ἐλεῶν, ὧν ἐκ σοῦ [k] πείσονται δεινῶν. ἀποκτενεῖς γὰρ αὐτῶν τοὺς ἀρίστους, καὶ τὰς ὀχυρωτάτας πόλεις ἐμπρήσεις, καὶ παιδία μὲν ἀπολεῖς προσρηγνὺς πέτραις, τὰς δ' ἐγκύους ἀναρρήξεις γυναῖκας. τοῦ δ' Αζαήλου λέγοντος, τίνα γὰρ ἰσχὺν [l] ἐν ἐμοὶ τηλικαύτην εἶναι συμβέβηκεν ὥστε ταῦτα ποιῆσαι; τὸν Θεὸν, ἔφησεν, αὐτῷ δεδηλωκέναι τοῦθ' ὅτι τῆς Συρίας μέλλοι βασιλεύειν. Αζάηλος μὲν οὖν παραγενόμενος πρὸς τὸν Αδαδον, τῷ μὲν τὰ βελτίω περὶ τῆς νόσου [m] κατήγγελλε· τῇ δ' ἐπιούσῃ [n] δίκτυον ἐπιβαλὼν αὐτῷ διάβροχον, τὸν μὲν [o] στραγγάλῃ διέφθειρε, τὴν δ' ἀρχὴν αὐτὸς παρέλαβε, δραστήριός τε ὢν ἀνὴρ, καὶ πολλὴν ἔχων παρὰ τῶν Σύρων εὔνοιαν, καὶ τοῦ δήμου τῶν Δαμασκηνῶν. ὑφ' οὗ μέχρι νῦν αὐτός τε ὁ [p] Αδαδος καὶ Αζάηλος, ὁ μετ' αὐτὸν ἄρξας, ὡς θεοὶ τιμῶνται διὰ τὰς εὐεργεσίας καὶ τὰς τῶν ναῶν οἰκοδομίας, οἷς ἐκόσμησαν τὴν τῶν Δαμασκηνῶν πόλιν. [q] πομπεύουσι δ' [r] οὗτοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν [s] ἐπὶ τῇ τιμῇ τῶν βασιλέων, καὶ σεμνύνονται τὴν τούτων ἀρχαιότητα· οὐκ εἰδότες ὅτι νεώτεροί εἰσι, καὶ οὐκ ἔχουσιν οὗτοι οἱ βασιλεῖς ἔτη χίλια καὶ ἑκατόν. ὁ δὲ τῶν Ισραηλιτῶν βασιλεὺς Ιώραμος, ἀκούσας τὴν Αδάδου τελευτὴν, ἀνέπνευσεν ἐκ τῶν φόβων, καὶ τοῦ δέους ὃ δι' αὐτὸν εἶχεν, ἀσμένως εἰρήνης λαβόμενος.

exercitui ejus universo terrorem & perturbationem istam incussisse, quodque ab hostium invasione nequaquam metu fuerint perculsi, mœrore vehementer affectus, quod Deum sibi infensum haberet, in languorem incidit. Cumque per idem tempus Elissæus vates è patria sua Damascum ivisset, *hoc* cognito, Adadus domesticorum suorum fidelissimum Azaëlum ei occursurum misit, munera etiam secum ferentem, cui in mandatis dedit, ut de morbo *illum* percontaretur, & num ex periculo ab eo intentato esset evasurus. Azaëlus itaque cum camelis numero quadraginta, quæ de optimis & pretiosissimis Damasci bonis quæque regia suppeditaret munera portabant, obviam factus Elissæo, cum benigne cum salutasset, dicebat, se ab Adado rege ad eum missum, ut & dona afferret, & de morbo sciscitaretur, an ex eo esset revaliturus. At vates Azaëlo quidem jussit, ut mali nihil regi renunciaret: dicebat autem eum *brevi* moriturum esse. Ex quidem famulus regius, his auditis, dolebat: Elissæus vero flebat, & multis manabat lachrymis, prospiciens mala quæ passurus esset populus post mortem Adadi. Cum Azaëlus autem eum interrogasset, cur adeo *animo* perturbatus esset; fleo, inquit, quod me populi Israëlitici malorum misereat, quibus à te afficientur. nam optimos ex eis interficies, & urbes *eorum* munitissimas incendes, & infantes quidem lapidibus allisos perimes, mulieres vero gravidas dissecabis. Azaëlo autem dicente, unde me tantas habere vires contigit ut ista facerem? Deum, ajebat, id sibi ostendisse, illum regem fore Syriæ. Azaëlus itaque, cum ad Adadum venisset, illi quidem meliora *omnia* de morbo nunciavit: postridie vero reti madido in eum injecto fauces strangulando occidebat, regnumque in ejus loco ipse occupabat; vir impiger, & qui Syrorum, populique Damasceni gratiam sibi conciliaverat. à quo & ipse Adadus & Azaëlus qui post eum regnavit pro Diis adhuc coluntur, propter beneficentiam eorum, & exstructiones templorum, quibus Damascenorum urbem ornarunt. Quin & pompam illi quotidie ducunt in *horum* regum honorem, & de illorum antiquitate gloriantur; ignari eos esse recentiores, regesque istos non attingere ad centum & mille annos. Cæterum Joramus Israëlitarum rex, audita morte Adadi, à *continuis* pavoribus respiravit, & à metu quem propter ipsum habebat, lætè admodum pacem amplexus.

Azaëlus Elissæum de Adadi morbo consulit. 4 Regum, c. 8.

Elissæus Adadi mortem prædicit, & ex oraculo pronunciat Azaëlum regnaturum esse. 4 Regum, c. 8.

Adadus & Azaëlus à Damascenis divinis honoribus culti.

ΚΕΦ. έ.

Περὶ Ιωράμου τοῦ Ιεροσολύμων βασιλέως πονηρίας, ἥττης, καὶ τελευτῆς.

Ιώραμος [t] δὲ ὁ τῶν Ιεροσολύμων βασιλεὺς, καὶ τούτῳ γὰρ ἦν [v] ταὐτὸ καθὼς προειρήκαμεν ἔμπροσθεν

CAP. V.

De nequitia, clade, & morte Jorami Hierosolymorum regis.

Joramus autem Hierosolymorum rex (nam & huic *cum Israelitarum rege*, ut jam ante diximus, idem

Joramus Judææ rex, crudelis & impius. 4 Regum, c. 8.

a Ενέβαλεν,] Ita *MSS.* ἐνέβαλεν in *Editis.*

b Χρόνον εἰς Δαμασκὸν] Καιρὸν in *MSS.*

c Διαφεύξεται] Eo modo *MSS.* διαφεύγει in *Editis.*

d Δὴ μετὰ καμήλων] Ita cum *Vet. Interpr.* δὲ in *reliquis.* HUDS. Ita in fœminino Græci solent & horum & aliorum animantium multitudinem efferre. Eustath. in Homer. REL.

e Καὶ προσαγορεύσας] Καὶ deest *Vat.*

f Πεμφθέντα] Πεμφθῆναι *Big. Samb. Vat. Hen. & Busb.*

g Πυθέσθαι περὶ τῆς νόσου,] Ita *Samb.* in reliquis πεύσεσθαι.

h Ῥᾴων ἀπ' αὐτῆς] Sic *MSS.* (& *Cocc.*) ῥᾷον in *Editis.*

i Εκέλευσε] Ε[illegible] *Vat.*

k Πείσονται δεινῶν.] Π[illegible] *Big. Vat. Hen. Busb. & Gall.* 1. 2.

l Ἐν ἐμοὶ τηλικαύτην] Illud ἐν non agnoscit *Vat.* neque mox τὸν ante Θεὸν.

m Κατήγγελλε·] Κατήγγειλε *Vat.*

n Δίκτυον ἐπιβαλὼν αὐτῷ διάβροχον, τὸν μὲν στραγγάλῃ διέφθειρε,] *Machber, lectum Josepho,* verum *aliis* est *stragula.* Dici tamen potest, quod *stragula* fuerit *retiformis,* sive *operis reticulati.* HUDS. Infuso laqueo vinciens eum strangulavit. *Rufinus.* LXX. 2 Reg. VIII. 15. ἔλαβε τὸ Μαχβὰρ (MS. Alex. τὸ Ναβρὰ) καὶ ἔβαψεν ἐν τῷ ὕδατι, καὶ περιέβαλεν ἐπὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ· Illud τὸ LXX. Μαχβὰρ ad Hebr. מכבר hoc loco. Joseph. autem à מכבר crates, rete, δίκτυον; sicut Exod. XXVII. 4. ἐσχάραν ἔργῳ δικτυωτῷ χαλκῆν. & 5. & supra lib. 3. c. 7. §.... δικτύῳ τὴν [illegible] χάραν ἐοικυῖαν· ubi מכבר crates, δίκτυον apud LXX. Exod. XXVII. 4. SPANH.

o Στραγγάλῃ διέφθειρε,] Videsis *Plutarchum* in *Ag. & Cl.* p. 804. A. HUDS. An inde character Syrorum *Estrangelo* dicitur & non à στρογγύλος. REL. Conf. sup. lib. 6. c. 8. §. 2. SPANH.

p Αδαδος] *J. Clerico* verisimilius videtur, Azaëlum & filium ejus cultos fuisse à Syris, quam Azaëlum & Adadum, tum quod Damasceni sub Adado magnis cladibus affecti fuerint, tum quod credi vix possit regem & ejus interfectorem eodem honore cultos fuisse. De Adado tamen à Syris culto vide *Seldenum* de *Diis Syris* in *Synt.* 1. c. 6.

q Πομπεύουσι] Ita *Vat.* & forsan *Vet Interpr.* τιμῶνται in *reliquis.* HUDS. Forte τιμῶνται δὲ πομπεῖς . . . ἐπὶ τῇ τιμῇ vel ἐπὶ τιμῇ COCC.

r Οὗτοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν] Sic *Big. Samb. Vat. & Epiphan.* ut & mox infra ante finem capitis. αὐτοὶ utroque loco in *Editis, Aliisque.*

s Επὶ τῇ τιμῇ] Hoc modo *Big. Samb. & Vat.* ἐπί τε τιμῇ in *cæteris.*

t Δὲ ὁ τῶν] Δὴ legisse videtur *Vet. Interpr.*

v Ταὐτὸ καθὼς] Καὶ τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα αὐτῷ *Big. & Samb.*

idem erat nomen) statim, ut accepit imperium, ad cædem fratrum ipsius & paternorum amicorum, qui etiam principes erant, processit; inde regni sui initio facto, datoque malitiæ suæ specimine, nullaque in re dissimilis Israëlitarum regibus, qui primi à patriis Hebræorum moribus Deique cultu discesserunt. Quin & ipsum ad impietatem instituit, Deosque alienos adorare docuit uxor ejus Gotholia, Achabi filia. Et quidem Deus, propter fœdus, quod cum Davide percusserat, noluit stirpem ejus perdere: Joramus vero novi aliquid indies in impietate & ad gentilitiæ religionis perniciem moliri non destitit. Cum autem sub idem *fere* tempus Idumæi ab eo defecissent, & priorem quidem *illorum* regem, qui in patriis ipsius fide erat, interfecissent, quem vero voluerunt sibi regem creassent, Joramus, cum equitatu, qui tum ei ad manum erat, & curribus, in Idumæam noctu irruptionem faciebat; atque eos quidem, qui in ipsius regni vicinia erant, occidebat, ulterius vero non progrediebatur. Cæterum nihil ei profuit hæc expeditio. omnes enim ab ejus imperio defecerunt, simul & qui regionem Labinam dictam habitabant. Erat enim adeo vesanus, ut etiam populum ad montium fastigia ire coëgerit, Deosque alienos adorare.

Idumæi à Joramo deficiunt. 4 Regum, c. 8. & 2 Paral. c. 21.

§. 2. Verum ad eum, dum hæc agit, & patriorum institutorum memoriam plane abjecerat, afferuntur literæ ab Elia vate: quæ indicabant Deum ab eo graves repetiturum esse pœnas, quod suorum quidem patrum mores non fuerit imitatus, sed regum Israëlitarum peccatis sectandis se addixerit, simulque compulerit Judæ tribum & cives Hierosolymitanos ad idolorum cultum, relicta sacra erga Deum patrium religione, quemadmodum Achabus etiam Israëlitas *ad idem faciendum* adegit, quodque fratres *suos* interfecerit, virosque bonos & justos occiderit; insuper & supplicium, quod pro istis erat luiturus, literis significabat vates, *scilicet* populi interitum, uxorumque ipsius regis & liberorum * stragem; quodque ipse *brevi* moreretur, torminum morbo diu vexatus, ejusque visceribus, tabe intus dirum in modum grassante, profluvio ejectis; ita ut ipse, cum calamitatem suam prospiceret, nullaque arte ei subvenire posset, hoc modo postea animam efflarit. Ista quidem Elias vates ei per literas significabat.

Elia ad Joramum literæ. 2 Paral. c. 21.

III. 3. At non multo post exercitus Arabum, proxime Æthiopiam incolentium, atque Palæstinorum, facta impressione in Jorami regnum, & regionem diripuerunt & regis *ipsius* domum, necnon & filios ejus trucidarunt & uxores. Veruntamen unus ei relictus est filius, è manibus hostium elapsus,

Arabes & Palæstini Judæam invadunt, & intregis domum saviunt. 2 Paral. c. 21.

ὄνομα, παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν, εὐθὺς ἐπὶ σφαγὴν τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ, καὶ τῶν [x] πατρῴων φίλων, οἳ καὶ ἡγεμόνες ἦσαν, ἐχώρησεν, τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν ἐπίδειξιν τῆς πονηρίας ἐντεῦθεν ποιησάμενος, καὶ μηδὲν διενεγκὼν [y] τῶν τοῦ Ἰσραὴλ βασιλέων, οἳ πρῶτοι παρηνόμησαν εἰς τὰ πάτρια τῶν Ἑβραίων ἔθη, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ θρησκείαν. ἐδίδαξε τε αὐτὸν [z] τά τε ἄλλα εἶναι κακὸν, καὶ δὴ καὶ ξενικοὺς θεοὺς προσκυνεῖν, [a] Γοθολία θυγάτηρ μὲν Ἀχάβου, [b] συνοικήσασα δὲ αὐτῷ. καὶ ὁ μὲν Θεὸς διὰ τὴν πρὸς Δαυίδην ὁμολογίαν οὐκ ἐβούλετο τούτου τὸ γένος ἐξαφανίσαι· Ἰώραμος δὲ οὐ διέλειπεν ἑκάστης ἡμέρας καινουργῶν ἐπ᾽ ἀσεβείᾳ καὶ [c] λύμῃ τῶν ἐπιχωρίων ἐθισμῶν. ἀποστάντων δὲ αὐτοῦ κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν τῶν Ἰδουμαίων, καὶ τὸν μὲν πρότερον ἀποκτεινάντων βασιλέα, ὃς [d] ὑπήκουεν αὐτοῦ τῷ πατρὶ, ὃν δὲ ἐβούλοντο αὐτοὶ καταστησάντων, Ἰώραμος, μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν ἱππέων καὶ τῶν ἁρμάτων, νυκτὸς εἰς τὴν Ἰδουμαίαν ἐνέβαλε· καὶ τοὺς μὲν πέριξ τῆς αὐτοῦ βασιλείας διέφθειρε, προσωτέρω δὲ οὐ προῆλθεν. ὤνησε μέντοι τοῦτο οὐδὲν. πάντες γὰρ ἀπέστησαν αὐτοῦ, καὶ οἱ τὴν χώραν τὴν καλουμένην [e] Λαβίναν νεμόμενοι. ἦν δὲ οὕτως ἐμμανὴς, ὥστε τὸν λαὸν ἠνάγκαζεν, ἐπὶ τὰ [f] ὑψηλὰ τῶν ὀρῶν ἀναβαίνοντα, προσκυνεῖν τοὺς ἀλλοτρίους θεούς.

β΄. Ταῦτα δὲ αὐτοῦ πράττοντι, καὶ τελέως ἐκβεβληκότι τῆς διανοίας τὰ πάτρια νόμιμα, [g] κομίζεται παρ᾽ Ἠλία τοῦ [h] προφήτου ἐπιστολή· ἣ [i] τὸν Θεὸν ἐδήλου μεγάλην παρ᾽ αὐτοῦ ληψόμενον δίκην, ὅτι τῶν μὲν ἰδίων πατέρων μιμητὴς οὐκ ἐγένετο, τοῖς δὲ τῶν Ἰσραηλιτῶν βασιλέων κατηκολούθησεν ἀσεβήμασι, καὶ συνηνάγκασε τὴν τοῦ Ἰούδα φυλὴν, καὶ τοὺς πολίτας Ἱεροσολύμων, ἀφέντας τὴν ὁσίαν τοῦ ἐπιχωρίου Θεοῦ θρησκείαν, σέβειν τὰ εἴδωλα, καθὼς καὶ Ἀχάβος τοὺς Ἰσραηλίτας ἐβιάσατο, ὅτι τε τοὺς ἀδελφοὺς διεχρήσατο, καὶ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας καὶ δικαίους ἀπέκτεινε, τήν τε τιμωρίαν, ἣν ἀντὶ τούτων ὑφέξειν ἔμελλεν, [k] ἐσήμαινε τοῖς γράμμασιν ὁ προφήτης, ὄλεθρον τοῦ λαοῦ καὶ φθορὰν γυναικῶν [l] αὐτοῦ τοῦ βασιλέως καὶ τέκνων, καὶ ὅτι τεθνήξεται νόσῳ τῆς νηδύος ἐπὶ πολὺ βασανισθεὶς, καὶ τῶν ἐντέρων [m] αὐτοῦ δι᾽ ὑπερβολὴν τῆς τῶν ἐντὸς διαφθορᾶς ἐκρυέντων, ὡς αὐτὸν [n] ὁρῶντα τὴν αὐτοῦ συμφορὰν, καὶ μηδὲν βοηθῆσαι δυνάμενον, ἔπειθ᾽ οὕτως ἀποθανεῖν. ταῦτα μὲν ἐδήλου διὰ τῆς ἐπιστολῆς ὁ Ἠλίας.

γ΄. Μετ᾽ οὐ πολὺ δὲ στρατὸς [o] Ἀράβων, τῶν ἔγγιστα τῆς Αἰθιοπίας κατοικούντων, καὶ [p] τῶν ἀλλοφύλων, εἰς τὴν Ἰωράμου βασιλείαν [q] ἐνέβαλε, καὶ [r] τήν τε χώραν διήρπασαν, καὶ τὸν οἶκον τοῦ βασιλέως· [s] ἔτι δὲ καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ [t] κατέσφαξαν καὶ τὰς γυναῖκας. εἷς δὲ αὐτοῦ περι-

x Πατρῴων φίλων,] Ita *Big. Samb.* & *Gall.* 1. πατρῴων in *Editis Aliisque.*
y Τῶν τοῦ Ἰσραὴλ βασιλέων,] Τῶν τοῦ λαοῦ βασιλέων *Vat. Gall.* 2. & *Vet. Interpr.*
z Τά τε ἄλλα εἶναι] Ita cum *MSS.* & *Vet. Interpr.* τούτε ἄλλα κακὰ in *Editis.* In *Epiphanii* versione, *docuit quoque vulgus & in aliis esse malum & extraneos adorare Deos per Gotholiam.*
a Γοθολία] Ita & LXXII. Ἀθαλία juxta *Hebr.*
b Συνοικήσασα] Συνοικοῦσα *Vat. Hen.* & *Busb.*
c Λύμῃ τῶν ἐπιχωρίων ἐθισμῶν.] Λύμαι Euripid. Hecub. v. 213. λώβαι, λῦμαι. SPANH.
d Ὑπήκουεν] Ὑπήκουσεν *Big. Samb.* & *Gall.* 1.
e Λαβίναν] Λάβαναν *Vat.* in *Epiphanii* libris *Labennam.* urbs, unde regio denominata, *S. Literis* (4 *Regum*, c. 8. v. 22.) dicitur, *Lebna*, *Labna* & *Lobana.* HUDS. לבנה Libna in Sacris. REL. Λοβνὰ LXX. MS. Alex. Λεμνὰ Hebr. לבנה. SPANH.
f Ὑψηλὰ τῶν ὀρῶν] Ὑψηλότατα in aliquot *MSS.* atque ita legisse videtur *Epiphan.*
g Κομίζεται παρ᾽ Ἠλία τοῦ προφήτου ἐπιστολή.] 2 Chronic. xxi. 12. SPANH.
h Προφήτου ἐπιστολή·] Ἔτι γὰρ ἐπὶ γῆς ἦν post προφήτου adjiciunt *Big. Samb. Vat.* & *Gall.* 1. De hac Eliæ epistola videsis *Schotanum* in *Bibl. H. S.* tom. 2. p. 913. & *J. Clericum Aliosque* ad 2 *Paralip.* c. 21.
i Τὸν Θεὸν] Ἐφ᾽ ἧ aut ἐν ἧ fere in omnibus *MSS.* apud *Epiphanium* etiam *in qua.*
k Ἐσήμαινε] Ἐσήμαινε ἐν τοῖς γρ. *Vat.*
l Αὐτοῦ τοῦ βασιλέως] Ita cum *Big. Samb.* & *Vat.* αὐτοῦ τε in *Editis Aliisque.*
* *Stragem;*] Ita placuit interpretari, quod *S. Litera* nihil de illis illato stupro loquantur, sed de illarum nece.
m Αὐτοῦ δι᾽ ὑπερβολὴν] Αὐτῷ *Vat.*
n Ὁρῶντα τὴν αὐτοῦ συμφορὰν,] Ἐπιδόντα *Big. Samb.* & *Gall* 1.
o Ἀράβων, τῶν ἔγγιστα τῆς Αἰθιοπίας κατοικούντων,] Arabes vicini Æthiopiæ. 2 Chronic. xxi. 16. *Syr.* Arabum commorantium inter Indos. SPANH.
p Τῶν ἀλλοφύλων,] Illud τῶν ex *MSS.* Hic loci *Josephus* Παλαιστίνους vocat ἀλλοφύλους, more LXXII. quod in superiori historia non fecit. HUDS. At an non & Ἄραβες erant ἀλλόφυλοι? Philistæi ἀλλόφυλοι appellantur singulari nomine, de quo alias. Verum non perpetuo Josephus per ἀλλοφύλους Philistæos intelligit. vide mox capite 6. ne quis ἀλλόφυλος interesse, id est, ξένος, ἀλλογενὴς, uti ipse explicat. REL.
q Ἐνέβαλε,] Ita *Big.* (*Cocc.*) & *Samb.* ἐνέβαλον in *Editis Aliisque.*
r Τήν τε χώραν διήρπασαν,] In quibusdam *MSS.* καὶ τὴν χώραν διήρπασε.
s Ἔτι δὲ καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ κατέσφαξαν καὶ τὰς γυναῖκας.] 2 Chron. xxi. 18. 19. SPANH.
t Κατέσφαξαν καὶ τὰς γυναῖκας.] Κατέσφαξε solus *Samb.*

y Ὀρῶ-

περιλείπεται τῶν παίδων, διαφυγὼν τοὺς πολεμίους, [v] Ὀχοζίας ὄνομα. μετὰ δὲ ταύτην τὴν συμφορὰν, αὐτὸς τὴν προειρημένην ὑπὸ τοῦ προφήτου [x] νόσον ἐπὶ πλεῖστον νοσήσας χρόνον· ἐνέσκηψε γὰρ εἰς τὴν γαστέρα τὸ θεῖον αὐτοῦ τὴν ὀργήν· ἐλεεινῶς ἀπέθανεν, ἐπιδὼν αὑτοῦ τὰ ἐντὸς ἐκρυέντα. περιύβρισε δὲ αὐτοῦ καὶ τὸν νεκρὸν ὁ λαός. [y] λογισάμενοι γὰρ οἶμαι τὸν οὕτως ἀποθανόντα κατὰ μῆνιν Θεοῦ, μηδὲ κηδείας τῆς βασιλεῦσι πρεπούσης ἄξιον εἶναι τυχεῖν, οὔτε ταῖς πατρῴαις ἐνεκήδευσαν αὐτὸν θήκαις, οὔτε ἄλλης τιμῆς ἠξίωσαν, [z] ἀλλ' ὡς ἰδιώτην ἔθαψαν· βιώσαντα μὲν ἔτη τεσσαράκοντα, βασιλεύσαντα δὲ ὀκτώ. [a] παραδίδωσι δὲ τὴν ἀρχὴν ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν τῷ παιδὶ αὐτοῦ Ὀχοζίᾳ.

nomine Ochozias. Post hanc autem calamitatem, *rex* ipse morbo, quem vates prædixerat, diutius conflictatus (Deus enim ira sua ventrem ejus perfuderat) miserabiliter vita decedebat, cum intestina sua egesta conspexisset. Quin & populus mortuum contumeliis affecit. nam cum secum, ut opinor, reputassent, nequaquam dignum esse qui regiis exsequiis cohonestetur, cum lethali ex ira Dei vulnere accepto exspirarit, neque in paternis ipsum sepeliere monumentis, neque alio dignati sunt honore: sed veluti privatum tumulo mandarunt; cum vixisset quidem annos quadraginta, octo vero regnasset. Populus autem Hierosolymitanus regnum tradidit filio ejus Ochoziæ.

Jorami mors. 4 Regum, c. 8.

Ochozias Judææ rex. 4 Regum, c. 8. 2 Paral. c. 22.

ΚΕΦ. ϛ'.

Ὡς Ἰηοῦς ἐχρίσθη εἰς βασιλέα, καὶ Ἰώραμον ἀνεῖλεν καὶ Ὀχοζίαν· οἷά τε ἀπ' αὐτοῦ ἐπράχθη εἰς κόλασιν τῶν ἀσεβῶν.

CAP. VI.

IV.

Quemadmodum Jehus unctus est rex, & Joramum ferro peremit & Ochoziam: quæque ab eo gesta sunt ad pœnas impiis irrogandas.

Ἰώραμος δὲ ὁ τῶν Ἰσραηλιτῶν βασιλεὺς, μετὰ τὸν Ἀδάδου θάνατον ἐλπίσας [b] Ἀραμάθην πόλιν τῆς Γαλααδίτιδος [c] ἀφαιρήσεσθαι τοὺς Σύρους, στρατεύει μὲν ἐπ' αὐτὴν μετὰ μεγάλης παρασκευῆς. ἐν δὲ τῇ πολιορκίᾳ τοξευθεὶς ὑπό τινος τῶν Σύρων οὐ καιρίως, ἀνεχώρησεν εἰς [d] Ἰεσραέλαν πόλιν, ἰαθησόμενος ἐν αὐτῇ τὸ τραῦμα· καταλιπὼν ἐν τῇ Ἀραμάθῃ τὴν στρατιὰν ἅπασαν, καὶ ἡγεμόνα τὸν [e] Νεμεσσοῦ παῖδα Ἰηοῦν. ἤδη γὰρ αὐτὴν [f] ᾑρήκει κατὰ κράτος. προύκειτο δὲ αὐτῷ μετὰ τὴν θεραπείαν πολεμεῖν τοῖς Σύροις. Ἐλισσαῖος δὲ ὁ προφήτης ἕνα τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, δοὺς αὐτῷ [g] τὸ ἅγιον ἔλαιον, ἔπεμψεν εἰς Ἀραμάθην χρίσοντα τὸν Ἰηοῦν· καὶ φράσοντα ὅτι τὸ θεῖον αὐτὸν ᾕρηται βασιλέα. ἄλλα τε πρὸς τούτοις εἰπὼν ἐπιστείλας, [h] ἐκέλευσε τρόπῳ φυγῆς ποιήσασθαι τὴν πορείαν, ὅπως λάθῃ πάντας ἐκεῖθεν ἀπιών. ὁ δὲ γενόμενος ἐν τῇ πόλει, τὸν [i] μὲν Ἰηοῦν εὑρίσκει καθεζόμενον μετὰ τῶν τῆς στρατιᾶς ἡγεμόνων μέσον αὐτῶν, καθὼς Ἐλισσαῖος αὐτῷ προεῖπε. προσελθὼν δὲ ἔφη, βούλεσθαι περί τινων αὐτῷ διαλεχθῆναι. τοῦ δὲ ἀναστάντος καὶ ἀκολουθήσαντος εἰς [k] τὸ ταμιεῖον, λαβὼν ὁ νεανίας τὸ ἔλαιον, κατέχεεν αὐτοῦ τῆς κεφαλῆς· καὶ τὸν Θεὸν [l] ἔφησε βασιλέα χειροτονεῖν αὐτὸν, ἐπ' ὀλέθρῳ τοῦ γένους τοῦ Ἀχάβου, καὶ ὅπως [m] ἐκδικήσῃ τὸ αἷμα τῶν προφητῶν, τῶν ὑπὸ Ἰεζαβέλης παρανόμως ἀποθανόντων, ἵν' ὁ τούτων οἶκος τὸν αὐτὸν τρόπον [n] ὅνπερ οἱ Ἱεροβοάμου τοῦ Ναβαταίου παιδὸς καὶ [o] Βαασὰ πρόρριζος διὰ τὴν ἀσέβειαν αὐτῶν ἀφανισθῇ, καὶ μηδὲν ὑπολειφθείη σπέρμα τοῦ Ἀχάβου γενεᾶς. καὶ ὁ μὲν ταῦτ' εἰπὼν ἐξεπήδησεν ἐκ τοῦ ταμιείου, σπουδάζων μηδενὶ τῶν [p] ἐπὶ τῆς στρατιᾶς ὀφθῆναι.

β'. Ὁ δὲ Ἰηοῦς προελθὼν ἧκεν ἐπὶ τὸν τόπον ἔνθα μετὰ τῶν ἡγεμόνων [q] ἐκαθέζετο. πυνθανομένων δὲ καὶ φράζειν αὐτοῖς παρακαλούντων τί πρὸς αὐτὸν ὁ νεανίας ἀφίκοιτο, καὶ προσέτι μεμηνέναι λεγόντων αὐτόν· ἀλλ'

CÆterum Joramus Israëlitarum rex, post Adadi interitum in spem inductus se posse Syris adimere Aramatham *regionis* Galaaditidis urbem, cum magno quidem apparatu in eam exercitum educit. In ejus autem oppugnatione sagitta ictus à quodam Syro, non *tamen* lethaliter, in Jesraëlam urbem se recepit, ut illic sanandum curaret vulnus: relicto ad Aramatham toto exercitu cum Jehu duce Nemessi filio. jam enim urbem *istam* vi ceperat. Ei autem propositum erat, cum à vulnere revalesceret, Syros bello aggredi. Interim Elissæus vates unum è discipulis suis, dato ei sacro oleo, misit Aramatham, ut Jehum ungeret; diceretque, Deum ipsum in regem elegisse. Mandatis etiam quibusdam aliis, præcepit *ei* fugientis more iter facere, ut inde profectus omnes lateret. Ille vero, ubi ad urbem pervenit, offendit Jehum *forte* in medio sedentem inter exercitûs duces, prout Elissæus ei prædixerat. Cum autem ad eum accessisset, ajebat, se velle cum eo certis de rebus colloqui. Illo vero excitato atque eum in conclave sequuto, juvenis oleum depromptum in caput ejus effudit: dixitque, Deum illum regem creare, in stirpis Achabi perniciem, utque sanguinem ulciscatur vatum, quos Jezabela injusta nece peremit, ut domus eorum, similiter ac illæ Hieroboami Nabatæi filii atque Baasæ, propter eorum impietatem funditus intereat, nullumque maneat semen ex Achabi genere. Et ille quidem hæc loquutus è conclavi se proripuit, id agens ne à quopiam in exercitu conspiceretur.

2. Jehus autem foris egressus revertebatur ad locum ubi cum ducibus sedebat. Illis vero percontantibus simul & obsecrantibus ut eis indicaret cur ad eum *iste* juvenis venisset, prætereaque illum insanire dicentibus; sane de eo recte conjecistis, re-

Joramus Israëlitarum rex in obsidione sagitta ictus. 4 Regum, c. 8.

Elissæus mittit, qui Jehum ungat Israëlitarum regem. 4 Regum, c. 9.

Dei oraculum Jehus ducibus narrat. 4 Regum, c. 9.

v Ὀχοζίας] Ita & LXXII. *Jehoachaz* juxta *Hebr.*

x Νόσον ἐπὶ πλεῖστον] Sic *Samb.* νόσον post προειρημένην habent *Vat.* & *Bas.* in *reliquis* vox ista omittitur.

y Λογισάμενοι γὰρ] *Al.* λογισάμενος, dein ἐνεκήδευσεν &c.

z Ἀλλ' ὡς ἰδιώτην] Illa ἀλλ' ὡς ἰδιώτην ἔθαψαν ex *MSS.* & *Vet. Interpr.*

a Παραδίδωσι] Παρεδίδωσι *Vat.*

b Ἀραμάθην] De Ἀραμάθῃ supr. lib. 8. c. 15. §. 3. & 5. SPANH.

c Ἀφαιρήσεσθαι] Ἀφαιρεθήσεσθαι *Vat.*

d Ἰεσραέλαν] Ex p. 462. §. 8. & p. 460. §. 6. Ἰζάρελαν legi debuit pro Ἀζάρελαν *Editorum* & Ἰαζάρελαν *Big. Samb.* & *Gall.* 1. sed cum paulo infra p. 486. v. 7. Ἰεσραέλαν (ut & in Codice meo docet *Coccejus*) habeant libri omnes, (& hic loci in *Cod. Vat.* exstet Ἰεζαρέλαν, & Ἰεζιρέλαν in *Gall.* 2. & *Jezraëlem* in *Epiphanio*) Ἰεσραέλαν rescribendum censuimus.

e Νεμεσσοῦ παῖδα Ἰηοῦν] Ita ex *Epiphanii* libris, LXXII. *Aliisque.* Ἀμασὶ in *Editis*, Ἀμασῆ *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2. Ἀμασίου *Vat.* Si quis Ναμεσὶ malit, non repugnabo.

f Ἡρήκει κατὰ κράτος.] Sic *Big. Samb. Hen. Bosb.* & *Gall.* 1. εἰρήκει *Bas.* εἵλεθ' *Gen.* εἰρήκει *Vat.* ἠρήκει *Gall.* 2.

g Τὸ ἅγιον ἔλαιον,] Unde ei Sacrum oleum, quod in loco Sancto ubi templum erat adservabatur? In Sacro codice non legitur id oleum sanctum fuisse. REL.

h Ἐκέλευσε] Ita *Big. Samb. Vat.* & *Vet. Interpr.* ἐκέλευσε καὶ πέμπει in *cæteris.*

i Μὲν Ἰηοῦν εὑρίσκει] Illud μὲν ex *iisdem MSS.* & *Vet. Interpr.* ut & βασιλεία in fine §. 4.

k Τὸ ταμιεῖον,] LXX. εἰς τὸ ταμεῖον ἐν τῷ ταμείῳ *MS. Alex.* ἐν τῷ ταμιείῳ. 2 Reg. IX. 2. *Vulg.* in interius cubiculum. Hebr. חדר בחדר *cubiculum in cubiculum* seu in penitissimum penetrale. infr. c. 7. §. 2. εἰς τὸ ταμιεῖον. SPANH.

l Ἔφησε βασιλέα] Ἔφη *Vat.*

m Ἐκδικήσῃ τὸ αἷμα] Ἐκδικήσῃς *Vat.*

n Ὅνπερ οἱ Ἱεροβοάμου] Ita *Big.* & *Samb.* ὅνπερ οἱ Ἱερ. τ. N. παῖδες in *Editis.* ὅνπερ ὁ Ἱερ. τ. N. παιδὸς *Vat.* ὅνπερ ὁ Ἱερ. τ. N. παῖς *Gall.* 2.

o Βαασά] Supra (*sc.* p. 455. §. 3. 456. §. 4.) Βασάνης dicitur. Hic vero Ἀβασᾶ *Big.* & *Samb.* Ἀμασᾶ *Vat.* Βασὰ *Gall.* 2.

p Ἐπὶ τῆς στρατιᾶς ὀφθῆναι.] Ἐν τῇ στ. *Vat.*

q Ἐκαθέζετο.] Ita *Samb.* *Bas.* ἐκαθέζετο *Gen.* *Aliique.*

respondebat, nam & insani verba loquutus est. Cum autem magis adhuc instarent & audire postularent, regnum populi sibi à Deo delatum, ajebat illum dixisse. Hæc ubi dixerat, suam quisque vestem exeuntes eas illi substernebant, & signo cornibus dato Jehum regem esse pronunciabant. Atque ille, coactis copiis, in eo erat ut contra Joramum exiret ad urbem Jesraëlam: ubi, ut jam diximus, curationem adhibuit vulneri, quod in Aramathæ obsidione acceperat. Tum autem Ochozias Hierosolymorum rex propter cognationem eo se contulerat, (nam sororis ejus filius erat, ut ante retulimus) præsertimque ad visendum quomodo se haberet ex vulnere. Jehus autem, volens Joramum & qui cum eo erant ex improviso adoriri, requirebat ut operam darent, ne quis militum ex urbe evaderet, qui ista Joramo nunciatum iret. hoc enim ipsi claro fore benevolentiæ indicio, & qui ita animo affecti essent *bona fide* cum regem declarasse.

V. *Jehus Joramum Israëlitarum regem & Ochoziam Judæ regem interficit.* 4 *Regum, c.* 9.

3. Illi autem, mandatis cum lætitia acceptis, vias custodierunt, ne quis clam Jesraëlam profectus iis qui isthic erant illum indicaret. Et quidem Jehus, lectissimis equitum assumptis, ipsoque in curru collocato, Jesraëlam petebat. Cumque non longe abesset, speculator, à rege Joramo constitutus ut venientes in urbem prospiceret, Jehum conspicatus cum turmis advehi, nunciavit Joramo adventare agmen equitum. Ille vero è vestigio præcepit obviam mitti equitem, quisnam veniat quæsitum. Cum autem eques ad Jehum accessisset, interrogabat quomodo se res habeant in exercitu. regem enim de istis percontari *ajebat*. Ille vero jussit, ut de istis quidem nihil solicitus esset, sed ipsum sequeretur. Cum hæc vidisset speculator, Joramo renunciavit, equitem in turmam appellentium receptum una cum illis advenire. Mox & alteri à rege misso imperavit Jehus ut idem faceret. Ubi vero & hoc Joramo is indicaverat qui in speculis stabat, postremo *&* ipse conscenso curru cum Ochozia Hierosolymorum rege (ille enim, ut ante diximus, propter cognationem aderat ipsum visurus, quomodo se haberet ex vulnere) *illi* occursurus progrediebatur. *nam* & lentius *aliquanto* & composito agmine Jehus incedebat. Joramus autem huic in fundo Nabuthi obviam factus, ab eo quæsivit, satin' salvæ sint res in exercitu. Cum vero Jehus convicia in eum amarulenta jecisset, ita ut matrem ejus veneficam & meretricem appellaret, rex ea quæ in animo haberet veritus, ipsumque nihil sani cogitare suspicatus, converso ut poterat curru fugiebat, cum Ochoziæ dixisset, circumventos se dolo ac insidiis. At Jehus, admota arcui manu, eum percutit, telo illi per pectus exeunte. Et Joramus quidem continuo in poplitem concidit, animamque efflavit. Jehus autem præcepit Badacro, tertiæ partis *copiarum* præfecto, ut Jorami cadaver in Nabuthi agrum projiceret,

ὀρθῶς γε εἰκάσατε, εἶπε, καὶ γὰρ τοὺς λόγους μεμηνότος ἐποιήσατο. σπουδαζόντων δὲ ἀκοῦσαι καὶ δεομένων, ἔφη, τὸν Θεὸν αὐτὸν ᾑρῆσθαι βασιλέα τοῦ πλήθους, εἰρηκέναι. τοῦτ' εἰπόντος ἕκαστος [p] περιδύων αὐτὸν [q] ὑπεστρώννυεν αὐτῷ τὸ ἱμάτιον· καὶ σαλπίζοντες τοῖς κέρασιν ἐσήμαινον Ἰηοῦν εἶναι βασιλέα. ὁ δὲ, ἀθροίσας τὴν στρατιὰν, ἔμελλεν ἐξορμᾶν ἐπὶ Ἰώραμον εἰς [r] Ἰεζράηλα πόλιν· ἐν ᾗ, καθὼς προείπαμεν, ἐθεραπεύετο τὴν πληγὴν, ἣν ἔλαβε πρὸς τῇ [s] Ἀραμαθῆς πολιορκίᾳ. ἔτυχε δὲ καὶ ὁ τῶν Ἱεροσολύμων βασιλεὺς Ὀχοζίας ἀφιγμένος πρὸς τὸν Ἰώραμον· υἱὸς γὰρ ἦν αὐτοῦ τῆς ἀδελφῆς, ὡς καὶ προειρήκαμεν· ἐπισκέψασθαι δὲ πῶς ἔχοι ἐκ τοῦ τραύματος, διὰ τὴν συγγένειαν ἐληλύθει. Ἰηοῦς δὲ, βουλόμενος αἰφνιδίως τοῖς περὶ τὸν Ἰώραμον ἐμπεσεῖν, ἠξίου μηδένα τῶν στρατιωτῶν ἀποδράντα μηνῦσαι ταῦτα τῷ Ἰωράμῳ. τοῦτο [t] γὰρ ἔσεσθαι λαμπρὰν ἐπίδειξιν αὐτοῦ τῆς εὐνοίας, καὶ [y] τοὺς διακειμένους οὕτως ἀποδεῖξαι αὐτὸν βασιλέα.

γ'. Οἱ δὲ τοῖς εἰρημένοις ἡσθέντες ἐφύλαττον τὰς ὁδοὺς, μή τις εἰς [z] Ἰεζράηλαν διαλαθὼν μηνύσῃ αὐτὸν τοῖς ἐκεῖ. καὶ ὁ μὲν Ἰηοῦς, τῶν ἱππέων ἐπιλέκτους [a] παραλαβὼν, καὶ καθίσας ἐφ' ἅρματος, εἰς τὴν Ἰεζράηλαν ἐπορεύετο. γινομένου δὲ ἐγγὺς, ὁ σκοπὸς, ὃν ὁ βασιλεὺς Ἰώραμος [b] καθεστάκει τοὺς ἐρχομένους εἰς τὴν πόλιν ἀφορᾷν, ἰδὼν μετὰ πλήθους προσελαύνοντα τὸν Ἰηοῦν, ἀπήγγειλεν Ἰωράμῳ προσελαύνουσαν ἱππέων ἴλην. ὁ δὲ εὐθὺς ἐκέλευσεν ἐκπεμφθῆναί τινα [c] τῶν ἱππέων ὑπαντησόμενον, καὶ τίς ἐστιν ὁ προσιὼν γνωσόμενον. ἐλθὼν [d] οὖν πρὸς τὸν Ἰηοῦν ὁ ἱππεὺς, ἐπηρώτα περὶ τῶν ἐν τῷ στρατοπέδῳ· πυνθάνεσθαι γὰρ ταῦτα τὸν βασιλέα. ὁ δὲ μηδὲν μὲν περὶ τούτων πολυπραγμονεῖν [e] ἐκέλευσεν, ἕπεσθαι δὲ αὐτῷ. ταῦθ' ὁ σκοπὸς ὁρῶν, ἀπήγγειλεν Ἰωράμῳ τὸν ἱππέα, συγκαταμιγέντα τῷ πλήθει τῶν προσιόντων, σὺν ἐκείνοις παραγίνεσθαι. πεμφθέντος δὲ καὶ δευτέρου ὑπὸ βασιλέως, ταὐτὸ ποιεῖν προσέταξεν Ἰηοῦς. ὡς δὲ καὶ τοῦτ' ἐδήλωσεν ὁ σκοπὸς Ἰωράμῳ, τελευταῖον αὐτὸς ἐπιβὰς ἅρματος σὺν Ὀχοζίᾳ τῷ τῶν Ἱεροσολύμων βασιλεῖ· παρῆν γὰρ αὐτὸς, ὡς ἔφημεν ἔμπροσθεν, ὀψόμενος αὐτὸν, πῶς [f] ἐκ τοῦ τραύματος ἔχοι, διὰ συγγένειαν· ἐξῆλθεν ὑπαντησόμενος. [g] σχολαίτερόν τε καὶ μετ' εὐταξίας ὥδευεν Ἰηοῦς. καταλαβὼν δὲ ἐν ἀγρῷ [h] Ναβώθου τοῦτον Ἰώραμος, ἐπυνθάνετο εἰ πάντα ἔχοι καλῶς τὰ κατὰ τὸ στρατόπεδον. [i] βλασφημήσαντος δὲ πικρῶς αὐτὸν Ἰηοῦ, ὡς καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ [k] φαρμακὸν καὶ πόρνην ἀποκαλέσαι, δείσας ὁ βασιλεὺς τὴν διάνοιαν αὐτοῦ, καὶ μηδὲν ὑγιὲς φρονεῖν αὐτὸν ὑπονοήσας, στρέψας ὡς εἶχε τὸ ἅρμα, ἔφυγε, φήσας πρὸς Ὀχοζίαν ἐνέδρᾳ καὶ δόλῳ [l] καταστρατηγηθῆναι. Ἰηοῦς δὲ τοξεύσας αὐτὸν καταβάλλει, τοῦ βέλους διὰ τῆς καρδίας ἐνεχθέντος. καὶ Ἰώραμος μὲν εὐθὺς πεσὼν ἐπὶ γόνυ τὴν ψυχὴν ἀφῆκεν. Ἰηοῦς δὲ προσέταξε [m] Βαδάκρῳ [n] τῷ τῆς τρίτης μοίρας ἡγεμόνι, ῥίψαι τὸν Ἰωράμου νεκρὸν εἰς τὸν ἀγρὸν

p Περιδύων αὐτὸν ὑπεστρώννυεν αὐτῷ τὸ ἱμάτιον·] Juxta morem Regum in Oriente. vid. Æschyl. Agamem. v. 919. & quæ ibi noto: πορφυρόστρωτος πόρος ad adventum Agamemnonis. SPANH.

q Επεστρώννυεν αὐτῷ τὸ ἱμάτιον·] Lege ὑπεστρώννυεν. COCC.

r Ἰεζράηλαν πόλιν·] Ἰεζαρήλαν & mox Ἰζαρήλαν *Vat.* Ἰεζερήλαν *Gall.* 2. Videsis *Annott.* ad p. 462. §. 8.

s Ἀραμαθῆς] Ῥαμάθας *Vat.* & supra Ἀραμάθας, ut hic loci *Bas.*

t Γὰρ ἔσεσθαι] Illud γὰρ additum ex *MSS.*

y Τοὺς διακειμένους] Τοῦ διακ. *Big.*

z Ἰεζράηλαν] Ita cum *Samb.* ut p. 485. §. 1. Ἰεζράηλα in *Editis*. Ἰεζράηλαν *Big.* Ἰζαρήλαν *Vat.* Ἰεζέρηλαν *Gall.* 2. Ἰεζέρηλα *Gall.* 1.

a Παραλαβὼν,] Sic *Big. Samb.* & *Vat.* ἀναλαβὼν in *cæteris.*

b Καθεστάκει] Ita cum *MSS.* in *Editis* καθεστήκει, forsan pro καθεστάκει.

c Τῶν ἱππέων] Illud τῶν ex *MSS.*

d Οὖν πρὸς τὸν Ἰηοῦν] Ita cum *MSS.* ἐλθὼν δὲ in *Editis.*

e Ἐκέλευσεν,] Ἐκέλευε *Vat.* & *Gall.* 1. 2.

f Ἐκ τοῦ τραύματος] Ἐκ τραύματος *plerisque.*

g Σχολαίτερόν τε] Ita sane in libris omnibus tam *Gr.* quam *Lat.* (nisi quod δὲ pro τε habeant *Samb.* & *Vat.*) quod forsan *Josephus* exsculpserit ex verbis obscuris *Interpretum* LXXII. 4 *Regum*, c. 9. v. 20. Contrarium plane dicit *Veritas Hebraica*: adeo ut hic forsan aliquis legendum esse suspicaretur, ἀσχολώτερόν τε καὶ μετ' ἀταξίας ὥδευεν Ἰηοῦς.

h Ναβώθου] Ναβούθου in quibusdam *MSS.*

i Βλασφημήσαντος] Sic βλασφημεῖν pro conviciari proximum Plato l. xi. de Legib. p. 934. E. SPANH.

k Φαρμακὸν] Sic φαρμακοὺς veneficos LXX. Exod. xxii. 18. SPANH.

l Καταστρατηγηθῆναι.] Sic cum *MSS.* καταστρατηγῆσαι in *Editis.*

m Βαδάκρῳ] Ita pro Βαδάκῳ *Editorum Aliorumque* rescripsi ex melioribus *Epiphanii* libris, qui *Vadacro* habent. Βιδεκὰρ malit *Schotanus* ex Βαδεκὰρ *Int.* LXXII.

n Τῷ τῆς τρίτης μοίρας ἡγεμόνι,] Confer. supr. c. 4. §. 4. SPANH.

o Κα-

ἀγρὸν τοῦ Ναβώθου, ἀναμνήσας αὐτὸν τῆς Ἠλία προφητείας ἣν Ἀχάβῳ τῷ πατρὶ αὐτοῦ τὸν Νάβωθον ἀποκτείναντι προεφήτευσεν, ὡς ἀπόλοιτο αὐτός τε καὶ τὸ γένος αὐτοῦ ἐν τῷ ἐκείνου χωρίῳ. ταῦτα γὰρ [o] καθεζομένους ὄπισθεν τοῦ ἅρματος τοῦ Ἀχάβου λέγοντος ἀκοῦσαι τοῦ προφήτου. καὶ δὴ τοῦτο συνέβη γενέσθαι, κατὰ τὴν πρόῤῥησιν τὴν ἐκείνου. πεσόντος δὲ Ἰωράμου, δείσας περὶ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας Ὀχοζίας, τὸ ἅρμα εἰς ἑτέραν ὁδὸν ἐξέκλινε, λήσεσθαι τὸν Ἰηοῦν ὑπολαβών. ὁ δὲ ἐπιδιώξας, καὶ καταλαβὼν ἔν τινι προσβάσει, τοξεύσας ἔτρωσε. καταλιπὼν δὲ τὸ ἅρμα, καὶ ἐπιβὰς ἵππῳ φεύγει τὸν Ἰηοῦν εἰς [p] Μαγεδδώ. κἀκεῖ θεραπευόμενος μετ' ὀλίγον ἐκ τῆς πληγῆς τελευτᾷ. κομισθεὶς δὲ εἰς Ἱεροσόλυμα, τῆς ἐκεῖ ταφῆς τυγχάνει· βασιλεύσας μὲν ἐνιαυτὸν ἕνα, πονηρὸς δὲ καὶ χείρων τοῦ πατρὸς [q] αὐτοῦ γενόμενος.

δ'. Τοῦ δὲ Ἰηοῦ [r] ἐλθόντος εἰς [s] Ἰεζράηλαν, κοσμησαμένη [t] ἡ Ἰεζαβέλα, καὶ στᾶσα ἐπὶ τοῦ πύργου, "καλὸς, εἶπε, δοῦλος [v] ὁ ἀποκτείνας τὸν δεσπότην." ὁ δὲ ἀναβλέψας πρὸς αὐτὴν, [x] ἐπυνθάνετο τίς εἴη, καὶ καταβᾶσαν ἥκειν πρὸς αὐτὸν ἐκέλευσε· καὶ τέλος τοῖς εὐνούχοις προσέταξεν αὐτὴν ἀπὸ τοῦ πύργου βαλεῖν. καταφερομένη δὲ τό τε τεῖχος πεῤῥαινε τῷ αἵματι, καὶ συμπατηθεῖσα ὑπὸ τῶν ἵππων οὕτως ἀπέθανε. [y] τούτων δὴ γενομένων παρελθὼν Ἰηοῦς εἰς τὰ βασίλεια σὺν τοῖς φίλοις, ἑαυτὸν ἐκ τῆς ὁδοῦ [z] ἀνεκτᾶτο τοῖς τε ἄλλοις καὶ τραπέζῃ. προσέταξε δὲ τοῖς οἰκέταις ἀνελομένοις τὴν Ἰεζαβέλαν θάψαι διὰ τὸ γένος· ἦν γὰρ ἐκ βασιλέων. εὗρον δὲ οὐδὲν τοῦ σώματος αὐτῆς οἱ προσταχθέντες τὴν κηδείαν, ἢ μόνα τὰ [a] ἀκρωτήρια. τὸ δὲ ἄλλο πᾶν ὑπὸ κυνῶν ἦν δεδαπανημένον. ταῦτα ἀκούσας ὁ Ἰηοῦς, ἐθαύμαζε τὴν Ἠλία προφητείαν. οὕτως γὰρ αὐτὴν εἰς Ἰεζράηλαν [b] προεῖπε τοῦτον [c] ἀπολέσθαι τὸν τρόπον.

ε'. Ὄντων δὲ Ἀχάβῳ παίδων ἑβδομήκοντα, τρεφομένων δὲ ἐν Σαμαρείᾳ, πέμπει δύο ἐπιστολὰς Ἰηοῦς, τὴν μὲν τοῖς παιδαγωγοῖς, [d] τὴν δὲ ἑτέραν τοῖς ἄρχουσι τῶν Σαμαρέων, λέγων, τὸν [e] ἀνδρειότατον τῶν Ἀχάβου παίδων [f] ἀποδεῖξαι βασιλέα· [g] καὶ γὰρ ἁρμάτων αὐτοῖς εἶναι πλῆθος καὶ ἵππων καὶ ὅπλων καὶ στρατιᾶς, καὶ πόλεις ὀχυρὰς ἔχειν· καὶ [h] τοῦτο ποιήσαντας εἰσπράξασθαι δίκην ὑπὲρ τοῦ δεσπότου. ταῦτα δὲ [i] ἐγέγραφε, διαπειρᾶν βουλόμενος λαβεῖν τῆς τῶν [k] Σαμαρέων διανοίας. ἀναγνόντες δὲ τὰ γράμματα, οἵ τε ἄρχοντες καὶ οἱ παιδαγωγοὶ, κατέδεισαν. καὶ λογισάμενοι μηδὲν δυνήσεσθαι ποιεῖν πρὸς τοῦτον, ὃς δύο μεγίστων ἐκράτησε βασιλέων, ἀντέγραψαν ὁμολογοῦντες αὐτὸν ἔχειν δεσπότην, καὶ ποιεῖν ὃ ἂν κελεύῃ. ὁ δὲ πρὸς ταῦτα ἀντέγραψεν, αὐτοῖς τε ὑπακούειν κελεύων, καὶ τῶν Ἀχάβου παίδων τὰς κεφαλὰς ἀποτεμόντας πέμψαι πρὸς αὐτόν. οἱ δὲ ἄρχοντες μεταπεμψάμενοι τοὺς τρο-

sibi in memoriam revocato Eliæ vaticinio, quo patri ejus Achabo post cædem Nabuthi prædixerat, fore ut ipse *aliquando* cum sua progenie illius in agro periat *ubi eum interfecerat*. hujusmodi enim oraculum, cum à tergo Achabi in curru sederemus, vatem pronunciantem audivimus. id quod etiam, ita ut prædictum fuerat, evenit. Cum autem Joramus cecidisset, Ochozias, de sua salute solicitus, currum in aliam viam deflexit, se Jehum latiturum esse ratus. At ille eum persequutus, in clivo quodam deprehensum ictu sagittæ vulneravit. Quo fit ut is, curru relicto & equo conscenso, à Jehu aufugeret in Mageddonem: ibique inter curandum non multo post ex vulnere moritur. atque *à suis* Hierosolyma vectus illic sepelitur; cum annum quidem & non amplius regnasset, nequam vero patreque suo pejor exstitisset.

Jorami cadaver in Nabuthi fundum projectum. *4 Regum, c. 9.*

Ochozia mors. *4 Regum, c. 9.*

4. Cum autem Jehus Jesraëlam accessisset, Jezabela, compta *admodum* in turri stans, "ô servum "egregium, ajebat, qui dominum *suum* occidit." Ille vero, oculis ad eam sublatis, interrogabat, quænam esset; jussitque ut descenderet, & ad se veniret: tandemque spadonibus imperavit, ut eam de turri præcipitarent. Illa vero, inter cadendum, murum sanguine respersit, & ab equis conculcata hunc in modum periit. Dein, ubi hæc facta erant, Jehus ad regiam perrexit, & seipsum & amicos de via fessos inter alia mensâ reficiebat. Domesticis autem suis, qui Jezabelam interemerant, præcepit, ut eam in honorem generis sepelirent: nam ex regibus erat prognata. At ii, quibus mandatum erat ut funus curarent, nihil de corpore ejus reliquum invenerunt, * præter extrema. nam cætera omnia à canibus consumpta erant. Jehus, his auditis, Eliæ demiratus est vaticinium. ille enim prædixit, eam hujusmodi mortem obituram esse in Jesraëla.

VI. Jezabela conculcata & à canibus discerpta. *4 Regum, c. 9.*

5. Cum haberet autem Achabus septuaginta liberos, qui Samariæ alebantur, misit Jehus duas epistolas, unam quidem ad eorum nutritios, alteram vero ad Samarensium principes: monens, ut ex Achabi filiis fortissimum *dispicerent quem* regem crearent; (illis enim magnam curruum esse vim & equorum & armorum & copiarum, & urbes quoque munitissimas) atque hoc facto, mortem domini ultum irent. Scripsitque in hæc verba, experiri volens quomodo Samarenses erga se animo essent affecti. Principes autem & nutritii, lectis literis, ingenti metu perculsi sunt. cumque cogitassent, se nihil adversus istum facere posse, qui duos reges maximos superârat, rescripserunt ita ut faterentur se illum pro domino habere, omniaque imperata facturos. Ille vero ad hæc alteram ad eos scripsit epistolam, præcipiens ut ei dicto essent audientes, & Achabi filiorum capita abscissa ad eum

Jehus scribit ad Samariensium principes. *4 Regum, c. 10.* *4 Regum, c. 10. v. 2.*

o Καθεζομένους] Ita in *Editis Aliisque*, convenienter *S. Literis*, 4 *Regum*, c. 9. v. 25. καθεζομένου *Big. Samb.* & *Vat.* atque ita vel καθεζόμενος legebat *Epiphan.* qui vertit, *cum sederet*. HUDS. Καθεζόμενοι videtur legisse interpres: atque in Sacris etiam hunc & Badacum ibi sedisse extat. REL.

p Μαγεδδώ.] Recte: Μαγεδδὼ & Μαγεδωὶ vitiose in *MSS.* HUDS. Conf. sup. lib. VIII. c. 6. §. 1. SPANH.

q Αὐτοῦ γενόμενος.] Illud αὐτοῦ inseruimus ex *Cod. MSS.* & *Vet. Interpr.*

r Ἐλθόντος] Εἰσελθόντος εἰς τὰ Ἰεζράηλα *Big.* & *Samb.* εἰσελθόντος quidem agnoscunt *Vat.* & *Vet. Interpr.*

s Ἰεζράηλαν,] Ita ut supra, p. 486. §. 3. Ἰεζράηλα in *Editis* & *plerisque MSS.*

t Ἡ Ἰεζαβέλα,] Ἰεζαβέλα sine articulo *Big.* & *Samb.* alibi (cum *Vat.*) Ἰεζαβέλη.

v Ὁ ἀποκτείνας τὸν δεσπότην.] Ὃς ἀπέκτεινας *Samb.* & *Vat.* ὃς ἀπέκτεινε, vel ὃς ἀπέκτεινε in *aliis MSS.* ὃς δοῦλος *Cedren.*

x Ἐπυνθάνετο τίς εἴη,] Ἐπυνθάνετό τε *Big.* & *Samb.*

y Τούτων δὴ γενομένων] Τούτων δὲ γεν. *Vat.*

z Ἀνεκτᾶτο] Ita ex *MSS.* & *Vet. Interpr.* ἀνεκτᾶτο, προστάξας τοῖς οἰκέταις Ἰεζαβέλαν θάψαι in *Editis*.

a Ἀκρωτήρια.] Sunt extremitates membrorum, ut manuum, pedum, hinc ἀκρωτηριάζειν est præcidere has extremitates. REL.

* *Præter extrema.*] *Sc.* præter calvam, pedesque, & manuum palmas.

b Προεῖπε τοῦτον ἀπολέσθαι τὸν τρόπον.] Conf. supr. lib. 8. c. 13. §. 8. SPANH.

c Ἀπολέσθαι τὸν τρόπον.] *Al.* ἀπολεῖσθαι.

d Τὴν δὲ ἑτέραν] Ita *Big. Samb. Vat.* & *Gall.* 1. 2. eo fere modo quo *Demosth.* τὸ ψήφισμα τοῦτο γράψας, τὴν ἐπὶ τοῖς τόποις &c. in *Editis* λέγων εἰς τὸν ἀνδρ. & dein ἀποδεῖξαι *Bas.* ἀποδεῖξαι *Gen.*

e Ἀνδρειότατον] Ir. ἀρειότατον HUDS. in *Add.*

f Ἀποδεῖξαι] *Gen.* ἀποδεῖξαι. *Cocceius* ἀποδείξαντα, verum Ed. *Huds.* firmatur Collatione *Big.* HAV.

g Καὶ γὰρ ἁρμάτων] In *Editis* καὶ γὰρ ἁρμάτων τὸ [vel τὸ] ἀνδρειότατον αὐτοῖς &c. Verum illa τὸ ἀνδρειότατον (quæ nec *MSS.* agnoscunt, nec *Vet. Interpr.* quæque è superioribus in textum forsan irrepserint) plane ejecimus.

h Τοῦτο ποιήσαντας] Ita cum *MSS.* & *Vet. Interpr.* ταῦτα in *Editis*.

i Ἐγεγράφει,] Sic in *Cod. Vat.* nec aliter forsan *Epiphan.* qui vertit, *hæc autem scripsit.* ἐγεγράφει *Big.* ἔγραφε in *Editis Aliisque*.

k Σαμαρέων διανοίας.] Σαμαρειτῶν solus *Vat.*

l Σα-

cum mitterent. Tum principes accersitis puerorum altoribus imperant, ut capita illis, postquam eos jugulassent, præciderent, & ad Jehum mittenda curarent. Illi vero ita jussis obsequuti sunt, ut nihil omnino omiserint: atque capita eorum, in fiscellas quasdam plexiles congesta, Jesraëlam miserunt. Ubi autem ista afferebantur, Jehu cum amicis cœnanti nunciatur, Achabi filiorum capita allata esse. Tum ille ante portam utrinque acervos ex eis construi jussit. Hoc itaque facto, prima luce ad illa visenda prodit: atque *ea* intuitus, cœpit ad populum, qui tum *forte* aderat, dicere; quod ipse quidem in dominum suum exercitum eduxerit, eumque interfecerit, istos vero omnes non ipse peremerit. Cæterum illud iis de stirpe Achabi persuasum esse volebat, omnia juxta Dei oraculum evenisse, ejusque domum, sicuti prædixerat Elias, funditus periisse. Præterea autem occisis quotquot apud Jesraëlitas ex Achabi cognatis reperiri poterant, Samariam ire contendebat. Atque in itinere nactus Ochoziæ Hierosolymorum regis consanguineos, interrogabat quò illis iter erat. Cumque illi respondissent, se salutatum venire Joramum, regemque suum Ochoziam, (nesciebant enim utrumque ab eo necatum) Jehus etiam istos comprehensos interfici jussit, homines duos & quadraginta numero.

Achabi filii septuaginta occisi.
4 Regum, c. 10.

Jehus Ochoziæ consanguineos interficit.
4 Regum, c. 10.

6. Post hos autem illi occurrit vir bonus & justus, nomine Jonadabus, vetus ipsius amicus, qui ipsum *pro more* salutatum collaudare cœpit, quod omnia, prout voluit Deus, fecerat, exstirpando domum Achabi. Jehus vero ipsum obsecrabat, ut conscenso curru Samariam usque eum comitaretur, dicens se illi ostensurum esse, quod nihil parcet improborum cuiquam; sed & falsos vates supplicio afficiet, & falsos sacerdotes, & quotquot populo verba dederunt, ut Dei quidem maximi cultum desererent, alienos vero adorarent. namque pulcherrimum esse spectaculorum, viroque bono & justo jucundissimum, malos videre pœna affectos. Istis obsequutus Jonadabus, in currum evectus Samariam venit. atque Jehus omnes Achabi cognatos, undique perquisitos, ad internecionem perimit. Cum autem vellet ut nemo ex falsis vatibus aut sacerdotibus deorum Achabi supplicium effugeret, fraude usus & dolo universos comprehendit. Vocato enim ad concionem populo, dicebat, se Deos, duplo plures illis quos Achabus introduxerat, adorare velle; rogabatque curarent ut illorum sacerdotes & vates & cultores ei adessent; quippe sibi in animo esse sacra splendida & magna Achabi diis facere, & siquis sacerdotum abfuerit morte multatum iri. Deus autem Achabi Baal vocabatur. Dei itaque sacrificiis celebrandis indicto, per omnem Israëlitarum ditionem dimisit, qui Baalis sacerdotes ad eum adducerent. Sacerdotibus autem præcepit Jehus, ut vestes omnibus

Jonadabi laus.
4 Regum, c. 10.

Jehus Baalis sacerdotes convocari jubet.
4 Regum, c. 10.

φοῖς τῶν παίδων, προσέταξαν ἀποκτείνασιν αὐτοὺς τὰς κεφαλὰς ἀποτεμεῖν, καὶ πέμψαι πρὸς Ἰηοῦν. οἱ δ' οὐδὲν ὅλως φεισάμενοι, τοῦτ' ἔπραξαν· καὶ [l] συνθέντες εἰς πλεκτὰ ἀγγεῖα τὰς κεφαλὰς, [m] ἀπέπεμψαν εἰς [n] Ἰεσραήλαν. κομισθεισῶν δὲ τούτων, ἀγγέλλεται δειπνοῦντι μετὰ τῶν φίλων τῷ Ἰηοῦ, ὅτι κομισθεῖεν αἱ τῶν Ἀχάβου παίδων κεφαλαί. ὁ δὲ [o] πρὸ τῆς πύλης ἐξ ἑκατέρου μέρους ἐκέλευσεν ἐξ αὐτῶν ἀναστῆσαι βουνούς. γενομένου [p] δὴ τούτου, ἅμα ἡμέρᾳ προῆεισιν ὀψόμενος, καὶ θεασάμενος ἤρξατο πρὸς τὸν παρόντα λαὸν λέγειν, ὡς αὐτὸς μὲν ἐπὶ τὸν δεσπότην τὸν αὐτοῦ στρατεύσαιτο, κἀκεῖνον ἀποκτείνειε· τούτους δὲ πάντας οὐκ αὐτὸς [q] ἀνέλοι. γινώσκειν δ' αὐτοὺς ἠξίου περὶ τῆς Ἀχάβου γενεᾶς, ὅτι πάντα κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ προφητείαν [r] γέγονε, καὶ ὁ οἶκος αὐτοῦ, καθὼς Ἠλίας προεῖπεν, ἀπόλωλε. προσδιαφθείρας δὲ καὶ τοὺς παρὰ τοῖς [s] Ἰεσραηλίταις εὑρεθέντας ἐκ τῆς Ἀχάβου [t] συγγενείας εἰς Σαμάρειαν [v] ἐπορεύετο. κατὰ δὲ τὴν ὁδὸν τοῖς Ὀχοζίου συμβαλὼν οἰκείοις τοῦ βασιλέως τῶν Ἱεροσολύμων, ἀνέκρινεν αὐτοὺς, [x] τί δή ποτε παρεγένοντο. οἱ δ' ἀσπασόμενοί τε Ἰώραμον καὶ τὸν αὐτῶν βασιλέα Ὀχοζίαν ἥκειν ἔφασκον· οὐ γὰρ [y] ᾔδεσαν αὐτοὺς ἀμφοτέρους ὑπ' αὐτοῦ πεφονευμένους· Ἰηοῦς δὲ καὶ τούτους συλληφθέντας ἀναιρεθῆναι προσέταξεν, ὄντας τὸν ἀριθμὸν [z] τεσσαρακονταδύο.

ϛ'. Συναντᾷ δ' αὐτῷ μετὰ τούτους ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ δίκαιος, Ἰωνάδαβος ὄνομα, [a] φίλος αὐτῷ πάλαι γεγονώς. ὃς, ἀσπασάμενος αὐτὸν, ἐπαινεῖν ἤρξατο [b] τοῦ πάντα πεποιηκέναι κατὰ βούλησιν τοῦ Θεοῦ, τὴν οἰκίαν [c] ἐξαφανίσας τὴν Ἀχάβου· Ἰηοῦς δ' ἀναβάντα ἐπὶ τὸ ἅρμα συνεισελθεῖν αὐτὸν εἰς Σαμάρειαν παρεκάλει· λέγων ἐπιδείξειν, πῶς οὐδενὸς φείσεται πονηροῦ, ἀλλὰ καὶ τοὺς ψευδοπροφήτας καὶ τοὺς [d] ψευδιερεῖς, καὶ τοὺς ἐξαπατήσαντας τὸ πλῆθος, ὡς τὴν μὲν τοῦ μεγίστου Θεοῦ θρησκείαν ἐγκαταλιπεῖν, τοὺς δὲ ξενικοὺς προσκυνεῖν, τιμωρήσεται. κάλλιστον δ' εἶναι θεαμάτων, καὶ ἥδιστον ἀνδρὶ χρηστῷ καὶ δικαίῳ, κολαζομένους πονηροὺς [e] ἰδεῖν. τούτοις πεισθεὶς ὁ Ἰωνάδαβος, ἀναβὰς εἰς τὸ ἅρμα εἰς Σαμάρειαν παραγίνεται. ἀναζητήσας δὲ πάντας τοὺς Ἀχάβου συγγενεῖς Ἰηοῦς, ἀπέκτεινε. βουλόμενος δὲ, μηδένα τῶν ψευδοπροφητῶν μηδ' ἱερέων τῶν Ἀχάβου θεῶν τιμωρίαν διαφυγεῖν, ἀπάτῃ καὶ δόλῳ πάντας αὐτοὺς συνέλαβεν. ἀθροίσας γὰρ τὸν λαὸν, ἔφη [f] βούλεσθαι διπλασίονας ὧν Ἀχάβος [g] θεῶν εἰσηγήσατο προσκυνεῖν, καὶ τοὺς ἐκείνων ἱερεῖς καὶ προφήτας ἠξίου καὶ δούλους [h] αὐτῷ παρεῖναι. θυσίας [i] γὰρ πολυτελεῖς καὶ μεγάλας ἐπιτελεῖν [k] μέλλειν τοῖς Ἀχάβου θεοῖς· τὸν δ' ἀπολειφθέντα τῶν ἱερέων θανάτῳ ζημιώσειν. ὁ δὲ θεὸς Ἀχάβου [l] Βαὰλ ἐκαλεῖτο. τάξας δ' ἡμέραν, καθ' ἣν ἔμελλε ποιήσειν τὰς θυσίας, διέπεμψεν ἀνὰ πᾶσαν τὴν [m] τῶν Ἰεσραηλιτῶν χώραν, τοὺς ἄξοντας πρὸς αὐτὸν τοὺς ἱερεῖς τοῦ Βαάλ. [n] ἐκέλευσε δ' Ἰηοῦς τοῖς ἱερεῦ-

l Σαββίσεις] Ita *MSS.* & *Vet. Interpr.* συναλέσεις in *Editis.*

m Ἀπέπεμψαν εἰς Ἰεσραήλαν.] Iterum cum *MSS.* ἔπεμψαν in *Editis.*

n Ἰεσραήλαν.] Ἰεσράηλαν ante SPANH.

o Πρὸ τῆς πύλης] Πρὸς τῇ πύλῃ *Big.* & *Gall.* πρὸς ταῖς πύλαις *Samb.*

p Δὴ τούτου,] Ita ut supra p. 487. §. 4. δὲ antea.

q Ἀνέλοι.] Ita cum *MSS.* & *Vet. Interpr.* ἀνελεῖν in *Editis.*

r Γέγονε,] Γεγόνασι *Big.* & *Samb.*

s Ἰεσραηλίταις] Ita *Gen.* cum melioribus *MSS.* Ἰσραηλίταις *Bas.* Aliique

t Συγγενείας] Ἵπποις post συγγενείας inserunt plerique *MSS.* in *Epiphanii* libris, *cum equis ad Samariam properabat.*

v Ἐπορεύετο.] Sic *MSS.* εἰσπορεύεται in *Editis.*

x Τί δή ποτε παρεγένοντο.] Iterum cum *MSS.* τί ποτε in *Editis.*

y Ἤδεσαν αὐτοὺς ἀμφοτέρους] Itidemque ex *MSS.* ἀμφοτέρους, quam ᾔδεσαν *Editorum.*

z Τεσσαρακονταδύο.] Sic in melioris notæ *MSS.* τεσσαράκοντα δύο in *aliis.*

a Φίλος αὐτῷ] Eo modo *MSS.* φίλος αὐτοῦ πάλαι γεγονὼς in *Editis.*

b Τοῦ πάντα] Illud τοῦ ex *MSS.* ut & mox alterum ante Θεοῦ.

c Ἐξαφανίσας] Sic *MSS.* ἐξαφανίσαντα in *Editis*

d Ψευδιερεῖς,] Ψευδοϊερεῖς *Samb.*

e Ἰδεῖν.] Ἰδεῖν post πονηροὺς insertum dedi ex *Big. Samb. Gall.* 1. & *Vet. Interpr.*

f Βούλεσθαι] Illud βούλεσθαι ex *Big. Samb.* & *Vet. Interpr.*

g Θεῶν εἰσηγήσατο] Εἰσηγήσατο θεῶν *Gall.* 1. & 2. sed θεῶν non agnoscit *Samb.*

h Αὐτῷ παρεῖναι.] Αὐτῶν *Big. Samb.* & *Vat.*

i Γὰρ πολυτελεῖς] Ita cum *Samb.* (*Corr.*) & *Bas.* καὶ in reliquis.

k Μέλλειν] Illud μέλλειν ex *Big. Samb. Hen.* & *Busb.*

l Βαὰλ ἐκαλεῖτο.] Videsis *N. Fullerum* in *Miscell. Sacr.* lib. 2. c. 7.

m Τῶν Ἰεσραηλιτῶν] Τῶν deest *Vat.*

n Ἐκέλευσε] Ita *Big. Samb. Vat. Hen.* & *Busb.* ἐκέλευσε δ' Ἰηοῦς τῷ ἱερεῖ *Gall.* 1. & 2. τοῦ Βαὰλ, καὶ ἐκέλευσε τοῖς ἱερεῦσι *Bas.* & *G.* ὡς ἀθροισθεῖσιν ἐκέλευσεν Ἰηοῦς τῷ ἱερεῖ legisse videtur *Epiphan.* qui vertit, *quibus pariter congregatis jussit Hieus pontifici ut daret omnibus vestes* &c. cui lectioni favet etiam *Zonaras*, qui *Josephum* solet exscribere. In *S. Literis* 4 *Regum*, c. 10. qui

post-

ἱερεῦσι δοῦναι πᾶσιν ἐνδύματα. λαβόντων δὲ, περιελθὼν εἰς τὸν οἶκον μετὰ τοῦ φίλου Ἰωναδάβου, μή τις ἐν αὐτοῖς ἀλλόφυλος εἴη καὶ ξένος, ἐρευνῆσαι προσέταξεν. οὐ βούλεσθαι γὰρ τοῖς ἱεροῖς αὐτῶν ἀλλότριον παρατυγχάνειν. τῶν δ' εἰπόντων μηδένα παρεῖναι ξένον, καταρξαμένων δὲ τῶν θυσιῶν, περιέστησεν ἔξωθεν ὀγδοήκοντα τὸν ἀριθμὸν ἄνδρας, οὓς ᾔδει [o] πιστοτάτους τῶν ὁπλιτῶν, κελεύσας αὐτοῖς [p] ἀποκτεῖναι τοὺς ψευδοπροφήτας, καὶ νῦν τοῖς [q] πατρίοις ἔθεσι τιμωρεῖν πολὺν ἤδη χρόνον ὀλιγωρημένοις, ἀπειλήσας ὑπὲρ τῶν διαφυγόντων τὰς ἐκείνων [r] ἀφαιρεθήσεσθαι ψυχάς. οἱ δὲ τούς τε ἄνδρας [s] ἅπαντας κατέσφαξαν· καὶ, τὸν οἶκον τοῦ [t] Βαὰλ ἐμπρήσαντες, ἐκάθηραν οὕτως ἀπὸ τῶν ξενικῶν [v] ἐθισμῶν τὴν Σαμάρειαν. [x] οὗτος ὁ Βαὰλ Τυρίων ἦν θεός. Ἀχαάβος δὲ, τῷ πενθερῷ βουλόμενος χαρίσασθαι [y] Ἰθωβάλῳ, Τυρίων ὄντι βασιλεῖ καὶ Σιδωνίων, ναόν τε αὐτῷ κατεσκεύασεν ἐν Σαμαρείᾳ, καὶ προφήτας ἀπέδειξε, καὶ πάσαις θρησκείαις ἠξίου. ἀφανισθέντος δὲ τούτου τοῦ θεοῦ, [z] τὰς χρυσᾶς δαμάλεις προσκυνεῖν τοῖς Ἰσραηλίταις Ἰηοῦς [a] ἐπέτρεψε. ταῦτα [b] δὲ διαπραξαμένῳ, καὶ προνοησαμένῳ τῆς κολάσεως τῶν ἀσεβῶν, ὁ θεὸς διὰ τοῦ προφήτου προεῖπεν ἐπὶ τέσσαρας γενεὰς τοὺς παῖδας αὐτοῦ [c] βασιλεύσειν τῶν Ἰσραηλιτῶν. καὶ τὰ μὲν περὶ Ἰηοῦν ἐν τούτοις ὑπῆρχε.

suppeditarent. Cumque eas accepissent, ingressus in ædem cum amico *suo* Jonadabo, edixit ut diligenter quærerent, ne quis sit ibi cum ipsis alienigena aut peregrinus. nolle enim alienum sacris illorum interesse. Illis vero inficiatis peregrinum quempiam adesse, atque rem divinam facere exorsis, foris dispoſuit homines numero octoginta, quos ex militibus fidelissimos noverat, quibus imperatum erat ut falsos vates interimerent, & patrios ritus jam diu desuetos à contemptu vindicarent; minatus eorum vitam pro illis pendendam fore, qui *quoquo modo* evaserint. Atque isti viros omnes ad unum occiderunt: &, cum Baalis ædem incendissent, hoc modo Samariam à ceremoniis alienis liberarunt. Hic *quidem* Baal Tyriorum erat deus. Achabus autem, cum socero suo Ithobalo Tyriorum & Sidoniorum rege gratiam inire volens, & fanum ei Samariæ exstruxit, & vates instituit, omnique cultu prosequutus est. Cæterum hoc deo è conspectu sublato, Israëlitis permisit Jehus ut aureas vitulas adorarent. Veruntamen quoniam ista recte fecisset, curassetque ut impii meritas luerent pœnas, Deus ei per vatem prædixit, liberos ejus in quartam usque stirpem in Israëlitas regnaturos esse. Atque illa quidem quæ ad Jehum spectant ita se habebant.

Jehus Baalis sacerdotes ad unum omnes interficit. 4 Regum, c. 10.

Jehu posteris in quartam usque stirpem regnum promisit Deus. 4 Regum, c. 10.

ΚΕΦ. ζ.

Ὡς Γοθολία τῶν Ἱεροσολυμιτῶν ἐβασίλευσεν ἐπὶ ἔτη πέντε· καὶ ἀνελὼν αὐτὴν ὁ ἀρχιερεὺς Ἰώδαος, τὸν Ὀχοζίου παῖδα Ἰώασον βασιλέα ἀπέδειξεν.

CAP. VII.

VII.

Ut Gotholia Hierosolymitanorum imperium quinquennio tenuit; atque Jodaus pontifex, eâ occisâ, Ochoziæ filium regem constituit.

re gestis elatus, Deum quidem, qui ei horum omnium auctor exstiterat, cœpit negligere: illorum vero *deorum*, quos ex Amalecitarum regione attulerat, cultui se addixit. Cum autem vates cum adiisset, "se mirari, dicebat, quod illos Deos esse "credat, qui cultoribus suis nihil opis afferre po- "tuerunt, nec illos ab ejus manibus liberarunt: sed "illorum quamplurimos male pereuntes insuper "habuerunt, & semetipsos in captivitatem abdu- "ctos. illos enim Hierosolyma delatos esse, perin- "de ac si quis hostium quosdam captivos eo du- "ceret" Ista autem regi iram moverunt, quo fit ut vati silentium indiceret, supplicium ei minatus, si quid præter negotium suum agere pergeret. Tum quidem ille se quieturum dixit: *Deum* vero ea non præteriturum esse prædicebat, quibus rebus novis studens manus admoverat. At Amasias, cum semet regere & moderari in prospera fortuna non posset, (quam licet à Deo acceperit, contumeliis in eum non temperavit) sed magna de se opinione inflatus esset, scripsit Joaso regi Israëlitarum, jubens, "ut idem ipse cum omni *suo* popu- "lo sibi obsequium præstaret quod & olim præ- "stitum erat majoribus suis, Davidi & Solomoni: "sin vero nolit quod æquum est facere, scire *opor-* "*tet* bello esse decernendum de summa imperii." Joasus autem in hæc verba rescripsit. "JOASUS "REX AMASIÆ REGI. In monte Libano in- "gens erat cupressus, necnon & * rubus. ille "misit ad cupressum, poscens illius filiam suo filio "in matrimonium dari: sed interea fera quædam "præteriens rubum proculcavit. Hoc itaque tibi "exemplo erit; ne *solito* majora appetas; neve, "quod prospere rem gesseris contra Amalecitas, "ista cogitatione superbiens tibimet regnoque "tuo pericula asciscas.

Amasias ad Joasum literæ.

Joasi responsum. 4 Regum, c. 14.

Amasias Joaso bellum infert. 4 Regum, c. 14. 2 Paralip. c. 25.

3. Amasias autem, cum ista legisset, majori adhuc cupiditate ad bellum incitatus est; Deo, ut arbitror, illum ad hoc impellente, ut pro iis quæ in eum admiserat peccatis pœnas exigeret. Ubi vero copias eduxerat contra Joasum, & pugnam conserturus erat, timor subitus & consternatio, qualem Deus non propitius solet immittere, Amasiæ exercitum in fugam vertit, etiam antequam ad manus venirent. Illis ergo præ timore dispersis, contigit ut Amasias à suis desertus ab hostibus caperetur: eique Joasus mortem minatus est, nisi hoc Hierosolymitanis persuaderet, ut portas aperirent ipsumque cum exercitu in urbem reciperent. Et quidem Amasias, necessitate compulsus metuque ex vitæ periculo, auctor erat ut hostis intromitteretur. Ille vero, diruta murorum parte quasi quadringentorum cubitûm spatio, quà perruptio facta est cum curru invehitur Hierosolyma, captivum præ se agens Amasiam. Atque hoc modo in

Amasias à Joaso victus. 4 Regum, c. 14. 2 Paralip. c. 25.

Joasus Hierosolymitanorum murorum partem diruit. 4 Regum, c. 14. 2 Paralip. c. 25.

ἐπαρθεὶς, τὸν μὲν τούτων αἴτιον αὐτῷ Θεὸν ἠμέλει, ὑπερορᾷν ἤρξατο· ὓς δ' ἐκ τῆς [a] Ἀμαληκιτῶν χώρας ἐκόμισε, τούτους σεβόμενος διετέλει. προσελθὼν δ' ὁ προφήτης αὐτῷ, "θαυμάζειν, ἔλεγε, [b] εἰ τούτους "ἡγεῖται θεοὺς, οἳ τοὺς ἰδίους, παρ' οἷς ἐτιμῶντο, μηδὲν "ὤνησαν, μηδ' ἐκ χειρῶν ἐῤῥύσαντο τῶν ἐκείνου· ἀλλ' "ὑπερεῖδον πολλούς τε αὐτῶν ἀπολλυμένους, καὶ [c] αὐ- "τοὺς αἰχμαλωτισθέντας. κεκομίσθαι γὰρ εἰς Ἱεροσό- "λυμα τούτῳ τῷ τρόπῳ, καθὼς ἄν τις τῶν πολε- "μίων τινὰς ζωγρήσας ἤγαγε." τῷ δὲ βασιλεῖ ταῦτ' ὀργὴν ἐκίνησε, καὶ προσέταξεν ἡσυχίαν ἄγειν τὸν προφήτην, ἀπειλήσας [d] αὐτὸν κολάσειν, ἂν πολυπραγμονῇ. καὶ ὁ μὲν ἡσυχάζειν εἶπεν· οὐκ ἀμελήσειν δ' ὧν [e] ἐπικεχείρηκε [f] νεωτερίζων τὸν Θεὸν προύλεγεν. Ἀμασίας δὲ, κατέχειν αὐτὸν ἐπὶ τῆς εὐπραγίας οὐ δυνάμενος, ἃς παρὰ τοῦ Θεοῦ λαβὼν εἰς αὐτὸν ἐξύβριζεν, ἀλλὰ [g] φρονηματισθεὶς, ἔγραψεν Ἰωάσῳ τῷ τῶν Ἰσραηλιτῶν βασιλεῖ, κελεύων "ὑπακούειν αὐτῷ "σὺν παντὶ τῷ λαῷ, ὡς καὶ πρότερον ὑπήκουσε τοῖς "προγόνοις αὐτοῦ, Δαυίδῃ καὶ Σολομῶνι· ἢ μὴ βουλό- "μενον εὐγνωμονεῖν, εἰδέναι πολέμῳ περὶ τῆς ἀρχῆς [h] διακριθησόμενον." ἀντέγραψεν δὲ ὁ Ἰώασος τάδε. "ΒΑ- "ΣΙΛΕΥΣ ΙΩΑΣΟΣ ΒΑΣΙΛΕΙ ΑΜΑ- "ΣΙΑ. Ἦν ἐν τῷ Λιβάνῳ ὄρει [i] κυπάρισσος παμμε- "γέθης, καὶ [k] ἄκανθος. αὐτὴ πρὸς τὴν [l] κυπάρισσον "ἔπεμψε μνηστευομένη τὴν θυγατέρα αὐτῆς πρὸς γάμον "τῷ παιδί. μεταξὺ δὲ ταῦτα λεγούσης, θηρίον τι παρερχόμενον κατεπάτησε τὴν ἄκανθον. τοῦτο οὖν ἔστω σοι "παράδειγμα τοῦ μὴ μειζόνων ἐφίεσθαι. μηδ' ὅτι τὴν "πρὸς Ἀμαληκίτας μάχην ηὐτύχησας, ἐπὶ τούτῳ "γαυρούμενος σαυτῷ καὶ τῇ βασιλείᾳ σου κινδύνους ἐ- "πισπῶ."

γ'. Ταῦτα δ' ἀναγνοὺς Ἀμασίας, ἔτι μᾶλλον ἐπὶ τὴν [m] στρατείαν [n] παρωξύνθη, τοῦ Θεοῦ παρορμῶντος αὐτὸν, οἶμαι, πρὸς αὐτὴν, ἵνα τῶν [o] παρανομηθέντων εἰς αὐτὸν δίκην ἀπολάβῃ. ὡς δ' ἐξῆγε μετὰ τῆς δυνάμεως ἐπὶ τὸν Ἰώασον, καὶ συνάπτειν μάχην ἔμελλον, τῷ Ἀμασίου στρατεύματι φόβος αἰφνίδιος καὶ κατάπληξις, οἵαν Θεὸς οὐκ εὐμενὴς ὢν [p] τίθησιν, εἰς φυγὴν ἔτρεψε, καὶ πρὶν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν. [q] διασπαρέντων δὴ ὑπὸ τοῦ δέους αὐτῶν, μονωθέντα τὸν Ἀμασίαν ληφθῆναι συνέβη πρὸς τῶν πολεμίων αἰχμάλωτον, ἠπείλησε δ' αὐτῷ θάνατον [r] Ἰώασος, εἰ μὴ πείσει τοὺς Ἱεροσολυμίτας, ἀνοίξαντας αὐτῷ τὰς πύλας, δέξασθαι μετὰ τῆς στρατιᾶς εἰς τὴν πόλιν. καὶ Ἀμασίας μὲν ὑπὸ ἀνάγκης καὶ [s] τοῦ περὶ τὸ ζῆν δέους, ἐποίησεν εἰσδεχθῆναι τὸν πολέμιον. ὁ δὲ, διακόψας [t] τι τοῦ τείχους [v] ὡς τετρακοσίων πηχῶν, ἐφ' ἅρματος εἰσήλασε διὰ τῆς διακοπῆς εἰς Ἱεροσόλυμα, τὸν Ἀμασίαν ἄγων αἰχμάλωτον. κύριος

a Ἀμαληκιτῶν] Vide sup. §. 1.

b Εἰ τούτους ἡγεῖται θεοὺς, οἳ τοὺς ἰδίους, παρ' οἷς ἐτιμῶντο, μηδὲν ὤνησαν, μηδ' ἐκ χειρῶν ἐῤῥύσαντο τῶν ἐκείνου·] Mirum Deos à victoribus coli, qui victis cultoribus suis nihil profuerant. Vid. 2 Chron. xxv. 15. Aliter apud Æschylum Agam. v. 346. &c. ubi Deos victæ regionis rite colendos tradit, & victoribus, ne ipsi postea vincantur: Οὐκ ἂν γ' ἑλόντες αὖθις ἀνθαλοῖεν ἄν. juxta nempe Gentilium πολυθείαν. SPANH.

c Αὐτοὺς αἰχμαλωτισθέντας.] Sic Samb. (Cocc.) & Vat. καὶ τοὺς in cæteris.

d Αὐτὸν κολάσειν,] Sic MSS. αὐτῷ in Editis.

e Ἐπικεχείρηκε] Ita Samb. & Vat. ἐγκεχείρηκε in Editis aliisque.

f Νεωτερίζων τὸν Θεὸν] Νεωτερίζοντα Big. Samb. & Gall. 1.

g Φρονηματισθεὶς,] Φρονηματισθεὶς, Hesychio ἐπαρθεὶς φρονήματι. & Φρόνημα est fastuosa de se opinio apud Euripidem in Hecuba, v. 622. HUDS. Hesych. Φρονηματισθεὶς, ἐπαρθεὶς τῷ φρονήματι. Sic φρόνημα fastuosa de se opinio. Euripid. Hecub. v. 622. φρονήμασι τὸ περισσὸν φρονοῦντες· SPANH.

h Διακριθησόμενον.] Ita MSS. κριθησόμενον in Editis.

i Κυπάρισσος] ארז est in Hebræo, quod cedrum vulgo reddunt. Sed & Alexandrini κυπάρισσον aliquando pro ea habent. REL.

k Ἄκανθος.] Ἄκανθος LXX. ἀκχούχ & MS. Alex. חוח Hebr. חוח Sanctes Paliurus, Vulg. Carduus Syr. Prunus Arab. Abies 2 Chronic. xxv. 18. At 2 Reg. xiv. 9. LXX. ὁ ἄκανθος Carduus, & ita ibi Sancles & Chaldæus; Syr. & Arab. Prunus. Theophrast. H. Pl. lib. 6. c. 3. p. 123. ἄκανθος ὁ ἀκανθώδης, & in fine διαφοραὶ δὲ τῶν ἀκανῶν οὐκ εἰσί· Idem c. 4. p. 124. ἀκανίζει· SPANH.

l Κυπάρισσον] Κέδρον hic habent seu Cedrum LXX. Syr. Arab. Chald. 2 Reg. xiv. 9 & 2 Chron. xxv. 18. Hebr. in utroque loco ארז quæ Cedrum passim notat. SPANH.

* Rubus.] Ita placuit interpretari, non carduus cum aliis: quod ἄκανθος non herba sit, sed spinosus & aculeatus frutex. Vide Theophrastum in Hist. Plant. l. 6. c. 3. & c. 4.

m Στρατείαν] Sic Big. (Cocc.) Samb. & Gall. 1. ὀργὴν in reliquis.

n Παρωξύνθη,] Al. παρωξύνετο.

o Παρανομηθέντων εἰς αὐτὸν] Παρανομησάντων Gall. 2.

p Τίθησιν,] Ἐνίησι Big. Samb. & Vat.

q Διασπαρέντων δὴ] Ita cum Epiphan. in reliquis διασπαρέντων οὖν.

r Ἰώασος,] Ἰώασος insertum dedi ex Busb. Vat. & Vet. Interpr.

s Τοῦ περὶ τὸ ζῆν δέους,] Illud τοῦ ex MSS. & mox περὶ τοῦ ζῆν Vat.

t Τι τοῦ τείχους] Voculam τι adjeci ex MSS.

v Ὡς τετρακοσίων πηχῶν,] Sic MSS. & Vet. Interpr. ὅσον τετρακοσίων Bas. ὡς τετρακοσίων Gen.

Τοὺς

ρείς τι τούτῳ τῷ τρόπῳ γενόμενος τῶν Ἱεροσολύμων, [x] τούς τε τοῦ Θεοῦ θησαυροὺς ἀνεῖλε, καὶ ὅσος ἦν τῷ Ἀμασίᾳ χρυσὸς καὶ ἄργυρος ἐν τοῖς βασιλείοις ἐξεφόρησε· καὶ οὕτως αὐτὸν ἀπολύσας τῆς αἰχμαλωσίας, ἀνέζευξεν εἰς Σαμάρειαν. ταῦτα δ' ἐγένετο περὶ τοὺς Ἱεροσολυμίτας ἔτει τεσσαρεσκαιδεκάτῳ τῆς Ἀμασίου βασιλείας. ὃς, μετὰ ταῦτα ἐπιβουλευθεὶς ὑπὸ τῶν φίλων, φεύγει μὲν εἰς [y] Λάχεισαν πόλιν, ἀναιρεῖται δ' ὑπὸ τῶν ἐπιβούλων, πεμψάντων ἐκεῖ τοὺς ἀποκτενοῦντας αὐτόν. καὶ τὸ μὲν σῶμα κομίσαντες εἰς Ἱεροσόλυμα βασιλικῶς ἐκήδευσαν. κατέστρεψε δ' οὕτως Ἀμασίας τὸν βίον [z] διὰ τὸν νεωτερισμὸν καὶ τὴν πρὸς τὸν Θεὸν ὀλιγωρίαν, βιώσας μὲν ἔτη τεσσαράκοντα καὶ πεντήκοντα, βασιλεύσας δ' ἐννέα καὶ εἴκοσι· διαδέχεται δ' αὐτὸν ὁ [a] παῖς Ὀζίας τοὔνομα.

potestatem suam redactis Hierosolymis, & Dei thesauros abstulit, & exportavit quicquid auri argentique Amasiæ erat in regia: atque ita demum, cum Amasiam libertati restituisset, Samariam reversus est. Ista autem Hierosolymitanis acciderunt anno regni Amasiæ decimo quarto. qui post hæc, insidiis ei structis ab amicis, in urbem Lachisam profugit, & ab insidiatoribus occisus est, cum eò misissent qui illum ibi necarent. Et corpus quidem ejus Hierosolyma reportatum regiis exsequiis cohonestarunt. At vitam hoc modo finivit propter insolentiam & Dei contemptum; cum annos quidem quatuor & quinquaginta vixisset, novem vero & viginti regnasset: eique succedit filius *ejus* nomine Ozias.

Amasiæ interitus. *4 Regum, c. 14. 2 Paral. c. 25.*

ΚΕΦ. ι.

Περὶ Ἱεροβοάμου Ἰσραηλιτῶν βασιλέως, καὶ Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου· καὶ ὡς Ἱεροβοάμου τελευτήσαντος τὴν ἀρχὴν παρέλαβεν ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ζαχαρίας. ὡς Ὀζίας Ἱεροσολυμιτῶν βασιλεὺς τὰ πέριξ ἔθνη ἐχειρώσατο, καὶ οἷα συνέβη αὐτῷ ὁρμήσαντι ἐπιθυμιάζειν τῷ Θεῷ.

CAP. X.

De Hieroboamo Israelitarum rege, & Jona vate; atque ut, Hieroboamo vita defuncto, filius ejus Zacharias imperium suscepit. Quomodo Ozias Hierosolymitanorum rex gentes finitimas subegit, quæque ei acciderunt postquam id egit ut Deo suffitum adoleret.

XI.

Πεντεκαιδεκάτῳ δ' ἔτει τῆς Ἀμασίου βασιλείας ἐβασίλευσε τῶν Ἰσραηλιτῶν [b] Ἰωάσου υἱὸς Ἱεροβόαμος ἐν Σαμαρείᾳ ἔτη [c] τεσσαράκοντα. [d] οὗτος ὁ βασιλεὺς τὰ μὲν εἰς τὸν Θεὸν ὑβριστὴς καὶ παράνομος δεινῶς ἐγένετο, εἴδωλά τε σεβόμενος καὶ πολλοῖς ἀτόποις καὶ ξένοις ἐγχειρῶν ἔργοις· τῷ δὲ λαῷ τῶν Ἰσραηλιτῶν μυρίων κακῶν αἴτιος [e] ὑπῆρχε. τούτῳ [f] προεφήτευσέ τις Ἰωνᾶς, ὡς δεῖ πολεμήσαντα τοῖς Σύροις αὐτὸν κρατῆσαι τῆς ἐκείνων δυνάμεως, καὶ πλατῦναι τὴν αὐτοῦ βασιλείαν· τοῖς μὲν κατὰ τὴν ἄρκτον μέρεσιν ἕως [g] Ἀμάθου πόλεως, τοῖς δὲ κατὰ τὴν μεσημβρίαν ἕως [h] τῆς [i] Ἀσφαλτίτιδος λίμνης. τὸ γὰρ ἀρχαῖον οἱ ὅροι τῆς Χαναναίας [k] ἦσαν οὗτοι, καθὼς ὁ στρατηγὸς Ἰησοῦς περιώρισε. στρατεύσας οὖν ἐπὶ τοὺς Σύρους ὁ Ἱεροβόαμος, καταστρέφεται πᾶσαν αὐτῶν τὴν χώραν, ὡς προεφήτευσεν Ἰωνᾶς.

ANno autem decimoquinto regni Amasiæ cœpit Hieroboamus Joasi filius in Israelitas regnare, *idque* Samariæ, *&* annos quadraginta *regnavit.* Hic rex in Deum quidem erat contumeliosus legumque supra modum contemptor, ut qui deastros colebat & multis operibus absurdis & peregrinis manum admovebat: populo vero Israelitarum mala innumera afferebat. Huic *ex oraculo* Jonas quidam *vates* prædixit, ab ipso, si cum Syris bellum gessisset, labefactandam fore illorum potentiam, suique regni fines proferendos: ex partibus quidem septentrionalibus usque Amathum urbem, ad meridiem vero usque Asphaltitem paludem. his enim olim terminis Chananæa terra finiebatur, sicut Jesu imperatori visum est eam circumscribere. Hieroboamus itaque, cum in Syros expeditionem fecisset, omnem eorum provinciam, juxta Jonæ vaticinium, in potestatem suam redegit.

Hieroboamus Israelitarum rex. *4 Regum, c. 14.* *Ex Jonæ oraculo bellum infert Syris.* *4 Regum, c. 14.*

β'. Ἀναγκαῖον δ' ἡγησάμην, τὴν ἀκρίβειαν τῶν πραγμάτων παραδώσειν ὑπεσχημένος, ὅσα καὶ περὶ τοῦ προφήτου τούτου εὗρον ἐν ταῖς [l] Ἑβραϊκαῖς βίβλοις ἀναγεγραμμένα, διεξελθεῖν. κελευσθεὶς γὰρ οὗτος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πορευθῆναι μὲν εἰς τὴν Νίνου βασιλείαν, κηρύξαι δ' ἐκεῖ [m] γενόμενον ἐν τῇ πόλει, ὅτι τὴν ἀρχὴν ἀπολεῖ, δείσας οὐκ ἀπῆλθεν· ἀλλ' ἀποδιδράσκει τὸν Θεὸν εἰς Ἰόππην πόλιν, καὶ πλοῖον εὑρὼν ἐμβὰς, εἰς [n] Ταρσὸν ἔπλει τῆς Κιλικίας. ἐπιγενομένου δὲ χειμῶνος σφοδροτάτου καὶ κινδυνεύοντος καταδῦναι τοῦ σκάφους, οἱ μὲν ναῦται καὶ ὁ κυβερνήτης καὶ αὐτὸς ὁ ναύκληρος εὐχὰς ἐποιοῦντο χαριστηρίους εἰ διαφύγοιεν τὴν θάλασσαν. ὁ δὲ Ἰωνᾶς συγκαλύψας αὐτὸν ἐβέβλητο, μηδὲν ὧν τοὺς ἄλλους ἑώ-

2. Necessarium autem duxi, ut qui res gestas accurate perscripturum esse pollicitus fuerim, quicquid in Hebræorum libris de hoc vate relatum legi oratione persequi. Iste enim à Deo jussus in Nini regnum proficisci, cumque in urbem venisset illic prædicare, futurum ut *brevi* imperium amitteret, præ metu eò non concessit: sed à Deo profugit in urbem Joppen, navique, quam forte nactus est, conscensa, Tarsum Ciliciæ cursum intendebat. Cum autem vehemens coorta esset tempestas, & non procul abesset quin navis submergeretur, nautæ quidem & gubernator & *ipse* navicularius *Deo* voverunt se gratias *illi* acturos, si è maris periculo evaderent: Jonas vero *interea in navem* abditus jacebat, nihil eorum faciens quibus alios

Narratio de Jona vate.

x Τάς τε τοῦ Θεοῦ] Sic *MSS.* (*Cocc.*) & *Vet. Interpr.* τὰς τοῦ Θεοῦ in *Editis.*

y Λάχεισαν πόλιν.] Λαχὶς LXXII. & *Vet. Interpr.* HUDS. Lachis *Rufinus.* Λαχὶς LXX. 2 Reg. xiv. 19. *Hebr.* לכישה Λαχεῖς supr. lib. 8. c. 3. §. ult. SPANH.

z Διὰ τὸν νεωτερισμὸν] Ita lego cum *Epiphanio*, qui vertit, *propter superbiam & contemptum quem habuit circa Deum*, præsertim cum ab aliis notatum fuerit, vocem νεωτερισμὸς per *insolentiam* quandoque exponi debere. In *Græcis* omnibus, διὰ τὸν νεωτερισμὸν τὸν πρὸς τὸν Θεὸν ὀλιγωρίαν.

a Παῖς Ὀζίας] Ὀζίας, ὁ καὶ Ἀζαρίας, *Chron. Pasch.* Ἀζαρίας dicitur *Int.* LXXII. 4 *Regum*, c. 14. v. 21. Ὀζίας 2 *Paralip.* c. 26. v. 1. *Uzziah* ex *Verit. Hebr.* in *Bibliis* nostris.

b Ἰωάσου] In *Cod. Vat.* ὁ Ἰωάσου υἱός.

c Τεσσαράκοντα.] Τεσσαράκοντα καὶ ἓν juxta LXXII. *Editionis Rom.* & *Verit. Hebr.* 4 *Regum*, c. 14. v. 23. *Codex Alexandrinus* cum *Josepho* consentit.

d Οὗτος ὁ βασιλεὺς] Ita *Big.* (*Cocc.*) *Samb.* & *Vet. Interpr.* οὕτως in reliquis.

e Ὑπῆρχε.] Ὑπῆρξε *Vat.*

f Προεφήτευσέ τις] Scilicet, Θεοῦ τὸν Ἰσραηλιτῶν λαὸν ἐλεήσαντος παραυτίκα, ut dicit *Zonaras.*

g Ἀμάθου πόλεως.] Urbs est quæ *S. Literis* (4 *Regum*, c. 14. v. 25.) *Chamath* aut *Hamath* dicitur. HUDS. Ἀμάθη Phœniciæ urbs dicta à Macedonibus Ἐπιφάνεια supr. lib. 1. c. 7. §. 2. vid. & lib. 7. c. 5. §. 4. Ἀμάθης βασιλεύς. SPANH.

h Τῆς Ἀσφαλτίτιδος] Conf. cap. 1. sup. §. 2. SPANH.

i Ἀσφαλτίτιδος] In Sacris Literis mare campi appellatur 2 Reg. 14. 25. τῆς μεγάλης πεδίου videlicet. REL.

k Ἦσαν οὗτοι,] Illud οὗτοι ex *MSS.* & *Vet. Interpr.*

l Ἑβραϊκαῖς βίβλοις] Præter *S. Literas* necesse est intelligat *libros Rabbinicos*, quibus fidem plus justo habuit, ut ostendit *S. Bochartus* in *Hieroz.* parte II. p. 744. & *Ant. van Dale* de *Idololatr.* p. 144.

m Γενόμενον ἐν τῇ πόλει.] Γενόμενος ἐν τῇ πόλει *Vat.*

n Ταρσὸν ἔπλει] Videsis *Drusium* in *Observatt.* l. 3. c. 13. & l. 6. c. 5. & *Bootium* in *Animadv. S.* l. 4. p. 162.

o Πε-

alios operam dare cernebat. Cum autem aquæ fluctus magis adhuc augerentur, & vehementius aliquanto à ventis mare concitaretur, suspicati, ut fieri solet, aliquem à vectoribus esse illis tempestatis causam, constituerunt jactis sortibus, quisnam ille sit deprehendere. Hoc itaque facto, vati sors obtigit. Cumque interrogarent & unde esset & * quidnam rei ageret; respondit se genere quidem esse Hebræum, summi vero Dei vatem. illis itaque consilium dedit, ut ipsum in mare dejicerent, si vellent præsens periculum effugere: illos enim ejus causa tempestate vexari. At illi primum quidem hoc facere non audebant, nefas esse existimantes in tam manifestum exitium mittere hominem peregrinum, quique illis vitam suam commiserat: tandem vero exsuperante malo, navique propemodum eò adducta ut mergeretur, partim ab ipso vate incitati, partim metu impulsi ne salutis discrimen adirent, in mare eum projiciunt. Et tempestas quidem sævire desiit: hunc vero ajunt à pisce tres dies totidemque noctes devoratum in Euxinum pontum ejectum fuisse, vivum & corpore nihil omnino læsum. Ubi à Deo delictorum veniam deprecatus, urbem Niniven adiit: & cum in loco constitisset, unde exaudiri poterat, proclamavit fore, ut brevi admodum post tempore Asiæ imperium amitterent. istisque annunciatis reversus est. Atque hanc de eo narrationem confeci ex iis quæ scriptis consignata reperi.

Mors Hieroboami. *4 Regum, c. 14.*

3. Rex autem Hieroboamus, cum vitam summa felicitate egisset, regnassetque annos quadraginta, ad suorum manes concessit. Et Samariæ quidem sepelitur: ei vero in regnum succedit filius *ejus* Zacharias. Ozias item Amasiæ filius, anno regni Hieroboami decimoquarto, in duas tribus regnare cœpit Hierosolymis; matre quidam *natus* nomine Achiala, genere vero cive *Hierosolymitana*. Erat autem natura bonus & justus, & magnanimus, providendisque rebus solers & industrius. Ac præterea cum exercitum eduxisset in Palæstinos eosque pugna vicisset, urbes illorum Gittam & Jamniam vi cepit, & earum mœnia diruit. Ubi autem facta erat hæc expeditio, adortus est Arabas Ægypto finitimas: atque urbe ædificata ad mare Rubrum, præsidium in ea posuit. Posthæc Ammanitis subactis, & certo tributo illis imperato, omnique regione usque ad Ægypti fines in potestatem suam redacta, cœpit in posterum Hierosolymis curam suam impendere. Quicquid enim mœnium vel vetustate collapsum erat, vel superiorum regum incuria, id totum de novo ædificavit & exstruxit, quicquid etiam dejectum erat ab Israëlitarum rege, quando in urbem, cum patrem ejus Amasiam captivum ageret, ingressus est.

Zacharias Israëlitarum rex, & Ozias Judæ. *4 Regum, c. 15. & 2 Paral. c. 26.* *Oziæ laus & res ab eo gestæ.* *2 Paral. c. 26.*

ἐν ποιουμένας μεμέμενος. αὐξομένου δ' ἔτι μᾶλλον τοῦ κλύδωνος, καὶ βιαιοτέρας ° γινομένης ὑπὸ τῶν πνευμάτων τῆς θαλάσσης, ὑπονοήσαντες, ὡς ἐνδέχεται, τινὰ τῶν ἐμπλεόντων αἴτιον αὐτοῖς εἶναι τοῦ χειμῶνος, συνέθεντο [p] κλήρῳ, τοῦτον [q] ὅστις ποτὲ εἴη μαθεῖν. κληρωσαμένων οὖν ὁ προφήτης λαγχάνει. [r] πυνθανομένων δὲ πόθεν τε εἴη, καὶ τί μετέρχεται· τὸ μὲν γένος ἔλεγεν Ἑβραῖος εἶναι, προφήτης δὲ τοῦ μεγίστου Θεοῦ. [s] συνεβούλευσεν οὖν αὐτοῖς, εἰ θέλουσιν [t] ἀποδράναι τὸν παρόντα κίνδυνον, [v] ἐκβάλλειν αὐτὸν εἰς τὸ πέλαγος· αἴτιον γὰρ αὐτοῖς εἶναι τοῦ χειμῶνος. οἱ δὲ τὸ μὲν πρῶτον οὐκ ἐτόλμων, [x] κρίναντες ἀσέβημα εἶναι ξένον ἄνθρωπον, καὶ πεπιστευκότα αὐτοῖς τὸ ζῆν, εἰς φανερὸν οὕτως ἀπώλειαν ἐκρῖψαι· τελευταῖον δ' ὑπερβιαζομένου τοῦ κακοῦ, καὶ ὅσον οὔπω μέλλοντος βαπτίζεσθαι τοῦ σκάφους, ὑπό τε τοῦ προφήτου παρορμηθέντες [y] αὐτοῦ, καὶ ὑπὸ τοῦ δέους τοῦ περὶ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας, ῥίπτουσιν αὐτὸν εἰς τὴν θάλασσαν. καὶ ὁ μὲν χειμὼν ἐστάλη· τὸν δὲ, λόγος, [z] ὑπὸ τοῦ κήτους καταποθέντα τρεῖς ἡμέρας καὶ τοσαύτας νύκτας, εἰς τὸν Εὔξεινον ἐκβρασθῆναι πόντον, ζῶντα καὶ μηδὲν τοῦ σώματος λελωβημένον. ἔνθα τὸν Θεὸν δεηθεὶς συγγνώμην αὐτῷ παρασχεῖν τῶν ἡμαρτημένων, ἀπῆλθεν εἰς τὴν [a] Νινευὴν πόλιν· καὶ σταθεὶς [b] εἰς ἐπήκοον ἐκήρυσσεν, ὡς [c] μετ' ὀλίγον πάνυ χρόνον ἀποβαλοῦσι τὴν ἀρχὴν τῆς Ἀσίας. καὶ τοῦτο δηλώσας ὑπέστρεψε. διεξῆλθον δὲ τὴν περὶ αὐτοῦ διήγησιν, ὡς εὗρον ἀναγεγραμμένην.

γ'. Ἱεροβόαμος δ' ὁ βασιλεὺς, μετὰ πάσης εὐδαιμονίας τὸν βίον διαγαγὼν, καὶ ἄρξας ἔτη τεσσαράκοντα, ἐτελεύτησε. καὶ θάπτεται μὲν ἐν Σαμαρείᾳ· διαδέχεται δ' αὐτοῦ τὴν βασιλείαν ὁ υἱὸς Ζαχαρίας. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ Ὀζίας ὁ τοῦ Ἀμασίου υἱὸς, ἔτος ἤδη τέταρτον πρὸς τοῖς δέκα βασιλεύοντος Ἱεροβοάμου, τῶν δύο φυλῶν ἐβασίλευσεν ἐν Ἱεροσολύμοις· μητρὸς ὢν [d] Ἀχιάλας μὲν τοὔνομα, [e] ἀστῆς δὲ τὸ γένος. ἀγαθὸς δ' ἦν καὶ δίκαιος τὴν φύσιν, καὶ μεγαλόφρων, καὶ προνοῆσαι τῶν πραγμάτων φιλοπονώτατος. στρατευσάμενος δὲ καὶ ἐπὶ Παλαιστίνους [f] καὶ νικήσας μάχῃ, πόλεις αὐτῶν ἔλαβε κατὰ κράτος, [g] Γίτλαν καὶ Ἰάμνειαν, καὶ κατέσκαψεν αὐτῶν τὰ τείχη. μετὰ δὲ ταύτην τὴν στρατείαν ἐπῆλθε τοῖς τῇ Αἰγύπτῳ γειτνιῶσιν Ἄραψι· καὶ πόλιν κτίσας ἐπὶ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης, [h] ἐγκατέστησεν αὐτῇ φρουράν. ἔπειτα τοὺς Ἀμμανίτας καταστρεψάμενος, καὶ φόρους αὐτοῖς ὁρίσας τελεῖν, καὶ πάντα [i] τὰ μέχρι τῶν Αἰγυπτίων ὅρων χειρωσάμενος, τῶν Ἱεροσολύμων ἤρξατο ποιεῖσθαι τὸ λοιπὸν τὴν ἐπιμέλειαν. ὅσα γὰρ τῶν τειχῶν ἢ ὑπὸ τοῦ χρόνου [k] καταβέβληντο, ἢ ὑπὸ τῆς ὀλιγωρίας τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλέων, [l] ταῦτά τε ἀνῳκοδόμει καὶ κατεσκεύαζεν· ὅσα τε ἦν [m] καταβεβλημένα ὑπὸ τοῦ τῶν Ἰσραηλιτῶν βασιλέως,

o Γενομένης] Γινομένης Samb. & Vat.
p Κλήρῳ,] Ita cum MSS. & Vet. Interpr. κλήροις in Editis.
q Ὅστις ποτὲ] Ὅστις ποτ' ἦν Big. Samb. & Vat.
r Πυνθανομένων δὲ] Ita Vat. & Vet Interpr. in cæteris πυνθανομένων τε.
* Quidnam rei ageret;] Vel, quam artem exerceret.
s Συνεβούλευσεν] Συνεβούλευε in quibusdam MSS.
t Ἀποδράναι] Ἀποδρᾶσαι Big. Vat. Hen. & Bush.
v Ἐκβάλλειν αὐτὸν] Ἐκβαλεῖν in iisdem MSS. & Gall. 2.
x Κρίναντες ἀσέβημα] Κρίνοντες Vat. & Gall. 2.
y Αὐτοῦ,] Illud αὐτοῦ ex MSS.
z Τὸν δὲ κήτους] Ita in Editis & MSS. tam Gr. quam Lat. præter Vat. qui habet, ὑπὸ κ. κ. τ. ἡ. κ. τ. νύκτας τὴν γῆν ἐκβρασθέντα ζῶντα &c. Epiphanius hoc modo legisse & distinxisse videtur, ὑπὸ τοῦ κήτους καταποθέντα, μετὰ τρεῖς ἡ. κ. τ. νύκτας ἐν τῷ Εὐξείνῳ ἐκβρασθῆναι πόντῳ ζῶντα, καὶ κ. in Chron. Alex. καταποθέντα ὑπὸ τοῦ κήτους ἐν τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ, μετὰ τρεῖς ἡ. κ. τ. ν. ἐκβρασθῆναι ζῶντα. apud Cedrenum vero, καταποθέντα ὑπὸ τ. κήτους, μετὰ τ. ἡ. κ. τ. ν. ἐκβρασθῆναι ζῶντα ἐν τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ. in Zonara, κῆτος δὲ τὸν προφήτην κατέπιεν, μετὰ τρεῖς ἡμέρας καὶ ἴσας νύκτας ζῶντα καὶ σῶον αὐτὸν ἐξήμεσεν. denique apud Niceph. in Eclogis, τὸν Ἰωνᾶν λέγει, καταπέμπει εἰς Ἰόππην, ἐπὶ Ταρσὸν φεύγειν τῆς Κιλικίας. Θαρσεῖς γὰρ Ταρσὸν λέγει. ἐκβρασθῆναι δέ φησι τὸν προφήτην ὑπὸ τοῦ κήτους εἰς τὸν Εὔξεινον πόντον.

a Νινευὴν πόλιν·] Νινευῒ Big. Gall. 1. & LXXII. Νινεΐν in Editis. Νινευῒ Samb. Νινευὶ Zonar. Νῖνον Vat. prout in Strabone Aliisque. HUDS. Supr. Νῖνος & lib. 1. c. 6. §. 4. Νῖνον ἐκτίζε πόλιν; & infr. c. 11. §. 3. Νινευὴ ubi Gen. Νινευῆς. De Ninives excidio vaticinium sc. Nahum. 2. v. 5. vid. ibid. hic Gen. Νινευὴ πόλιν lib. 10. Antt. c. 1. §. 5. τὴν Νῖνον προσαγορευθεῖσαν. SPANH.
b Εἰς ἐπήκοον ἐκήρυσσεν,] Illud εἰς (ita & Cocceius) ex MSS.
c Μετ' ὀλίγον πάνυ χρόνον] Sic MSS. & Vet. Interpr. μετ' ὀλίγον πάλιν χρόνον in Editis.
d Ἀχιάλας μὲν τοὔνομα,] Ita Big. Samb. Vat. & Gall. 1. Ἀχίας in Editis. Ἱεχελίας juxta Ints. LXXII. Τιλεχίας Auctori Chron. Alex.
e Ἀστῆς δὲ τὸ γένος.] Ἀστὴ de cive Hierosolymitana. Sic mox c. 11. §. 2. & c. 13. §. 1. SPANH.
f Καὶ νικήσας μάχῃ,] Illud καὶ ex MSS.
g Γίτλαν καὶ Ἰάμνειαν,] Sic Vat. Gall. 2. & Epiphan. Ἰτὼ καὶ Ἄζωτον in Editis. Ἠτὼν καὶ Ἰάμνειαν Big. Samb. & Gall. 1.
h Ἐγκατέστησεν] Ita Samb. & Vat. κατέστησεν in reliquis.
i Τὰ μέχρι] Illud τὰ ex Big. & Samb.
k Καταβέβληντο,] Sic Samb. & Vat. in cæteris καταπέπτωκε.
l Ταῦτά τε ἀνῳκοδόμει] Illa ταῦτά τε non agnoscit Vat.
m Καταβεβλημένα] Ita in MSS. omnibus, nec aliter legisse videtur Vet. Interpr. κατεσκαμμένα in Editis.

ο Προσγε-

σιλέως, ὅτι τὸν πατέρα αὐτοῦ λαβὼν αἰχμάλωτον τὸν Ἀμασίαν εἰσῆλθεν εἰς τὴν πόλιν. [n] προσῳκοδόμησε δὲ καὶ πύργους [o] πολλοὺς πεντήκοντα πηχῶν καὶ ἑκατόν. καὶ [p] Φρουρὰς δὲ ἐνετείχισε τοῖς ἐρήμοις χωρίοις, καὶ πολλοὺς ὀχετοὺς ὤρυξεν ὑδάτων. ἦν δὲ αὐτῷ καὶ ὑποζυγίων καὶ τῶν ἄλλων θρεμμάτων ἄπειρόν τι πλῆθος. [q] εὐφυὴς γὰρ ἦν ἡ χώρα πρὸς νομάς. γεωργικὸς δὲ ὢν σφόδρα τῆς γῆς [r] ἐπεμελεῖτο, φυτοῖς αὐτὴν καὶ παντοδαποῖς [s] τιθηνῶν σπέρμασι. στρατιὰς δὲ εἶχεν [t] ἐπιλέκτου περὶ αὐτὸν [v] μυριάδας ἑπτὰ καὶ τριάκοντα· ἧς ἡγεμόνες ἦσαν καὶ ταξίαρχοι καὶ χιλίαρχοι γενναῖοι καὶ τὴν ἀλκὴν ἀνυπόστατοι, τὸν ἀριθμὸν [x] δισχίλιοι. διέταξε δὲ εἰς [y] φάλαγγας τὴν ὅλην στρατιάν, καὶ ὥπλισε, ῥομφαίαν δοὺς ἑκάστῳ, καὶ θυρεοὺς καὶ θώρακας χαλκοῦς, καὶ τόξα καὶ σφενδόνας. ἔτι δὲ καὶ πρὸς τούτοις μηχανήματα πολλὰ πρὸς πολιορκίας κατεσκεύασε, πετροβόλα τε καὶ δορυβόλα, καὶ [z] ἁρπάγας, καὶ ὅσα τούτοις ὅμοια.

γ. Γενόμενος δὲ ἐν ταύτῃ τῇ συντάξει καὶ παρασκευῇ, διεφθάρη τὴν διάνοιαν [a] ὑπὸ τύφου, καὶ χαυνωθεὶς θνητῇ περιουσίᾳ τῆς ἀθανάτου καὶ πρὸς ἄπειρον διαρκοῦς τὸν χρόνον ἰσχύος ὠλιγώρησεν· αὕτη δὲ ἦν ἡ πρὸς τὸν Θεὸν εὐσέβεια, καὶ τὸ τηρεῖν τὰ νόμιμα· ὤλισθεν δὲ ὑπ' [b] εὐπραξίας, καὶ κατηνέχθη πρὸς τὰ τοῦ πατρὸς [c] ἁμαρτήματα· πρὸς ἃ κἀκεῖνον ἡ τῶν ἀγαθῶν λαμπρότης καὶ τὸ μέγεθος τῶν πραγμάτων, οὐ δυνηθέντα προστῆναι καλῶς αὐτῶν, ἤγαγεν. ἐνστάσης δὲ ἡμέρας ἐπισήμου, καὶ πάνδημον ἑορτὴν ἐχούσης, ἐνδὺς ἱερατικὴν στολὴν εἰσῆλθεν εἰς τὸ [d] τέμενος, [e] ἐπιθυμιάσων ἐπὶ τοῦ χρυσοῦ βωμοῦ τῷ Θεῷ. τοῦ δὲ ἀρχιερέως Ἀζαρίου, ὄντων σὺν αὐτῷ ἱερέων ὀγδοήκοντα, κωλύοντος αὐτόν· οὐ γὰρ ἐξὸν ἐπιθύειν εἶπον, μόνοις δὲ [f] ἐφεῖσθαι τοῦτο ποιεῖν τοῖς ἐκ τοῦ Ἀαρῶνος γένους· [g] καταβοώντων δὲ ἐξιέναι καὶ μὴ παρανομεῖν εἰς τὸν Θεόν, ὀργισθεὶς ἠπείλησεν αὐτοῖς θάνατον, εἰ μὴ τὴν ἡσυχίαν ἄξουσι. μεταξὺ δὲ, σεισμὸς ἐκλόνησε τὴν γῆν μέγας· καὶ διαστάντος τοῦ ναοῦ, φέγγος ἡλίου λαμπρὸν ἐξέλαμψε, καὶ τῇ τοῦ βασιλέως ὄψει προσέπεσεν, [h] ὡς τῷ μὲν εὐθέως λέπραν ἐπιδραμεῖν. πρὸ δὲ τῆς πόλεως, πρὸς τῇ καλουμένῃ [i] Ἐρωγῇ, τοῦ ὄρους ἀπορραγῆναι τὸ ἥμισυ [k] τοῦ κατὰ τὴν [l] δύσιν, καὶ κυλισθὲν τέσσαρας σταδίους ἐπὶ τὸ ἀνατολικὸν [m] ὄρος στῆναι, ὡς τάς τε προόδους ἐμφραχθῆναι καὶ τοὺς παραδείσους τοὺς βασιλικούς. ἐπεὶ δὲ κατειλημμένην τὴν ὄψιν τοῦ βασιλέως ὑπὸ τῆς λέπρας εἶδον οἱ ἱερεῖς, ἔφραζόν τε αὐτῷ τὴν συμφοράν, καὶ ἐκέλευον [n] ἐξιέναι τῆς πόλεως ὡς ἐναγῆ. ὁ δὲ ὑπ' [o] αἰσχύνης τοῦ συμβεβηκότος δεινοῦ καὶ τοῦ μηκέτ' αὐτῷ παρρησίαν εἶναι, τὸ κελευόμενον ἐποίει, τῆς ὑπὲρ ἄνθρωπον

Construxit autem & turres multas centum & quinquaginta cubitorum *altitudine*. Quin & stationibus in solitudine munimenta circumdedit, multosque aquæ-ductus excavavit. Erat autem ipsi & jumentorum aliorumque pecorum vis infinita. nam regio erat apta pascuis. Cumque esset agriculturæ deditus, terræ multum curæ adhibebat, eamque omni plantarum genere & seminum excolebat. Habebat etiam circa se militum exercitum electorum, *numero* ad trecenta septuaginta millia: quibus præerant centuriones & tribuni viri egregiæ fortitudinis & invicto robore præditi, ad duo millia numero. Totum autem exercitum in phalanges dispoſuit, armiſque instruxit, unicuique dato gladio, & clypeis & thoracibus æreis, arcubus etiam & fundis. Quin & præter hæc machinas multas fecit ad oppida in obsidione expugnanda, instrumenta etiam quibus lapides & tela jacerentur, ut & harpagones, & quæcunque hisce similia.

4. Cæterum cum ea ita constituisset & præparasset, ex fastu mente corruptus est, atque peritura rerum copia inflatus vim immortalem & in omne ævum duraturam insuper habuit, (ista autem erat pietas erga Deum legumque observantia) rerumque successu sublatus cecidit, & ad eadem in quibus deliquerit pater prolapsus est, ad quæ fortunæ splendor rerumque gestarum magnitudo etiam illum perduxerunt, istis moderandis imparem. Nam instante die celebri, quo festum erat solenne populo universo, veste indutus sacerdotali in fanum ingressus est, suffitum in aureo altari Deo facturus. Azaria autem pontifice, cui aderant octoginta sacerdotes, eum prohibente (haud enim fas esse rem divinam facere, dicebant, iis vero solis hoc datum esse qui ex Aaronis stirpe) & clamantibus *omnibus* ut exiret, Deique leges non violaret, ira accensus mortem illis minatus est, nisi quiescerent. Interea autem ingens motus terram concussit: & scisso templo splendida lux solis emicuit, & in regis faciem incidit, ita ut statim eum invaderet lepra. Ante urbem vero ad locum, qui dicitur Eroge, montis fracta est pars dimidia quæ ad occidentem *erat*, & voluta per stadia quatuor ad orientalem montis partem constitit, ita ut & viæ obstruerentur & horti regis. Porro sacerdotes, cum faciem regis lepra infectam animadvertissent, & calamitatem ei indicabant, atque jubebant ut urbe excederet tanquam impurus. Ille vero, quod eum mali sibi illati puduerit & omni de fiducia exciderit, imperatum faciebat; animi supra humanam sortem elati, atque inde suæ in Deum impietatis miseram adeo

Ozias rebus secundis nimium elatus.

In templum ad suffitum ingreditur. 2 Paral. c. 26.

Ozias ob usurpatum sacerdotale munus lepra afficitur. 4 Regum. c. 15. 2 Paral. c. 26.

n Προσῳκοδόμησε δὲ] Eo modo *Big.* & *Samb.* ἀνῳκοδόμησε in reliquis.

o Πολλοὺς πεντήκοντα] Ὑψηλοὺς solus *Samb.* μεγάλους *Hen.* & *Bosh.*

p Φρουρὰς δὲ ἐνετείχισε] Ita cum melioris notæ *MSS.* φρουροὺς & mox ἐνετείχισαν in *Editis Aliisque.*

q Εὐφυὴς γὰρ ἦν ἡ χώρα πρὸς νομάς.] Judæa apta pascuis vid. seq. lib. 15. c. 5. §. 1. SPANH.

r Επεμελεῖτο,] Sic *Big.* & *Samb.* ἐπιμελεῖται in *cæteris.*

s Τιθηνῶν σπέρμασι.] Sic de arboribus, quæ primum fructus ferunt, τὸ δὲ ἀστικὸν οἷον τιθηνήσεως δεῖ) *Theoph. de C. Pl.* lib. 11. c. 11. p. 253. Sophocles autem *Oedip. Col.* v. 1105. τιθηνῶν) τελεταί *Sacra*, nempe Cereris. SPANH.

t Επιλέκτου] Επιλέκτους *Big. Samb.* & *Vat.*

v Μυριάδας ἑπτὰ] Τριακοσίας χιλιάδας καὶ ἑπτακισχιλίας [καὶ ἑπτὰ χιλιάδας *Cod. Alex.*] καὶ πεντακοσίους LXXII.

x Δισχίλιοι.] Δισχίλιοι ἑξακόσιοι LXXII. 2 *Paralip.* c. 26. v. 12.

y Φάλαγγας] Sic *MSS.* & *Vet. Interpr.* φάλαγγα in *Editis.*

z Αρπάγας,] Αρπῆρας *Samb.* ἁρπῆρας καὶ ἁρπάγας *Big.* ἁρπάγας καὶ ἁρπῆρας *Gall.* 2. HUDS. Conf. lib. VIII. sup. c. 3. §. 7. SPANH.

a Ὑπὸ τύφου,] Ita cum *Big. Samb.* & *Vat.* in *cæteris* ὑπὸ τοῦ τύφου.

b Εὐπραξίας,] Εὐπραγίας *Samb.*

c Ἁμαρτήματα] Αμαρτήματα soli *Big.* & *Gall* 1.

d Τέμενος,] Gen. Σίμενος. SPANH.

e Επιθυμιάσων] Ita in plerisque *MSS.* ἐπιθυσιάσων in *Editis Aliisque.* HUDS. Posset in ἐπιθυμιάζων verti: quod & in Codd. quibusdam legitur. Sed θύειν etiam de incensione odorum usurpatur: & ita mox ἐπιθύειν sequitur. REL.

f Εφεῖσθαι τοῦτο ποιεῖν] Εστι, *Big. Samb* & *Vat.*

g Καταβοώντων δὲ] Ita in omnibus *MSS.* & *Vet. Interpr.* καταβοῶντος in *Editis.*

h Ὡς τῷ μὲν εὐθέως λέπραν ἐπιδραμεῖν.] Vid. 2 Chron. XXVI. 19. SPANH.

i Ερωγῇ,] Εἰρωγῇ *Big.* & *Gall.* 1. *à manu secunda.* in cæteris omnibus Ερωγῇ, ut & apud *Eusebium* lib 6. de *Demonstr. Evangel.* c. 18. p 291. eodemque modo legisse videtur *Epiphan.* Verum *Lud. de Dieu* (in suis ad *Vet. Test.* animadversionibus p. 325.) conjicit rescribendum esse Σιρωγῇ שער הגיא *porta vallis*, vertitque *ad portam cui nomen*, *Seroge.* At *Sam. Petitus* (in Animadversionibus suis ἀνεκδότοις in *Bibl Bodl.* adservatis, *tom.* 3. p. 326.) malit Γῇ ἀρωγῇ ab Hebraico (in *Zachar.* c. 14. v. 5.) transposito גיא הרי *vallis montium.* Sin vero *Eroge* Græcæ originis vox sit, non omnino dubito quin legendum sit πρὸς τῇ καλουμένῃ ῥωγῇ. nam ῥωγὴ *Hesychio* ῥῆξις, διαῤῥωγὴ, διάῤῥηξις. Hoc ipsum forsan *Grotio* in mentem venerit, qui (in *Comment* ad *Amosum*, cap. 1.) hunc locum affert, vertitque, *Ante urbem vero ad eum locum qui Rima montis dicitur.* &c.

k Τοῦ κατὰ τὴν] Τὸ κατὰ *Vat.*

l Δύσιν,] Ita ex *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2. & *Eusebio.* δυτικὸν in *Editis Aliisque.*

m Ορος στῆναι,] Μέρος *Vat.*

n Εξιέναι τῆς πόλεως ὡς ἐναγῆ.] Conf. supr. c. 4. §. 5. SPANH.

o Αἰσχύνης τοῦ συμβεβηκότος] Αἰσχύνης τε τοῦ *Big. Samb. Vat.* & *Gall.* 1. 2.

p Τῆς

adeo miserandamque pœnam perferens. Et quidem extra urbem aliquandiu versabatur, vitam agens privatam, filio ejus Jothamo gubernaculo imperii admoto; postea *vero* præ mœrore, animique anxietate ex facinoribus orta, vitam finivit: cum annos quidem octo & sexaginta vixisset, ex his vero duo & quinquaginta regnum tenuisset. Solus autem in hortis suis sepultus est.

Jothamus regnum administrat. 4 Regum, c. 15. 2 Paral. c. 27.

διανοίας καὶ [p] τῆς διὰ τοῦτ' εἰς τὸν Θεὸν ἀσεβείας ταλαίπωρον οὕτω καὶ οἰκτρὰν ὑπομείνας δίκην. καὶ χρόνον μέν τινα διῆγεν ἔξω τῆς πόλεως, ἰδιώτην ἀποζῶν βίον, τοῦ παιδὸς [q] αὐτοῦ Ἰωθάμου τὴν ἀρχὴν παραλαβόντος· ἔπειτα ὑπὸ λύπης καὶ ἀθυμίας [r] τῆς ἐπὶ τοῖς γεγενημένοις ἀπέθανεν, ἔτη μὲν βιώσας [s] ὀκτὼ καὶ ἑξήκοντα, τούτων δὲ βασιλεύσας πεντήκοντα δύο. ἐκηδεύθη δὲ μόνος [t] ἐν τοῖς ἑαυτοῦ κήποις.

CAP. XI.

Quomodo Zacharias, Sellumus, Manaëmus, Phaceias & Phaceas Israëlitarum imperium adepti sunt; utque Israëlitas bello adorti sunt Phullus & Theglaphalassar. Quomodo Jothamus Oziæ filius regnavit in tribum Judæ: & quæ de Assyriis vaticinatus est Nahumus.

Zacharias autem, cum in Israëlitas regnasset sex menses, diem obiit, dolo peremptus ab amico quodam, Sellumo nomine, Jabesi filio. qui cum ei in regnum successisset, illud spatio triginta dierum & non amplius tenuit. Manaëmus enim exercitus dux, cum eo tempore in urbe Tharsa versaretur, & id quod Zachariæ acciderat *fama* accepisset, castris inde motis cum toto exercitu Samariam venit, prælioque cum Sellumo congressus eum interimit: cumque semet regem constituisset, illinc ad urbem Thapsam proficiscitur. at qui intus erant portis obfirmatis regem *in eam* non admiserunt. Ille vero, ut illos ulcisceretur, regionem circumcirca incendio vastavit; urbemque, cum eam obsedisset, vi expugnat: & graviter ferens quæ à Thapsensibus facta erant, omnes ferro peremit, ne infantibus quidem parcens, nihil sibi reliqui faciens ad crudelitatem feritatemve. quæ enim veniam non merebantur si in externos bello victos essent edita, ea ille fecit in populares suos. Manaëmus itaque cum hoc modo regnum iniisset, per decem annos perversus esse perstitit & *regum* omnium crudelissimus. A Phullo autem Assyriorum rege bello ei illato, in certamen quidem pugnamque cum Assyriis non descendit; sed, cum *ei* suasisset ut mille talentis argenti acceptis recederet, dirimit bellum. At hanc summam Manaëmo populus contulit, exactis in singula capita quinquaginta drachmis. Post hæc autem vita defunctus Samariæ quidem sepelitur: filium vero Phaceiam, qui ei in regnum succederet, relinquit. is, patris crudelitatem sequutus, duobus tantum annis regnavit: & non multo post in convivio cum amicis dolo occisus periit, à Phacea quodam, qui

Sellumus Israëlitarum rex. 4 Regum, c. 15.

Manaëmus Israëlitarum rex. 4 Regum, c. 15.

Phullus rex Assyriæ bellum infert Israëlitis. 4 Regum, c. 15.

Phaceias Israëlitarum rex. 4 Regum, c. 15.

ΚΕΦ. ιά.

Ὡς Ζαχαρίας, Σέλλουμος, Μανάημος, Φακείας καὶ Φακέας τὴν Ἰσραηλιτῶν ἀρχὴν παρέλαβον· καὶ ὡς Φοῦλλος καὶ Θεγλαφαλάσαρ τοῖς Ἰσραηλίταις ἐπεστράτευσαν. ὡς Ἰώθαμος Οζίου παῖς ἐβασίλευσε τῆς Ἰούδα φυλῆς· καὶ ἅ τινα περὶ Ἀσσυρίων προεφήτευσεν ὁ Νάουμος.

Ὁ δὲ τοῦ Ἱεροβοάμου παῖς [v] Ζαχαρίας [x] ἓξ μῆνας βασιλεύσας τῶν Ἰσραηλιτῶν, δολοφονηθεὶς ἀπέθανεν ὑπὸ φίλου τινὸς, [y] Σελλούμου μὲν τοὔνομα, [z] Ἰαβήσου δὲ υἱοῦ· ὃς καὶ τὴν βασιλείαν μετ' αὐτὸν παραλαβὼν, οὐ πλείονα χρόνον ἡμερῶν αὐτὴν κατέσχε τριάκοντα. ὁ γὰρ στρατηγὸς Μανάημος κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ὢν ἐν [a] Θαρσῇ πόλει, καὶ τὰ περὶ τὸν Ζαχαρίαν ἀκούσας, ἄρας μετὰ πάσης τῆς στρατιᾶς ἧκεν εἰς Σαμάρειαν, καὶ συμβαλὼν εἰς μάχην [b] ἀναιρεῖ τὸν Σέλλουμον· καὶ βασιλέα καταστήσας ἑαυτὸν ἐκεῖθεν εἰς [c] Θαψὰν παραγίνεται πόλιν. [d] οἱ δ' ἐν αὐτῇ τὰς πύλας μοχλῷ [e] κλείσαντες, οὐκ εἰσεδέξαντο τὸν βασιλέα. ὁ δ' ἀμυνόμενος αὐτοὺς, [f] τὴν πέριξ [g] ἐδῄωσε χώραν, καὶ τὴν πόλιν κατὰ κράτος λαμβάνει πολιορκίᾳ· φέρων [h] τε χαλεπῶς ἐπὶ τοῖς ὑπὸ τῶν Θαψαλῶν πραχθεῖσι, πάντας αὐτοὺς διεχρήσατο, μηδὲ νηπίων φειδόμενος, ὠμότητος ὑπερβολὴν οὐ καταλιπὼν οὐδὲ ἀγριότητος. ἃ γὰρ οὐδὲ τῶν ἀλλοφύλων τινὰς συγγνωστὸν [i] διαθεῖναι γενομένους ὑποχειρίους, ταῦτα τοὺς ὁμοφύλους [k] οὗτος εἰργάσατο. βασιλεύσας οὖν τῷ τρόπῳ τούτῳ ὁ [l] Μανάημος, [m] ἐπ' ἔτη δέκα σκαιὸς καὶ πάντων ὠμότατος [n] διέμεινε. στρατεύσαντος δ' ἐπ' αὐτὸν [o] Φούλλου τοῦ Ἀσσυρίων βασιλέως, εἰς μὲν ἀγῶνα καὶ μάχην οὐκ ἀπήντα τοῖς Ἀσσυρίοις· πείσας δὲ χίλια τάλαντα ἀργυρίου λαβόντα ἀναχωρῆσαι, διαλύεται τὸν πόλεμον. τὸ δὲ κεφάλαιον τοῦτο συνήνεγκε [p] τὸ πλῆθος Μαναήμῳ, πραχθὲν κατὰ κεφαλὴν [q] δραχμὰς πεντήκοντα. [r] τελευτήσας δὲ μετὰ ταῦτα, κηδεύεται μὲν ἐν Σαμαρείᾳ· καταλείπει δὲ τῆς βασιλείας τὸν υἱὸν [s] Φακείαν διάδοχον. ὃς, τῇ τοῦ πατρὸς κατακολουθήσας ὠμότητι, δυσὶν ἔτεσι μόνοις ἦρξεν. ἔπειτα δολοφονηθεὶς ἐν συμποσίῳ μετὰ φίλων ἀπέθανε, [t] Φα-

p Τῆς διὰ τοῦτ' εἰς] Τὸν & mox ἀσεβοῦντα in iisdem *MSS.*

q Αὐτοῦ Ἰωθάμου] Αὐτοῦ *Hen.* & *Bush.*

r Τῆς ἐπὶ τοῖς γεγενημένοις] Illa τῆς ἐπὶ τοῖς γεγενημένοις ex *Big. Samb. Vat.* & *Vet. Interpr.*

s Ὀκτὼ καὶ ἑξήκοντα,] Vide *Usserii* Chronol. Sacr. p. 22.

t Ἐν τοῖς ἑαυτοῦ κήποις.] Juxta *Verit. Hebr.* (2 *Paralip.* c. 27. v. 1.) *in fundo sepulchreti regum*, vel, *in agro sepulchrorum, qui regibus erat.* Videsis *J. Clericum* in locum. HUDS. Ozias itaque fuit in hortis suis extra urbem sepultus, non autem ἐν ταῖς βασιλικαῖς θήκαις, de quibus cùm supra, tum seq. cap. 12. §. 1. De Manasse insr. lib. 10. c. 3. §. 2. SPANH.

v Ζαχαρίας] Ἀζαρίας *Big. Samb. Vat.* & LXXII. tam hic quam infra.

x Ἓξ μῆνας] Ἓξ μηνὶ in *MSS.*

y Σελλούμου μὲν τοὔνομα,] Ita cum *Samb.* (*Coccejo*) & *Vat.* Σιλλίουμος *Hen.* & *Bush.* Σελλοῦμος in *Editis.* infra tamen Σελλούμου in *Big. Samb.* & *Gall.* 1.

z Ἰαβήσου δὲ υἱοῦ·] Sic cum *Big.* & *Samb.* Ἰαβήσου in *Editis.* Ἰαβίσου *Gall.* Si quis Ἰαβίσου malit, non repugnabo, cum Ἰαβὶς habeant LXXII. *Jotavis* apud *Epiphan.*

a Θαρσῇ πόλει,] Ita quidem in *Editis*, prout supra, p. 454. v. ult. Θερσεῖ *Big. Samb.* & *Gall.* 1. Θαρσεῖ *Hen.* & *Bush.* Θαρσιλᾷ *Vat.* HUDS. In civitate Tharso *Rufinus. Hebr.* תרצה LXX. Θαρσιλὰ *MS. Alex.* Θερσιλὰ *Ar.* Tersa; 2 Reg. xv. 14 SPANH.

b Ἀναιρεῖ τὸν Σέλλουμον·] Sic *Big. Samb.* & *Vat.* ἀναιρεῖ in *Editis Aliisque.* forsan pro ἀνεῖλε.

c Θαψὰν] Θάψαν *Samb. Bush.* & *Hen.* HUDS. Thabraim *Rufinus. Hebr.* תפסח LXX. Θερσὰ *Vulg.* Thapsa. 2 Reg. xv. 16.

d Οἱ δ' ἐν αὐτῇ] Οἱ δ' ἐν αὐτῇ *Samb.*

e Κλείσαντες,] Ita *Big.* (*Coccejus*) *Samb.* & *Gall.* 1. κλείοντες in *reliquis.*

f Τὴν πέριξ] Τὴν τε *Hen.* & *Bush.*

g Ἐδῄωσε χώραν,] Ἐδῄου in *MSS.*

h Τε χαλεπῶς] Δὲ *Samb.*

i Διαθεῖναι] Ita *Big.* (*Coccejus*) & *Samb.* διαθεῖσαι *ceteris.*

k Οὗτος εἰργάσατο.] Iterum ex *Big.* (*Coccejo*) *Samb.* & *Vet. Interpr.* οὕτως in *Editis Aliisque.*

l Μανάημος,] Ἀμανάημος *Big. Samb.* & *Gall.* 1.

m Ἐπ' ἔτη δέκα] Ἐπ' ἔτη μὲν δέκα *Samb. Vat.* & *Gall.* 2. Præterea si post δέκα non post Μανάημος distinguatur, vertendum, *decem annos regnasset, ad extremum usque perversus mansit & regum omnium crudelissimus.*

n Διέμεινε.] Διέμεινεν ἐν *Big. Vat.* & *Samb.* διέμεινεν ἐν *Gall.* 1. & 2.

o Φούλλου τοῦ Ἀσσυρίων] *Al.* Φούλου. HUDS. Phoralus alias Phoidaphul Assyriorum Rex, *Rufin. Hebr.* פול *Chald.* LXX. Φουὰ 2 Reg. xv. 19. SPANH.

p Τὸ πλῆθος] Hebr. vero omnes potentes seu divites, quod retinuit *Vulg.* LXX. autem τῷ ἀνδρὶ τῷ ἑνί· seu viritim. SPANH.

q Δραχμὰς πεντήκοντα] Δραχμὰς *Samb.*

r Τελευτήσας δὲ] Sic *Samb.* & *Vat.* τελευτήσαντος in *ceteris.*

s Φακείαν διάδοχον.] Φακείαν *Hen. Bush.* & LXXII. juxta *Exempl. Rom.* Φακεῖαν in *Alex.* Φακεῖαν *Chron. Alex.*

t Φα-

[t] Φακέε τινὸς, ὃς ἦν χιλίαρχος, ἐπιβουλευθεὶς αὐτοῦ, παιδὸς δὲ [v] Ρομελίου. [x] κατασχὼν δὲ καὶ οὗτος ὁ Φακέας τὴν ἀρχὴν ἔτεσιν εἴκοσι, ἀσεβής τε ἦν καὶ παράνομος. ὁ δὲ τῶν Ασσυρίων βασιλεὺς [y] Θεγλαφαλάσσαρ τοὔνομα, ἐπιστρατευσάμενος τοῖς Ισραηλίταις, καὶ τήν τε [z] Γαλαδηνὴν ἅπασαν καταστρεψάμενος, καὶ τὴν πέραν τοῦ Ιορδάνου χώραν, καὶ τὴν [a] πρὸς αὐτὴν τὴν Γαλιλαίαν καλουμένην, καὶ [b] Κύδισσαν καὶ [c] Ασωρα, καὶ τοὺς οἰκήτορας αἰχμαλωτίσας, μετέστησεν εἰς τὴν αὐτοῦ βασιλείαν. καὶ τὰ μὲν περὶ τοῦ Ασσυρίων βασιλέως ἐν τούτοις ἡμῖν δεδηλώσθω.

β. Ιώθαμος δὲ [d] Οζία παῖς [e] ἐβασίλευσε τῆς Ιούδα φυλῆς ἐν Ιεροσολύμοις, ἐκ μητρὸς μὲν [f] ἀστῆς γεγονὼς, καλουμένης δὲ [g] Ιεράσης. οὗτος ὁ βασιλεὺς οὐδεμιᾶς ἀρετῆς ἀπελείπετο, ἀλλ' εὐσεβὴς μὲν τὰ πρὸς τὸν Θεὸν, δίκαιος δὲ [h] πρὸς ἀνθρώπους ὑπῆρξεν. ἐπιμελητὴς δὲ τῶν κατὰ τὴν πόλιν· ὅσα γὰρ ἐπισκευῆς ἐδεῖτο καὶ κόσμου, ταῦτα φιλοτίμως ἐξειργάσατο· στοάς μὲν τὰς ἐν τῷ ναῷ ἱδρύσας καὶ προπύλαια, τὰ δὲ καταπεπτωκότα τῶν τειχῶν ἀνέστησε, πύργους παμμεγέθεις καὶ δυσαλώτους οἰκοδομήσας. [i] καὶ τῶν ἄλλων, εἴ τι κατὰ τὴν βασιλείαν [k] ἠμέλητο, πολλὴν ἐπιστροφὴν ἐποιεῖτο. στρατευσάμενος δὲ καὶ ἐπὶ τοὺς Αμμανίτας, καὶ κρατήσας [l] αὐτῶν τῇ μάχῃ προσέταξεν αὐτοῖς φόρους κατὰ πᾶν ἔτος αὐτῷ τελεῖν, ἑκατὸν τάλαντα, καὶ σίτου κόρους μυρίους, τοὺς αὐτοὺς δὲ καὶ κριθῆς. ηὔξησε δὲ [m] οὕτως τὴν βασιλείαν, ὥστε ἀκαταφρόνητον μὲν αὐτὴν ἐκ τῶν πολεμίων εἶναι, τοῖς δ' οἰκείοις εὐδαίμονα.

γ. Ην δέ τις κατὰ [n] τοῦτον τὸν καιρὸν προφήτης Ναοῦμος τοὔνομα· ὃς, περὶ τῆς Ασσυρίων καταστροφῆς καὶ τῆς Νίνου προφητεύων, ἔλεγεν οὕτως. "ἔσται [o] Νινευὴ κολυμβήθρα "ὕδατος κινουμένη, οὕτως καὶ ὁ δῆμος ἅπας ταρασσό-"μενος καὶ κλυδωνιζόμενος οἰχήσεται φεύγων, λεγόν-"των πρὸς ἀλλήλους, [p] στῆτε καὶ μείνατε, καὶ χρυσὸν αὐ-"τοῖς καὶ ἄργυρον ἁρπάσατε. ἔσται δ' οὐδεὶς βουλησόμενος· "σώζειν γὰρ αὐτῶν ἐθελήσουσι τὰς ψυχὰς μᾶλλον ἢ τὰ "κτήματα· δεινὴ γὰρ αὐτοὺς ἐν ἀλλήλοις ἔρις ἕξει καὶ "θρῆνος, [q] πάρεσίς τε τῶν μελῶν, αἵ τε ὄψεις ὑπὸ τοῦ "φόβου μέλαιναι τελέως αὐτοῖς [r] γενήσονται. ποῦ δὲ ἔσται τὸ "κατοικητήριον τῶν λεόντων, καὶ ἡ μήτηρ σκύμνων; λέγει "[s] δέ σοι ὁ Θεὸς, Νινευὴ, ὅτι ἀφανίσω σε, καὶ οὐκέτι "λέοντες ἐκ σοῦ προϊόμενοι ἐπιτάξουσι τῷ κόσμῳ." καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ πρὸς τούτοις [t] προεφήτευσεν οὗτος ὁ προφήτης περὶ [v] Νινευῆς, [x] ἅπερ λέγειν οὐκ ἀναγκαῖον ἡγησάμην· ἵνα δὲ μὴ τοῖς ἐντυγχάνουσιν ὀχληρὸς δοκῶ,

tribunus erat, filius vero Romeliæ, circumventus. Cæterum & hic Phaceas, cum per annos viginti imperium teneret & impius erat & iniquus. Assyriorum autem rex, cui nomen Theglaphalassar, cum expeditionem fecisset in Israëlitas, omnemque terram Galadenam subegisset, ut & regionem Transjordanianam, vicinamque ei Galilæam nuncupatam, atque Cydisam & Azora, colonosque in captivitatem egisset, in regnum suum reversus est. Et quidem de iis quæ ad Assyriorum regem spectant, hæc nobis sufficiat dixisse.

Phaceas Israelitarum rex. 4 Regum, c. 15. 2 Paralip. c. 28. Theglaphalassar Assyria rex Israelitas subegit, multosque eorum in Assyriam transfert.

2. Cæterum Jothamus Oziæ filius in Judæ tribum regnavit Hierosolymis, matre quidem cive *Hierosolymitana* natus, nomine vero Jerasa. Huic regi nulla deerat virtus: sed semet erga Deum quidem pium, atque erga homines justum ostendebat. Præterea rebus civitatis curam adhibuit: (quicquid enim instaurari desiderabat & ornari, id summo studio confecit & absolvit) nam cum porticus templo constituisset & vestibula, muros quoque collapsos restituit, quos turribus bene magnis captuque difficilibus communivit. & siquid aliud in regno suo neglectum fuerit, in id multum curæ impendebat. Quin & expeditione in Ammanitas suscepta, iisque pugna debellatis, imperavit illis tributum quotannis ipsi solvendum, centum *argenti* talenta, & tritici decem cororum millia, ac præterea hordei totidem. adeoque imperium *suum* auxit *& amplificavit*, ut & hostibus in contemptum non veniret, suisque felix *admodum* videretur.

4 Regum, c. 15. Jothamus Judaea rex. 4 Regum, c. 15. & 2 Paralip. c. 27.

3. Erat autem quidam eo tempore vates, cui nomen Nahumus; qui, de Assyriorum & Nini subversione vaticinans, ista loquutus est. "Erit "Ninive piscina aquarum *ventis* agitata, ita & po-"pulus *ejus* omnis turbatus & fluctuans in fugam "se conjiciet, *cunctis* ad alterutros dicentibus, state "& resistite, aurumque & argentum diripite. ne-"mo autem erit, cui hoc persuadebitur: (volent "enim *omnes* magis vitam suam servare quam fa-"cultates) nam grave illos occupabit dissidium, "luctusque illis erit & lamentatio, & membra la-"bascent, & cunctorum facies præ pavore pallo-"rem contrahent. Ubi autem erit leonum lustrum, "& leunculorum mater? Porro tibi, Ninive, di-"cit Deus, te funditus perdam, & non amplius "leones ex te egressi mundo imperitabunt." Porro & alia adhuc multa vates iste de Ninive prædixit, quæ mihi ad referendum non necessaria esse existimavi: sed *de industria* prætermisi, ne legentibus molestus esse viderer. Evenerunt autem omnia quæ

Nahumi vaticinium de Assyriorum excidio.

t Φακέε τινὸς,] Sic *Big. Samb. Vat.* & *Gall.* 1. 2. Φακέα *Hen.* & *Busb.* & Φακέου in sequentibus. Φακέα & Φακέου in *Editis.* Φακεὲ LXXII.

v Ρομελίου.] *Al.* Ρομελίου.

x Κατασχὼν δὲ καὶ οὗτος] Ita *Big. Samb.* & *Vat.* quomodo & infra Cap. seq. κατέσχε δὲ οὗτος, & mox ἀσεβής τε ἦν in *Editis Aliisque.*

y Θεγλαφαλάσσαρ] Θιλαφαλάσσαρ *Samb. Big.* & *Gall.* 1. Θαγλαφαλάσαρ *Gall.* 2. Θεγλαφαλασσάρης *Vat.* ut & infra *Gall.* 2. HUDS. Teglat phalaser *Rufin. Hebr.* תגלת פלאסר LXX. Θαλγαθφελλάσαρ. SPANH.

z Γαλαδηνὴν] Sic *Big.* (*Coccejus*) & *Samb.* Γαλαδηνὴν in *Editis Aliisque.* HUDS. Supr. lib. 1. c. 19. §... Γαλαδηνὴν καλοῦσι τὴν γῆν· & lib. 5. c. 9. §..... πόλις τῆς Γαλαδηνῆς & eodem cap. §. ult. τῆς Γαλαδηνῆς δ' ἐστιν αὕτη· SPANH.

a Πρὸς αὐτὴν] Πρὸς αὐτῇ τὴν Γαλιλαίαν *Vat.*

b Κύδισσαν] Ita vel Κύδισσαν in omnibus *MSS.* Κύδισαν in *Editis.* in *Epiphanii* libris *Tarsan.* Forsan eadem est urbs quæ p. 274. v. ult. Κεδέση vel Κυδίσσα. HUDS. *Hebr.* קדש COCC. Adde *Relandum* in Palæst. p. 697.

c Ασωρα,] Pag. 291. §. 1. 292. §. 4. Ασωρος. HUDS. Ασώρ πόλις inf. lib. 13. c. 5. §. 7. Traza. At Azaran *Rufin.* LXX. τὴν Κενὲς καὶ τὴν Ασώρ. *Hebr.* קדש ואת חצור & supra lib. v. c. 6. §. 1. & 4. Ασώρου πόλεως. SPANH.

d Οζία] Ita *Hen.* & *Busb.* Οχοζία *Samb.* & *Bas.* Οζίου in reliquis.

e Εβασίλευσε] Sic *MSS.* ἐβασίλευε in *Editis.*

f Αστῆς] Conf. supr. c. 10. §. 3. SPANH.

g Ιεράσης.] Ιεράσης *Vat.* Ιερουσὰ dicitur *Intt.* LXXII. HUDS. Itrasis *Rufin. Hebr.* ירושא. SPANH.

h Πρὸς ἀνθρώπους] Πρὸς τοὺς ἀνθρώπους *Vat.*

i Καὶ τῶν ἄλλων, εἴ τι κατὰ τὴν βασιλείαν ἠμέλητο, πολλὴν ἐπιστροφὴν ἐποιεῖτο.] Omittit hæc *Gelenius. Rufinus* autem: & in reliquis omnibus, quæ neglecta videbantur, opus fabricationis exhibuit. Επιστροφὴ nempe *Hesychio* Διατριβὴ, Δίαιτα; & apud Æschyl. Eumenid. v. 551. δωμάτων ἐπιστροφὰς, unde lux etiam huic Josephi loco. SPANH.

k Ημέλητο, πολλὴν ἐπιστροφὴν ἐποιεῖτο.] Ita *MSS.* ἠμελεῖτο in *Editis.*

l Αὐτῶν τῇ μάχῃ] Ita *Big. Samb.* & *Vat.* αὐτῶν ἐν τῇ μάχῃ ἐπέταξεν in *Editis.*

m Οὕτως τὴν βασιλείαν,] Οὗτος *Bas.*

n Τοῦτον τὸν καιρὸν] Vide *Usserium* ad *An. M.* 3246.

o Νινευὴ κολυμβήθρα] Ita *Epiphan.* & LXXII. *Nahum.* c. 2. v. 8. ut & supra edidimus c. 10. §. 2. & infra occurrit in libris plerisque. Νινεὶ *Bas.* & G. Νινὶ *Big. Samb. Vat.* & *Gall.* 1. HUDS. Vid. Nahum. 11. 5. confer sup c. 10. §. 2. SPANH.

p Στῆτε καὶ μείνατε, καὶ χρυσὸν αὐτοῖς &c.] Vid. Nahum 2. v. 9. 10. 11. SPANH.

q Πάρεσις] Πάρεσις infra lib. xi. c. 6. §. 9. SPANH.

r Γενήσονται.] Γενήσονται *Vat.*

s Δέ σοι ὁ Θεὸς] Δὲ *Vat.*

t Προεφήτευσεν οὗτος] Sic *MSS.* ὁ πρ. in *Editis.*

v Νινευῆς,] Νίνου *Vat.* Νινὶης *Gall.* 2.

x Απερ λέγειν] Illud ἅπερ insertum dedimus ex *MSS.* in quibus omnibus vel ἅπερ vel ἃ exstat.

quæ de Ninive prædicta sunt centum & quindecim post annos. Itaque de his quidem satis nobis dictum est.

περίλαιον. συνέβη δὲ πάντα τὰ προειρημένα περὶ [y] Νινευῆς, μετὰ ἔτη ἑκατὸν καὶ πεντεκαίδεκα. περὶ μὲν οὖν τούτων ἀπαγγείλαντος ἡμῶν δεδήλωται.

XII.

CAP. XII.

Quomodo Jothamo vita defuncto pro eo regnavit Achazes, quem Arases Damascenorum rex & Israëlitarum Phaceas bello adorti sunt: atque ut Theglaphalassares Assyriorum rex, ab Achaze in societatem belli adscitus, Syriam vastavit; & Damascenos transtulit in Mediam, aliis gentibus in Damasco collocatis.

ΚΕΦ. ιβʹ.

Ως Ιωθάμου τελευτήσαντος ἀντ' αὐτοῦ ἐβασίλευσεν Αχάζης, ἐφ' ὃν ἐστράτευσεν Αράσης Σύρων βασιλεὺς, καὶ Φακέας ὁ τῶν Ισραηλιτῶν· καὶ ὡς Θεγλαφαλασσάρης Ασσυρίων βασιλεὺς, σύμμαχος Αχάζῃ γενόμενος, Συρίαν ἐπόρθησεν, καὶ τοὺς Δαμασκηνοὺς ἀναστήσας εἰς Μηδίαν, ἕτερα ἔθνη κατῴκισεν ἐν Δαμασκῷ.

Jothamus Judææ rex. 4 Regum, c. 15. 2 Paral. c. 27.

JOthamus autem diem suum obiit, cum vixisset annos quadraginta & unum, & sexdecim ex his regnasset; sepultusque est in regiis conditoriis. At in regnum successit Achazes ejus filius: qui in Deum nequissimus, contra leges patrias faciendo, Israëlitarum reges imitatus est, super altaribus, quæ Hierosolymis erexerat, deastris sacrificans, quibus etiam, more Chananæorum, filium suum in solidum sacrificium immolavit. atque alia hisce similia perpetravit. Cæterum cum ita se haberet & insaniret, illum Syrorum & Damascenorum rex Arases & Israëlitarum Phaceas bello adorti sunt; (nam amici erant *sociique*) & cum ipsum in Hierosolyma compulissent, diu *urbem* obsederunt, nihil proficientes quod muris cincta esset validissimis. Syrorum autem rex, capta urbe Ailath ad mare Rubrum sita, incolisque ejus occisis, eo Syrorum coloniam deduxit. Cumque Judæos, tam qui in præsidiis erant, quam qui undique circumfusi *reperirentur*, interfecisset, multumque prædæ Damascum abegisset, cum exercitu reversus est. Hierosolymorum autem rex, cum intellexisset Syros domum rediisse, ratus se Israëlitarum regi viribus haud imparem esse, copias contra eum eduxit; congressusque *prælio* victus est, ira Dei in eum accensa ob tot tantaque ejus impia facinora. Nam ea die, *qua acie dimicatum est*, centum & viginti millia Judæorum occiderunt Israëlitæ. quorum dux, nomine Zacharias, regis filium Amasiam in ipso conflictu interfecit, & totius regni procuratorem Ericam & Judæ tribus militiæ præfectum Elcam vivos in potestatem suam redegit: præterea ex tribu Benjamitide mulieres cum liberis *suis captivas* abduxerunt, &, cum multum *ab ea* prædæ diripuissent, *tum demum* Samariam se recipiebant.

Hierosolyma obsident Arases & Phaceas.

Ailath ad mare Rubrum decipit Syrorum rex.

Phaceas Judæis cladem infert. 2 Paral. c. 28.

ια΄. Ὡς καὶ τοῦτον ἀκούσας βούλεσθαι πρὸς τοὺς Αἰγυπτίους συμμαχίαν ποιήσασθαι καὶ φιλίαν, στρατεύσας ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα, κατὰ κράτος αἱρεῖ τῇ πολιορκίᾳ· καὶ τὸν ναὸν ἐμπρήσας, τὸν τῶν Ἱεροσολυμιτῶν δῆμον καὶ τὸν Σεδεκίαν μετῴκισεν εἰς Βαβυλῶνα.

11. *Quomodo, audito quod huic ipsi in animo erat societatem & amicitiam cum Ægyptiis inire, copiis suis Hierosolyma aggressus, urbem obsidione cinctam expugnat; temploque exusto, Hierosolymitanos & Sedeciam Babylonem transtulit.*

ιβ΄. Ὡς Ναβουχοδονόσορος τελευτήσας διάδοχον κατέλιπε τῆς βασιλείας τὸν υἱόν, καὶ ὡς κατελύθη ἡ τούτων ἀρχὴ ὑπὸ Κύρου τοῦ Περσῶν βασιλέως, καὶ ὅσα συνέβη τοῖς Ἰουδαίοις κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν παρὰ τοῖς Βαβυλωνίοις.

12. *Quomodo Nabuchodonosorus vita defunctus est, relicto filio qui in regnum successit: utque Assyriorum imperium eversum est à Cyro Persarum rege, & quæ Judæis sub idem tempus acciderunt à Babyloniis.*

o Φίλον ἠνάγκασεν] Καὶ φίλον *Vat.*
p Τὴν τοῦ Βαβυλωνίου] Τὴν deest *Vat.*
q Ἰωάκιμος ἐφρόνησε] Ὁ Ἰωάκιμος *Vat.*
r Αὐτῷ] Αὐτὸ in *Editis.* αὐτῷ *Vat.* ἑαυτὸν *Gall.*

s Ἰωάχιμον] Ἰωάκιμον δὲ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἡμέραις ὀλίγαις τυγχάνοντα ἀπέδειξε βασιλέα *Vat.*
t Ἰεχονίου] Joachimus dictus est etiam Jechonias.

ΦΛ. ΙΩΣΗΠΟΥ
ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ
ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΚΑΤΟΝ.

[v] Περιέχει ἡ βίβλος χρόνον ἐτῶν ρπβ΄. μηνῶν ς΄. ἡμέρας ι΄.

FLAVII JOSEPHI
ANTIQUITATUM JUDAICARUM
LIBER DECIMUS.

Continet hic liber tempus annorum CLXXXII. *menses* VI. *dies* X.

CAP. I.

Quomodo in Ezeciam expeditionem fecit Senacheribus; & quae Rapsaces, Senacheribo contra Ægyptios profecto, minatus est Ezeciae, cui animum confirmabat Esajas vates. Quomodo Senacheribus re infecta ex Ægypto Hierosolyma reversus, deprehensoque quod suae deletae erant copiae, domum rediit: & quae non multo post ei acciderunt.

Senacheribus bello adoritur Ezeciam. 4 Regum, c. 18. 2 Paral. c. 32. Esa. 36.

CUM Ezecias duarum tribuum rex annum jam decimum quartum in imperio ageret, Assyriorum rex nomine Senacheribus, magno exercitu coacto, bello eum adoritur, omnesque tribûs Judae & Benjamitidis urbes *munitas* vi capit. Cum autem in eo esset ut copias Hierosolymis admoveret, praevenit eum missa legatione *Ezecias*, *se* imperata facturum & quicquid tributi ab illo *sibi* imponeretur soluturum pollicens. Senacheribus vero auditis legatis statuit bello desistere, atque *regis* postulationi concedit; & promisit, si argenti talenta trecenta aurique triginta acciperet, pacatum se abiturum, fide legatis jurejurando data, pro certo fore ut ea lege retro cederet, nullo maleficio commisso. Ezecias autem, fide istis habita exhaustisque thesauris, pecunias *exactas* mittit, existimans se liberatum iri ab hoste omnique de regno dimicatione. Caeterum Assyrius, istis acceptis, nihil eorum quae fuerat pollicitus curavit: sed ipse quidem cum copiis profectus est contra Ægyptios & Æthiopas, Rapsacem vero imperatorem cum magno exercitu & aliis duobus ad Hierosolyma vastanda reliquit. horum autem nomina erant Tharata & Anacharis.

Ingenti pecunia accepta à Judaeo discedere pollicetur Senacheribus, sed promissis non stetit. 4 Regum, c. 18.

Senacheribi duces Hierosolyma veniunt cum magnis copiis. 4 Regum, c. 18. 2 Paral. c. 32. Esa. 36.

2. Ut vero eò pervenerunt & ante moenia castra metati sunt, per nuncium ab Ezecia postula-

ΚΕΦ. α΄.

Ὡς ἐπ' Ἐζεκίαν ἐστράτευσεν ὁ Σεναχήριβος· οἷά τε Ῥαψάκης, Σεναχηρίβου ἐπ' Αἰγυπτίους πορευθέντος, ἠπείλησεν Ἐζεκίᾳ, ὃν Ἡσαΐας ὁ προφήτης παρεθάρρυνεν. ὡς Σεναχήριβος ἄπρακτος ἐξ Αἰγύπτου ὑποστρέψας ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ καταλαβὼν τὴν δύναμιν αὐτοῦ διαφθαρεῖσαν, ἀνεχώρησεν ἐπ' οἴκου· καὶ οἷα μετ' οὐ πολὺ αὐτῷ συνέβη.

ΕΖΕΚΙΟΥ δὲ τοῦ τῶν δύο φυλῶν βασιλέως, τέταρτον ἤδη καὶ δέκατον ἔτος τῆς ἡγεμονίας ἔχοντος, ὁ τῶν [x] Ἀσσυρίων βασιλεὺς [y] Σεναχήριβος ὄνομα, στρατεύει μετὰ πολλῆς παρασκευῆς ἐπ' αὐτὸν, [z] καὶ κράτος τε ἁπάσας [a] αἱρεῖ τὰς πόλεις [b] τῆς τε Ἰούδα φυλῆς καὶ Βενιαμίτιδος. μέλλοντος δ' ἄγειν τὴν δύναμιν [c] ἐπὶ Ἱεροσόλυμα, φθάνει πρεσβευσάμενος πρὸς αὐτὸν, καὶ [d] ὑπακούσεσθαί τε, καὶ φόρον, ὃν ἂν [e] τάξῃ, τελέσειν ὑπισχνούμενος. Σεναχήριβος δὲ, μαθὼν τὰ παρὰ τῶν πρέσβεων, ἔγνω μὴ πολεμεῖν, ἀλλὰ τὴν ἀξίωσιν προσδέχεσθαι. καὶ, ἀργυρίου μὲν τάλαντα τριακόσια, χρυσίου δὲ τριάκοντα λαβὼν, φίλος ἀναχωρεῖν ὡμολόγει, πίστεις δοὺς τοῖς πρεσβευταῖς ἐνόρκους, ἦ μὴν ἀδικήσας μηδὲν αὐτὸν οὕτως ἀναστρέψειν. ὁ δ' Ἐζεκίας πεισθεὶς, καὶ κενώσας τοὺς θησαυροὺς, πέμπει τὰ χρήματα, νομίζων ἀπαλλαγήσεσθαι τοῦ [f] πολεμίου, καὶ τοῦ περὶ τῆς βασιλείας ἀγῶνος. ὁ δὲ Ἀσσύριος λαβὼν ταῦτα, τῶν μὲν [g] ὡμολογημένων οὐδὲν ἐφρόντιζεν· ἀλλ' αὐτὸς μὲν ἐστράτευσεν ἐπ' Αἰγυπτίους καὶ Αἰθίοπας, τὸν δὲ στρατηγὸν Ῥαψάκην μετὰ πολλῆς ἰσχύος [h] σὺν καὶ δυσὶν ἄλλοις τῶν ἐν τέλει κατέλιπε, πορθήσοντας τὰ Ἱεροσόλυμα. τούτων δὲ τὰ ὀνόματα, [i] Θαρατὰ καὶ [k] Ἀνάχαρις ἦν.

β΄. Ὡς δ' ἐλθόντες πρὸ τῶν τειχῶν ἐστρατοπεδεύσαντο, πέμψαντες πρὸς τὸν Ἐζεκίαν, ἠξίουν [l] αὐτὸν ἐλθεῖν εἰς λό-

v Περιέχει] Ita Big. Samb. Vat. Gall. 1. 6. & Voss. περιέχει ἡ βίβλος χρόνον ἐτῶν πβ΄. ἡμέρας δέκα Gall. 2. — ἐτῶν πβ΄. μηνῶν ς΄. ἡμέρας ι΄. Bas. mendose. Pro nobis etiam facit Epiphanius in plerisque libris. in aliis vero CLXXXII. menses IX. dies X. aut CCXXX. menses VI. dies XV.

x Ἀσσυρίων βασιλεὺς] Conf. ἁλωσ. lib. 5. c. 9. §. 4. SPANH.

y Σεναχήριβος] Al. Σεναχηρεῖμος, & Σεναχήριβος, & Σεναχήριμος & Σεναχηρεῖμος.

z Κατὰ κράτος τε] Κατὰ κράτος ἅπ. in nonnullis MSS.

a Αἱρεῖ τὰς πόλεις] Ita Samb. (& Cocc.) αἱρεῖ aut αἱρεῖ Aliis.

b Τῆς τῆς Ἰούδα φυλῆς] Abest Big. Samb. & Hen.

c Ἐπὶ Ἱεροσόλυμα,] Καὶ ἐπὶ Vat. & Hen.

d Ὑπακούσεσθαί τε,] Ita Vat. & Vet. Interpr. ὑπακούσεσθαί γε Hen. & Busb. ὑπακούσεσθαι καὶ φ. in reliquis.

e Τάξῃ,] Sic Big. Samb. & Vat. τάξηται in Editis Aliisque.

f Πολεμίου,] Πολέμου Gall. 2. & Epiphan.

g Ὡμολογημένων] Ὁμολογουμένων Hen. & Vat.

h Σὺν καὶ δυσὶν] Σὺν δυσὶν Hen. & Busb. & mox ἐπὶ τέλει Vat.

i Θαρατὰ] Θαρθᾶς Vat. in margine, prout in LXXII. 4 Regum, c. 18. v. 17. in Epiphanii libris Tharatha, & Dathara.

k Ἀνάχαρις ἦν.] In Samburi codice Αχαρις à prima mano, à secunda Ἀνάχαρις. Ἀρχάχαρις Gall. 1. 2. Δαβάχαρις Vat. in ora libri. Epiphanius habet Arathiris aut Arathiris. Ῥαψὰς LXXII. juxta Cod. Rom. Ῥαψάκης Alex. unde Ῥάψακες legendum puto.

l Αὐτὸν ἐλθεῖν] Αὐτοὺς ἐλθεῖν in quibusdam MSS. in aliis αὐτὸν αὐτοῖς ἐλθεῖν.

λόγους. ὁ δὲ αὐτὸς μὲν ὑπὸ δειλίας οὐ προέρχεται· τρεῖς δὲ τοὺς ἀναγκαιοτάτους φίλους [m] αὐτῷ ἐξέπεμψε, τὸν τῆς βασιλείας ἐπίτροπον [n] Ελιακιμον ὄνομα, καὶ [o] Σοβναῖον, καὶ [p] Ιώαχον τὸν ἐπὶ τῶν ὑπομνημάτων. οὗτοι μὲν οὖν προελθόντες ἄντικρυς τῶν ἡγεμόνων τῆς στρατιᾶς τῶν Ασσυρίων ἔστησαν. θεασάμενος δ' αὐτοὺς ὁ στρατηγὸς Ραψάκης, ἐκέλευσεν ἀπελθόντας Εζεκίᾳ λέγειν· "ὅτι "[q] βασιλεὺς μέγας Σεναχήριβος πυνθάνεται αὐτοῦ, "τίνι θαῤῥῶν καὶ πεποιθὼς φεύγει δεσπότην αὐτοῦ, καὶ "[r] ἀκροᾶσθαι μὴ θέλει, καὶ τὴν στρατιὰν [s] αὐτοῦ οὐ δέχεται τῇ πόλει; ἢ διὰ τοὺς Αἰγυπτίους τὴν ἑαυτοῦ στρατιὰν "ἐλπίζων [t] ὑπ' ἐκείνων [v] αὐτῶν καταγωνίσασθαι; εἰ "δὲ τοῦτο προσδοκᾷ, [x] δηλοῦτε αὐτῷ ὅτι ἀνόητός ἐστι καὶ "ὅμοιος ἀνθρώπῳ, ὃς καλάμῳ ἐπερειδόμενος τεθλα"σμένῳ, [y] πρὸς τὸ καταπεσεῖν ἔτι καὶ τὴν χεῖρα δια"πείρας ᾔσθετο τῆς βλάβης. εἰδέναι δ' ὅτι καὶ βουλήσει "Θεοῦ τὴν ἐπ' αὐτὸν [z] στρατείαν πεποίηται, ὃς αὐτῷ κα"ταστρέψασθαι καὶ τὴν [a] τῶν Ισραηλιτῶν βασιλείαν [b] δέ"δωκεν, ἵνα τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τοὺς ἀρχομένους ὑπ' "αὐτοῦ διαφθείρῃ." ταῦτα δὲ τὸν Ραψάκην Εβραϊστὶ λέγοντα, τῆς γὰρ γλώττης εἶχεν ἐμπείρως, ὁ Ελιάκιμος, φοβούμενος μὴ τὸ πλῆθος ἐπακοῦσαν εἰς ταραχὴν ἐμπέσῃ, Συριστὶ [c] φράζειν ἠξίου. συνεὶς δ' ὁ στρατηγὸς τὴν ὑπόνοιαν αὐτοῦ καὶ τὸ ἐπ' [d] αὐτῷ δέος, μείζονι καὶ [e] διατόρῳ τῇ φωνῇ χρώμενος ἀπεκρίνατο αὐτῷ Εβραϊστὶ λέγων, "ὅπως ἀκούσαντες τὰ τοῦ βασιλέως προστάγματα "πάντες τὸ συμφέρον ἕλωνται παραδόντες αὐτοὺς ἡμῖν. δῆ"λον γὰρ ὡς τὸν λαὸν ὑμεῖς τε καὶ ὁ βασιλεὺς ἐλπίσι προσ"κρουόμενοι ματαίαις, ἀντέχειν πείθετε. εἰ δὲ θαῤῥεῖτε, "καὶ τὴν δύναμιν ἡμῶν [f] ἀπώσασθαι νομίζετε, δισχιλίους "ἐκ τῶν ἐμοὶ παρόντων ἵππων εἰς ἑτοιμασίαν ὑμῖν παρέχειν "ἕτοιμός εἰμι· οἷς ἰσαρίθμους ἐπιβάτας δόντες, ἐμφα"νίσατε τὴν αὐτῶν δύναμιν. ἀλλ' οὐκ ἂν ὡς γε μὴ ἔχε"τε, τούτους [g] δώητε. τί τοίνυν βραδύνετε [h] παραδι"δόναι σφᾶς αὐτοὺς τοῖς κρείττοσι, καὶ ληψομένοις [i] ὑμᾶς "καὶ μὴ θέλοντας; καί τοι τὸ μὲν ἑκούσιον τῆς παραδόσεως "ἀσφαλὲς ὑμῖν· τὸ δὲ ἀκούσιον πολεμουμένοις [k] ἐπικίν"δυνον, καὶ συμφορῶν αἴτιον φαίνεται.

γ'. Ταῦτ' ἀκούσαντες ὅ, τε δῆμος καὶ οἱ πρέσβεις τοῦ στρατηγοῦ τῶν Ασσυρίων λέγοντος, [l] ἀπήγγειλαν Εζεκίᾳ. ὁ δὲ πρὸς ταῦτα τὴν βασιλικὴν ἀποδὺς ἐσθῆτα, ἀμφιασάμενος δὲ σάκκους, καὶ σχῆμα ταπεινὸν ἀναλαβὼν, τῷ πατρίῳ νόμῳ πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον τὸν Θεὸν ἱκέτευε, καὶ βοηθῆσαι τῷ μηδεμίαν ἄλλην ἐλπίδα ἔχοντι σωτηρίας ἱκέτευε. πέμψας δὲ καὶ τῶν φίλων τινὰς καὶ τῶν ἱερέων πρὸς Ησαΐαν τὸν προφήτην, ἠξίου δεηθῆναι τοῦ Θεοῦ, καὶ [m] ποιησάμενον θυσίας ὑπὲρ τῆς κοινῆς σωτηρίας παρακαλεῖν αὐτὸν, [n] νεμεσῆσαι μὲν ταῖς τῶν πολεμίων ἐλπίσιν, ἐλεῆσαι δὲ τὸν αὐτοῦ λαόν. ὁ δὲ προφήτης ταῦτα ποιήσας, χρηματισθεὶς αὐτῷ τοῦ Θεοῦ, παρεθάῤῥυνε [o] τὸν βασιλέα καὶ τοὺς

runt ut cum eis colloqueretur. At ille quidem præ metu *ad eos* non egreditur; tres vero ex amicis summa necessitudine sibi conjunctis misit, regni procuratorem nomine Eliacimum, & Sobnæum, & Joachum à commentariis. Hi vero cum * prodiissent, ante duces exercitus Assyriorum constiterunt. Rapsaces autem imperator eos conspicatus, jussit ut abirent, & regi dicerent: "quod magnus "rex Senacheribus eum sciscitatur, cui confidens "quave spe fretus à domino suo refugiat, ipsique "nolit esse dicto audiens, ejusque exercitum in "urbem recipere? An propter Ægyptios *animos* "*sumit*, sperans fore ut ab illis ipsis debelletur ex"ercitus regis? Quod si hoc exspectat, facitote "sciat, quòd *dubio procul* desipit, similisque est ho"mini, qui confractæ arundini innixus, cum ce"ciderit ac præterea manum transfixam habuerit, "se male acceptum esse sensit. Scire autem opor"tere quod voluntate Dei in eum expeditionem "fecerit, qui Israëlitarum etiam regnum everten"di dedit ipsi potestatem, ut eodem modo popu"lum ei subditum perditum iret." Hæc autem Rapsace Hebraïce dicente (nam illius linguæ peritus erat) Eliacimus, metuens ne multitudo his auditis pavore consternaretur, rogavit ut Syriace loqueretur. At imperator, cum intellexisset quid ille suspicaretur, utque ea de re metueret, voce magis sublata utens & acuta Hebraïce Eliacimo respondit, dicens, "ut cum auditione accepissent "regis mandata, omnes quod suâ *maxime* intersit "eligant, & sese nobismet tradant. nam manife"stum est, quod vos simul & rex populum vana "spe lactatis & ad resistendum adducitis. Quod "si quid audetis, nostrasque copias posse repellere "existimatis, equorum duo millia, ex iis qui mihi "adsunt, vobis in usum præsentem tradere paratus "sum, totidem suppeditando sessores vires vestras "ostendite. sed non est ut vos eorum, quos non "habetis, copiam faciatis. Quid igitur cunctami"ni vosmet dedere validioribus, vosque vel invitos "capturis? equidem sponte facta deditio vobis tu"ta est, at vi ac necessitate extorta debellatis res "periculosa videtur & calamitatum causa."

Rapsacis ad Hierosolymitanos oratio. 4 Regum, c. 18. 2 Paralip. c. 32. Esa. 36.

3. Cum imperatorem ista loquentem audiissent tam legati quam populus, Ezeciæ *ea* retulerunt. ille vero, mutata veste regali, & centone indutus, humilisque & demissi speciem præ se ferens, patrio more in faciem procidens Deo supplicabat, orabatque ut ei nullam aliam salutis spem habenti opem ferret & auxilium. Porro, missis ad Esajam vatem amicis aliquot & sacerdotibus, rogabat ut Deum precaretur, factisque sacrificiis pro salute omnium eum obsecraret, ut iis quidem quæ *futura* sperant hostes indignaretur, sui vero populi sortem miseraretur. Vates autem, cum hæc *rite* fecisset, ex Dei oraculo regi ejusque amicis animum & auda-

Ezecias Rapsacis maledicta Esajæ nunciatum mittit. 4 Regum, c. 19. Esa. 37.

Esajas prospera fausta que omnia regi pollicetur.

m Αὐτῷ ἐξέπεμψε,] Ita etiam *Vet. Interpr.* αὐτοῦ *Vat.*
n Ελιάκιμον ὄνομα,] Ελιακεῖμ *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2.
o Σοβναῖον,] Ita rescripsi pro Σουμαῖον *Editorum Aliorumque.* quòd *Epiphanii* libri habeant *Sobnean*, aut *Sobonan*, aut *Sobnam.* Σουβαναῖον *Gall.* 2. Σομναῖον *Vat.* certe pro Σοβναῖον.
p Ιώαχον] Ιωσαφάτην *Vat.* Ιώακον *Gall.* 2. in *Epiphanii* libris *Joan.*
* *Prodiissent*,] Lego προελθόντες.
q Βασιλεὺς μέγας Σεναχήριβος] Sic de eodem Herodotus lib. II. c. CXLI. τὸν μέγαν Σαναχάριβον. SPANH.
r Ακροᾶσθαι] Sic *MSS.* ἀκροάσασθαι in *Editis.*
s Αὐτοῦ οὐ δέχεται] Τὴν αὐτοῦ *Vat.* & *Gall.* 2. στρατιὰν οὐ δέχεται *Big. Samb. Barb.* & *Han.*
t Υπ' ἐκείνων] Forte δι' ἐκείνων. COCC.
v Αὐτῶν] *Big.* αὐτόν.
x Δηλοῦτε αὐτῷ] Ita cum *Big. Samb.* & *Gall.* 1. δηλοῦν αὐτῷ in *Editis Aliisque.* δῆλον αὐτῷ *Vat.* Sed duas hasce voces non agnoscit *Vet. Interpr.*
y Πρὸς τὸ] Lege πρὸς τῷ. COCC.
z Στρατείαν] Sic *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2. στρατιὰν in *reliquis.*
a Τῶν Ισραηλιτῶν] Illud τῶν ex *Big. Samb.* & *Vat.*

b Δέδωκεν,] Εδωκεν *Vat.*
c Φράζειν ἠξίου.] Ita *MSS.* (*Coccejus*) & *Vet. Interpr.* κράζειν perperam in *Editis.*
d Αὐτῷ δέος,] Sic *MSS.* ἐπ' αὐτοῦ *Editis.* HUDS. *Quid alter occulte apud se metueret.* ἐπ' αὐτοῦ, ut ἐφ' ἑαυτοῦ λογίζεσθαι vel γελᾶν. COCC.
e Διατόρῳ τῇ φωνῇ χρώμενος] Διαπρύσιῳ *Big. Samb. Vat.* & *Gall.* 1. HUDS. Sic σάλπιγξ διάτορος apud *Æschyl. Eumenid.* v. 569. πρὸς τὴν διατορίαν· *Theophr. H. Pl.* lib. IV. c. 11. p. 92. ἰσχυρὸν καὶ διάτορον αὐλεῖν· *Dio Chrysost. Or.* II. p. 30. C. SPANH.
f Απώσασθαι νομίζετε,] Απώσεσθαι in *iisdem MSS.*
g Δώητε.] Μὴ ante δώητε delevi auctoritate *Codd. MSS.*
h Παραδιδόναι σφᾶς] Παραδιδόντες *Vat.*
i Υμᾶς] Ita *MSS.* & *Vet. Interpr.* ἡμᾶς in *Editis.*
k Επικίνδυνον,] Sic *Cod. Samb.* ἐπὶ κίνδυνον in *cæteris.*
l Απήγγειλαν Εζεκίᾳ] Απήγγειλαν *Vat.*
m Ποιησάμενον θυσίας] Ποιησάμενος *Big.* & *Samb.* ποιησάμενος *Vat.*
n Νεμεσῆσαι] Αιτίαι δὲ τοῦ ἐλεεῖν μάλιστα ὁ καλῶν νεμεσᾶν. *Aristot. Rhet.* l. 2. p. 79. *Ed. Wechel.* atque iterum, καὶ τοῖς θεοῖς ἀποδίδομεν τὸ νεμεσᾶν.
o Τὸν βασιλέα] Ita *Vat.* & *Vet. Interpr.* καὶ τὸν βασ. in *Editis.*

daciam addebat, prædicens fore ut hostes sine prælio victi discederent cum ignominia, positaque ea qua nunc se ostentant ferocia: Deo etenim curæ esse ut ad interitum veniant. Insuper prædicebat, ipsum quoque Assyriorum regem Senacheribum, cum ei male cesserint quæ contra Ægyptum molitus est, patriamque repetiverit, ferro peremptum iri.

Senacheribus Ezeciæ minatur.

4. Eodem tempore & Assyrius forte literas dederat ad Ezeciam; in quibus eum fatuum appellat, qui cogitarit se posse servitutem effugere ab ipso intentatam, qui multas magnaque gentes subegerat. atque eum captum cum suis omnibus exitio daturum esse minabatur, nisi portis patefactis ipsi is exercitum in Hierosolyma sponte recipiat. Hisce lectis bono animo erat *Ezecias*, propter eam quam in Deo collocaverat fiduciam; literasque complicatas in templo reposuit. Cum autem Deum precibus iterum implorasset, ut urbem respiceret omniumque salutem, *tum* Esajas vates ejus exauditam esse supplicationem dicebat, atque ea tempestate non obsidendos esse ab Assyrio, foreque ut in posterum securi sint ab omnibus quæ ab illo fierent, utque pace agros colant, & absque omni metu rerum suarum curam agant. Brevi autem post tempore Assyriorum rex, cum ei male cessissent insidiæ in Ægyptios, re infecta domum rediit, tali de causa. Longum tempus ab ipso in oppugnatione Pelusii absumptum est: cumque jam aggeres, quos ad mœnia excitarat, *satis* alti viderentur, atque in eo fere esset ut ea aggrederetur, audivit Æthiopum regem Tharsicen, magnum adducentem exercitum, ut suppetias ferret Ægyptiis, venire, decreto ut per solitudinem viam faceret, & statim in Assyriorum agros ingrederetur. Turbatus ergo hisce rex Senacheribus, priusquam rem confecerat, ut *ante* dixi, discessit, Pelusio relicto. De hoc ipso Senacheribo etiam Herodotus in secundo ejus Historiarum libro testatur, quod rex ille contra Ægyptiorum regem, qui & Vulcani sacerdos erat, venerit: cumque Pelusium obsideret, hujusmodi de causa obsidionem solverit. Ægyptiorum sacerdos Deum supplex orabat: atque is, precibus ejus exauditis, *gravem* Arabi pla-

Esajæ oraculum de Assyriis.

Herodoti testimonium de Senacheribo.

περὶ αὐτὸν φίλους, προλέγων ἀμαχητὶ τοὺς πολεμίους ἡττηθέντας ἀναχωρήσειν αἰσχρῶς, καὶ οὐχὶ [p] μεθ' οἵας νῦν εἰσι θράσους· τὸν γὰρ Θεὸν προνοεῖν ὅπως διαφθαρῶσι. καὶ [q] αὐτὸν δὲ τὸν βασιλέα τὸν τῶν Ἀσσυρίων Σεναχήριβον, [r] διαμαρτόντα τῶν ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον πραγμάτων, καὶ παρερχόμενον εἰς τὴν [s] οἰκείαν, ἀπολεῖσθαι σιδήρῳ προύλεγεν.

δ. Ἔτυχε δ' ὑπὸ τὸν αὐτὸν καιρὸν καὶ γεγραφὼς τῷ Ἐζεκίᾳ ὁ Ἀσσύριος ἐπιστολάς· ἐν αἷς ἀνόητον μὲν αὐτὸν ἔλεγεν, ὑπολαμβάνοντα τὴν ὑπ' αὐτοῦ διαφεύξεσθαι δουλείαν, ἔθνη πολλὰ καὶ μεγάλα κεχειρωμένου. ἠπείλει δὲ πανωλεθρίᾳ διαφθείρειν αὐτὸν [t] παραλαβών, εἰ μὴ τὰς πύλας ἀνοίξας ἑκὼν αὐτοῦ δέξηται τὴν στρατιὰν εἰς Ἱεροσόλυμα. ταῦτ' ἀναγνοὺς, καταφρονεῖ διὰ τὴν [v] ἀπὸ Θεοῦ πεποίθησιν· τὰς δ' ἐπιστολὰς [x] πτύξας εἰς τὸν ναὸν [y] ἔσω κατέθετο. πάλιν δὲ τῷ Θεῷ τὰς εὐχὰς αὐτοῦ ποιησαμένου περὶ τῆς πόλεως, καὶ τῆς ἁπάντων σωτηρίας, Ησαΐας ὁ προφήτης ἐπήκοον αὐτὸν ἔφασκε γεγονέναι, καὶ κατὰ τὸν παρόντα καιρὸν μὴ [z] πολιορκηθήσεσθαι ὑπὸ τοῦ [a] Ἀσσυρίου, τοῦ δὲ μέλλοντα [b] πάντας ἂν εἶναι ἀδεεῖς τῶν ὑπ' αὐτοῦ γινομένων, [c] γεωργήσειν τε μετ' εἰρήνης, καὶ τῶν ἰδίων ἐπιμελήσεσθαι κτημάτων οὐδὲν φοβουμένους. [d] ὀλίγου δὲ χρόνου διελθόντος, καὶ ὁ τῶν Ἀσσυρίων βασιλεὺς, διαμαρτὼν τῆς ἐπὶ τοὺς Αἰγυπτίους [e] ἐπιβουλῆς, ἄπρακτος ἀνεχώρησεν ἐπ' οἴκου δι' αἰτίαν τοιαύτην. πολὺς αὐτῷ χρόνος [f] ἐτρίβετο περὶ τὴν [g] Πηλουσίου πολιορκίαν, καὶ τῶν χωμάτων ἤδη μετεώρων ὄντων ἃ πρὸς τοῖς τείχεσιν ἤγειρε, καὶ ὅσον οὔπω μέλλοντος προσβαλεῖν αὐτοῖς, ἀκούει τὸν τῶν Αἰθιόπων βασιλέα [h] Θαρσικὴν, πολλὴν ἄγοντα δύναμιν, ἐπὶ [i] συμμαχίαν τοῖς Αἰγυπτίοις ἥκειν, διεγνωκότα ποιήσασθαι τὴν πορείαν διὰ τῆς ἐρήμου, καὶ ἐξαίφνης εἰς τὴν τῶν Ἀσσυρίων ἐμβαλεῖν. [k] ταραχθεὶς οὖν ὑπὸ τούτων ὁ βασιλεὺς Σεναχήριβος, ἄπρακτος, ὡς ἔφην, ἀνεχώρησε, καταλιπὼν τὸ Πηλούσιον. περὶ τούτου δὲ τοῦ Σεναχηρίβου καὶ Ἡρόδοτος ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν ἱστοριῶν αὐτοῦ φησὶ, ὡς οὗτος ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τὸν τῶν Αἰγυπτίων, [l] ἱερέα ὄντα τοῦ Ἡφαίστου, ἦλθε· πολιορκῶν δὲ τὸ Πηλούσιον, ἔλυσε τὴν πολιορκίαν ἐξ αἰτίας τοιαύτης. [m] ηὔξατο ὁ ἱερεὺς τῶν Αἰγυπτίων [n] τῷ Θεῷ, ὁ δὲ γενόμενος ἐπήκοος ὁ Θεὸς πληγὴν ἐνσκή-

πτει

αὐτόν τε τὸν βασ. Big. & Samb. αὐτὸν τὸν βασ. Gall. 1. 2. Hen. & Busb.

p Μεθ' οἵας νῦν] Ita MSS. μεθ' ἧς in Editis.

q Αὐτὸν δὲ] Sic MSS. & Vet. Interpr. αὐτὸν γὰρ in Editis.

r Διαμαρτόντα] Ita in melioris notæ MSS. διαμαρτάνοντα in Aliis cum Editis.

s Οἰκείαν,] Eo modo MSS. οἰκίαν in Editis.

t Παραλαβὼν,] Παραλαβὼν τὴν πόλιν legisse videtur Epiphan.

v Ἀπὸ Θεοῦ πεποίθησιν·] Ἀπὸ τοῦ Θεοῦ Big. & Samb.

x Πτύξας] In S. Literis 4 Regum, c. 19. v. 4. καὶ ἀνέπτυξεν αὐτὰ Ἐζεκίας ἐναντίον Κυρίου.

y Ἔσω κατέθετο.] Sic MSS. εἴσω in Editis.

z Πολιορκηθήσεσθαι] Sic Gall. 2. in reliquis πολιορκηθήσεται.

a Ἀσσυρίου,] Σύρου Vat. & Gall. 2.

b Πάντας ἂν εἶναι] Ita lego cum Big. & Samb. quibuscum nonnihil faciunt alii MSS. πάντας ἂν εἶναι ἀδεεῖς τ. ὑ. α. γινομένους Gall. 1. 2. πάντας εἶναι τῶν ὑπ' αὐτοῦ γινομένων Vat. In Editis πάντας ἀδεεῖς τῶν ὑπ' αὐτοῦ γινομένους, Epiphanius vertit, *& in futuro omnes qui ab illo jam capti fuerant esse reversuros, & tertio anno cum pace omnes opus suum facturos* &c. ac si legisset, τῷ δὲ μέλλοντι πάντας ἀνήσειν τοὺς ὑπ' αὐτοῦ γινομένους, καὶ τρίτῳ ἔτει &c.

c Γεωργήσειν τε] Ita MSS. in Editis deest τε post γεωργήσειν.

d Ὀλίγου δὲ χρόνου] Iterum cum MSS. & Vet. Interpr. τοῦ δὲ χρόνου in Editis.

e Ἐπιβουλῆς,] Vocem ἐπιβουλῆς, quæ in Græcis omnibus exstat, non legisse videtur Epiphan. qui vertit, *bello quod Ægyptiis intulerat frustratus*, ideoque mallem ἐπιβολῆς.

f Ἐτρίβετο] Διετρίβετο περὶ τὴν τοῦ Πηλ. Big. & Samb.

g Πηλουσίου] Conf. lib. VI. c. 7. §. 3. SPANH.

h Θαρσικὴν,] Ex Epiphanii libris Θαρακὴν legendum. Θαρσίκην Samb. forsan pro Θαρσίκην. HUDS. Θαρσικὴς Rex Æthiopum Rufin. Tarachara. SPANH.

i Συμμαχίαν] Ita cum Big. Samb. & Vat. ἐπὶ συμμαχίᾳ in Editis Aliisque.

k Ταραχθεὶς οὖν ὑπὸ τούτων ὁ βασιλεὺς Σεναχήριβος, ἄπρακτος, ὡς ἔφην, ἀνεχώρησε, καταλιπὼν τὸ Πηλούσιον. περὶ τούτου δὲ τοῦ Σεναχηρίβου καὶ Ἡρόδοτος ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν ἱστοριῶν αὐτοῦ φησὶ, ὡς οὗτος ὁ βασιλεὺς] Ita locum restituimus ex Big. & Samb. quibus in omnibus consentiunt Vat. & Gall. 1. 2. nisi quod voculam ἦλθε desiderent. In Editis, ταραχθεὶς οὖν ὑπὸ τούτων ὁ βασιλεὺς Σεναχήριβος, ἐπὶ τὸν ἱερέα τοῦ Ἡφαίστου στρατεύεσθαι ἔλεγεν, ὡς οὗτος ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τὸν τῶν Αἰγυπτίων βασιλέα ἐλθὼν ἱερέα ὄντα τοῦ Ἡφαίστου. πολιορκῶν &c. Epiphanius diversam ab ista lectionem sequutus videtur, hanc scilicet, ταραχθεὶς οὖν ὑπὸ τούτων ὁ βασιλεὺς, ἐπὶ τὸν ἱερέα τοῦ Ἡφαίστου στρατεύεσθαι ἔλεγεν, ὡς οὗτος ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τὸν τῶν Αἰγυπτίων βασιλέα ἐλθὼν ἱερέα ὄντα τοῦ Ἡφαίστου· πολιορκῶν &c. nam vertit, *Turbatus ergo rex Sennacherib ad sacerdotem Vulcani castra se metari dicebat, quasi iste rex ad eum regem Ægyptiorum venisset, qui esset Vulcani sacerdos: & obsidionem Pelusii* &c. Verum *Josephum* hoc modo scripsisse olim conjiciebat *Scalig.* (in *Notis* ad *Frag. Vett. Græc.*) ταραχθεὶς οὖν ὑπὸ τούτων ὁ βασιλεὺς Σεναχήριβος [λύει τὴν πολιορκίαν· Ἡρόδοτος δὲ γράφει Σεναχήριβον] ἐπὶ τὸν ἱερέα τοῦ Ἡφαίστου στρατεῦσαι, λέγων (pro ἔλεγεν) ὡς οὗτος ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τὸν τῶν Αἰγυπτίων βασιλέα ἦλθεν (pro ἐλθὼν *Editorum*) ἱερέα ὄντα τοῦ Ἡφαίστου. πολιορκῶν. *turbatus ergo istis rex Senacheribus* [*solvit obsidionem. Herodotus vero scribit Senacheribum*] *in sacerdotem Vulcani expeditionem fecisse, dicens hunc regem venisse in regem Ægyptiorum, qui erat sacerdos* &c. HUDS. Hic desunt aliqua; ἀνεχώρησεν. Ἡρόδοτος δέ. Ita conjeceram. Sed codices MSS. ita; ἄπρακτος ὡς ἔφην ἀνεχώρησε καταλιπὼν τὸ Πηλούσιον. Περὶ τούτου τοῦ Σεναχηρίβου καὶ Ἡρόδοτος ἐν δευτέρᾳ τῶν ἱστοριῶν αὐτοῦ φησὶ, ὡς οὗτος ὁ βασιλεὺς. REL.

l Ἱερέα ὄντα τοῦ Ἡφαίστου] Desunt hic nonnulla, sicut in Edit. *Basil.* & *Rufini* versione. Rex Ægypti idem Sacerdos Vulcani, videndus *Herodot.* lib. II. c. CXLI. cui Σεθὼν vocatur Sacerdos ille Vulcani & simul R. Ægypti. SPANH.

m Ηὔξατο ὁ ἱερεὺς] Ita cum *Big. Samb.* (*Coccejo*) & *Vat.* nisi quod δ' deleverim cum *Cod. Samb.* in *Editis Aliisque*, ηὔξατο δ' ὁ βασιλεὺς τῷ. Utraque lectio vera est: nam idem rex erat & sacerdos nomine *Sethon.* Vide *Usserium* ad *A. M.* 3292.

n Τῷ Θεῷ] Τῷ Θεῷ αὐτοῦ solus *Vat.*

o Πλη-

περὶ τῷ Ἀράβων. [o] πλανᾶται γὰρ κατὰ τοῦτο Ἡρόδοτος, [p] οὐκ Ἀσσυρίων λέγων τὸν βασιλέα ἀλλ' [pp] Ἀράβων. μυῶν γὰρ πλῆθός φησι, μιᾷ νυκτὶ καὶ τὰ τόξα καὶ τὰ λοιπὰ ὅπλα διαφαγεῖν τῶν Ἀσσυρίων· καὶ διὰ τοῦτο, μὴ ἔχοντα [q] τόξα τὸν βασιλέα τὴν στρατιὰν [r] ἀπάγειν ἀπὸ τοῦ Πηλουσίου. καὶ Ἡρόδοτος μὲν [s] οὕτως ἱστορεῖ. ἀλλὰ καὶ [t] Βηρωσσὸς, ὁ τὰ Χαλδαϊκὰ συγγραψάμενος, μνημονεύει τοῦ βασιλέως τοῦ Σεναχηρίβου, [v] καὶ ὅτι τῶν Ἀσσυρίων [x] ἦρχε, καὶ ὅτι πάσῃ ἐπεστράτευσε τῇ Ἀσίᾳ καὶ τῇ Αἰγύπτῳ, [y] λέγων οὕτως. * * * * *

gam inflixit. In hoc enim fallitur Herodotus, quod non dicat eum Assyriorum regem *fuisse*, sed Arabum. Nam murium multitudinem inquit, una nocte arcus & reliqua Assyriorum arma comedisse, qua re fiebat, ut rex, quod arma non haberet, exercitum à Pelusio abduceret. Atque ita quidem rem narrat Herodotus. Quin & Berosus Chaldaïcarum rerum scriptor regis Senacheribi meminit, & quod apud Assyrios regnaverit, quodque Asiæ omni & Ægypto bellum intulerit, ita dicens. * * * * *

ε. Ὑποστρέψας [z] δ' ὁ Σεναχήριβος [a] ἀπὸ τοῦ τῶν Αἰγυπτίων πολέμου εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα [b] κατέλαβεν ἐκεῖ τὴν ὑπὸ τῷ στρατηγῷ Ῥαψάκῃ δύναμιν [διὰ λοιμοῦ κινδυνεύουσαν.] τοῦ [γὰρ] Θεοῦ λοιμικὴν [c] ἐνσκήψαντος αὐτοῦ τῷ στρατῷ νόσον, κατὰ τὴν πρώτην τῆς πολιορκίας νύκτα διεφθείροντο μυριάδες ὀκτωκαίδεκα καὶ πεντακισχίλιοι σὺν ἡγεμόσι καὶ ταξιάρχαις. ὑπὸ ταύτης δὲ τῆς συμφορᾶς εἰς φόβον καὶ δεινὴν ἀγωνίαν καταστὰς, καὶ δείσας περὶ τῷ στρατῷ παντὶ, φεύγει μετὰ τῆς λοιπῆς δυνάμεως εἰς τὴν αὐτοῦ [d] βασιλείαν εἰς τὴν [e] Νίνου προσαγορευθεῖσαν. καὶ διατρίψας ἐν ταύτῃ ὀλίγον χρόνον, δολοφονηθεὶς ὑπὸ τῶν πρεσβυτέρων παίδων [f] Ἀδραμελέχου καὶ [g] Σαρασάρου, [h] τελευτᾷ τὸν βίον, καὶ [i] ἀνῃρέθη τῷ ἰδίῳ ναῷ [k] Ἀράσκῃ λεγομένῳ. καὶ οἱ μὲν φυγαδευθέντες ἐπὶ τῷ φόνῳ τοῦ πατρὸς ὑπὸ τῶν πολιτῶν εἰς τὴν Ἀρμενίαν ἀπῆραν· [l] διαδέχεται δὲ τὴν βασιλείαν Σεναχηρίβου [m] Ἀσσαραχόδδας. καὶ τὸ μὲν τῆς Ἀσσυρίων στρατείας τῆς ἐπὶ τοὺς Ἱεροσολυμίτας τέλος τοιοῦτο συνέβη γενέσθαι.

5. Porro Senacheribus, cum à bello Ægyptiaco Hierosolyma revertisset, copias sub imperatore Rapsace *relictas* illic offendit [in periculo ex peste.] morbo [enim] pestilenti in illius exercitum à Deo immisso, prima nocte qua urbem obsidebant centum & octoginta quinque *hominum* millia intereunt, cum ducibus & centurionibus. Ex hac autem calamitate, in metum gravemque animi dolorem conjectus, & de toto exercitu solicitus, cum copiis quæ supererant fugiens regnum suum repetit, urbemque quæ Nini appellatur. Ubi postquam brevi tempore consedisset, insidiis majorum natu filiorum Adramelechi & Sarasari vitam finivit, & in templo ipsius Arasca dicto peremptus erat. Et illi quidem, à civibus in exsilium pulsi ob patris cædem, in Armeniam se contulerunt: in regnum vero Senacheribi succedit Assarachoddas. Atque Assyriorum quidem in Hierosolymitanos expeditio hujusmodi exitum habuit.

II. *Senacheribi exercitus clades.* *4 Regum, c. 19. 2 Paral. c. 32. Esa. c. 37. v. 36.*

ΚΕΦ. β'.

Ὡς ἀρρωστήσαντι τῷ Ἐζεκίᾳ, καὶ μέλλοντι τελευτᾶν, προσδωρεῖται ὁ Θεὸς ἔτη ζωῆς ιε'. δι' ἀναποδισμοῦ τῆς σκιᾶς δέκα ἀναβαθμοῖς γενομένου.

CAP. II.

III.

Quomodo, ægrotante Ezecia, mortique proximo, vitam illi Deus prorogavit ad annos XV. *umbra per decem gradus regressa.*

Ἐζεκίας δ' ὁ βασιλεὺς, παραδόξως ἀπαλλαγεὶς τῶν φόβων, χαριστηρίους σὺν [n] παντὶ τῷ λαῷ θυσίας ἐπετέλεσε τῷ Θεῷ· μηδεμιᾶς ἄλλης αἰτίας τῶν πολεμίων τοὺς μὲν διαφθειρούσης, τοὺς δὲ φόβῳ τῆς [o] ὁμοίας τελευτῆς ἀπαλλαξάσης ἀπὸ τῶν [p] Ἱεροσολύμων, ἢ τῆς συμμαχίας τῆς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. πάσῃ δὲ χρησάμενος σπουδῇ, καὶ φιλοτιμίᾳ περὶ τὸν Θεὸν, μετ' οὐ πολὺ νόσῳ χαλεπῇ

Ezecias autem rex, ex inopinato terroribus liberatus, Deo sacra fecit cum universo populo pro gratiarum actione; quod nulla alia res in causa fuerit ut hostes partim à *peste* absumerentur, partim similis interitus metu ab Hierosolymis discederent, quam auxilium à Deo suppeditatum. At cum omne studium curamque circa res divinas adhibuisset, non multo post in morbum incidit diffici-

Ezecias, post gratias Deo actas ob solutam obsidionem, in morbum gravem incidit. *4 Regum, c. 20. Esa. 38.*

o Πλανᾶται γὰρ κατὰ τοῦτο Ἡρόδοτος.] Ita cum *Big. Samb.* (*Corr.*) & *Vat.* in *Editis Aliisque* πλανᾶται γὰρ καὶ τοῦτο Ἡρόδοτος. Meminit (inquit *Grotius* ad 4 *Regum* c. 18. v. 13.) Senacheribi & *Herodotus* in *Euterpe*, c. 141. Miror autem erroris notari, quod Senacheribum dixerit non Assyriorum, ut *Berosus* & *S. Litera*, sed Arabum regem: cum *Herodotus* habeat, Σαναχάριβον βασιλέα Ἀραβίων τε καὶ Ἀσσυρίων.

p Οὐκ Ἀσσυρίων] Καὶ Ἀσσυρίων λέγων τὸν βασιλέα καὶ Ἀράβων *Vat.* (& *Big.*) Quod forsan rectum, si (v. 4.) legatur Ἀράβων.

pp Ἀράβων.] Verum Arabiæ nomen adeo late patet, ut regio ab aliis Assyriorum nuncupata, ab aliis Ἀράβων dicatur. Vide Palæstinam nostram lib. 1. cap. 16. REL.

q Τόξα τὸν βασιλέα] Sic *MSS.* τὰ τόξα in *Editis*.

r Ἀπάγειν] Ἀγαγεῖν *Vat.*

s Οὕτως ἱστορεῖ.] Οὕτως μαρτυρεῖ ἱστορῶν *Vat.*

t Βηρωσσὸς,] Ita *Big. Samb.* & *Vat.* Βηρωσσὸς δ' ὁ τὰ in *Editis Aliisque*.

v Καὶ ὅτι τῶν Ἀσσυρίων ἦρχε,] Atqui *Herodotus* eundem Assyriorum simul & Arabum Regem tradit in narratione hujus facti loco suprà adducto, τὸν μέγαν Σαναχάριβον βασιλέα Ἀραβίων τε καὶ Ἀσσυρίων lib. 11. c. CXLI. SPANH.

x Ἦρχε,] Sic in *iisdem MSS.* ὑπῆρχε in *Editis*, forsan pro ἐπῆρχε.

y Λέγων οὕτως.] Illa λέγων οὕτως non agnoscit *Vat.* & vel delenda sunt, vel dicendum (quod suspicor) *Berosi* verba excidisse. HUDS GROT & COCC.

z Δ' ὁ Σεναχήριβος] Ita *Samb.* & *Vat* δὲ Σεν. in *cæteris*.

a Ἀπὸ τοῦ τῶν Αἰγυπτίων] Sic *Big. Samb.* & *Zonaras*. ἀπὸ τῶν Αἰγυπτίων πολέμων in *reliquis*.

b Κατέλαβεν ἐκεῖ] In *Epiphanii* libris, *Reversus autem r. Sen. à præliis Ægyptiacis ad Jerosolymam, cum invenisset exercitum quem Rapsaces dimiserat in periculo pestilentiæ constitutum: deus enim morbum populo ejus immiserat, ita ut prima nocte eorum qui obsidebant &c.* aut, *Rev. a. r. Sen. à pr. Æg. ad Hierosolymam cum venisset, exercitum, q. r. R. d. invenit in periculo pestilentiæ constitutum &c.* In *Zonara* ex ipso *Josepho*, ὑποστρέψας ὁ Σεναχηρεὶμ ἀπὸ τοῦ τῶν Αἰγυπτίων πολέμου, κατέλαβε τὴν ὑπὸ τῷ Ῥαψάκῃ στρατιὰν εἰς Ἱεροσόλυμα. καὶ τοῦ Θεοῦ λοιμώδη νόσον ἐνσκήψαντος τοῖς Ἀσσυρίοις, ἐν μιᾷ νυκτὶ μυριάδες ὀκτωκαίδεκα φθείρονται καὶ π. unde ex *Zonara* visum est κατέλαβεν rescribere pro καταλαμβάνει *Editorum*; & ex *Epiphanio* διὰ λοιμοῦ κινδυνεύουσαν, & mox γὰρ uncis inclusum dare.

c Ἐνσκήψαντος αὐτοῦ] Ἐπισκήψαντος in plerisque *MSS.*

d Βασιλείαν εἰς] Forte βασίλειον τὴν subaudi πόλιν. COCC.

e Νίνου προσαγορευθεῖσαν.] Conf. supr. lib. 9. c. 10. §. 2. SPANH.

f Ἀδραμελέχου] Ἀνδραμελέχου *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2.

g Σαρασάρου.] Ita *Vat.* & LXXII. Σελεμάρου in *Editis*. Σελεμάρου *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2. Σελενάρου juxta *Epiphanium*.

h Τελευτᾷ τὸν βίον,] Illa τελευτᾷ τὸν βίον καὶ non agnoscit *Epiphanius*, omisitque *Zonaras*.

i Ἀνῃρέθη] Ita cum *Zonara* & *Vet. Interpr.* quomodo legendum esse monuit etiam *Cl. Louthius*. ἀνῃρέθη (quod abundare ideo censebat *Cocceius*, & legendum forte ἐν τῷ) perperam tam in *MSS.* quam *Editis*.

k Ἀράσκῃ λεγομένῳ.] Νεσρὼχ juxta *Verit. Hebr.* Μεσερὰχ LXXII. in libro IV. *Regum*. Ἀσαρὰχ in *Esaia*. Vide *Seldenum* de *Diis Syris*, in *Synt.* 2. c. 10. HUDS. Νεσράκην scripsisse videtur pro eo, quod *Nisroch* Hebræi codices habent. REL.

l Διαδέχεται δὲ] In *Big. Samb. Vat.* & *Gall.* 1. 2. διαδέχεται δὲ τὴν βασιλείαν τὴν μετ' αὐτὸν καταστρεψαμένου Σεναχηρίβου υἱὸς Ναχαρδάς. Vulgatam lectionem sequitur *Epiphan.*

m Ἀσσαραχόδδας.] Ναχαρδὰς *Big. Samb. Aliique*. Ἀρχοδὰς *Vat.* Ἀσσαραδινὸς *Ptolemæo*. Ἀσαρδὰν LXXII.

n Παντὶ τῷ λαῷ] Sic *MSS.* ἅπαντι in *Editis*.

o Ὁμοίας τελευτῆς] Iterum cum *MSS.* ὁμοίως in *Editis*.

p Ἱεροσολύμων] Ita cum *Vat. Interpr.* Ἱεροσολυμιτῶν in *cæteris*.

ficilem, adeo ut de illo quidem medici plane desperarint, ipse vero nihil bonæ spei de se habuerit, neque amici. Huic autem morbo accedebat gravis animi angor ex ipso rege *profectus*, dum secum reputaret, quod liberis careret, vitaque decessurus esset, domo sine suo hærede relicta, & regno absque legitimo successore. Mœrore itaque ex hac potissimum cogitatione laborans, vicemque suam dolens, Deo supplicabat, ut sibi ad vitam aliquantulum adjiceret, donec sobolem procrearet; nec sineret ut antequam pater factus esset animam exhalaret. Deus autem, sortis ipsius misertus ejusque petitioni concedens, quod mortem animo præceptam non defleret, quia regni bonis exuendus esset, adeoque rogaret ut daretur vitæ usura, sed ut liberos susciperet sibi in regnum successuros, misso Esaja vate, jussit ut ei nunciaret, post triduum è morbo evasurum esse, foreque ut postquam revaluerit annos quindecim vivat, liberosque procreet. Hæc cum vates ex Dei mandato dixisset, *rex*, quod morbus adeo ingravesceret, & res tam inopinata fuerit promissa, diffidens *dictis*, postulat ab Esaja ut signum aliquod & prodigium ederet, ut fidem ipsi haberet ista * dicenti, quod à Deo venerit. nam quæ præter opinionem & spe majora sunt, istiusmodi factis fidem impetrant. Is autem à vate interrogatus, quodnam vellet fieri signum; solem petiit, quoniam in descensu umbram ad decimum gradum in ædibus jam projici fecerat, postquam in † eundem locum redire fecisset, eam iterum ‡ exhiberet. Cumque vates Deum precibus interpellasset, ut regi hoc signum daret; viso quod *tantopere* volebat, ex morbo statim convaluit & in templum ascendit: cumque Deum adorasset, gratias *ei solennes* egit.

Deum precatur, qui precibus ejus annuit, vitamque ei prorogat.

Umbra regressio ad fidem Ezeciæ faciendam.

2. Sub id tempus Assyriorum imperium à Medis eversum iri contigit. alius vero de istis dicendi locus erit. Babyloniorum autem rex nomine Baladas, missis ad Ezeciam legatis cum muneribus, illum obsecravit ut secum amicitiæ & societatis fœdus iniret. At ille cum legatos comiter excepisset & epulis adhibuisset, thesaurosque illis ostendisset & armorum apparatum, aliamque ipsius magnificentiam in gemmis auroque elucentem, insuper & munera illis dedisset Baladæ deferenda, ad ipsum *eos* remisit. Tum vero Esajas vates illum adiit, quæsivitque unde essent qui aderant: cui respondit, illos è Babylone venisse à rege, seque illis universa monstrasse, ut divitias copiasque ejus intuiti, facta inde conjectura, regi *de se magna* renunciare possent. Vates vero subjiciens inquit, scito non longe abhinc fore tempus, cum istæ divitiæ Babylonem transferentur, filiique à te orti

Baladas rex Babyloniorum Ezeciæ gratulatum mittit. 4 Regum, c. 20. Esa. 39.

Ezecia in Balada legatos benignitas ei vitio vertitur ab Esaja. 4 Regum, c. 20.

περιπεσὼν, ἀπέγνωσμαι μὲν ὑπὸ τῶν [q] ἰατρῶν, χρηστὸν δὲ περὶ αὐτοῦ οὐδὲν προσδοκῶν, οὐδὲ οἱ φίλοι. τῇ δὲ νόσῳ προσετίθετο καὶ ἀθυμία δεινὴ ὑπὸ τοῦ βασιλέως αὐτοῦ τὴν ἀπαιδίαν λογιζομένου, καὶ ὅτι μέλλοι τελευτᾷν ἔρημον καταλιπὼν τὸν οἶκον καὶ τὴν ἀρχὴν γνησίας διαδοχῆς. κάμνων οὖν ὑπ' αὐτῆς τῆς [r] ἐννοίας μάλιστα καὶ [s] ὀδυρόμενος ἱκέτευε τὸν Θεὸν αὐτῷ ζωῆς ὀλίγον προσεπιδοῦναι μέχρι τέκνων γονῆς, καὶ μὴ πρότερον ἢ [t] πατὴρ γένηται τὴν ψυχὴν αὐτὸν ἐᾶσαι καταλιπεῖν. ἐλεήσας δ' αὐτὸν ὁ Θεὸς, καὶ τῆς [v] αἰτήσεως ἀποδεξάμενος, ὅτι μὴ διὰ τὸ μέλλειν στερεῖσθαι τῶν ἐκ τῆς βασιλείας ἀγαθῶν ὠδύρετο τὴν ὑπονοηθεῖσαν τελευτὴν, [x] ἔτι χρόνον ζωῆς αὐτῷ δεηθεὶς παρασχεῖν, ἀλλὰ τοῦ παῖδας αὐτῷ γενέσθαι τοὺς ὑποδεξομένους τὴν ἡγεμονίαν ἐκείνου, πέμψας Ἠσαΐαν τὸν προφήτην, ἐκέλευσε δηλοῦν αὐτῷ, ὅτι [y] διαφεύξεται τὴν νόσον [z] μετὰ τρεῖς ἡμέρας, καὶ βιώσεται μετ' αὐτὴν ἔτη πεντεκαίδεκα, καὶ παῖδες αὐτῷ γενήσονται. ταῦτα τοῦ προφήτου φήσαντος κατ' ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς νόσου, καὶ τὸ παράδοξον τῶν [a] ἀπηγγελμένων ἀπιστῶν, σημεῖόν τι καὶ τέρας ἠξίου ποιῆσαι τὸν Ἠσαΐαν, ἵνα αὐτῷ πιστεύσῃ λέγοντι ταῦτα, ἥκοντι παρὰ τοῦ Θεοῦ. τὰ γὰρ παράλογα καὶ μείζω τῆς ἐλπίδος τοῖς ὁμοίοις πιστοῦται πράγμασιν. ἐρωτήσαντος δ' [b] αὐτὸν, τί βούλεται σημεῖον γενέσθαι, τὸν ἥλιον ἠξίωσεν, ἐπειδὴ σκιὰν ἐπὶ δέκα [c] βαθμοὺς ἀποκλίνας ἤδη πεποίηκεν ἐν τῇ οἰκίᾳ, ἐπὶ τὸν αὐτὸν ἀναστρέψαι τόπον ποιήσας, αὐτὴν πάλιν παρασχεῖν. τοῦ δὲ προφήτου τὸν Θεὸν παρακαλέσαντος, δεῖξαι τὸ σημεῖον τοῦτ' ἐπιδεῖξαι τῷ βασιλεῖ, ἰδὼν ὅπερ ἤθελεν, εὐθὺς [d] λυθεὶς τῆς νόσου, ἄνεισιν εἰς τὸ ἱερόν· καὶ τῷ Θεῷ προσκυνήσας, εὐχὰς ἐποιήσατο.

β'. [e] Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, συνέβη τὴν τῶν Ἀσσυρίων ἀρχὴν ὑπὸ [f] Μήδων καταλυθῆναι. δηλώσω δὲ περὶ τούτων ἐν ἑτέροις. ὁ δὲ τῶν Βαβυλωνίων βασιλεὺς, [g] Βαλάδας ὄνομα, πέμψας πρὸς τὸν Ἐζεκίαν πρέσβεις δῶρα κομίζοντας, σύμμαχόν τε αὐτὸν εἶναι παρεκάλει καὶ φίλον. ὁ δὲ τοὺς πρεσβευτὰς ἡδέως ἀποδεξάμενος καὶ ἑστιασάμενος, καὶ τοὺς θησαυροὺς ἐπιδείξας αὐτοῖς καὶ τὴν τῶν ὅπλων παρασκευὴν, καὶ τὴν ἄλλην πολυτέλειαν ὅσην ἐν λίθοις εἶχε καὶ χρυσῷ, δῶρά τε δοὺς κομίζειν τῷ [h] Βαλάδᾳ, πρὸς αὐτὸν ἀπέλυσεν. Ἠσαΐου δὲ τοῦ προφήτου πρὸς αὐτὸν ἀφικομένου, καὶ πυνθανομένου πόθεν εἶεν οἱ [i] παρόντες, ἐκ Βαβυλῶνος ἔλεγε [k] παρὰ τοῦ βασιλέως ἐλθεῖν αὐτούς· ἐπιδεῖξαι δὲ πάντ' αὐτοῖς, ὅπως [l] ἰδόντες τὸν πλοῦτον καὶ τὴν δύναμιν, ἐκ τούτου στοχαζόμενοι, σημαίνειν ἔχωσι τῷ βασιλεῖ. ὁ δὲ προφήτης ὑποτυχὼν, ἴσθι, φησὶ, ὡς μετ' ὀλίγον χρόνον εἰς Βαβυλῶνά σου τοῦτον [m] μετατεθησόμενον τὸν πλοῦτον, καὶ [n] τοὺς ἐκγόνους, εὐνουχισθη-

[q] Ἰατρῶν, χρηστὸν δὲ] Ex Edit. Bas. levicula cum mutatione lego ἰατρῶν. χρηστὴ δὲ περὶ αὐτοῦ οὐδ' ἦν προσδόκια, οὐδὲ οἱ φίλοι —— *de ejus vita desperarunt medici, neque vel minima spes amicis supererat.* Ita unius literæ interpositione Grammaticæ leges servantur; & à veteri lectione vix receditur. IBBETSON.

[r] Ἐννοίας μάλιστα] Ita cum *Cod. Vat.* ἀνοίας, forsan pro ἐννοίας, *Big.* & *Samb.* δυσνοίας in *Editis.* Si quis διανοίας malit, per me licet.

[s] Ὀδυρόμενος] Ὀδυνώμενος *Vat.*

[t] Πατὴρ γένηται] Sic *Vat.* & *Vet. Interpr.* in *Editis Aliisque* πατὴρ τέκνων γένηται.

[v] Αἰτήσεως ἀποδεξάμενος,] Ita *Big. Samb. Vat.* & *Vet. Interpr.* αἰτίας in *Editis.*

[x] Ἔτι χρόνον ζωῆς] Ita *Samb.* in *cæteris* ὅτι.

[y] Διαφεύξεται τὴν νόσον] Καὶ διαφεύξεται *Vat. Hen.* & *Bosb.*

[z] Μετὰ τρεῖς ἡμέρας,] Μετὰ τρίτην ἡμέραν & mox μετ' ταύτην in *iisdem MSS.*

[a] Ἀπηγγελμένων ἀπιστῶν,] Sic in omnibus *MSS.* ἐπηγγελμένων in *Editis.*

* *Dicenti,*] Missum illum ad se à Deo nuncium, *Vat.* Dicenti sibi crederet, & à Deo eum missum cognosceret. *Epiphan.*

[b] Αὐτὸν,] Εἰπόντος post αὐτὸν adjiciunt *Big. Samb. Vat. Hen.* & *Bosb.*

[c] Βαθμοὺς] Nihil hic de gradibus descriptis in materia aliqua ut horologium aut sciaterium fiat, sed gradus domus innuuntur. REL.

† *Eundem locum redire fecisset,*] *Id est*, primum gradum.

‡ *Exhiberet.*] *Sc.* decimo gradu.

[d] Λυθεὶς τῆς νόσου,] Λυθεὶσης *Big. Samb.* & *Gall.*

[e] Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ] Ἐν τούτῳ δὲ τῷ χρ. in quibusdam *MSS.*

[f] Μήδων καταλυθῆναι.] *Simsonus* in *Chron. Cathol.* part. 3. p. 69. conjicit legendum Χαλδαίων, & à librario festinante scriptum fuisse Χδων. nisi Escharhaddon *Josepho* sit idem ac Sardanapalus. *Petitus* autem dicit, quod Medi eo tempore non funditus everterint Assyriorum imperium, sed se ab eorum tyrannide vindicarint, electo rege Dejoce qui sibi imperaret. *Tom.* 3. *Animadv.* ἀνεκδότων, p. 585.

[g] Βαλάδας ὄνομα,] Μαρωδὰχ υἱὸς Βαλαδὰν *Auctori Chron. Alex.* p. 116. Vide *J. Clericum Aliosque.* ad 4 *Regum* c. 20. v. 12.

[h] Βαλάδᾳ,] Ita *Vat.* Βαλάδῃ in *Editis.* Βαλαδάν *Samb. Big.* & *Gall.* 1.

[i] Παρόντες,] Παρελθόντες *Vat.* ἐλθόντες legisse videtur *Vet. Interpr.* atque ita forsan in *Sambuci* codice.

[k] Παρὰ] Παρὰ δὲ κυρίου αὐτῶν ἐλθεῖν *Big. Samb.* & *Vat.*

[l] Ἰδόντες τὸν πλοῦτον] Ita *Samb.* (& Cocc.) εἰδότες in *Editis.* forsan pro εἰδεῖεν.

[m] Μετατεθησόμενον τὸν πλοῦτον,] Μετατεθησόμενοι *Vat.*

[n] Τοὺς ἐκγόνους εὐνουχισθησομένους, καὶ ἀπολέσοντας τὸ ἄνδρας εἶναι] Vaticinium de Israëlitis Eunuchis redditis à Babyloniis *Hebræ-*

ἀφηρημένους, καὶ ἀπολέσαντας [o] τὸ ἄνδρας εἶναι, [p] τῷ Βαβυλωνίῳ [q] δουλεύσοντας βασιλεῖ. ταῦτα γὰρ προλέγειν τὸν Θεόν. ὁ δ' Ἐζεκίας, λυπηθεὶς ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις, ἔφη μὲν οὐκ ἂν βούλεσθαι τοιαύταις συμφοραῖς [r] τὸ ἔθνος αὐτοῦ περιπεσεῖν. ἐπεὶ δ' οὐκ [s] εἶναι δυνατὸν τὰ τῷ Θεῷ δεδογμένα μεταβαλεῖν, ηὔχετο μέχρις τῆς αὐτοῦ ζωῆς εἰρήνην ὑπάρξαι. μνημονεύει δὲ τοῦ τῶν Βαβυλωνίων βασιλέως Βαλάδα Βηρωσός. ὁ δ' οὖν προφήτης ὁμολογουμένως θεῖος καὶ θαυμάσιος τὴν ἀλήθειαν, πεποιθὼς τῷ μηδὲν ὅλως ψευδὲς εἰπεῖν, ἅπανθ' ὅσα προεφήτευσεν ἐγγράψας βίβλοις κατέλιπεν, ἐκ τοῦ τέλους γνωρισθησόμενα τοῖς αὖθις ἀνθρώποις. καὶ οὐχ οὗτος μόνος ὁ προφήτης, ἀλλὰ καὶ ἄλλοι δώδεκα τὸν ἀριθμὸν τὸ αὐτὸ ἐποίησαν· καὶ πᾶν, εἴτε ἀγαθὸν εἴτε φαῦλον γίνεται παρ' ἡμῖν, κατὰ τὴν ἐκείνων ἀποβαίνει προφητείαν. ἀλλὰ τούτων μὲν αὖθις ἐξαγγελοῦμεν ἕκαστον.

spadones fient, & virilitate *sua* amissa regi Babylonio servient. haec enim praedicere Deum. Ezecias autem, ex iis quae dicta erant dolore affectus, dicebat, se quidem nolle gentem suam in istas incidere calamitates. Quoniam vero fieri non potest ut mutetur quod à Deo semel fuerit decretum, orabat, ut saltem dum ipse viveret pace res florerent. Berosus autem Baladae meminit Babyloniorum regis. Caeterum hic vates, cum ex confesso esset Dei spiritu afflatus, & mire ad veritatem loqueretur, certus se nihil prorsus falsi dixisse, quaecunque vaticinatus est scriptis mandata reliquit posteris ex eventu dijudicanda. Neque solus hic vates, sed & alii numero duodecim idem fecerunt: & quicquid boni malive nobis contigit, non secus ac illi praedixerant id ipsum evenit. Verum posthac de his quidem sigillatim sermonem faciemus.

Berosi testimonium de Balada.

Esaja vaticinatus.

ΚΕΦ. γ'.

Ὡς μετὰ Ἐζεκίαν ἐβασίλευσε Μανασσῆς· καὶ ὡς ἐν αἰχμαλωσίᾳ ὑπέστρεψε πρὸς τὸν Θεόν, καὶ ἀποκατεστάθη εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, ἣν Ἀμώσῳ κατέλιπεν.

CAP. III.

Quomodo post Ezeciam regnavit Manasses: utque, cum in captivitate esset, ad Deum reversus est, & in regnum suum est restitutus, quod Amoso reliquit.

Ἐπιβιοὺς δὲ ὃν προειρήκαμεν χρόνον ὁ βασιλεὺς Ἐζεκίας, καὶ πάντα τοῦτον ἐν εἰρήνῃ [t] διάγων, τελευτᾷ πεντηκοστὸν μὲν καὶ τέταρτον ἔτος τῆς ζωῆς διανύσας, εἴκοσι δὲ βασιλεύσας καὶ ἐννέα. διαδεξάμενος δὲ τὴν βασιλείαν ὁ παῖς αὐτοῦ Μανασσῆς, [v] ἐκ μητρὸς Ἀχιβᾶς τοὔνομα πολίτιδος γεγονώς, ἀπέρρηξε μὲν αὐτὸν τῶν τοῦ πατρὸς ἐπιτηδευμάτων, καὶ τὴν ἐναντίαν ἐτράπετο, πᾶν εἶδος πονηρίας ἐπιδεξάμενος [x] ἐν τῷ τρόπῳ, καὶ μηδὲν ἀσεβὲς παραλιπών, ἀλλὰ μιμούμενος τὰς τῶν Ἰσραηλιτῶν παρανομίας, [y] αἷς εἰς τὸν Θεὸν ἐξαμαρτάνοντες ἀπώλοντο· μιαίνειν δὲ καὶ τὸν ναὸν ἐτόλμησε τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν ἅπασαν. ἀπὸ γὰρ τῆς εἰς τὸν Θεὸν καταφρονήσεως ὁρμώμενος, πάντας [z] ὠμῶς τοὺς δικαίους τοὺς ἐν τοῖς Ἑβραίοις ἀπέκτεινεν, ἀλλ' οὐδὲ τῶν προφητῶν ἔσχε φειδώ· καὶ τούτων δέ τινας καθ' ἡμέραν ἀπέσφαξεν, [a] ὥστε αἵματι ῥεῖσθαι τὰ Ἱεροσόλυμα. λαβὼν οὖν ὀργὴν ἐπὶ τούτοις ὁ Θεός, πέμπει προφήτας πρὸς τὸν βασιλέα καὶ [b] πρὸς τὸ πλῆθος, δι' ὧν αὐτοῖς ἠπείλησε τὰς αὐτὰς συμφοράς, αἷς συνέβη περιπεσεῖν τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῶν Ἰσραηλίτας εἰς αὐτὸν ἐξυβρίζοντας. οἱ δὲ τοῖς μὲν λόγοις οὐκ ἐπίστευον, παρ' ὧν ἠδύναντο κερδῆσαι τὸ μηδενὸς πειραθῆναι κακοῦ. τοῖς δ' ἔργοις ἔμαθον ἀληθῆ τὰ παρὰ τῶν προφητῶν.

β'. Ὡς γὰρ τοῖς αὐτοῖς ἐπέμενον, πόλεμον ἐπ' αὐτοὺς ἐκίνει, [c] παρὰ τοῦ τῶν Βαβυλωνίων καὶ Χαλδαίων βασιλέως· [d] ὅς, στρατιὰν πέμψας εἰς τὴν Ἰουδαίαν, [e] τήν τε χώραν ἐληλάτησε, καὶ τὸν βασιλέα Μανασσῆν, δόλῳ ληφθέντα καὶ πρὸς αὐτὸν ἀχθέντα, πρὸς ἣν [f] ἐβούλετο τιμωρίαν εἶχεν ὑποχείριον. ὁ δὲ Μανασσῆς, τότε συνεὶς ἐν οἵοις κακοῖς ἐστι, καὶ πάντων αἴτιον ἑαυτὸν νομίζων, ἐδεῖτο τοῦ Θεοῦ παρασχεῖν αὐτῷ φιλάνθρωπον καὶ ἐλεήμονα τὸν πολέμιον. χαρίζεται δὲ τούτῳ τῆς ἱκεσίας ἐπακούσας ὁ Θεὸς [g] αὐτοῦ. καὶ πάλιν εἰς τὴν οἰκείαν ὁ Μανασσῆς ἀπολυθεὶς ὑπὸ τοῦ [h] τῶν Βαβυλωνίων βασιλέως ἀνασω-

Ezecias autem rex, cum tempus, de quo ante diximus, supervixisset, atque tamdiu vitam pace egisset, morti occumbit; anno vitae quarto & quinquagesimo exacto, regni vero nono & vigesimo. At Manasses filius ejus, qui in regnum successit, ex matre Achiba cive *Hierosolymitana* natus, à patris quidem studiis discessit, & contrarium vitae institutum sequutus est, dum omne genus nequitiam prae se tulit, & nihil impii *intentatum* reliquit; sed Israëlitarum imitatus flagitia, quibus in Deum delinquendo perierunt, ausus est etiam templum *sordibus* polluere, simul & urbem omnemque regionem. Exorsus enim à Dei contemptu, crudeliter in omnes, quotquot erant in Hebraeis, justos caedibus grassabatur, adeo ut ne vatibus quidem pepercerit: nam & horum aliquos quotidie interfecit, ut sanguine Hierosolyma *passim* manarint. Deus itaque, ob ista illis iratus, ad regem & ad populum vates mittit, per quos easdem illis minatus est calamitates, in quas contigit ut fratres eorum Israëlitae inciderent ob suas in eum contumelias. At illi verbis quidem fidem non habebant, quibus id lucrari potuerant ut nihil mali experirentur; re ipsa vero compeuerunt, vera esse quae praedixerant.

Ezeciae mors.

IV. *Manasses Judaeos cum Hierosolymis sceleribus se obstringit.*

4 Regum, c. 21. 2 Paral. c. 33.

2. Cum enim in iisdem perseverarent *moribus*, bellum illis moveri *Deus* fecit à Babyloniorum & Chaldaeorum rege: qui, misso in Judaeam exercitu, & regionem depopulatus est, & Manassen regem, dolo captum & ad ipsum adductum, ad quodcunque voluit supplicium sibi obnoxium habuit. Caeterum Manasses, cum tum demum intellexisset quibus in malis versabatur, atque omnia sibimet accepta deberi cogitasset, Deum orabat obsecrabatque, ut hostem ad humanitatem in eum flecteret & misericordiam. Deus autem, exaudita supplicatione, votis ejus annuit. atque ita Manasses,

Manasses victus & in captivitatem abductus ab hostibus.

4 Regum, c. 21. 2 Paral. c. 33.

Deum precatus in regnum suum remittitur: seque subditosque suos ad pietatem convertit.

סריסים יהיו LXX. καὶ ἔσονται εὐνοῦχοι ἐν τῷ οἴκῳ &c. Chald. &c. popul. magnates רברבין *Hebr.* סרים Eunuchus & aulicus Es. xxxix. 7. & alibi. SPANH.

o Τὸ ἄνδρας εἶναι] Sic *MSS.* (& Cocc.) τῷ in *Editis.*

p Τῷ Βαβυλωνίῳ] *Al.* τῶν Βαβυλωνίων.

q Δουλεύσοντας βασιλεῖ.] Ita *MSS.* & *Vet. Interpr.* δουλεύειν in *Editis.*

r Τὸ ἔθνος αὐτοῦ] Τὸ ἔθνος αὐτοῦ *Big. Samb.* & *Gall.* 1.

s Εἶναι] Lege ἦν. COCC.

t Διάγων,] Διαγαγὼν *Vat. Hen.* & *Bosb.*

v Ἐκ μητρὸς Ἀχιβᾶς] Ἐκ μητρὸς μὲν Ἀχιβᾶς τοὔνομα, πολίτιδος δὲ γεγονὼς ἀπέρρηξεν ἑαυτὸν *Vat.* Ἀψιβᾶς ex LXXII. reponendum censeo. Vide *Cotelerium* ad PP. *Apostolicos*, p. 148.

x Ἐν τῷ τρόπῳ,] Ἐν τῷ πρώτῳ *Vat.* & *Gall.* 2. *Hen.* & *Bosb.* πρῶτον ἐπεδείξατο *Zonar.*

y Αἷς εἰς τὸν Θεὸν ἐξαμαρτάνοντες] Sic *MSS.* & *Vet. Interpr.* οἱ εἰς τὸν Θεὸν in *Editis.*

z Ὠμῶς τοὺς δικαίους] Ὠμῶς neque agnoscit *Vat.* neque *Epiphan.*

a Ὥστε αἵματι ῥεῖσθαι] Sic *MSS.* ὡς τῷ αἵματι in *Editis.*

b Πρὸς τὸ] Illud πρὸς ex *MSS.*

c Παρὰ τοῦ τῶν Βαβυλωνίων] Παρά τε τοῦ in *MSS.*

d Ὃς στρατιὰν] Ita cum *Vat. Gall.* 2. & *Vet. Interpr.* in reliquis ὃς στρατιὰν ἐπιπέμψας.

e Τήν τε χώραν] Καὶ τήν τε χώραν ἐλ. *Big.* & *Samb.* καὶ τὴν χώραν αὐτῶν ἐλ. *Vat.* & *Vet. Interpr.*

f Ἐβούλετο τιμωρίαν] Ἠβούλετο *Big.* & *Samb.*

g Αὐτῷ.] Αὐτοῦ *Samb.* à *manu secunda.*

h Τῶν Βαβυλωνίων βασιλέως] Illud τῶν ex *MSS.*

ſes, à rege Babyloniorum dimiſſus, in regnum ſuum reſtituitur. Cumque Hieroſolyma veniſſet, id modis omnibus agebat, ut vel memoriam priorum de Deo errorum, quorum jam pœnitere cœpit, ex animo ejiceret, quoad ejus fieri potuit, omnique erga eum religione ſemet obligaret. Templum etiam conſecravit, & urbem luſtravit; & de cætero totus in eo erat ut gratias Deo pro ſalute *ab eo impetrata* referret, eumque ſibi quamdiu viveret propitium teneret. Quin & populum eadem facere docuit, ut qui intellexerat, qualem calamitatem parum aberat quin acceperit ob contrarium vitæ inſtitutum. Inſtaurato etiam altari ſacra legitima faciebat ex præſcripto Moyſis. Cumque eo quo oportuit modo religionem curaſſet, Hieroſolymorum ſecuritati proſpexit: adeo ut murum antiquum refecerit, alterumque ei adſtruxerit, ac præterea turres altiſſimas excitarit; & arces ſuburbanas, quo magis ad præſidium eſſent comparatæ, tum aliis rebus tum omne genus commeatu neceſſario inſtruxit. Atqui vero in iſtis mutatus in melius, ita reliquum vitæ agit, ut beatiſſimus dignuſque imitatione ex illo tempore habitus fuerit, quo cœpit pietatem erga Deum colere. Itaque cum vixiſſet annos ſeptem & ſexaginta è vita migravit, annis quinque & quinquaginta in regno exactis. Atque ipſe quidem ſuis in hortis ſepultus eſt: regnum vero ad filium ejus Amoſum delatum eſt, ex matre natum cui nomen quidem Emalſema, ex urbe vero Iabata oriunda.

2 Paral. c. 33. v. 27.

Manaſſes moritur. 4 Regum, c. 21. 2 Paral. c. 33.

γενόμενος δ᾽ εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα τῶν μὲν προτέρων ἁμαρτημάτων περὶ τὸν Θεὸν καὶ τὴν μνήμην ἐσπούδαζεν, εἰ δυνατὸς αὐτῷ γένοιτο, τῆς ψυχῆς ἐκβαλεῖν, ὧν [i] μεταβουλεύειν ὥρμησε, καὶ πάσῃ χρῆσθαι περὶ αὐτὸν δεισιδαιμονίᾳ. καὶ τὸν ναὸν ἥγνισε, καὶ τὴν πόλιν ἐκάθηρε, καὶ πρὸς μόνῳ τὸ λοιπὸν ἦν τῷ χάριν τε τῆς σωτηρίας ἐκτίνειν τῷ Θεῷ, καὶ διατηρεῖν αὐτὸν εὐμενῆ πρὸς ὅλον τὸν βίον. [k] τὰ δὲ αὐτὰ πράττειν καὶ τὸ πλῆθος ἐδίδασκε, μεμαθηκὼς οἵᾳ παρὰ μικρὸν ἐχρήσατο συμφορᾷ, διὰ τὴν ἐναντίαν πολιτείαν. ἐπισκευάσας δὲ καὶ τὸν βωμὸν, τὰς νομίμους θυσίας ἐπετέλει καθὼς διέταξε Μωϋσῆς. διοικησάμενος δὲ τὰ περὶ τὴν θρησκείαν, ὃν δεῖ τρόπον, καὶ τῆς τῶν Ἱεροσολύμων ἀσφαλείας προενόησεν· ὥστε [l] τὰ παλαιὰ τείχη μετὰ πολλῆς [m] ἐπισκευάσαι σπουδῆς, καὶ ἕτερον αὐτοῖς [n] ἐπιβαλεῖν, ἀναστῆσαί τε καὶ πύργους ὑψηλοτάτους, τά τε πρὸ τῆς πόλεως φρούρια τοῖς τ᾽ ἄλλοις καὶ δὴ καὶ σιτίων [o] πάντων εἰς αὐτὰ χρησίμων ὀχυρώτερα ποιῆσαι. ἀμέλει δὲ τῇ πρὸς ταῦτα μεταβολῇ χρησάμενος, οὕτω τὸν μεταξὺ διῆγε βίον, ὡς μακαριστὸς εἶναι καὶ ζηλωτὸς ἐκείνου τοῦ χρόνου λογιζόμενος, ἀφ᾽ οὗ τὸν Θεὸν εὐσεβεῖν ἤρξατο. ζήσας οὖν ἔτη ἑξήκοντα [p] ἑπτὰ, κατέστρεψε τὸν βίον, βασιλεύσας ἔτη πέντε καὶ πεντήκοντα. καὶ θάπτεται μὲν αὐτὸς [q] ἐν τοῖς αὐτοῦ παραδείσοις· ἡ βασιλεία δὲ εἰς τὸν υἱὸν αὐτοῦ [r] περιέρχεται [s] Αμωσον, μητρὸς [t] Εμαλσέμης μὲν ὄνομα τετυχηκότα, ἐκ δὲ πόλεως [v] Ιαβάτης ὑπαρχούσης.

CAP. IV.

Ut loco Manaſſis regnavit Amoſus, & poſt Amoſum Joſias, vir juſtus piuſque. & de Olda vate.

HIC patris ſcelera, quæ prima juventute facere auſus eſt, imitatus, ex familiarium ſuorum inſidiis ſua in domo interiit, cum vixiſſet annos quatuor & viginti, ex illis vero duo regnaſſet. In ejus autem interfectores animadvertit populus, atque Amoſum cum patre ſepeliunt, regnum vero filio ejus Joſiæ in manus tradunt, cum annum ætatis octavum ageret: cui mater erat ex oppido quidem Boſcethi, nomine vero Iede. Ille autem optima erat indole, atque à natura ad virtutem bene comparatus, regis Davidis mores in ſcopum & regulam adhibuit ad totam ſuam vitam inſtituendam: cumque annum duodecimum attigiſſet, pietatis ac juſtitiæ ſpecimen dedit *egregium*. Nam populum ad ſaniorem mentem reducebat, auctorque erat, ut, mutata de deaſtris, ut qui dii non eſſent, opinione, Deum patrium colerent: cumque ea quæ à majoribus ſuis acta eſſent diſpicere cœperit, quæ minus recte ſe haberent ſapienter emen-

Amoſus Judææ rex. 4 Regum, c. 21. 2 Paral. c. 33.

Amoſo interfecto, regnat Joſias. 4 Regum, c. 22. 2 Paral. c. 34.

V. Joſiæ pietas.

ΚΕΦ. δ᾽.

Ὡς ἀντὶ Μανασσοῦ ἐβασίλευσεν Αμωσος, καὶ μετ᾽ Αμωσον Ιωσίας, δίκαιος ὢν καὶ εὐσεβής. περί τε Ολδᾶς προφήτιδος.

ἀδελφῷ αὐτοῦ, τῶν δὲ δικαίων καὶ τοῦ δέοντος ὑπερόπτης. [x] καὶ γὰρ οἱ κατὰ τὴν ἡλικίαν ἦσαν ἀσεβεῖς περὶ αὐτὸν, [y] καὶ ὁ πᾶς ὄχλος ἐπ' ἐξουσίας ὕβριζεν ἃ ἤθελε. διὸ καὶ ὁ προφήτης Ἱερεμίας πρὸς αὐτὸν ἐλθὼν πολλάκις ἐμαρτύρετο, κελεύων τὰς μὲν ἄλλας ἀσεβείας καὶ παρανομίας καταλιπεῖν, προνοεῖν δὲ τοῦ δικαίου· καὶ μήτε τοῖς ἡγεμόσιν, εἶναι γὰρ ἐν αὐτοῖς πονηροὺς, προσανέχειν, μηδὲ τοῖς ψευδοπροφήταις ἀπατῶσιν αὐτὸν πεπιστευκέναι, ὡς οὐκέτι πολεμήσοι τὴν πόλιν ὁ Βαβυλώνιος, καὶ ὡς Αἰγύπτιοι στρατεύσουσιν ἐπ' αὐτὸν καὶ νικήσουσι. ταῦτα γὰρ οὐκ ἀληθῆ λέγειν, οὐδ' οὕτως ὀφείλοντα γενέσθαι. ὁ δὲ Σεδεκίας, ἐφ' ὅσον μὲν ἤκουε τοῦ προφήτου ταῦτα λέγοντος, ἐπείθετο αὐτῷ, καὶ συνετίθει πᾶσιν ὡς ἀληθεύουσι, καὶ συμφέρειν αὐτῷ πεπιστευκέναι. διέφθειραν δὲ πάλιν αὐτὸν οἱ φίλοι, καὶ διῆγον ἀπὸ [z] τῶν τοῦ προφήτου πρὸς ἅπερ ἤθελον. προεφήτευσε δὲ καὶ Ἰεζεκίηλος ἐν Βαβυλῶνι τὰς μελλούσας τῷ [a] λαῷ συμφορὰς, καὶ ἀκούσας ταῦτα ἔπεμψεν εἰς Ἱεροσόλυμα. τῆς δὲ προφητείας αὐτῶν Σεδεκίας ἠπίστησεν, ἐκ τοιαύτης αἰτίας. τὰ μὲν ἄλλα πάντα [b] συμφωνοῦντα τοὺς προφήτας ἀλλήλοις εἰπεῖν συνέβη, ὥστε ἡ πόλις ἁλώσεται καὶ Σεδεκίας αὐτὸς αἰχμάλωτος ἔσται· διεφώνησε δὲ Ἰεζεκίηλος εἰπὼν, [c] οὐκ ὄψεσθαι Βαβυλῶνα τὸν Σεδεκίαν, τοῦ Ἱερεμίου φάσκοντος αὐτῷ, ὅτι δεδεμένον αὐτὸν ὁ Βαβυλώνιος [d] ἀπάξει βασιλεύς. καὶ διὰ τὸ, μὴ ταὐτὸν αὐτοὺς ἑκατέρους λέγειν, καὶ περὶ ὧν συμφωνεῖν ἐδόκουν, ὡς οὐδ' ἐκεῖνα ἀληθῆ λέγεσθαι [e] κατεγνοὺς, ἠπίστησε· καί τοι πάντα αὐτῷ κατὰ τὰς προφητείας ἀπηντήκει, ἅπερ εὐκαιρότερον δηλώσομεν.

γ΄. Τὴν συμμαχίαν [f] δὲ τὴν πρὸς τοὺς Βαβυλωνίους ἐπὶ ἔτη ὀκτὼ κατασχὼν, διέλυσε τὰς πρὸς αὐτοὺς πίστεις, καὶ τοῖς Αἰγυπτίοις προσέθετο, [g] καταλύσειν τοὺς Βαβυλωνίους ἐλπίσας, [h] ἂν μετ' ἐκείνων ἐγένοντο. μαθὼν δὲ τοῦτο ὁ τῶν Βαβυλωνίων βασιλεὺς, ἐστράτευσεν ἐπ' αὐτόν· καὶ τὴν χώραν κακώσας αὐτοῦ, καὶ τὰ φρούρια λαβὼν, ἐπ' αὐτὴν ἧκε τὴν τῶν Ἱεροσολυμιτῶν πόλιν πολιορκήσων αὐτήν. ὁ δὲ Αἰγύπτιος, ἀκούσας ἐν οἷς ἐστιν ὁ σύμμαχος αὐτοῦ Σεδεκίας, ἀναλαβὼν πολλὴν δύναμιν, ἧκεν εἰς τὴν Ἰουδαίαν ὡς λύσων τὴν πολιορκίαν. ὁ δὲ Βαβυλώνιος ἀφίσταται τῶν Ἱεροσολύμων, ἀπαντήσας δὲ τοῖς Αἰγυπτίοις, καὶ συμβαλὼν αὐτοῖς τῇ μάχῃ νικᾷ, καὶ τρεψάμενος αὐτοὺς εἰς φυγὴν ἐξ ὅλης διώκει τῆς Συρίας. ὡς δ' ἀνεχώρησεν ὁ τῶν Βαβυλωνίων βασιλεὺς ἀπὸ τῶν Ἱεροσολύμων, ἐξηπάτησαν οἱ ψευδοπροφῆται τὸν Σεδεκίαν, λέγοντες, ὡς οὔτε ὁ Βαβυλώνιος [i] αὐτῷ ἔτι πολεμήσει καὶ τοὺς ὁμοφύλους, οὔτε ἀναστήσει ἐκ τῆς οἰκείας εἰς τὴν Βαβυλῶνα· μετὰ πάντων δὲ ἥξειν [k] τοὺς

matre qua frater Joacimus, justi vero & honesti contemptor. nam & quos ætatis adultæ circa se habuit impii erant, & populus universus licenter & insolenter pro suo quisque arbitrio se gerebant. Quamobrem Hieremias vates, rege adito, subinde quiritabatur, jubens ut à cæteris quidem impie & contra legem factis abstineret, justitiæ vero curam haberet, & neque ducibus (nam in iis malos esse) animum adverteret, neque falsis vatibus cum decipientibus crederet, quasi non iterum urbem oppugnaturus esset Babylonius, & quasi Ægyptii bellum ei essent illaturi victoriamque reportaturi. hæc enim non ex veritate esse, nec ita unquam eventura. Sedecias autem, tantisper quidem dum vatem ista loquentem audiret, ei fidem habebat, atque in omnibus tanquam vere dictis acquiescebat, & è re sua esse persuasum habuit: rursus vero amici ejus mentem subverterunt, & à vatis dictis adducebant ad ea quæ voluerant. sed & apud Babylonem Jezecielus clades populo imminere prædixit, quas, istis auditis, *literis mandatas* misit Hierosolyma. Atqui vero illorum vaticiniis ut non crederet, animum induxit Sedecias hujusmodi de causa. Accidit ut vates cætera quidem omnia sibi invicem consentientia dicerent, fore scilicet ut & urbs expugnetur, & ipse Sedecias captivus fiat: in hoc vero Jezecielus *ab altero* dissidebat, dicendo, Sedeciam non visurum esse Babylonem, Hieremia ipsi affirmante, quod Babyloniorum rex illum vinctum abducet. ideoque cum *ea de re* verba utriusque non convenerint, etiam illis, in quibus secum concordare videbantur, ac si ea haud vere dicta esse cognovisset, plane diffidebat: etiamsi omnia ei, prout illi vaticinati fuerant, obvenerint; de quibus loco magis opportuno dicemus.

Hieremias de Hierosolymorum excidio Sedeciam præmonet.

Suadetur Sedecia ut vati fidem non habeat.

Quare Hieremiæ & Jezecieli de Sedecia vaticinia diffidebant.

3. Cum autem in societate cum Babyloniis inita octo annos mansisset, non amplius fidem illis datam servavit, sed ad Ægyptios defecit, sperans fore, si secum conjungerentur, ut Babylonios funditus everteret. At ubi hoc intellexerat Babyloniorum rex, expeditionem in eum fecit, ejusque regione vastata & castellis occupatis ad ipsam Hierosolymitarum urbem vi oppugnandam accessit. Ægyptius autem, audito in quibus *angustiis* esset socius ejus Sedecias, cum magno exercitu Judæam petiit, eo quasi animo ut obsidionem solveret. Quo fit ut Babylonius Hierosolymis decederet, atque Ægyptiis obviam profectus cum illis prælio congressus est, & in fugam versos tota Syria expulit. Mox vero ut Babyloniorum rex Hierosolymis recessit, operam dederunt falsi vates ut Sedeciam deciperent, dicentes, neque ipsi porro bellum illaturum esse Babylonium ejusque popularibus, neque *ipsos* è sedibus suis Babylonem translaturum: sed captivos etiam redituros esse cum omnibus templi vasis, quæ *Babyloniorum* rex è delubro detra-

Sedecias à Babyloniis deficit, seque Ægyptiis conjungit.

Ægyptios superat & Syria pellit Babylonius.

aliam, quam codices nostri præ se ferunt, lectionem sequutus videtur *Epiphan.* qui vertit, *& nomen matris ejus Amias. Fuit autem contra justitiam superbus, circa quem impii locum maximum habere videbantur. Quapropter & Jeremias &c.*

x Καὶ γὰρ οἱ κατὰ τὴν ἡλικίαν] Καὶ γὰρ τὴν ἡλ. *Samb. Vat.* & *Gall.* 1. 2. καὶ γὰρ κατὰ τὴν ἡλ. *Big.*

y Καὶ ὁ πᾶς ὄχλος] Καὶ πᾶς ὄχλος *Vat.* & mox ἐξύβριζεν, & dein ὡς αὐτόν.

z Τῶν τοῦ προφήτου] Illud τῶν ex *MSS.* & *Vet. Interpr.*

a Λαῷ συμφορὰς,] Sic *MSS.* & *Epiphan.* ναῷ in *Editis.*

b Συμφωνοῦντα τοὺς προφήτας] Cum συμφωνοῦντας τοῖς πρ. habeant *Big. Samb.* & *Gall.* 1. συμφρονοῦντας *Gall.* 2. & σύμφωνα τοὺς προφήτας *Vat.* ideo rescripsi συμφωνοῦντα τοὺς προφήτας ἀλλήλοις εἰπεῖν συνέβη. Ferri tamen potest vulgata lectio, συμφωνοῦντα τοῖς προφήταις ἀλλήλοις εἰπεῖν συνέβη.

c Οὐκ ὄψεσθαι Βαβυλῶνα τὸν Σεδεκίαν, τοῦ Ἱερεμίου φάσκοντος αὐτῷ, ὅτι δεδεμένον αὐτὸν ὁ Βαβυλώνιος ἀπάξει βασιλεύς.] Ενεντιοφανῆ quæsita inter Hieremiæ & Jezekielis vaticinia, eadem conciliata & completa infr. c. 8 §. 2. SPANH.

d Ἀπάξει βασιλεύς.] Ἄξει in *MSS.*

e Κατεγνοὺς,] In *Editis* λέγοντι γνοὺς, καί τοι &c. λέγοντι κατεγνοὺς. καίτοι *Big. Samb.* & *Gall.* 1. λέγοντι γνοὺς, ἐπίστευε· καὶ τοι *Hav.* & *Bod.* unde levicula cum mutatione rescribendum censui, λέγεσθαι κατεγνοὺς, ἠπίστησε· καίτοι &c. vel λέγεσθαι γνοὺς, ἠπίστησε &c.

f Δὲ τὴν πρὸς τοὺς] Ita *Big.* & *Samb.* καὶ pro δὲ in *cæteris*, atque δὲ legisse videtur *Epiphan.*

g Καταλύσειν τοὺς Βαβυλωνίους ἐλπίσας,] Καταλύσειν τοὺς Β. *Samb.* καταλύσειν τοὺς Β. *Vat.* καταλύσειν τοὺς πρὸς Β. *Big.* καταλύσειν πρὸς Βαβ. *Gall.* 1. *à prima manu.* HUDS. Conf. ἀλλαχ. lib. 1. c. 10, §. 7. SPANH.

h Ἂν μετ' ἐκείνων ἐγένοντο.] Αἳ μετ' ἐκείνων *Samb.* & *Vat.* ἃ μετ' ἐκείνων *Big.* ἃ μετ' ἐκείνων in *Editis.* unde ausus sum rescribere, ἂν μετ' ἐκείνων ἐγένοντο. Si quis malit ἂν (vel εἰ) μετ' ἐκείνων ἐγένοντο, per me licet. HUDS. Forte, εἰ μετ' ἐκείνων γένοιτο. Vetus, *Sperans cum illis contra Babylonios prævalere.* COCC.

i Αὐτῷ ἔτι πολεμήσει] Ετι αὐτῷ πολεμήσειν καὶ τοῖς ὁμοφύλοις *Vat.* Diversam plane lectionem sequutus esse videtur *Epiphan.* qui vertit, *dicentes, quod neque Babylonius denique contra eum pugnaret, & contribules eorum, quos de provincia ad Babylonem demigraverat, cum Dei vasis omnibus quæ rex detulerat de templo reverterentur.*

k Τοὺς αἰχμαλώτους] Illa τοὺς αἰχμαλώτους absunt *Edit. Bas.* ut & *Samb. Vat.* & *Gall.* 1. 2.

traxit. At Hieremias, cum *in medium* prodiisset, his contraria atque vera vaticinatus est; "quod "male quidem faciunt, & regem *vana spe* deci-"piunt, nihilque commodi ipsis sperandum ab "Ægyptiis: sed illis prælio superatis Babylonius "castra Hierosolymis admovebit, populumque ob-"sidione premet & fame necabit, & quotquot *ma-"lis istis* superfuerint captivos abducet, & bona "*eorum* diripiet, ac, divitiis templi inde exporta-"tis, illud etiam igni cremabit, urbemque à fun-"damentis diruet, ipsique & posteris ejus servie-"mus annos LXX. quibus completis, nos ea quam "sub istis tulerimus servitute, everso Babylonio-"rum imperio, liberabunt Persæ & Medi, à qui-"bus dimissi hanc terram repetemus, & templum "denuo ædificabimus, & Hierosolyma restitue-"mus." Ista dicens Hieremias, plerisque persua-"debat: at viri principes hominesque nequam, quasi haud mentis suæ esset, ipsum hanc ob rem vilipenderunt. Cum autem ei visum esset in patriam suam se recipere, Anathoth nominatam, stadia viginti ab Hierosolymis distitam, quidam è magistratibus, illi forte obviam factus, manus ei injiciebat, calumniam adhibens, quod in eo esset ut ad Babylonios transfugeret. Vates vero ajebat illum sibi falsum crimen inferre; seque in patriam iter intendere dicebat. at ille nihil ejus verbis motus ipsum comprehensum ad magistratus duxit ut judicio perfunderetur, à quibus modis omnibus tortus & excruciatus servabatur ad supplicium. Et quidem aliquandiu ita degebat, ea quæ jam memoravimus inique patiens.

Hieremias prænuncias Hierosolymorum excidium. Jer. c. 37.

Hieremias comprehensus. Jer. c. 37.

Hieremias in carcerem compingitur. Jer. c. 27.

Hierosolymorum oppugnatio. 4 Regum, c. 25. & 2 Paral. c. 36.

4. Anno autem nono regni Sedeciæ, & mensis decimi die decima, iterum Babyloniorum rex suis copiis Hierosolyma aggreditur: cumque ante urbem consedisset, summa contentione octodecim menses eam oppugnabat. Porro accidit ut tum simul Hierosolyma obsessa invaderent fames & pestilentia, malorum duo maxima, quæ dirum in modum *illic* grassata sunt. Interim autem Hieremias vates, in carceris custodia habitus, non quiescebat; sed magna voce prædicabat, illud populum admonens, ut portis patefactis Babylonium *in urbem* reciperent. quod si fecerint, illos universos salutem consequuturos; sin minus, interituros esse. Prædicebatque *omnino* fore, ut, si quis in urbe manserit, alterutro pereat, aut fame consumptus, aut ferro hostili peremptus; sin vero ad hostes perfugerit, mortem evasurum esse. At principes, cum ista auditione acciperent, iis nequaquam fidem habebant, in summo licet periculo versarentur: sed irati regem adeuntes *ei omnia* nunciabant, & accusatione instituta de vate querebantur, ut qui insanierit, & animos sibi in antecessum fregerit, & calamitatum denunciatione populo alacritatem & *promptitudinem* minuerit. illos enim paratos esse pro rege & patria *quodvis* adire discrimen: is vero minaciter monet, ut ad hostes fuga se recipiant, dicens *brevi* fore ut urbs expugnetur & funditus evertatur.

Ad populum è custodia clamat Hieremias ut urbe excederent.

Quamobrem accusatur.

αἰχμαλώτους τῶν τοῦ ναοῦ σκευῶν, ὧν ἐσύλησεν ὁ βασιλεὺς ἐκ τοῦ ναοῦ. τὰ ἐναντία δὲ τούτων καὶ ἀληθῆ παρελθὼν [l] ὁ Ἱερεμίας προεφήτευσεν, "ὡς [m] ποιοῦσι μὲν κακῶς καὶ ἐξαπατῶσι τὸν βασιλέα, παρὰ δὲ τῶν Αἰγυπτίων "οὐδὲν ἐστιν αὐτοῖς ὄφελος· ἀλλὰ νικήσας αὐτοὺς ὁ Βα-"βυλώνιος ἐπιστρατεύσειν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα μέλλει, καὶ "πολιορκήσει τε καὶ τῷ λιμῷ [n] διαφθερεῖ τὸν δῆμον, καὶ "τοὺς [o] περιλειφθέντας αἰχμαλώτους [p] ἄξει, καὶ τὰς οὐ-"σίας διαρπάσει, καὶ τὸν ἐν τῷ ναῷ πλοῦτον ἐκφορήσας "ἔτι καὶ αὐτὸν ἐμπρήσει καὶ κατασκάψει τὴν πόλιν, καὶ δου-"λεύσομεν αὐτῷ καὶ τοῖς [q] ἐκγόνοις αὐτοῦ ἐπὶ ἔτη ἑβδομή-"κοντα. παύσουσι δ' ἡμᾶς τότε τῆς [r] ἐπ' αὐτοῖς δουλείας "Πέρσαι τε καὶ Μῆδοι, καταλύσαντες Βαβυλωνίους, ἀφ' "ὧν εἰς τήνδε ἀπολυθέντες οἰκοδομήσομεν τὸν ναὸν πάλιν, "καὶ τὰ Ἱεροσόλυμα κατασκευάσομεν." ταῦτα λέγων ὁ Ἱερεμίας ὑπὸ μὲν τῶν πλειόνων ἐπιστεύετο· οἱ δὲ ἡγεμόνες καὶ οἱ ἀσεβεῖς ὡς ἐξεστηκότα τῶν φρενῶν αὐτὸν [s] οὕτως ἐξεφαύλιζον. δόξαν δὲ αὐτῷ πη εἰς τὴν [t] πατρίδα παραγενέσθαι, λεγομένην Ἀναθὼθ, σταδίους δὲ ἀπέχουσαν Ἱεροσολύμων εἴκοσι, συντυχὼν κατὰ τὴν ὁδὸν τῶν ἀρχόντων τις, συλλαβὼν κατεῖχε, συκοφαντῶν ὡς πρὸς τοὺς Βαβυλωνίους αὐτομολοῦντα. ὁ δὲ ψευδῆ μὲν ἐκεῖνον ἔλεγε τὴν αἰτίαν ἐπιφέρειν αὐτῷ. βαδίζειν δ' αὐτὸν ἔφασκεν εἰς τὴν πατρίδα. ὁ δ' οὐ πεισθεὶς, ἀλλὰ συλλαβὼν αὐτὸν, ἤγαγεν εἰς δίκην πρὸς τοὺς ἄρχοντας· ὑφ' ὧν πᾶσαν αἰκίαν καὶ βασάνους [v] ὑπομείνας, ἐφυλάττετο πρὸς τιμωρίαν. καὶ χρόνον μέν τινα διῆγεν οὕτως, ἀδίκως πάσχων τὰ προειρημένα.

δ. Ἔτει δ' ἐνάτῳ τῆς Σεδεκίου βασιλείας, καὶ ἡμέρᾳ δεκάτῃ τοῦ δεκάτου μηνὸς, στρατεύει τὸ δεύτερον ὁ τῶν Βαβυλωνίων βασιλεὺς ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ [v] προσκαθίσας αὐτῇ μῆνας ὀκτωκαίδεκα μετὰ πάσης [x] ἐπολιόρκει φιλοτιμίας. συνεπέθετο δ' εἰς ταυτὸ πολιορκουμένοις τοῖς Ἱεροσολυμίταις δύο τὰ μέγιστα τῶν παθῶν, λιμὸς καὶ φθορὰ λοιμικὴ, [y] ἐνσκήψαντα σφοδρῶς. ἐν δὲ τῇ εἱρκτῇ τυγχάνων ὁ προφήτης Ἱερεμίας οὐχ ἡσύχαζεν, ἀλλ' ἐκεκράγει, καὶ ἐκήρυσσε παραινῶν τῷ πλήθει δέξασθαι τὸν Βαβυλώνιον ἀνοίξαντας τὰς πύλας. σωθήσεσθαι γὰρ αὐτοὺς πανοικὶ τοῦτο πράξαντας, εἰ δὲ μὴ, διαφθαρήσεσθαι. προύλεγε δ' ὡς εἰ μὲν [z] ἐπιμένοι τις ἐν τῇ πόλει πάντως ἀπολεῖται [a] θατέρῳ, ἢ [b] λιμῷ δαπανηθεὶς ἢ σιδήρῳ τῷ τῶν πολεμίων· εἰ δὲ [c] φύγοι πρὸς τοὺς πολεμίους, διαδράσεται τὸν θάνατον. [d] καὶ οἱ μὲν οὐδὲ ἐν αὐτοῖς ὄντες τοῖς δεινοῖς ἐπίστευον, οἱ ταῦτ' ἀκούοντες τῶν ἡγεμόνων· ἀλλὰ μετ' ὀργῆς ἀπήγγελλον ἐλθόντες πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ κατηγοροῦντες [e] κατηξίουν τὸν προφήτην ὡς μεμηνότα, καὶ τὰς ψυχὰς αὐτῶν προκατακλῶντα, καὶ ταῖς τῶν χειρόνων καταγγελίαις [f] τὸ πρόθυμον ἐκλύοντα τοῦ πλήθους· ἕτοιμον γὰρ εἶναι αὐτὸ ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ τῆς πατρίδος [g] κινδυνεύειν. ὁ δὲ ἀπειλεῖ πρὸς τοὺς πολεμίους [h] φεύγειν, ἁλώσεσθαι λέγων τὴν πόλιν καὶ [i] πάντας ἀπολεῖσθαι.

ε'. O

l Ὁ Ἱερεμίας] Articulum negligunt *MSS.*

m Ποιοῦσι μὲν κακῶς] Ita in *MSS.* (ita & *Coccejus*, Vet. *male facerent*) ἐποίουν perperam in *Editis Aliisque.*

n Διαφθερεῖ τὸν δῆμον,] Ita ex vestigiis *MSS.* διαφθαρεῖ in *Editis.*

o Περιλειφθέντας αἰχμαλώτους] Eo modo *MSS.* & *Zonaras.* περιλειφθέντας in *Editis.*

p Ἄξει,] Iterum ex *MSS.* ἄξει in *Editis.*

q Ἐκγόνοις αὐτοῦ] Εἰγόνοις *Big. Bush.* & *Hen.*

r Ἐπ' αὐτοῖς δουλείας] Ὑπ' αὐτοῦ *Samb.* ἐπ' αὐτοὺς *Vat.* HUDS. Lege ὑπ' αὐτοῖς. COCC.

s Οὕτως ἐξεφαύλιζον.] Οὕτως deest *Vat.*

t Πατρίδα] Πατρὶς urbs, non regio natalis, uti Nazareth πατρὶς Χριστοῦ in N. T. REL.

v Ὑπομείναντος αὐτοῦ] Ita *MSS.* (& *Coc.*) ὑπομείνας in *Editis.*

x Ἐπολιόρκει φιλοτιμίας.] Iterum cum plerisque *MSS.* πολιορκεῖ in *Editis Aliisque.*

y Ἐνσκήψαντα σφοδρῶς.] Sic *MSS.* (& *Coc.*) ἐνσκήψαντα in *Editis.*

z Ἐπιμένοι τις] Eo modo *Big.* & *Samb.* ἐπιμένει in *ceteris.*

a Θατέρῳ,] Ita *MSS.* θατέρῳ τε λιμῷ δ. in *Editis.*

b Λιμῷ δαπανηθεὶς] Conf. intr. lib. 11. c. 6 §. 12. SPANH.

c Φύγοι πρὸς τοὺς πολεμίους,] Sic *Big.* (*Coc.*) & *Samb.* φύγοι pro φεύγοι in *Editis Aliisque.*

d Καὶ οἱ μὲν] Iterum cum *MSS.* ἐπίστευον. οὐδὲ ἐν αὐτοῖς δὲ ὄντες in *Editis.*

e Κατηξίουν τὸν προφήτην] Illud κατηξίουν pro καὶ ἠξίουν reposui ex Codd. *MSS.* in quibus aut κατηξίουν τὸν πρ. aut κατηξίουν κτείνειν τὸν π. *Epiphanius* videtur legisse, καὶ κατηγοροῦντες αὐτοῦ ὡς μεμηνότα, κατηξίουν κτείνειν τὸν προφήτην, τὰς ψυχὰς &c. nam vertit, *& accusantes eum quasi vesanum, occidendum esse prophetam poscebant, qui eorum animos frangeret.* πρὸς τὸν βασιλέα καὶ κτείνειν τὸν προφήτην ἠξίουν *Hen* & *Bush.*

f Τὸ πρόθυμον ἐκλύοντα] Ita *MSS.* (& *Coc.* Vet. *audaciam populi*) τὸ deest in *Editis.*

g Κινδυνεύειν.] Κινδυνεύειν insertum dedi ex *MSS.*

h Φεύγειν,] Ita *MSS.* & *Vet. Interpr.* φεύγειν in *Editis.*

i Πάντας ἀπολεῖσθαι.] Πάντας ἐν αὐτῇ ἀπολεῖσθαι legisse videtur *Epiphan.*

k Οἱ-

ε'. Ὁ δὲ βασιλεὺς αὐτὸς μὲν, ὑπὸ χρηστότητος καὶ δικαιοσύνης, [k] οὐδὲν διηγριαίνετο· ἵνα δὲ μὴ τοῖς ἡγεμόσιν ἀπεχθάνηται παρὰ τοιοῦτον καιρὸν ἀντιπράττων [l] αὐτῶν τῇ προαιρέσει, τὸν προφήτην ἀφῆκεν αὐτοῖς ποιεῖν ὅ, τι ἂν θέλωσιν. οἱ δὲ, τοῦτ' ἐφέντος αὐτοῖς τοῦ βασιλέως, εὐθὺς εἰς τὴν εἱρκτὴν εἰσελθόντες, καὶ παραλαβόντες αὐτὸν, εἰς τινα [m] λάκκον βορβόρου πλήρη [n] καθιμήσαν, ὅπως ἰδίῳ θανάτῳ πνιγεὶς ἀποθάνῃ. ὁ δὲ, [o] περὶ τοῦ αὐχένος [p] ὑπὸ τοῦ πλήθους περισχεθεὶς, ἐν τούτοις ἦν. τῶν δ' οἰκετῶν τις τοῦ βασιλέως, ἐν τιμῇ τυγχάνων, Αἰθίοψ τὸ γένος, τὸ περὶ τὸν προφήτην πάθος ἀπήγγειλε τῷ βασιλεῖ· φάσκων οὐκ ὀρθῶς ταῦτα τοὺς φίλους καὶ τοὺς ἡγεμόνας αὐτοῦ πεποιηκέναι, καταποντίσαντας εἰς βόρβορον τὸν προφήτην, καὶ τοῦ διὰ τῶν δεσμῶν θανάτου πικρότερον οὕτως ἐσόμενον ἐπινοήσαντας κατ' αὐτοῦ. ταῦτ' ἀκούσας ὁ βασιλεὺς, καὶ μετανοήσας ἐν τῷ παραδοῦναι τὸν προφήτην τοῖς ἡγεμόσιν, ἐκέλευσε τὸν Αἰθίοπα, τριάκοντα τῶν βασιλικῶν παραλαβόντα, καὶ σχοινία, καὶ πᾶν ὃ [q] πρὸς τὴν τοῦ προφήτου σωτηρίαν ἐπινοεῖ χρήσιμον, μετὰ σπουδῆς ἀνελκύσαι τὸν Ἱερεμίαν. ὁ δὲ Αἰθίοψ, παραλαβὼν οὓς ἐπετάγη, ἀνέσπασεν ἐκ τοῦ βορβόρου τὸν προφήτην, καὶ διαφῆκεν ἀφύλακτον.

ϛ'. Μεταπεμψαμένου δ' αὐτὸν κρύφα τοῦ βασιλέως, καὶ τί δύναται φράζειν αὐτῷ παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ πρὸς τὰ παρόντα σημαίνειν ἐρομένου; ἔχειν μὲν ἔλεγεν, οὐ πιστευθήσεσθαι δ' εἰπὼν, οὐδὲ παραινέσας ἀκουσθήσεσθαι· [r] ἀλλ' ὡς δὴ μέγα κακόν τι ἐργασάμενον ἀπολέσαι διέγνωσαν οἱ σοὶ φίλοι, φησί. καὶ ποῦ νῦν εἰσιν οἱ τὸν Βαβυλώνιον οὐκ ἐφ' ἡμᾶς [s] ἐπιστρατεύσειν φάσκοντες, καὶ ἀπατῶντες [t] ὑμᾶς; [v] εὐλαβοῦμαι δὲ νῦν γε τὴν ἀλήθειαν εἰπεῖν, μή με κατακρίνῃς θανάτῳ. τοῦ δὲ βασιλέως ὅρκους αὐτῷ δόντος, ὡς οὔτε αὐτὸς αὐτὸν ἀναιρήσει, οὔτε τοῖς ἡγεμόσιν ἐκδώσει, [x] θαρρήσας τῇ λεγομένῃ πίστει, συνεβούλευσεν αὐτῷ παραδοῦναι τὴν πόλιν τοῖς Βαβυλωνίοις· ταῦτα δὲ αὐτῷ τὸν Θεὸν [y] δι' αὐτοῦ προφητεύειν ἔλεγεν, εἴγε βούλεται σώζεσθαι, καὶ τὸν ἐφεστῶτα κίνδυνον διαφυγεῖν, καὶ μήτε τὴν πόλιν εἰς ἔδαφος πεσεῖν, [z] μήτε τὸν ναὸν ἐμπρησθῆναι. αὐτὸν γὰρ τούτων παραίτιον ἔσεσθαι τῶν κακῶν τοῖς πολίταις, καὶ αὐτῷ πανοικὶ τῆς συμφορᾶς. ὁ δὲ ταῦτ' ἀκούσας, βούλεσθαι μὲν [a] αὐτὸν, ἔφη, ποιεῖν ἃ παραινεῖ, καὶ λέγει συνοίσειν αὐτῷ γενόμενα· δεδιέναι δὲ τοὺς αὐτομολήσαντας τῶν [b] ὁμοφύλων πρὸς τοὺς Βαβυλωνίους, μὴ διαβληθεὶς ὑπ' αὐτῶν τῷ βασιλεῖ [c] κολασθῇ. παρεθάρσυνε δ' αὐτὸν ὁ προφήτης, καὶ μάτην ὑπονοεῖν τὴν τιμωρίαν ἔλεγεν. οὐδενὸς γὰρ κακοῦ πειραθήσεσθαι, παραδόντα τοῖς Βαβυλωνίοις, οὔτ' αὐτὸν, οὔτε τὰ τέκνα, οὔτε τὰς γυναῖκας, μένειν δὲ καὶ τὸν ναὸν ἀπαθῆ. καὶ τὸν μὲν Ἱερεμίαν ταῦτ' εἰπόντα ὁ βασιλεὺς ἀπέλυσε, προστάξας αὐτῷ, [d] μηδενὶ τῶν πολιτῶν τὰ δόξαντα αὐτοῖς ἐξενεγκεῖν· πολ-

5. Rex autem ipse, ex naturæ suæ bonitate & justitiæ amore, in eum nihil exacerbatus erat: sed, ne cum principibus inimicitiam exerceret tali tempore contra quam ipsi censuissent faciens, vatem illis in manus tradi permisit, ut de eo pro arbitrio statuerent. At illi, quamprimum hoc ipsis concessum erat à rege, in custodiam protinus ingressi, captum eductumque inde in fossam quandam cœno oppletam funibus demiserunt, ut suffocatus suam oppeteret mortem. Ille vero luto obrutus, oculis tantummodo ac naribus eminentibus, in his erat *angustiis*. Interim quidam è servis regis, qui tum forte in honore erat, homo Æthiops genere, id quod vati acciderat regi retulit; dicens amicos *ejus* & principes male egisse in eo quod vatem in cœnum demerserint, atque ita morte ea quæ in vinculis erat obeunda acerbiorem illi excogitaverint. Cum hæc audisset rex, illumque pœnituisset, quod vatem in principum potestatem tradiderit, mandavit Æthiopi, ut, assumptis triginta ex *famulis* regiis, & funibus, & quocunque sibi ad vatis salutem opus esse arbitraretur, quam cito posset Hieremiam *ex fossa* subduceret. Itaque Æthiops, sumptis quos adhibere jussus erat, vatem ex luto extraxit, liberumque dimisit.

In fossam conjicitur. Jer. c. 37.

Abdemelechus Æthiops hoc obpraestitit, ut è fossa extraheretur. Jer. c. 37.

6. Cum autem rex illum ad se clam accivisset, & ab eo quæreret, ecquod ei posset ex Dei oraculo dicere & in præsens *auxilium* indicare? Ajebat se quidem habere *quod diceret*, at fidem sane non inventurum esse adjiciebat, ne quidem si *ille* præceperit ut sibi dicto audientes essent: etenim amici tui, inquit, me quasi egregie maleficum perdere secum statuerunt. Et ubi nunc sunt illi qui Babylonium non redintegraturum esse bellum dictitabant, vosque decipiebant? Equidem & *ego* nunc vereor quod verum est dicere, ne me morte jubeas mulctari. Cum autem rex ei jurasset, nec se illum interfecturum, nec principibus traditurum, fretus accepta fide consilium ei dedit, ut urbem Babyloniis traderet: atque ad ista Dei oraculum ejus ore illum hortari ajebat, si modo velit incolumis esse, & ex periculo impendenti evadere, & neque urbem solo æquari, nec templum igne cremari. ipsum enim, * *ni pareat*, civibus fore horum malorum causam, & sibi suisque omnibus calamitatis *auctorem*. Ille vero, ubi hæc audiverat, subjiciebat, se velle ista facere quæ suadet, dicitque è re sua fore ut fierent: sed in metu esse ex popularibus qui ad Babylonios transfugerunt, ne ab illis falso accusatus apud regem supplicio afficiatur. At vates illum bono animo esse jubebat, seque vanam sibi supplicii suspicionem augere dicebat. nihil enim mali passurum esse, si Babyloniis † *civitatem* dederet, neque ipsum, neque liberos, neque uxores *ejus*, templumque etiam illæsum manere. Et quidem Hieremiam ista loquutum rex dimisit, jussum nemini civium quæ illis facienda visa sunt prodere; ac ne principibus quidem, si cog-

Sedecias accersit Hieremiam, & quid factu opus sit ab eo quærit. Jer. c. 38.

Is eum hortatur ut urbis deditionem faceret, si salvus esse vellit. Jer. c. 38.

k Οὐδὲν διηγριαίνετο·] Sic Big. Samb. Vat. (Cocc.) & Gall. 1. 2. οὐδενὶ παρωξύνθη Hen. & Bas. οὐδὲν ἰδίᾳ παρωξύνθη in Editis.

l Αὐτῶν τῇ προαιρέσει,] Illud αὐτῶν ex MSS.

m Λάκκον βορβόρου πλήρη καθιμήσαν, ὅπως ἰδίῳ θανάτῳ πνιγεὶς ἀποθάνῃ.] Hieremias in cœnosam fossam usque ad collum demersus. Rufin. in quendam locum. SPANH.

n Καθιμήσαν, ὅπως ἰδίῳ θανάτῳ πνιγεὶς ἀποθάνῃ.] Ita Samb. Vat. Hen. & Bas. καθιμήσαντες in Editis Aliisque.

o Περὶ τοῦ αὐχένος] Verus, *usque ad guttur in luto depositus*. Lege, περὶ τοῦ αὐχένος ὑπὸ τοῦ πηλοῦ περισχεθείς. COCC.

p Ὑπὸ τοῦ πλήθους περισχεθεὶς,] [illegible] recte se habeat locus, βορβόρου subintelligendum. Forsan πηλοῦ ante πλήθους exciderit. Juxta *Epiphanium* legendum, ὑπὸ τοῦ πηλοῦ περιέχ.

q Πρὸς τὴν τοῦ προφήτου] Πρὸς τὴν τοῦ πρ. σωτηρίαν Big. Samb. & Gall. 1. 2.

r Ἀλλ' ὡς δὴ μέγα] Ita in Editis & Vet. Interpr. ἀλλ' ὡς τί δὴ κακὸν εἰργασμένον in plerisque MSS.

s Ἐπιστρατεύσειν] In nonnullis ἐπιστρατεύσεσθαι.

t Ὑμᾶς;] Illud ὑμᾶς ex MSS.

v Εὐλαβοῦμαι] Δέδια δὲ νῦν γε Vat. εὐλαβοῦμαι δὲ νῦν τὴν Big. & Samb.

x Θαρρήσας] Ita cum Samb. & Vat. θαρρήσας τε τῇ in Editis Aliisque.

y Δι' αὐτοῦ προφητεύειν] Sic cum MSS. (Cocc. & Epiph. qui per se vertit) δι' αὐτοῦ in Editis.

z Μήτε τὸν ναὸν] Hic cum Editis consentit Vet. Interpr. μήτε τὸν ναόν. ἐμπρησθῆναι· αὐτὸν γὰρ αὐτοῦ τούτων in MSS.

* Ni pareat, *civibus fore horum malorum causam*,] Μὴ πειθόμενον aut simile quid post αὐτὸν γὰρ subintelligendum vel reponendum censeo: eoque magis quòd *Epiphanius* vertat, *quod si non fieret, ipse malorum auctor* &c.

a Αὐτὸν, ἔφη,] Αὐτὸς Big. Samb. & Vat.

b Ὁμοφύλων] Ita cum MSS. & Vet. Interpr. τῶν φίλων in Editis.

c Κολασθῇ.] Φονευθῇ Vat. Hen. & Bas.

† Civitatem *dederet*,] Ita etiam *Epiphanius*: adeo ut forsan παραδοῦναι τὴν πόλιν legerit.

d Μηδενὶ τῶν πολιτῶν] Πρὸς μηδένα τῶν πολιτῶν ἐξενεγκεῖν τὰ δόξαντα αὐτοῖς in MSS.

cognito quod à rege fuerit accersitus percontarentur quidnam accitus ad eum dixerit, hujusmodi quid indicaret: sed ea ad illos simulatione uti, ac si precibus contenderit, ut vinclis & custodia liberaretur. Itaque retulit eis prorsus eodem modo, quo jusserat rex. nam cum vatem adiissent eum interrogabant, quidnam de illis ipsis consultatum venerit ad regem? Et hæc quidem *de istis* ita dicta sunt.

Proceres, Hieremiam adeuntes, percontantur quid regi dixerit. Jer. c. 38.

λοὶ μηδὲ τοῖς ἡγεμόσιν, εἰ μαθόντες αὐτὸν ὑπ' αὐτοῦ μεταπεμπτὸν γεγονέναι πυνθάνονται τί κληθεὶς εἴποι πρὸς αὐτὸν, φράζειν τι τούτων· ἀλλὰ ἱκετεύσαι πρὸς αὐτὸν, ὅτι δεηθείη μὴ ἐν δεσμοῖς τυγχάνειν καὶ φυλακῇ. καὶ δὴ τοῦτο πρὸς αὐτοὺς ἔλεγεν. ἐπυνθάνοντο γὰρ ἐλθόντες πρὸς τὸν προφήτην, τί περὶ αὐτῶν ἀφίκοιτο πρὸς τὸν βασιλέα [e] συμβουλευσόμενος; καὶ ταῦτα μὲν οὕτως ἐλέχθη.

XI.

CAP. VIII.

Quomodo Babylonius Hierosolyma expugnabat; temploque incenso Hierosolymitanos & Sedeciam Babylonem transtulit: quique tempore regum summum Pontificatum gesserunt.

ΚΕΦ. η'.

Ὡς ὁ Βαβυλώνιος εἷλε τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ τὸν ναὸν ἐμπρήσας, τὸν τῶν Ἱεροσολυμιτῶν δῆμον καὶ Σεδεκίαν μετῴκισεν εἰς Βαβυλῶνα· καὶ τίνες ἦσαν οἱ τὴν ἀρχιερωσύνην καταδέξαντες ἐπὶ τοῖς βασιλεῦσιν.

Hierosolyma oppugnat Nabuchodonosorus. 4 Regum, c. 25. & Jer. c. 39. & c. 52.

Hierosolymitani in obsidione nihil intentatum relinquunt.

At Babylonius *interim* totis viribus & alacriter *admodum* Hierosolyma oppugnabat: cumque turres multa terra aggesta exstruxisset, ex illis pugnantes è mœnibus repellebat. multos quoque per totum circuitum aggeres excitabat, qui altitudine *sua* muros æquarent. Verum & propugnatores fortiter & alacriter obsidionem ferebant. neque enim fami neque pestilentiæ succumbebant, sed quamvis intus malis istis exagitati erant, animos ad dura belli confirmabant, ne machinamentis quidem ab hostibus inventis & mœnibus admotis perterriti; sed & alias omnibus quas illi intendebant objiciendas machinas excogitantes: adeo ut Babyloniis cum Hierosolymitis plane solertiæ & *rei militaris* scientiæ certamen fuerit; dum illi quidem, si hisce plus valerent, urbem se expugnaturos esse crederent, hi vero in eo salutis spem reponerent, ut novis ex adverso comminiscendis non defatigarentur fatiscerentve, quibus irrita fierent hostium machinamenta. Atque ista tolerarunt per menses XVIII. donec aut peste *plerique* consumpti essent, aut telis perempti, quæ hostes è turribus in eos conjecerint.

Τῆς δὲ πολιορκίας τῶν Ἱεροσολύμων ὁ Βαβυλώνιος ἐντεταμένως σφόδρα [f] καὶ προθύμως εἴχετο· [g] πύργους τε μεγάλους οἰκοδομήσας χωμάτων, ἀπ' αὐτῶν ἀνεῖργε τοὺς τοῖς τείχεσιν ἐφεστῶτας. καὶ πολλὰ περὶ τὸν κύκλον ὅλον ἤγειρε χώματα, τοῖς τείχεσι τὸ ὕψος ἴσα. [h] καρτερῶς δὲ καὶ προθύμως ἔφερον οἱ ἔνδον τὴν πολιορκίαν. ἔκαμνον γὰρ οὔτε πρὸς τὸν λιμὸν, οὔτε πρὸς τὴν νόσον τὴν λοιμικὴν, ἀλλὰ, καίπερ ἔνδον ὑπὸ τούτων ἐλαυνόμενοι τῶν παθῶν, τὰς ψυχὰς ἔρρωντο πρὸς τὸν πόλεμον, μήτε πρὸς τὰς ἐπινοίας τῶν ἐχθρῶν καὶ τὰ μηχανήματα καταπεπληγμένοι, ἀλλ' ἀντιμηχανήματα [i] πρὸς πάντα παρ' ἐκείνων ἀντεπινοοῦντες· ὡς εἶναι τὸν ὅλον ἀγῶνα καὶ τοῖς Βαβυλωνίοις καὶ τοῖς Ἱεροσολυμίταις τῆς ὀξύτητος καὶ συνέσεως, τῶν μὲν πλέον ἐν ταύτῃ δυνηθῆναι [k] τὴν ἀναίρεσιν οἰομένων εἶναι τῆς πόλεως, τῶν δὲ τὴν σωτηρίαν [l] οὐκ ἐν ἄλλῳ τιθεμένων, ἢ ἐν τῷ μὴ καμεῖν [m] μηδ' ἀπειπεῖν [n] ἀντιφιλοτεχνοῦντας, οἷς μάταια τὰ τῶν ἐχθρῶν [o] ἀπελεγχθήσεται μηχανήματα. καὶ τοῦτ' ὑπέμειναν, ἐπὶ μῆνας ὀκτωκαίδεκα, ἕως οὗ διεφθάρησαν ὑπὸ τοῦ λιμοῦ καὶ τῶν βελῶν, ἅπερ ἀπὸ τῶν πύργων εἰς αὐτοὺς ἠκόντιζον οἱ πολέμιοι.

Hierosolymorum expugnatio. 4 Regum, c. 25. Jer. c. 39. & 52.

2. Urbs autem capta est anno undecimo regni Sedeciæ, quarti mensis die nona. Eam siquidem ceperunt Babyloniorum duces, quibus Nabuchodonosorus urbem oppugnandam mandavit: nam ille in urbe Reblatha *tum* morabatur. Ducum autem nomina, qui Hierosolyma expugnata subegerunt, si quis ea scire desiderat, ista erant; Nergelearus, Aremmantus, Semegarus, Nabosaris, Echarampsaris. Urbe autem capta circa mediam noctem, ac hostium ducibus in templum ingressis, Sedecias rex, ubi hoc sensit, assumptis uxoribus & liberis & ducibus & amicis, cum illis fugam ex urbe capessit * per fauces angustas munitasque in desertum. Cum autem quidam è transfugis hoc

β'. Ἡρέθη δ' ἡ πόλις, ἑνδεκάτῳ ἔτει τῆς Σεδεκίου βασιλείας, τοῦ τετάρτου μηνὸς τῇ [p] ἐνάτῃ ἡμέρᾳ. [q] εἷλον γοῦν οἱ ἡγεμόνες τῶν Βαβυλωνίων, οἷς ἐπίστευσε τὴν πολιορκίαν ὁ Ναβουχοδονόσορος· αὐτὸς γὰρ ἐν [r] Ῥεβλαθᾷ διέτριβε πόλει. τὰ δὲ τῶν ἡγεμόνων ὀνόματα, [s] εἴ τις ἐπιζητήσειε γνῶναι, οἵτινες τὰ Ἱεροσόλυμα πορθήσαντες ὑπέταξαν, [t] ταῦτα ἦν· [v] Νηργελέαρος, [x] Ἀρέμμαντος, [y] Σεμέγαρος, Ναβωσάρης, [z] Ἐχαράμψαρις. ἁλούσης δὲ τῆς πόλεως περὶ μέσην νύκτα, καὶ τῶν ἡγεμόνων τῶν πολεμίων εἰσελθόντων εἰς τὸ ἱερὸν, γνοὺς [a] ὁ Σεδεκίας ὁ βασιλεὺς, παραλαβὼν τὰς γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα καὶ τοὺς ἡγεμόνας καὶ τοὺς φίλους, φεύγει μετ' αὐτῶν ἐκ τῆς πόλεως διὰ τῆς καρτερᾶς φάραγγος καὶ διὰ τῆς ἐρήμου. φραστο-

[e] Συμβουλευσόμενος] Ita *Vat.* (& *Cocceius*) συνετέλεσεν. ταῦτα in cæteris. ταῦτα μὲν οὕτως ἐπράχθη legisse videtur *Epiphan.* qui vertit, *Hæc quidem ita gesta sunt.*

[f] Καὶ προθύμως εἴχετο.] Illa καὶ προθύμως omittunt *Hen.* & *Bas.* nec in suo codice habuisse videtur *Epiphan.*

[g] Πύργους τε μεγάλους] Πύργους τε γὰρ *Big. Samb.* & *Vat.*

[h] Καρτερῶς δὲ] Καρτερῶς τε *Vat.* καρτερῶς ἀντεῖχον *Hen.* & *Bas.* καρτερῶς καὶ προθύμως ἀντεῖχον legisse videtur *Epiphan.* qui vertit: *fortiter & promptissime resistebant.*

[i] Πρὸς πάντα παρ' ἐκείνων] Illa πρὸς πάντα è *Codd. MSS.* & *Vet. Interpr.*

[k] Τὴν ἀναίρεσιν οἰομένων] Τὴν αἵρεσιν *Vat.*

[l] Οὐκ ἐν ἄλλῳ τιθεμένων,] Οὐκ ἐν ἄλλῳ τινὶ *Vat.*

[m] Μηδ' ἀπειπεῖν] Illa μηδ' ἀπειπεῖν ex *MSS.* & *Vet. Interpr.*

[n] Ἀντεπιδειξαμένους,] Ἀντεκδεξαμένους *Vat.*

[o] Ἀπελεγχθήσεται μηχανήματα.] Ἀπελεγχθήσεται *Vat.*

[p] Ἐνάτῃ ἡμέρᾳ.] Ita etiam in omnibus *Epiphanii* libris, & in *S. Literis*, *4 Regum*, c. 25. v. 2. & *Jer.* c. 39. v. 1. & c. 52. v. 6. ἐνδεκάτῃ *Big.* & *Samb.*

[q] Εἷλον γοῦν] Ita *MSS.* εἷλον δ' οὖν in *Editis.*

[r] Ῥεβλαθᾷ] Ἀρβαθᾷ *Samb.* & *Gall.* 2. Ἀρμαθᾷ *Big. Vat.* & *Gall.* 1. in *Epiphanii* libris *Rabbatha* & *Rabatha.* Videsis *Cellarium* in *Geogr. Antiq.* l. 3. c. 12. p. 382.

[s] Εἴ τις ἐπιζητήσειε] Εἴτις γε *Vat.*

[t] Ταῦτα ἦν·] Illa ταῦτα ἦν adjecta esse volui è *Cod. Vat.* & *Vet. Interpr.* Verum nomina quæ sequuntur corrupta admodum sunt tam in *Codd. Lat.* quam *Gr.* nec minus vitiosa in LXXII. *Jer.* c. 39. v. 13. aut c. 49. v. 3. facta ex istis in *Verit. Hebr.* sc. *Nergal-Sarezer*, *Samgar-Nebo*, *Sarsechim*, *Rabsaris*, *NergalSarezer*, *Rab-mag.* Videsis notas ad LXXII. *Editionis Franequeranæ* per Cl. *Lamb. Bos.* p. 977.

[v] Νηργελέαρος,] Ἡ Ῥαλαλίαρος *Samb.* Ῥαγλάραρος Ῥαλαλίαρος *Big.* Ῥεγλάραρος *Vat.* Ῥεγλάραρος Ῥελίαρος *Gall.* 2. HUDS. Nomina Ducum Babyloniorum, à quibus expugnata Hierosolyma, *apud Rufinum* Hergella, Serare Matusa, Magones, Nabuzardan, Saris. SPANH.

[x] Ἀρέμμαντος,] Ita in *Græcis* omnibus, aut Ἀρίμαντος.

[y] Σεμέγαρος,] Pro Ἐμέγαρος *Editorum* placuit Σεμέγαρος rescribere ex *MSS.*

[z] Ἐχαράμψαρις.] Ἀχαράμψαρις *Gall.* 2. In *Epiphanii* libris ita fere leguntur, *Nergella*, *Serrarem*, *Matuse*, *Meganis*, *Nabuzardan*, *Saris.*

[a] Ὁ Σεδεκίας] Articulum ὁ omittunt *Vat. Hen.* & *Bas.*

* *Per fauces angustas munitasque in desertum.*] *Per viam portæ muro utrinque septam*, juxta *Verit. Hebr.*

b Καί·

αὐτομόλων δὲ τούτου τινῶν αὐτομόλων τοῖς Βαβυλωνίοις, ὑπὸ τὸν ὄρθρον ὥρμησαν διώκειν αὐτόν· καταλαβόντες δὲ οὐκ ἄπωθεν Ἱεριχοῦντος, [b] ἐκύκλωσαν αὐτόν. οἱ δὲ φίλοι καὶ οἱ ἡγεμόνες οἱ συμφυγόντες τῷ Σεδεκίᾳ, ἐπεὶ τοὺς πολεμίους ἐγγὺς ὄντας εἶδον, καταλιπόντες αὐτὸν διεσπάρησαν, ἄλλος ἀλλαχόσε, καὶ σώζειν ἑαυτὸν ἕκαστος ἔγνω. περιληφθέντα δὲ αὐτὸν σὺν ὀλίγοις, [c] ζωγρήσαντες οἱ πολέμιοι μετὰ τῶν τέκνων καὶ τῶν γυναικῶν, ἦγον πρὸς τὸν βασιλέα. παραγενόμενον δ' αὐτὸν ὁ Ναβουχοδονόσορος ἀσεβῆ καὶ παράσπονδον ἀποκαλεῖν ἤρξατο, καὶ [d] ἀμνήμονα [e] τῶν πρόσθεν λόγων ὡς ἐποιήσατο, σώζειν αὐτῷ τὴν χώραν [f] ὑποσχόμενος. ὠνείδιζε [g] δὲ καὶ ἀχαριστίαν, παρ' αὐτοῦ μὲν λαβόντα τὴν βασιλείαν, [h] Ἰωαχίμου γὰρ αὐτὴν ἦν ἀφελόμενος ἐκείνῳ δοῦναι, [i] χρησάμενον δὲ τῇ δυνάμει κατὰ τοῦ παρασχόντος. ἀλλὰ μέγας, εἶπεν, ὁ Θεός, ὃς μισήσας σου τὸν τρόπον, ὑποχείριον ἡμῖν ἔθηκε. χρησάμενος δὲ τούτοις πρὸς Σεδεκίαν τοῖς λόγοις, τοὺς υἱοὺς ἐκέλευσε [k] παραχρῆμα καὶ τοὺς φίλους θῦσαι, [l] αὐτοῦ τε Σεδεκίου καὶ τῶν ἄλλων αἰχμαλώτων βλεπόντων. ἔπειτα τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκόψας τοῦ Σεδεκίου, δήσας ἤγαγεν εἰς Βαβυλῶνα. καὶ ταῦτα αὐτῷ συνέβη, [m] ἃ [n] Ἱερεμίας τε καὶ Ἰεζεκιῆλος προεφητεύσαν αὐτῷ· ὅτι συλληφθεὶς ἀχθήσεται πρὸς τὸν Βαβυλώνιον, καὶ λαλήσει αὐτῷ κατὰ στόμα, καὶ ὄψεται τοῖς ὀφθαλμοῖς τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ. καὶ ταῦτα μὲν Ἱερεμίας εἶπε· τυφλωθεὶς δὲ καὶ ἀχθεὶς εἰς Βαβυλῶνα, ταύτην οὐκ εἶδε καθὼς Ἰεζεκιῆλος [o] προεῖπε.

γʹ. Ταῦτα μὲν οὖν, ἱκανῶς ἐμφανίσαι δυνάμενα τὴν τοῦ Θεοῦ [p] φύσιν τοῖς ἀγνοοῦσιν, εἰρήκαμεν, ὅτι ποικίλη τέ ἐστι καὶ πολύτροπος, καὶ πάντα καθ' ὥραν [q] ἀπαντᾷ πεπηγμένως, ἅ τε δεῖ γενέσθαι [r] προλέγει· τήν τε τῶν ἀνθρώπων ἄγνοιαν καὶ ἀπιστίαν, ὑφ' ἧς οὐδὲν [s] προϊδεῖν ἐάθησαν τῶν ἀποβησομένων, ἀφύλακτοι δὲ ταῖς συμφοραῖς παρεδόθησαν, ὡς ἀμήχανον αὐτοῖς εἶναι [t] τὴν ἐξ αὐτῶν πεῖραν διαφυγεῖν.

δʹ. Οἱ μὲν οὖν ἐκ τοῦ Δαυίδου γένους βασιλεύσαντες οὕτως κατέστρεψαν τὸν βίον, [v] εἴκοσι μὲν καὶ εἷς γενόμενοι μέχρι τοῦ τελευταίου βασιλέως, ἔτη δὲ πάντες βασιλεύσαντες πεντακόσια καὶ δεκατέσσαρα καὶ μῆνας ἓξ [x] καὶ ἡμέρας δέκα· ἐξ ὧν εἴκοσι τὴν ἀρχὴν κατέσχεν ὁ πρῶτος αὐτῶν βασιλεὺς Σάουλος, οὐκ ἐκ τῆς αὐτῆς φυλῆς ὑπάρχων.

εʹ. Ὁ δὲ Βαβυλώνιος πέμπει τὸν αὐτοῦ στρατηγὸν [y] Ναβουζαρδάνην εἰς Ἱεροσόλυμα, συλήσοντα τὸν ναόν· προστάξας ἅμα καὶ καταπρῆσαι αὐτόν τε καὶ τὰ βασίλεια, τήν τε πόλιν εἰς ἔδαφος καθελεῖν, καὶ τὸν λαὸν εἰς τὴν Βαβυλωνίαν μεταστῆσαι. ὃς, γενόμενος ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις [z] ἑνδεκάτῳ ἔτει τῆς Σεδεκίου βασιλείας, συλᾷ τε τὸν ναόν, καὶ βαστάζει τὰ σκεύη τοῦ Θεοῦ χρυσᾶ τε καὶ ἀργυρᾶ, καὶ δὴ καὶ τὸν μέγαν λουτῆρα, ὃν Σολομὼν ἀνέθηκεν· ἔτι γε μὴν τοὺς στύλους τοὺς χαλκοῦς, καὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν,

Babyloniis indicassent, *illi* diluculo ad eum persequendum exierunt; assequutique non procul ab Hierichunte, cum circumvenerunt. amici vero & duces, qui Sedeciæ fugæ se comites dederant, cum hostium in conspectum venissent, ipso relicto alius aliò dilapsi sunt, & suæ quisque saluti consuluerunt. Ipsum vero, cum paucis relictum, ubi vivum ceperant hostes, una cum liberis & uxoribus ad regem perduxerunt. Postquam ad eum venerat, Nabuchodonosorus nequam & fœdifragum appellare cœpit, & verborum quæ antea fecerat immemorem, ut qui regionem sibi conservare promiserat. Quin & ingrati animi vitium ei exprobavit; quod regnum suo beneficio adeptus (illud enim Joachimo ereptum ei dederat) vires suas in largitorem converterit. Sed magnus, inquit, est Deus, qui, mores tuos aversatus, te nobis in manus tradidit. Cum autem his verbis Sedeciam increpuisset, jussit filios ejus & amicos è vestigio mactari in conspectu ipsius Sedeciæ aliorumque captivorum. Dein cum Sedeciam luminibus privasset, catenis vinctum Babylonem usque duxit. Atque ista ei acciderunt, quæ ab Hieremia & Iezecielo erant ipsi prædicta; quòd captus ad Babylonium adduceretur, & præsens præsentem ore alloqueretur, & oculis *suis* oculos ejus videbit. ista quidem etiam Hieremias loquutus est: occæcatus vero & Babylonem perductus eam non vidit, sicuti Iezecielus prædixit.

Sedeciam increpat Nabuchodonosorus.

Sedeciam excæcatum catenisque vinctum secum Babylonem ducit Nabuchodonosorus. 4 Regum, c. 25.

3. Et hæc quidem narravimus, ut Dei natura satis explorata sit *rerum divinarum* imperitis; quod *scilicet* varia est & multimoda, & omnia statis temporibus & ordine servato eveniunt, eáque prædicit quæ eventura sunt: utque hominum inscitia & incredulitas perspectæ habeantur, quibus præpediti sunt quo minus causas futuras prospiciant, sed ex improviso in calamitates incidunt, nulla data ex earum periculo evadendi via.

Hieremiæ & Jezecielis complentur vaticinia. Jer. c. 32. & c. 34. & Ezech. c. 12.

4. Atque ita sane Davidici generis reges vitam finiverunt: numero quidem unus & viginti, *à primo* ad regem ultimum usque; regnarunt autem universi annos quingentos & quatuordecim, menses sex, & dies decem: ex quibus Saulus, rex illorum primus, principatum tenuit annos viginti, cum tamen ex eadem *cum cæteris* tribu non fuerit.

Quot & quamdiu reges Hierosolymis regnarint.

5. Porro Babylonius copiarum præfectum Nabuzardanem mittit Hierosolyma, ut templum *ornamentis suis* spoliaret: mandavitque, ut illi ignem subjiceret regiæque, ac *præterea* urbem solo æquaret, & populum transferret in Babyloniam. Qui, cum Hierosolyma venisset anno regni Sedeciæ undecimo, & templum diripit, & vasa Dei aurea argenteaque exportat, & labrum quoque magnum à Solomone dedicatum; ut & columnas æreas cum suis capitulis, & mensas aureas atque candelabra. His

b Ἐκύκλωσαν αὐτόν.] Ἐκυκλώσαντο Big. Samb. Hen. & Busb.

c Ζωγρήσαντες οἱ πολέμιοι μετὰ τῶν τέκνων] Ζωγρῆσαι Plato IX. de Legib. p. 868. B. SPANH.

d Ἀμνήμονα] Ἀγνώμονα in MSS. Sane paulo aliter quam in Græcis nostris legisse videtur *Epiphan.* qui vertit *impium & infelicem vocare cœpit, & jurisjurandi immemorem, quòd præbuerat ut ei provinciam custodiret.*

e Τῶν πρόσθεν λόγων] Forte περὶ τῶν λόγων. COCC.

f Ὑποσχόμενος.] Ὑποσχόμενον Big. Samb. & Gall. 1.

g Δὲ καὶ ἀχαριστίαν,] Illud δὲ ex MSS.

h Ἰωαχίμου] Ἰεχονίου Vat.

i Χρησάμενον] Χρησάμενον Big. Samb. Gall. 2. & Vat.

k Παραχρῆμα] Malè infra distinguitur in Gen. παρὰ χρῆμα lib. XI. c. 6. §. 11. παραχρῆμα unâ voce & ita Demosth. initio Olynth. 1. aliique. SPANH.

l Αὐτοῦ τε Σεδεκίου] Ὁρῶντος αὐτοῦ τε Σαχχίου καὶ τῶν Big. Samb. Hen. & Busb. ὁρῶντος αὐτοῦ τοῦ Σεδ. Vat. ὁρῶντος Σαχχίου καὶ τῶν Gall. 1.

m Ἃ Ἱερεμίας τε καὶ Ἰεζεκιῆλος προεφητεύσαν αὐτῷ· ὅτι συλληφθεὶς ἀχθήσεται πρὸς τὸν Βαβυλώνιον,] Conf. supr. c. 10. §. 2. SPANH.

n Ἱερεμίας τε καὶ Ἰεζεκιῆλος προεφήτευσεν αὐτῷ· ὅτι συλληφθεὶς ἀχθήσεται) πρὸς τὸν Βαβυλώνιον,] Ita MSS. & Vet. Interpr. οἱ προφῆται) προεφήτευσαν in Editis. Verba *Hieremiæ* exstant *cap.* 32. v. 4. *Babyloniæ regi in manum dabitur, eumque præsens præsentem & ore alloquetur & oculis aspiciet.* & *cap.* 32. v. 4. *captus ei traderis, & oculis istis Babyloniæ regis oculos videbis, & ille te ore suo alloquetur, ibisque Babylonem.* ista vero *Jezecielis* occurrunt *cap.* 12. v. 13. *eum Babylonem in Chaldæam terram perducam, quam atque videbit, & ibi morietur.*

o Προεῖπε.] Εἶπε Vat.

p Φύσιν τοῖς ἀγνοοῦσιν,] Alii distinguunt post φύσιν, & non post ἀγνοοῦσιν.

q Ἀπαντᾷ] Forte ποιεῖ ἀπαντᾶν. COCC.

r Προλέγει] Προλέγων Big. Samb. & Vat.

s Προϊδεῖν ἐάθησαν] Sic MSS. προϊδεῖν εἰάθησαν in Editis.

t Τὴν ἐξ αὐτῶν] Forte τὴν αὐτῶν. COCC.

v Εἴκοσι μὲν καὶ εἷς γενόμενοι μέχρι τοῦ τελευταίου βασιλέως, ἔτη δὲ πάντες βασιλεύσαντες πεντακόσια καὶ δεκατέσσαρα καὶ μῆνας ἓξ καὶ ἡμέρας δέκα·] A Rege Saulo ad exitium Sedeciæ anni DXIV. *Rufin.* annis nongentis & quatuordecim. SPANH.

x Καὶ ἡμέρας δέκα·] Ἡμέρας ιʹ. Vat. Hen. Busb. & Zonar.

y Ναβουζαρδάνην] Nabuzardan *Rufin.* SPANH.

z Ἑνδεκάτῳ ἔτει] Ἐν δωδεκάτῳ ἔτει τῆς Σεδεκίου βασιλείας calamitatem illam accidisse dicit *Clemens Alexandrinus* in *Stromatum* lib. 1. p. 329. rectius, (ut inquit *Usserius* in *Chronol. S.* p. 26.) quam *Josephus.*

Templi direptio & conflagratio. 4 Regum, c. 25. Jer. 52.

His itaque sublatis, templum incendit mense quinto, die primo, anno regni Sedeciæ undecimo, regni vero Nabuchodonosori XVIII. deinde & regiam igni cremavit, & urbem evertit. Incensum autem est templum anno quadringentesimo septuagesimo, mense sexto, die decimo, postquam conditum fuerat: à populi vero ex Ægypto migratione, anni tunc mille effluxerant & sexaginta duo, menses sex, & dies decem. Tempus autem omne, quod à diluvio usque ad templi devastationem intercessit, annorum erat mille nongentorum quinquaginta septem, mensium sex, *&* dierum decem: ab Adamo vero condito usque ad ea quæ templo acciderant, anni *elapsi* sunt ter mille quingenti tredecim, menses sex, *&* dies decem. Et quidem tantus erat horum annorum numerus: quæcunque vero acta fuerint, prout singula evenerant, explicavimus. Porro militiæ regis Babyloniorum præfectus, cum Hierosolyma à fundamentis diruisset, & populum transtulisset, captivos fecit Sarcam summum pontificem, & Sophoniam secundarium pontificem, & duces templi custodes (isti autem tres erant) & eunuchum militibus præfectum, & septem de Sedeciæ amicis, ejusque scribam, & alios duces sexaginta: quos omnes una cum vasis *è templo* direptis ad regem deportavit in Reblatham Syriæ urbem. Atque illic rex pontifici & ducibus capita amputari jussit: captivos vero *reliquos* omnes & in istis Sedeciam ipse Babylonem duxit. Quin & vinctum secum deduxit Josadochum summum pontificem, filium Sareæ summi pontificis, quem ad Reblatham Syriæ urbem Babylonius occidit, ut jam ante memoravimus.

τάς τε χρυσᾶς τραπέζας καὶ τὰς λυχνίας. βαστάσας δὴ ταῦτα, ἀνῆψε τὸν ναὸν μηνὶ πέμπτῳ, [a] τῇ νουμηνίᾳ, ἑνδεκάτῳ ἔτει τῆς Σεδεκίου βασιλείας, ὀκτωκαιδεκάτῳ δὲ τῆς Ναβουχοδονοσόρου. ἐνέπρησε δὲ καὶ τὰ βασίλεια, καὶ τὴν πόλιν [b] κατέστρεψεν. ἐνεπρήσθη δὲ ὁ ναὸς [c] μετὰ τετρακόσια ἔτη καὶ ἑβδομήκοντα, καὶ μῆνας ἕξ, καὶ δέκα ἡμέρας, ἀφ' οὗ κατεσκευάσθη· τῇ δ' ἐξ Αἰγύπτου μετανάστει τοῦ λαοῦ τότε ἦν ἔτη χίλια ἑξηκονταδύο, μῆνες ἕξ, ἡμέραι δέκα. τῷ δὲ κατακλυσμῷ μέχρι τῆς τοῦ ναοῦ πορθήσεως, χρόνος ἦν ὁ πᾶς ἐτῶν [d] χιλίων ἐνακοσίων πεντήκοντα ἑπτὰ, [e] μηνῶν ἕξ, ἡμερῶν δέκα· ἐξ οὗ δὲ ἐγεννήθη Ἀδάμος μέχρι τῶν περὶ τὸν ναὸν συμβάντων, ἔτη ἐστὶ [f] τρισχίλια πεντακόσια δεκατρία, μῆνες ἕξ, ἡμέραι δέκα. τοσοῦτον μὲν οὖν τὸ τούτων τῶν ἐτῶν πλῆθος· ὅσα δὲ ἐπράχθη, καθ' ἕκαστον τῶν συμβεβηκότων δεδηλώκαμεν. ὁ δὲ στρατηγὸς τοῦ [g] Βαβυλωνίων βασιλέως, κατασκάψας τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ τὸν λαὸν μεταναστήσας, ἔλαβεν αἰχμαλώτους, τὸν ἀρχιερέα [h] Σαρέαν, καὶ τὸν [i] μετ' αὐτὸν ἱερέα [k] Σοφονίαν, καὶ τοὺς φυλάσσοντας τὸ ἱερὸν ἡγεμόνας, τρεῖς δὲ ἦσαν οὗτοι, καὶ τὸν ἐπὶ [l] τῶν [m] ὁπλιτῶν εὐνοῦχον, καὶ τοὺς φίλους τοῦ Σεδεκίου ἑπτὰ, καὶ τὸν γραμματέα αὐτοῦ, καὶ ἄλλους ἡγεμόνας ἑξήκοντα· οὓς ἅπαντας, μεθ' ὧν ἐσύλησε σκευῶν, ἐκόμισε πρὸς τὸν βασιλέα εἰς [n] Ῥεβλαθὰν πόλιν τῆς Συρίας. ὁ δὲ βασιλεὺς, τοῦ μὲν ἀρχιερέως καὶ τῶν ἡγεμόνων ἐκέλευσεν ἐκεῖ τὰς κεφαλὰς ἀποτεμεῖν· αὐτὸς δὲ πάντας τοὺς αἰχμαλώτους καὶ τὸν Σεδεκίαν ἤγαγεν εἰς Βαβυλῶνα. δέσμιον δ' [o] ἐπήγετο καὶ [p] Ἰωσάδακον τὸν ἀρχιερέα, ὄντα υἱὸν Σαρέα τοῦ ἀρχιερέως, ὃν ἀπέκτεινεν ὁ Βαβυλώνιος ἐν [q] Ῥεβλαθᾷ πόλει τῆς Συρίας, ὡς καὶ πρότερον ἡμῖν δεδήλωται.

6. Quum vero genus regum recensuimus, & quinam fuerint indicavimus, quotque annos vixerint regnarintque, necessarium etiam visum est dicere, quibus nominibus summi pontifices appellabantur, quique sub regibus pontificatum obierunt. Et quidem primus omnium in templo, à Solomone exstructo, pontifex erat Sadocus: ei vero in honorem filius ejus Achimas successit, & post Achiman Azarias: hunc autem Joramus, Joramum vero Isus, eumque Axioramus excepit: huic autem proximus Phideas, & Phideæ Soudeas, Sou-

Series summorum pontificum à templi conditu usque ad ejus conflagrationem.

ϛʹ. Ἐπεὶ δὲ τὸ γένος διεξήλθομεν τὸ τῶν βασιλέων, καὶ τίνες ἦσαν δεδηλώκαμεν καὶ τοὺς χρόνους αὐτῶν, ἀναγκαῖον ἡγησάμην καὶ τῶν ἀρχιερέων εἰπεῖν τὰ ὀνόματα, καὶ τίνες ἦσαν οἱ τὴν ἀρχιερωσύνην [r] καταδείξαντες ἐπὶ τοῖς βασιλεῦσι. πρῶτος μὲν οὖν [s] Σάδωκος ὁ ἀρχιερεὺς ἐγένετο τοῦ ναοῦ, ὃν Σολομὼν ᾠκοδόμησε. μετ' αὐτὸν δ' ὁ υἱὸς Ἀχιμᾶς διαδέχεται τὴν τιμὴν, [t] καὶ μετὰ Ἀχιμᾶν [v] Ἀζαρίας. τούτου δὲ [x] Ἰώραμος, τοῦ δὲ Ἰωράμου [y] Ἰὸς, μετ' αὐτὸν [z] δὲ [a] Ἀξιώραμος. τούτου δὲ Φιδέας, τοῦ δὲ Φιδέα [b] Σουδέας, τοῦ δὲ Σουδέα [c] Ἰούηλος, τοῦ δὲ Ἰουήλου Ἰώθαμος,

a Τῇ νουμηνίᾳ,] Juxta *Chronic. Alex.* p. 135. *mense quinto, die nono, anno decimo nono Nebuchodonosori*, prout in *S. Literis*. Hinc *Bernardus* (ut puto) in ora libri sui rescribi jubet, vel ἐνάτῃ ex *Mischnis*, vel δεκάτῃ ex *Jerem.* c. LII. v. 12. Verum *S. Petitus* in *Animadvers.* ἑνδεκάτῃ (ex ἀδαρ. l. 7. c. 16.) *Josephum* reliquisse conjicit, τῇ ι. λώου μην. ια'. ἔτει τοῦ Σεδ. unde, scribarum incuria litera λ in ν mutata, postea formata fuerit vox νουμηνίας.

b Κατέστρεψεν.] Κατέσκαψεν *Vat. Hen.* & *Bodl.*

c Μετὰ τετρακόσια ἔτη καὶ ἑβδομήκοντα,] Juxta quosdam *Epiphanii* libros μετὰ τριακόσια. dein καὶ μῆνας ϛʹ. καὶ δέκα ἡμέρας rescribit *Petitus*. & mox infra v. 8. μῆνες ϛʹ. ἡμέραι δέκα. HUDS. *Rufin.* CCCLXX. SPANH.

d Χιλίων ἐνακοσίων] Ita in omnibus *MSS.* tam *Græcis* quam *Latinis* & *Zonara*. χιλίων ἐνακοσίων πεντήκοντα, μηνῶν ἕξ, ἡμερῶν δέκα in *Editis*. *Schotanus* (in *Bibl. Hist. S.* tom. 2. p. 1002.) legi jubet, χιλίων ἐνακοσίων πεντήκοντα ἑπτά. Videsis *Hottingerum* in *Hist. Sacr.* p. 347. HUDS. Mira confusio in Chronologicis, nec sibi ipse constat, si alios locos conferas. Post πεντήκοντα quidam codices habent ἑπτά. Quum adeo corrupti sint codices Josephi, quis speret se certam rationem in constituendis temporibus apud Josephum assecuturum? REL.

e Μηνῶν ἕξ,] Illa μηνῶν ἕξ, ἡμερῶν δέκα delet *Petitus*. & mox sexta hinc linea seq. scribit μῆνες ϛʹ. ἡμέραι δέκα.

f Τρισχίλια] Τετρακισχίλια *Samb.* & *Gall.* 2. τετρακισχίλια πεντακόσια *Big.* probante *Is. Vossio* in *Chronol. S.* p. 129. & *Jo. Pearsonio* in Epist. ad *Dodwellum*.

g Βαβυλωνίων βασιλέως] Τῶν ante Βαβυλωνίων delevimus, quod desideretur in *MSS.*

h Σαρέαν,] Σίβαιον *Big.* & *Samb.* Σαρίαν *Vat.* quomodo *Samb.* & *Big.* mox infr. h. §. Σεβαῖον in *aliquibus MSS.* Σαραίαν in *S. Literis*, 4 *Regum*, c. 25. v. 18.

i Μετ' αὐτὸν ἱερέα] Ita *Big.* & *Samb.* μετ' αὐτὸν in *cæteris*.

k Σοφονίαν,] Sic *Vat.* & *S. Litera*. Σιφονίαν in *Editis Aliisque*. In *Epiphanii* libris *Josedech* dicitur.

l Ἐπὶ τῶν ὁπλιτῶν εὐνοῦχον.] Nota Eunuchum inter primos Sedeciæ Ministros. *Rufinus* (& tres Eunuchos, qui erant super armatos, ut legerit proinde: καὶ τρεῖς ἐπὶ τῶν ὁπλιτῶν εὐνούχους. SPANH.

m Ὁπλιτῶν εὐνοῦχον,] Eo modo in omnibus *MSS.* nec aliter legebat *Epiphan.* πλείστων perperam in *Editis*, forsan pro πολεμιστῶν. qua voce utuntur LXXII. *Jer.* c. 52.

n Ῥεβλαθὰν πόλιν] Σαλαμαθὰ *Samb.* & *Gall.* 1. Σαβαλαθὰ *Vat.* Σαχαβαθὰ *Gall.* 2.

o Ἐπήγετο] Sic *Big. Samb. Hen.* (*Cocc.*) & *Bodl.* ἐπάγεται in *Editis Aliisque*.

p Ἰωσάδακον] Ita *Big.* & *Samb.* Ἰωσάδοκον *cæteris*. Ἰωσέδεκον LXXII.

q Ῥεβλαθᾷ πόλει] Hic loci Ἀρβαθὰ *Samb.* Ἀρβαθὰ *Big.* & *Vat.* Ἀραμάθα *Gall.* 1. 2.

r Καταδείξαντες ἐπὶ τοῖς βασιλεῦσι.] Καταδείξαντες in omnibus *MSS.* HUDS. Forte κατασχόντες. Vetus: *qui Pontificatum Regum temporibus habuerunt.* COCC.

s Σάδωκος ὁ] Ita cum *Big.* & *Samb.* prout supra, l. 8. p. 416. v. 9. Σάδωκος in *Editis Aliisque*.

t Καὶ μετὰ Ἀχιμᾶν] Καὶ μετ' αὐτὸν *Vat.*

v Ἀζαρίας.] Ναζαρίας *Big.* & *Samb.* pro Ἀζαρίας, litera ν attracta ex voce præcedente.

x Ἰώραμος,] Quoniam post *Azariam* in *Seder Olam* sequuntur *Joahaz* & *Jehojarib*, forsan *Joramus* & *Isus* apud *Josephum* ita commutandi, ut hic illi anteponendus. Nam *Isus* non male respondebit *Joahaz*, qui contractiore pronunciatione in *Isum* forte demigravit, ut & *Jehojarib* in *Joram*. *Selden.* de *Succ. in Pontif. Ebr.*

y Ἰὸς,] Ἰοὺ *Big. Samb.* & *Gall.* 2. Ἰὸς *Bodl.* & *Hen.* Ὀσίας reponi jubet *S. Petitus*.

z Δὲ] Illud δὲ ex *MSS.*

a Ἀξιώραμος.] Τούτου δὲ Ἀρσαμώραμος *Big.* τοῦ δὲ Ἀξιωράμου *Samb.* & *Gall.* 1. 2. Verum istud *Axiorami* nomen (ut inquit *Seldenus*) satis mirum est, & valde discrepat à *Jehosaphat* in laterculo *Seder Olam*. Pro eo Ἰωσαφὰτ malit *Montacutius* in *Apparatu*, p. 219.

b Σουδέας,] Σουδαίας & mox Σουδαία *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2. Nonne & hic (inquit *Seldenus*) Σουδίας pro Ἰωδίας, Ἰωδίας, aut simili vocabulo *Jehojadam* more *Hellenistarum* denotante, irrepsit? In *Seder Olam* post *Jehoiada* & *Phadea* (quibus in *Josepho*

μος, Ιωθάμου δὲ Οὐρίας, Οὐρίου δὲ Νηρίας, τοῦ δὲ Νηρία [d] Ωδέας, τούτου δὲ [e] Σαλλοῦμος, Σαλλούμου δὲ Ελκίας, [f] Ελκία δὲ Σαρέας, τοῦ δὲ Ιωσάδακος ὁ αἰχμαλωτισθεὶς εἰς Βαβυλῶνα. οὗτοι πάντες, παῖδες παρὰ πατρὸς, διεδέξαντο τὴν ἀρχιερωσύνην.

ζ. Παραγινόμενος δὲ εἰς Βαβυλῶνα ὁ βασιλεὺς Σεδεκίαν μὲν εἶχεν, [g] ἄχρις οὗ καὶ ἐτελεύτησεν, ἐν εἱρκτῇ. θάψας δὲ αὐτὸν βασιλικῶς, τὰ σκεύη, τὰ ἐκ [h] τοῦ Ιεροσολύμων συληθέντα ναοῦ, ἀνέθηκε τοῖς ἰδίοις θεοῖς· τὸν δὲ λαὸν [i] κατῴκισεν ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ χώρᾳ, τὸν δ' ἀρχιερέα ἀπέλυσε τῶν δεσμῶν.

deæ vero Juelus, & Juelo Jothamus, & Jothamo Urias, & Uriæ Nerias, & Neriæ Odeas; hunc vero sequutus est Sallumus, & Sallumum Elcias, & Elciam Sareas, & hunc demum Josadocus, Babylonem in captivitatem ductus. Illi omnes, filii post patres, pontificatum acceperunt.

7. Rex autem Babylonem reversus Sedeciam, usquedum moreretur, in carcere conclusum tenebat. cumque ipsum magnifice sepelisset, vasa, quibus Hierosolymorum templum spoliaverat, diis dicavit suis: populum vero in Babyloniæ regione collocavit, atque pontificem è vinculis exemit. *Mors Sedeciæ.*

ΚΕΦ. θ'.

Ως Ναβουζαρδάνης τοῖς Ιουδαίοις καταλειφθεῖσι Γοδολίαν ἐπέστησεν· ὃν μετ' οὐ πολὺ Ισμαῆλος ἀπέκτεινε. καὶ ὡς Ιωάννης, φυγαδευθέντος Ισμαήλου, μετὰ τοῦ λαοῦ ἀπῆρεν εἰς Αἴγυπτον· οὓς Ναβουχοδονόσορος, στρατεύσας ἐπὶ τοὺς Αἰγυπτίους, ἔλαβεν αἰχμαλώτους καὶ ἀπήγαγεν εἰς Βαβυλῶνα.

Ο Δὲ στρατηγὸς Ναβουζαρδάνης, αἰχμαλωτίσας τὸν τῶν [k] Ιουδαίων λαὸν, τοὺς πένητας καὶ αὐτομόλους ἐκεῖ κατέλιπεν, ἀποδείξας αὐτῶν ἡγεμόνα [l] Γοδολίαν ὄνομα, [m] Αἰκάμου παῖδα τῶν εὖ γεγονότων, ἐπιεικῆ καὶ δίκαιον. ἐπέταξε δ' αὐτοῖς τὴν χώραν [n] ἐργαζομένοις, τῷ βασιλεῖ [o] τελεῖν φόρον ὡρισμένον. Ιερεμίαν δὲ τὸν προφήτην λαβὼν ἐκ τῆς εἱρκτῆς ἔπειθεν εἰς Βαβυλῶνα σὺν αὐτῷ παραγενέσθαι. κεκελεῦσθαι γὰρ ὑπὸ τοῦ βασιλέως πάντ' αὐτῷ χορηγεῖν· εἰ δὲ τοῦτο μὴ βούλεται, δηλοῦν αὐτῷ ποῦ μένειν διέγνωκεν, ἵνα τοῦτο [p] ἐπιστείλῃ τῷ βασιλεῖ. ὁ δὲ προφήτης, οὐδ' ἕπεσθαι ἤθελεν, οὔτ' ἀλλαχόσε που μένειν· [q] ἡδέως δ' εἶχεν ἐπὶ τοῖς [r] ἐρειπίοις τῆς πατρίδος, καὶ τοῖς ταλαιπώροις αὐτῆς διαζῆσαι λειψάνοις. γνοὺς δ' αὐτοῦ τὴν προαίρεσιν ὁ στρατηγὸς, τῷ Γοδολίᾳ προστάξας, ὃν [s] κατέλιπεν, πᾶσαν αὐτοῦ ποιεῖσθαι πρόνοιαν [t] καὶ χορηγίαν ὅσων ἂν δέηται· δωρησάμενος δὲ αὐτὸν δωρεαῖς πολυτελέσιν, ἀπέλυσε. καὶ Ιερεμίας μὲν [v] κατέμεινεν ἐν πόλει τῆς χώρας [x] Μασφαθᾷ καλουμένῃ, παρακαλέσας τὸν Ναβουζαρδάνην, ἵν' αὐτῷ συναπολύσῃ τὸν μαθητὴν Βαροῦχον, [y] Νηρίου δὲ παῖδα, ἐξ ἐπισήμου σφόδρα οἰκίας ὄντα, καὶ τῇ [z] πατρίῳ γλώττῃ διαφερόντως πεπαιδευμένον.

β. [a] Ναβουζαρδάνης μὲν ταῦτα διαπραξάμενος, [b] ὥρμησεν εἰς Βαβυλῶνα. οἱ δὲ πολιορκουμένων Ιεροσολύμων [c] φυγόντες, διασκεδασθέντες κατὰ τὴν χώραν, ἐπειδὴ τοὺς Βαβυλωνίους ἤκουσαν ἀνακεχωρηκότας, καὶ λεί-

CAP. IX.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ μὲν οὖν ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς, καταλύσας τὴν Περσῶν ἡγεμονίαν, καὶ [b] τὰ κατὰ τὴν Ἰουδαίαν τὸν προειρημένον καταστησάμενος τρόπον, τελευτᾷ τὸν βίον. μεταπεσούσης δὲ εἰς πολλοὺς τῆς ἀρχῆς, Ἀντίγονος μὲν τῆς Ἀσίας [c] ἐπικρατεῖ, [d] Σέλευκος δὲ Βαβυλῶνος καὶ [e] τῶν ἐκεῖ ἐθνῶν, Λυσίμαχος δὲ τὸν Ἑλλήσποντον διεῖπε, τὴν δὲ Μακεδονίαν [f] εἶχε Κάσσανδρος, Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου τὴν Αἴγυπτον [g] εἰλήφει. στασιαζόντων δὲ τούτων, καὶ πρὸς ἀλλήλους φιλονεικούντων ὑπὲρ τῆς ἰδίας ἀρχῆς, πολέμους τε συνεχεῖς καὶ μακροὺς [h] συνέβαινε γίνεσθαι, καὶ τὰς πόλεις κακοπαθεῖν, καὶ πολλοὺς ἐν τοῖς ἀγῶσιν [i] ἀποβάλλειν τῶν οἰκητόρων, ὡς καὶ τὴν Συρίαν ἅπασαν ὑπὸ Πτολεμαίου τοῦ Λάγου, Σωτῆρος τότε χρηματίζοντος, τἀναντία παθεῖν αὐτοῦ τῇ ἐπικλήσει. κατέσχε δὲ οὗτος καὶ τὰ Ἱεροσόλυμα, δόλῳ καὶ ἀπάτῃ [k] χρησάμενος. εἰσελθὼν γὰρ Σαββάτοις εἰς τὴν πόλιν ὡς θύσων, μήτε τῶν Ἰουδαίων αὐτὸν ἀμυνομένων, οὐδὲ γὰρ ὑπενόουν πολέμιον, καὶ διὰ τὸ ἀνύποπτον καὶ τὴν ἡμέραν ἐν ἀργίᾳ καὶ ῥαθυμίᾳ τυγχανόντων, ἀπονητὶ ἐγκρατὴς γίνεται τῆς πόλεως, καὶ πικρῶς ἦρχεν αὐ-

a Ἑκατὸν καὶ ἑβδομήκοντα.] Ita in omnibus MSS. tam *Latinis* quam *Græcis*. Videsis *Is. Vossium* in *Chronol. S.* cap. xi. p. 150.
b Τὰ κατὰ τὴν Ἰουδαίαν] Illa τὰ κατὰ desunt *Cod. NC.*
c Ἐπικρατεῖ.] Ἐπεκράτει *NC.*
d Σέλευκος δὲ Βαβυλῶνος] Σέλευκος δὲ ὁ Νικάτωρ [illegible] *NC.*
e Τῶν ἐκεῖ ἐθνῶν.] Τῶν ἄνω ἐθνῶν *NC.*
f Εἶχε Κάσσανδρος.] Εἶχε abest *Hm.* mox Κάσσανδρος ex [illegible] pro Κάσανδρος edidimus.
g Εἰλήφει.] Εἴληφεν in nonnullis *MSS.*
h Συνέβαινε γίνεσθαι] Συνέβη γίγνεσθαι *Hm.* συνέβαινε [illegible] *NC.*
i Ἀποβάλλειν τῶν οἰκητόρων] Ἀπόλλυσθαι *NC.*
k Χρησάμενος.] Χ[illegible], [illegible] ὢν [illegible] ἐν ἡμέρᾳ Σαββάτου εἰς τὴν πόλιν ὁ Πτολεμαῖος ὡς θύσων τῷ Θεῷ *NC.*

l Τὰς

αὐτῆς. μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ τούτῳ καὶ Ἀγαθαρχίδης ὁ Κνίδιος, ὁ τὰς τῶν διαδόχων πράξεις συγγραψάμενος, ὀνειδίζων ἡμῖν δεισιδαιμονίαν, ὡς δι' αὐτὴν ἀποβαλοῦσι τὴν ἐλευθερίαν, λέγων οὕτως. "ἔστιν ἔθνος Ἰουδαίων λεγόμενον, οἳ "πόλιν ὀχυρὰν καὶ μεγάλην ἔχοντες Ἱεροσόλυμα, ταύτην ὑ-"περεῖδον ὑπὸ Πτολεμαίῳ γενομένην, ὅπλα λαβεῖν οὐ θε-"λήσαντες, ἀλλὰ διὰ τὴν ἄκαιρον δεισιδαιμονίαν χαλεπὸν "ὑπέμειναν ἔχειν δεσπότην." Ἀγαθαρχίδης μὲν οὖν ταῦτα περὶ τοῦ ἔθνους ἡμῶν ἀπεφήνατο. ὁ δὲ Πτολεμαῖος πολλοὺς αἰχμαλώτους λαβὼν, ἀπό τε τῆς ὀρεινῆς Ἰουδαίας καὶ τῶν περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα τόπων, καὶ τῆς Σαμαρείτιδος, καὶ τῶν [m] ἐν Γαριζεὶν, κατῴκισεν [n] ἅπαντας εἰς Αἴγυπτον ἀγαγών. [o] ἐγνωκὼς δὲ τοὺς ἀπὸ τῶν Ἱεροσολύμων περί τε τὴν τῶν ὅρκων φυλακὴν καὶ τὰς πίστεις βεβαιοτάτους ὑπάρχοντας, [p] ἐξ ὧν ἀπεκρίναντο Ἀλεξάνδρου πρεσβευσαμένου πρὸς αὐτοὺς, μετὰ τὸ κρατῆσαι Δαρείου τῇ μάχῃ· [q] πολλοὺς αὐτῶν εἰς τὰ φρούρια [r] καταλοχίσας, καὶ τοῖς Μακεδόσιν [s] ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ποιήσας ἰσοπολίτας, ὅρκους ἔλαβε παρ' αὐτῶν, ὅπως τοῖς ἐκγόνοις τοῦ παραθεμένου τὴν πίστιν διαφυλάξωσιν. οὐκ ὀλίγοι [t] δ' οὐδὲ τῶν ἄλλων Ἰουδαίων ἑκουσίως εἰς τὴν Αἴγυπτον παρεγίνοντο, τῆς τε [v] ἀρετῆς τῶν τόπων αὐτοὺς καὶ τῆς τοῦ Πτολεμαίου φιλοτιμίας προσκαλουμένης. στάσεις μέντοιγε τοῖς ἐκγόνοις αὐτῶν πρὸς τοὺς Σαμαρείτας, τὴν πάτριον ἀγωγὴν τῶν [x] ἐθῶν ἀποσῴζειν προῃρημένοις, ἐγένοντο, καὶ πρὸς ἀλλήλους ἐπολέμουν. τῶν μὲν Ἱεροσολυμιτῶν τὸ παρ' αὐτοῖς ἱερὸν ἅγιον εἶναι λεγόντων, καὶ τὰς θυσίας ἐκεῖ πέμπειν ἀξιούντων· τῶν δὲ [y] Σαμαρειτῶν εἰς τὸ Γαριζεὶν ὄρος κελευόντων.

clementer. Hisce quæ diximus etiam Agatharchides Cnidius, qui res à successoribus *Alexandri* gestas conscripsit, testimonium perhibet, superstitionem nobis exprobrans, ut qui libertatem propter eam amiserimus, istiusmodi verbis. "Est "gens quæ Judæorum dicitur, qui urbem inco-"lentes magnam & bene munitam *nomine* Hiero-"solyma, passi sunt eam in Ptolemæi potestatem "venire, quod arma capere noluerint, atque ex "superstitione intempestiva crudeli dominatui se-"se subjecerunt." Et Agatharchides quidem de gente nostra hæc memoriæ prodidit. Cæterum Ptolemæus, multis hominibus captis, tum ex Judææ montanis, locisque circa Hierosolyma, tum ex Samaria & Garizin, omnes in Ægyptum transtulit. Cumque Hierosolymitanos jurisjurandi fideique observantissimos ex iis intelligeret, quæ Alexandri legatis post victum ab eo Darium responderant, multos eorum in præsidiis disposuit, & cum Macedonibus Alexandriæ pares fecit, ac sacramento adstrinxit, servaturos fidem posteris ejus, qui ipsis mandasset eam provinciam. Non pauci præterea reliquorum Judæorum in Ægyptum sua sponte profecti sunt, allecti partim bonitate soli, partim Ptolemæi liberalitate. Sed inter Samaritas & Judæorum posteros instituta patria retinere studentes existebant contentiones, iique inter sese decertabant, dum Hierosolymitani suum templum sanctum esse contendunt, & victimas eo mitti volunt; Samaritæ contra, in montem Garizin.

Agatharchides Cnidius.

Ptolemæi in Judæos benignitas.

Contentiones inter Judæos & Samaritas.

ΚΕΦ. β'.

Ὡς Πτολεμαῖος ὁ Φιλάδελφος τοὺς Ἰουδαίων νόμους εἰς τὴν Ἑλληνικὴν γλῶσσαν μετέβαλε, καὶ πολλοὺς αἰχμαλώτους ἀπέλυσε, καὶ ἀναθήματα πολλὰ ἀνέθηκε τῷ Θεῷ.

[z] Βασιλεύσαντος δὲ Ἀλεξάνδρου ἔτη δώδεκα, καὶ μετ' αὐτὸν Πτολεμαίου τοῦ Σωτῆρος τεσσαράκοντα, ἔπειτα τὴν βασιλείαν τῆς Αἰγύπτου παραλαβὼν ὁ Φιλάδελφος, καὶ κατασχὼν αὐτὴν ἐπ' [a] ἔτη ἑνὸς [b] δέοντος τεσσαράκοντα, [c] τόν τε νόμον ἡρμήνευσε, καὶ τοὺς δουλεύοντας ἐν Αἰγύπτῳ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν ἀπέλυσε τῆς δουλείας, [d] ὄντας δώδεκα μυριάδας, ἐξ αἰτίας τοιαύτης. Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς, ὃς ἦν ἐπὶ τῶν [e] βιβλιοθηκῶν τοῦ βασιλέως, σπουδάζων εἰ δυνατὸν εἴη πάντα [f] τὰ κατὰ τὴν οἰκουμένην συναγαγεῖν βιβλία, καὶ συνωνούμενος, [g] εἴ τί που μόνον

CAP. II. II.

Quomodo Ptolemæus Philadelphus leges Judaïcas Græce transferendas curavit, multosque captivos manumisit, & multa donaria Deo consecravit.

CUM autem Alexander duodecim annos regnasset, & post eum Ptolemæus Soter quadraginta, tum demum Ægypti regnum adeptus Philadelphus (quod quidem tenuit annos undequadraginta) & legem *Judaïcam* curavit transferendam, & servientes in Ægypto Hierosolymitanos servitute liberavit, qui fuerunt centum & viginti millia, ex hujusmodi causa. Demetrius Phalereus, regiarum bibliothecarum præfectus, operam dans ut omnes, si fieri posset, totius orbis libros colligeret, & coëmens quicquid ubique vel fama accepisset [illegible]o dignum fore Regisque volun-

Ptolemæus Philadelphus summâ Ægypti rex.

Demetrius Phalereus bibliotheca Ptolemaica præfectus.

l Τὰς τῶν διαδόχων πράξεις συγγεγραφώς,] Forsan in libris περὶ Ἀσίας, quos laudant *Diodorus*, *Phlegon*, *Lucianus* & *Athenæus*.

m Ἐν Γαριζεὶν,] Ἐν τῷ ὄρει τῷ Γαριζεὶν *NC.*

n Ἅπαντας εἰς Αἴγυπτον ἀγαγών.] Quorum Samaritanorum in Ægyptum deductorum reliquias putat *Scaliger. de Emend. Temp.* l. VII. p. 663. eos, qui Synagogam magnam habent in Caïro; Item qui Insulam in Mari Rubro occupant, teste Geographo Arabe. SPANH.

o Ἐγνωκὼς δὲ] Ἐπεγνωκὼς *Hen. Bush.* & *NC.*

p Ἐξ ὧν ἀπεκρίναντο] Ἐξ ὧν ἀπεκρίνατο Ἰαδδοῦς ὁ ἀρχιερεὺς Ἀλεξάνδρου πρεσβευσαμένου πρὸς τοὺς Ἰουδαίους, ὡς μετὰ τὸ κρ. *NC.*

q Πολλοὺς αὐτῶν εἰς τὰ φρούρια καταλοχίσας] Vid. infr. c. 2. §. 4. & adv. Appion. lib. 2. §. 4. SPANH.

r Καταλοχίσας] Καταλοχισάμενος *NC.*

s Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ποιήσας ἰσοπολίτας,] Judæi in Alexandria cum Macedonibus Ἰσοπολῖται. Ita etiam Antiochiæ infr. c. 3. §. 1. SPANH.

t Δ' οὐδὲ] Forte δὲ καὶ. COCC.

v Ἀρετῆς] Ἀρετὴ hic pro εὐδαιμονία, ut quandoque apud Homerum. SPANH.

x Ἐθῶν ἀποσῴζειν προῃρημένοις,] Ἐθνῶν *Vat.* & *NC.*

y Σαμαρειτῶν] Σαμαρειτῶν (*Lugd. Bat*) *NC.* & *Vet. Interpr.* in nonnullis codicibus.

z Βασιλεύσαντος δὲ Ἀλεξάνδρου] Ita *Bush. NC.* & *Vet. Interpr.* nec non *Is. Vossii* MS. (nunc *Lugd. Bat.*) nisi quod τεσσαράκοντα καὶ ἓν pro τεσσαράκοντα præ se ferat. In *Editis* desiderantur ista, Βασιλεύσαντος δὲ Ἀλεξάνδρου ἔτη δώδεκα, καὶ μετ' αὐτὸν Πτολεμαίου τεσσαράκοντα. In *Cod. NC.* (cui titulus est Πτολεμαϊκά) caput incipit ad hunc modum [illegible] Τελευτήσαντος δ' Ὀνίου τοῦ ἀρχιερέως, ὁ παῖς αὐτοῦ Σίμων γίνεται διάδοχος, ὁ καὶ δίκαιος ἐπικληθεὶς, διὰ τὸ πρὸς τὸν Θεὸν θρησκευτικὸν καὶ τὸ πρὸς τοὺς ὁμοφύλους εὔνουν. Βασιλεύσαντος δὲ Ἀλεξ. &c. Videsis *Usserium* ad A. M. 3721.

a Ἔτη ἑνὸς δέοντος τεσσαράκοντα,] Porphyrius apud Eusebium XXXVIII. annis regnasse eum dicit. SPANH.

b Δέοντος τεσσαράκοντα,] Δέοντα *Hen.* & *Bush.*

c Τόν τε νόμον ἡρμήνευσε,] De sola Legis versione sub hoc Ptolemæo. vid. Proœm. c. 1. §... ἀλλ' αὐτὰ μόνα τὰ τοῦ νόμου παρέδοσαν οἱ πεμφθέντες ἐπὶ τὴν ἐξήγησιν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν· & superius ibid. ὅτι ὁ μοι καὶ μικρᾶς ἐφεξῆς τηλικαύτην πραγματείαν ... εἰς ἀλλόφυλον ... ἑρμηνείαν ... · Vide quæ de hoc suo consilio, quæ in Hebræis voluminibus contenta in Græcam linguam transferendi, ait infr. §. 10. ubi διφθέραι, quibus Lex scripta, aureis litteris: ut ita de solis Legis Libris versis à LXX. agat semper Josephus, & sic infr. §. 12. de Versione illa facta ἀναγνωσθέντων τῶν Νόμων· & contr. Appion. lib. 2. §. 4. SPANH. Nihil præter Pentateuchum tunc Græce versum fuisse ex istis colligunt viri docti. & certe Græcus cæterorum librorum stylus arguit, eos, qui Ptol. Philadelphi rogatu Pentateuchum Mosis interpretati sunt, reliquos libros sacros non convertisse. *Pet. Var. Lect.* IV. 9. HUDS. in *Add.*

d Ὄντας δώδεκα μυριάδας,] Ὄντας περὶ δώδεκα in *iisdem MSS.*

e Βιβλιοθηκῶν τοῦ βασιλέως,] Vide *S. Epiphanium* in lib. *de Mensuris & Ponderibus*, p. 166. & *Simsonum* in *Chron. Cathol.* ad A. M. 3719.

f Τὰ] Abest a *L. B.*

g Εἴ τί που μόνον] Εἴ πού τε *Bush.* & *Lugd. Bat.*

Ptolemæus, ex consilio Demetrii, de legibus Judaicis Græce transferendis cogitat.

luntati non ingratum, (nam *is* maximo librorum colligendorum desiderio tenebatur) omni cura & cogitatione huic rei incumbebat. Ptolemæo autem aliquando ab ipso quærente, quot jam librorum millia collecta haberet? respondit esse jam circiter * ducenta millia, & brevi congesturum ad quingenta. sibi etiam, adjiciebat, indicatum multos esse apud Judæos de ipsorum institutis libros studio dignos & bibliotheca regia; qui cum illorum literis & sermone scripti sint, rem fore magni laboris & molestiæ, si in Græcam linguam transferantur. Videtur enim eorum scriptura plane similis esse Syrorum scripturæ, vocemque reddere consimilem, contigit tamen ut sui generis sit. cæterum nihil, inquit, prohibet, quo minus eos transferendos cures (opibus enim ad hoc efficiendum polles) & in bibliotheca *tua* habeas. Rex igitur Demetrium, pro suo libros colligendi studio, sibi optime consulere existimans, Judæorum pontifici scribit, ut hæc fiant.

2. Jam quidam *nomine* Aristæus, Regi in primis amicus atque gratus ob modestiam, sæpe antea Regem orare statuerat, ut Judæos, quicunque in ejus regno essent, manumitteret, hoc vero sibi idoneum ad ea postulata tempus arbitratus, primum ea de re agit cum satellitum præfectis, Sosibio Tarentino & Andrea, eos obsecrans, ut se in eis quæ sit à Rege postulaturus adjuvent. Cumque Aristæus eorum, quos memoravimus, sententiam accepisset, Regem adit, & cum eo agit in hunc modum. "Non decet committere "nos, ô Rex, ut decipiamur, sed verum patefacere. Cum enim id nobismet negotii dari voluerimus, ut Judæorum leges in tuam gratiam "non solum transscribantur, verum etiam vertantur, quanam ratione hoc facere possimus, cum "multi Judæi serviant in regno tuo? Quos certe "non alienum erit à tua magnificentia & bonitate liberare à calamitate: quandoquidem qui "Deus eis leges tulit, is est qui tuum regnum "regit, quantum ego quidem quærendo comperi. Conditorem enim universitatis Deum & ipsi & nos colimus, familiari sermone Ζῆνα (i. "e. *Jovem*) vocantes, indito à vivendo nomine, "quod is vitam conferat omnibus. Quapropter "ad honorem Dei, iis, qui Deum præcipua religione venerantur, redde patriam, ut eis in natali solo vitam agere liceat. Illud quidem scito, "Rex, me nec genere eis, nec natione propinquum, hæc pro eis postulare. Sed cum omnes "homines Dei sint opificium, & sciam cum beneficientibus delectari, ad beneficiendum te "cohortor.

Aristæi oratio ad regem Ptolemæum.

3. Hæc loquutum Aristæum, Rex hilari lætoque vultu intuitus, Quotnam, inquit, millia putas esse eorum, qui manumittendi sunt? Cumque Andreas, qui tum forte adstiterat, subjecisset, paulo plura esse quam centum decem millia. An vero parvum à nobis, inquit Rex, donum, Aristæe, postulas? Cumque Sosibius, & qui ad-

Ptolemæi ad Aristæum responsum.

ἀκοῆς σπουδῆς ἄξιον [h] ἢ χρῆσιν τῇ τοῦ βασιλέως προαιρέσει, μάλιστα γὰρ [i] περὶ τὴν συλλογὴν τῶν βιβλίων εἶχε φιλοκάλως, συνηγωνίζετο. ἐρομένου δ' αὐτόν ποτε τοῦ Πτολεμαίου, πόσας ἤδη μυριάδας [k] ἔχοι συνειλεγμένας βιβλίων, τῶν μὲν ὑπαρχόντων [l] εἶπεν εἶναι περὶ εἴκοσιν, ὀλίγου δὲ χρόνου εἰς πεντήκοντα συναθροισθήσεσθαι. μεμηνῦσθαι δ' ἔλεγεν αὐτῷ πολλὰ εἶναι καὶ παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις τῶν παρ' αὐτοῖς νομίμων συγγράμματα, σπουδῆς ἄξια καὶ τῆς βασιλέως βιβλιοθήκης· ἃ, τοῖς ἐκείνων χαρακτῆρσι καὶ τῇ διαλέκτῳ γεγραμμένα, πόνον αὐτοῖς οὐκ ὀλίγον παρέξειν εἰς τὴν Ἑλληνικὴν μεταβαλλόμενα γλῶτταν. δοκεῖ μὲν γὰρ εἶναι τῇ ἰδιότητι τῶν [m] Σύρων γραμμάτων ἐμφερὴς ὁ χαρακτὴρ αὐτῶν, καὶ τὴν φωνὴν ὁμοίαν αὐτοῖς [n] ἀπηχεῖν, ἰδιότροπον δὲ αὐτὴν εἶναι συμβέβηκεν. οὐδὲν οὖν ἔλεγε κωλύειν καὶ ταῦτα μεταβαλόντα· δυνατὸς γὰρ τῆς εἰς ταῦτα χορηγίας ὑπάρχοντα· ἔχειν ἐν τῇ βιβλιοθήκῃ καὶ τὰ παρ' ἐκείνοις. [o] δόξας οὖν ὁ βασιλεὺς ἄριστα τὸν Δημήτριον φιλοτιμούμενον περὶ [p] τὸ πλῆθος αὐτῷ τῶν βιβλίων ὑποτίθεσθαι, γράφει τῷ τῶν Ἰουδαίων ἀρχιερεῖ ταῦτα γίνεσθαι.

β'. [q] Ἀρισταῖος δέ τις, φίλος ὢν [r] ἐν τοῖς μάλιστα τῷ βασιλεῖ, [s] καὶ σπουδαζόμενος ὑπ' αὐτοῦ διὰ μετριότητα, πολλάκις μὲν καὶ πρότερον ἔγνω παρακαλέσαι τὸν βασιλέα, ὅπως ἀπολύσῃ τοὺς [t] αἰχμαλώτους Ἰουδαίους, ὅσοι κατὰ τὴν βασιλείαν ἦσαν αὐτοῦ. καιρὸν δ' ἐπιτήδειον εἶναι τοῦτον δοκιμάσας τῆς δεήσεως, πρώτοις περὶ τούτου διαλέγεται τοῖς ἄρχουσι τῶν σωματοφυλάκων, Σωσιβίῳ τῷ Ταραντίνῳ καὶ Ἀνδρέᾳ, συναγωνίσασθαι περὶ ὧν ἐντυγχάνειν μέλλει τῷ βασιλεῖ παρακαλῶν αὐτούς. προσλαβὼν οὖν καὶ τὴν τῶν προειρημένων γνώμην ὁ Ἀρισταῖος, προσελθὼν τῷ βασιλεῖ λόγους πρὸς αὐτὸν τοιούτους ἐποιήσατο. "οὐ χρὴ ἀπατωμένους ἡμᾶς, ὦ βασιλεῦ, "[v] περιορᾶν, ἀλλὰ τἀληθὲς ἀπελέγχειν. τοὺς γὰρ τῶν Ἰουδαίων "νόμους οὐ μεταγράψαι μόνον, ἀλλὰ καὶ [x] ἑρμηνεῦσαι διεγνω"κότες εἰς τὸ σοὶ κεχαρισμένον, [y] τίνι λόγῳ χρώμενοι τοῦτο "πράξαιμεν ἄν, πολλῶν Ἰουδαίων ἐν τῇ σῇ βασιλείᾳ δου"λευόντων; οὓς, τῇ σαυτοῦ μεγαλοψυχίᾳ καὶ χρηστότητι ποιῶν "ἀκολούθως, ἀπόλυσον τῆς ταλαιπωρίας, τὴν βασιλείαν "σου διέποντος τοῦ θεμένου τοὺς νόμους αὐτοῖς Θεοῦ, καθὼς "ἐμοὶ πολυπραγμονήσαντι μαθεῖν ὑπῆρξε. τὸν γὰρ ἅπαν"τα συστησάμενον Θεὸν καὶ οὗτοι καὶ ἡμεῖς σεβόμεθα, Ζῆνα κα"λοῦντες αὐτὸν [z] ἐτύμως, ἀπὸ τοῦ σύμπασιν ἐμφύειν τὸ ζῆν "τὴν ἐπίκλησιν αὐτοῦ [a] νοήσαντες. ὅθεν εἰς τιμὴν τοῦ Θεοῦ, "[b] τοῖς ἐξαίρετον τὴν εἰς αὐτὸν θρησκείαν πεποιημένοις, "ἀπόδος αὐτοῖς τὴν πατρίδα, καὶ τὸν ἐν αὐτῇ βίον [c] ἀπειλη"φόσιν. ἴσθι μέντοι γε, ὦ βασιλεῦ, ὡς οὔτε γένει προσή"κων αὐτοῖς, οὔτε ὁμόφυλος [d] αὐτῶν ὢν ταῦτα περὶ αὐ"τῶν ἀξιῶ. πάντων δὲ ἀνθρώπων δημιούργημα ὄντων τοῦ "Θεοῦ, [e] καὶ γινώσκων αὐτὸν ἡδόμενον τοῖς εὐποιοῦσιν, [f] ἐπὶ "τούτῳ καὶ σὲ παρακαλῶ.

γ'. Ταῦτα εἰπόντος τοῦ Ἀρισταίου, ἀναβλέψας εἰς αὐτὸν ὁ βασιλεὺς ἱλαρῷ καὶ γεγηθότι τῷ προσώπῳ, πόσας, εἶπεν, ὑπολαμβάνεις τῶν ἀπολυθησομένων ἔσεσθαι μυριάδας; ὑποτυχόντος δὲ Ἀνδρέου, παρειστήκει γὰρ, καὶ φήσαντος ὀλίγῳ πλείονας ἔσεσθαι τῶν [g] δέκα μυριάδων. ἦ μικρὰν ἄρα [h] ἡμᾶς, εἶπεν, Ἀρισταῖε, δωρεὰν αἰτεῖς; Σωσιβίου δὲ καὶ τῶν πα-

h Ἢ ἰδὲ] Οὐ ἐν εἴδει L. B.
i Περὶ] Τὰ περὶ L. B.
k Ἔχοι συνειλεγμένας βιβλίων.] Sic MSS. ἔχει in Editis.
l Εἶπεν εἶναι περὶ εἴκοσιν,] Illud εἶπεν ex MSS. agnoscunt etiam *Epiphanii* libri, *Aristeas*, & *Eusebius*.
* *Ducenta millia*,] In *Vet. Interpr.* perperam *viginti millia*, & dein *quinquaginta*.
m Σύρων] *L. B.* Συρίων.
n Ἀπηχεῖν,] *L. B.* ἀπήχειν.
o Δόξας] *L. B.* δέξας.
p Τὸ πλῆθος αὐτῷ τῶν βιβλίων] *L. B.* πλῆθος αὐτῷ βιβλίων.
q Ἀρισταῖος δέ τις,] Ita passim *Flavius*. Ἀρέας *Alii*.
r Ἐν τοῖς] *L. B.* ὢν ἐν τοῖς.
s Καὶ σπουδαζόμενος] *L. B.* ἐσπουδαζόμενος.
t Αἰχμαλώτους Ἰουδαίους,] Ita *MSS.* & *Epiphan.* αἰχμαλώτους deest *Editis*.
v Περιορᾶν,] Περιορᾶν τι *NC.*

x Ἑρμηνεῦσαι] Μεθερμηνεῦσαι in *MSS.*
y Τίνι λόγῳ χρώμενοι] Τίνι τῷ λόγῳ *Hen.* & *Bas.* τίνι τῷ λόγῳ *L. B.*
z Ἐτύμως, ἀπὸ τοῦ σύμπασιν] Lege ἐτύμως ἀπὸ πᾶσιν &c. COCC, & ita corrigere jubet HUDS. in *Addendis*, sicuti fecimus pro ἑτοίμως. HAV.
a Νοήσαντες] *L. B.* θέντες.
b Τοῖς ἐξαίρετον τὴν εἰς αὐτὸν θρησκείαν πεποιημένοις, ἀπόδος αὐτοῖς] *L. B.* τὴν ——— ——— πεπεισμένοις ἀπόδος τοῖς &c.
c Ἀπειληφόσιν.] Ἀπολελειφόσιν *Hen. Bas.* (Cocc.) & *NC.* HUDS. ἀπολελειπόσιν *L. B.*
d Αὐτῶν ὢν ταῦτα] Αὐτῶν desideratur in *iisd. MSS.*
e Καὶ γινώσκων αὐτὸν] Καὶ δὲ γινώσκων *Hen.* & *Bas.*
f Ἐπὶ τούτῳ καὶ σὲ παρακαλῶ.] Ἐπὶ τοῦτο NC. & *Lugd. Bat.*
g Δέκα μυριάδων.] Ita cum *Aristea*, *Eusebio*, *Vet. Interpr.* & *Josepho* ipso infr. §. 4. ἕνδεκα in *Edit. Bas.* & *Gen.* nec non in *MSS.*
h Ἡμᾶς, εἶπεν,] *L. B.* εἶπεν ἡμᾶς.

ἰδὼν

παρόντων φησάντων, ὡς ἄξιον αὐτὸν [i] δεῖ τῆς αὑτοῦ μεγαλοψυχίας τῷ παρεσχηκότι τὴν βασιλείαν Θεῷ χαριστήριον ποιήσασθαι· [k] διαχυθεὶς ὑπ' αὐτῶν, ἐκέλευσεν, ὅταν τοῖς στρατιώταις ἀποδιδῶσι τὸ μισθοφορικὸν, καὶ ὑπὲρ ἑκάστου τῶν παρ' αὐτοῖς αἰχμαλώτων καταβαλεῖν [l] δραχμὰς ἑκατὸν εἴκοσι. καὶ περὶ ὧν [m] ἠξίου προθεῖναι γράμματα ὑπέσχετο [n] μεγαλοπρεπῶς ἔχοντα, καὶ τὴν Ἀριστέου προαίρεσιν βεβαιοῦντα, καὶ [o] πρὸ ταύτης τὴν τοῦ Θεοῦ βούλησιν· καθ' ἣν οὐ μόνον τοὺς [p] ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἀχθέντας αὐτοῦ καὶ τῆς ἐκείνου [q] στρατιᾶς [r] ἀπολύσειν ἔλεγεν, ἀλλὰ καὶ τοὺς προϋπάρχοντας ἐν τῇ βασιλείᾳ, καὶ εἴ τινες αὖθις ἐπεισήχθησαν. πλειόνων [s] δ' ἢ τετρακοσίων ταλάντων [t] τῆς ἀπολυτρώσεως γενήσεσθαι φαμένων, ταῦτά τε συνεχώρει, καὶ τὸ ἀντίγραφον τοῦ προστάγματος, εἰς δήλωσιν τῆς τοῦ βασιλέως μεγαλοφροσύνης, [v] ἔγνωσαν διαφυλάξαι. ἦν δὲ τοιοῦτον. "Ὅσοι τῶν συστρατευσαμένων ἡμῶν "τῷ πατρὶ, τήν τε [x] Συρίαν καὶ Φοινίκην ἐπέδραμον, καὶ τὴν "Ἰουδαίαν καταστρεψάμενοι, σώματα λαβόντες αἰχμάλωτα, "διεκόμισαν εἴς τε τὰς πόλεις ἡμῶν καὶ [y] τὴν χώραν, καὶ ταῦτα "ἀπημπόλησαν, τούς τε πρὸ αὐτῶν ὄντας ἐν τῇ ἐμῇ βασιλείᾳ, "καὶ εἴ τινες νῦν εἰσήχθησαν, τούτους ἀπολυέτωσαν, οἱ παρ' "αὐτοῖς ἔχοντες, ὑπὲρ ἑκάστου σώματος λαμβάνοντες "δραχμὰς ἑκατὸν εἴκοσι, οἱ μὲν στρατιῶται μετὰ καὶ τῶν ὀψωνίων, οἱ δὲ λοιποὶ ἀπὸ τῆς βασιλικῆς τραπέζης κομιζόμενοι "τὰ λύτρα. νομίζω γὰρ αὐτοὺς καὶ παρὰ τὴν τοῦ πατρὸς προ-"αίρεσιν καὶ παρὰ τὸ δέον [z] ᾐχμαλωτίσθαι, τὴν δὲ χώραν αὐ-"τῶν διὰ τὴν στρατιωτικὴν αὐθάδειαν κεκακῶσθαι, καὶ διὰ "τὴν εἰς Αἴγυπτον αὐτῶν μεταγωγὴν πολλὴν ὠφέλειαν ἐκ "τούτου τοῖς στρατιώταις γεγονέναι. τὸ δίκαιον οὖν σκοπῶν "καὶ τοὺς [a] καταδυναστευομένους παρὰ τὸ προσῆκον ἐλεῶν, "ἀπολύειν κελεύω τοὺς ἐν ταῖς [b] οἰκετείαις ὄντας Ἰουδαίους, "τὸ προγεγραμμένον κομιζομένους ὑπὲρ αὐτῶν κεφά-"λαιον [c] τοὺς κεκτημένους, καὶ μηδένα περὶ τούτων κα-"κουργεῖν, ἀλλ' ὑπακούειν τοῖς προστεταγμένοις. [d] βούλομαι "δὲ τὰς ἀπογραφὰς, ἀφ' ἧς ἐξεπέμφθησαν, ἐπὶ τρεῖς ἡμέ-"ρας ποιεῖσθαι πρὸς τοὺς ἐπ' αὐτῶν ὑπάρχοντας, παραδει-"κνύντας [e] αὐτοῖς καὶ τὰ σώματα. τοῦτο γὰρ [f] καὶ τοῖς ἐμαυτοῦ "πράγμασιν ἡγοῦμαι συμφέρειν. προσαγγελλέτω δὲ τοὺς "ἀπειθήσαντας ὁ βουλόμενος, ὧν τὰς οὐσίας εἰς τὴν βασι-"λικὴν κτῆσιν ἀνενεχθῆναι βούλομαι." τούτου δὲ [g] τοῦ προστάγματος [h] ἀναγνωσθέντος τῷ βασιλεῖ, καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἔχοντος, μόνου δὲ λείποντος τοῦ περὶ τῶν πρότερον καὶ τῶν αὖθις εἰσηγμένων Ἰουδαίων μὴ διεσαφῆσθαι, προσέθηκεν αὐτὸς μεγαλοφρόνως καὶ τὸ περὶ τούτων φιλάνθρωπον, καὶ τὴν τῶν [i] διαφόρων δόσιν ἅπασαν ἀθρόαν ἐκέλευσε τοῖς ὑπηρέταις τῶν [k] πραγμάτων ἀπομερίσαι καὶ τοῖς βασιλικοῖς

erant, dixissent, debere eum dignam sua munificentia gratiam Deo rependere, qui ei regnum conciliasset: *Rex* ex illis gaudio perfusus jussit, ut cum militibus stipendia solverent, etiam pro captivis, qui apud eos essent, penderent in singula capita drachmas centum viginti. Ac de ipsius postulatis promisit libellos se magnifice scriptos editurum, quibus Aristæi propositum, & ante id Dei voluntas confirmaretur: ex qua non solum ductos à patre suo & ejus exercitu liberaturum se dixit, sed etiam eos qui ante erant in regno, & siqui postea fuerant adducti. Et cum eam liberationem dicerent plusquam quadraginta talenta poscere, nihilominus concessit; atque edicti exemplar, quo illustrior esset Regis magnanimitas, *posteris* conservari voluerunt. Erat autem hujusmodi. "Quicunque sub patre nostro militantes Syriam & Phœnicem incursarunt, pervastataque Judæa mancipia inde in urbes regionemque nostram deportarunt ac vendiderunt; itemque qui ante nos erant in meo regno, & si qui nunc adducti sunt, hos manumittunto, qui penes sese habent, accipientes pro singulis capitibus drachmas centum viginti, ita ut milites quidem una cum stipendiis, reliqui autem à mensa regia redemptionis pretium reportent. Arbitror enim eos contra patris voluntatem, contraque æquitatem, captivos esse factos, eorumque terram licentia militari afflictam, & ex eorum in Ægyptum translatione magnam utilitatem partam esse militibus. Quapropter justitiæ rationem habens, & eorum misericordiam capiens qui inique opprimuntur, impero iis, qui Judæos habent in suo servitio, ut eos manumittant domini pro præscripta summa; neve quisquam in hac re dolo malo agat, sed imperatis obediat. Volo autem ut intra triduum, ex quo allatum erit hoc edictum, apud eos, qui huic negotio præsint, profiteantur, eisque simul etiam corpora ostendant: hoc enim etiam è re mea esse duco. Quod si qui dicto audientes non fuerint, eorum nomina qui volet deferto, eorumque bona in fiscum regium referuntor." Cum *primum* hoc edictum prælectum esset Regi, atque alia quidem *recte* haberet, hoc vero desideraretur, quo cautum esset illis quoque, qui vel ante *aderant* vel postea sunt adducti ex Judæa, ille & hoc quicquid est benigni eis pro sua magnanimitate indulsit, jussitque solutionem, ut quæ multiplex & cumulata esset *futura*, inter rerum agendarum ministros partiri & regios nummularios. Hoc autem

Ptolemæi mandatum de manumittendis Judæis.

Regis erga Judæos benignitas & liberalitas prolixa.

i Δεῖ] Idem δεῖν.

k Διαχυθεὶς ὑπ' αὐτῶν,] Διαχυθεὶς δὲ καλῶς τοῖς ὄψεσιν Aristeas.

l Δραχμὰς ἑκατὸν εἴκοσι.] Pro ἑκατὸν εἴκοσι (quod reperitur in omnibus *Josephi* libris, tam Græcis quam *Latinis*) εἴκοσι iterum iterumque habent *Aristeæ* exemplaria. quod sane mihi verisimilius videtur. Vide *Usserium* in *Annalibus Vet. Test.* ad A. M. 3727.

m Ἠξίου] L. B. ἄξιον. Lege ἠξίου. COCC.

n Μεγαλοπρεπῶς ἔχοντα,] Μεγαλοπρεπῶς δ' ἔχοντα *Hen.* & *NC.* μεγαλοπρεπῶς τε ἔχοντα *Busb.* & *L. B.*

o Πρὸ] *L. B.* περὶ.

p Ὑπὸ δὲ] Abest ultima a *L. B.*

q Στρατιᾶς] *Al.* στρατείας.

r Ἀπολύσειν ἔλεγεν,] Ita cum (*L. B.*) & *NC.* ἀπολύειν in ceteris.

s Δὲ ἢ] *L. B.* δ' ἤτα.

t Τῆς ἀπολυτρώσεως] Forte τὰ τῆς ἀπολ. COCC.

v Ἔγνωσαν διαφυλάξαι.] Ita *Busb.* (*L. B.*) *N. C.* & *Epiphan.* ἔγνω in *ceteris.*

x Συρίαν καὶ Φοινίκην ἐπέδραμον] Ita cum *MSS.* & *Vet. Interpr.* Συρίαν ἢ Φοινίκην ἐπέδραμον in *Editis.*

y Τὴν χώραν,] Χώρα proprie Ægyptus interior. Græv. ad gloss. Isidori. REL.

z Ἠχμαλωτίσθαι,] Sic *MSS.* αἰχμαλωτίσθαι in *Editis.*

a Καταδυναστευομένους] Ita etiam apud *Aristeam.* καταδυναστευομένους in *MSS.*

b Οἰκετείαις] *L. B.* οἰκετείαις. Lege οἰκετείαις. COCC.

c Τοὺς κεκτημένους] Κεκτημένοι heri dicti respectu servorum. *Aristoph. Plut.* p. 1. τοῦ κεκτημένου. vid. Athen. lib. xiv. p. 657. E. Sic κεκτημένη hera *Aristoph. Ecclesiaz.* p. 717. & Lucian. in Asino p. 122. SPANH.

d Βούλομαι δὲ τὰς ἀπογραφὰς,] In *Bas.* & *Gen.* βούλομαι δὲ τὰς προγραφὰς, ἀφ' ἧς ἐξεπέμφθησαν ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ποιεῖσθαι πρὸς τοὺς ὑπ' αὐτῶν ὑπάρχοντας, παραδεικνύντας αὐτοῖς καὶ τὰ σώματα. nec aliter in *MSS.* nisi quod αὐτοὺς pro αὐτοῖς habeant *Hen.* & *NC.* In *Epiphanii* versione, *Dispositiones autem meas præcipio, ex quo missæ sunt, per tres dies proponi, quatenus ad judices domini conveniant, corpora statim ostendentes.* Apud *Aristeam*, τὰς δὲ ἀπογραφὰς ἐν ἡμέραις τρισὶν, ἀφ' ἧς ἡμέρας ἐκτεθῇ τὸ πρόσταγμα, ποιεῖσθαι πρὸς τοὺς καθεσταμένους περὶ τούτων, παραδεικνύντας αὐτοὺς καὶ τὰ σώματα, unde rescribendum censui, βούλομαι δὲ τὰς ἀπογραφὰς, ἀφ' ἧς [ἡμέρας] ἐξεπέμφθησαν [τὰ προστεταγμένα,] πρὸς τοὺς ἐπ' αὐτῶν ὑπάρχοντας ποιεῖσθαι, παραδεικνύντας αὐτοῖς καὶ τὰ σώματα. Si quis αὐτοὺς pro αὐτοῖς malit, non repugnabo.

e Αὐτοῖς] *L. B.* αὐτοῖς. Lege αὐτοὺς. *Vetus* statim. COCC.

f Καὶ τοῖς ἐμαυτοῦ πράγμασιν] Καὶ deest *Hen.* & *NC.* Forsan τοῦτο γὰρ ἐμοὶ καὶ τοῖς πρ.

g Τοῦ προστάγματος ἀναγνωσθέντος] Τοῦ γράμματος ἀναγνωσθέντος *L. B.*

h Ἀναγνωσθέντος] Ita cum *Hen.* *NC.* & *Vet. Interpr.* ἀναγνωσθέντος in *Editis.*

i Διαφόρων] Ita *Gall.* & *Arist.* τῶν διὰ φόρων *NC.* τῶν φόρων in *Editis Aliisque.*

k Πραγμάτων ἀπομερίσαι] Sic *Hen.* *NC.* (*L. B.*) *Vet. Interpr.* & *Arist.* ταγμάτων in *Editis Aliisque.*

tem facto, Regis jussa septem non amplius diebus peracta sunt, impensis in eam liberationem talentis plus quadringentis sexaginta. Nam etiam pro parvulis exigebant domini centenas vicenas drachmas, quasi Rex etiam eorum nomine solvi jussisset, dum scripsisset accipiendum pro singulis capitibus quod dictum est.

Ptolemæus jubet Demetrium suam de legibus Hebraicis interpretandis sententiam scriptis sibi proponere.

3. Hæc ubi ex sententia Regis magno cum decore acta erant, imperavit Demetrio, ut quid ipse de Judæorum libris describendis sentiat sibi libello proponeret. Nihil enim ab iis Regibus temere unquam administratum, sed omnia multa cum diligentia fieri consueverant. Unde mihi visum est libelli *hujus* & epistolarum exemplaria ordine collocare, necnon missorum etiam donariorum numerum, cum proprio singulorum apparatu, ut exquisita opificis magnificentia ab omnibus spectetur, & ex operum præstantia eximia quis uniuscujusque artifex sit primo intuitu cognoscatur. Et quidem libelli exemplar ita se habet.

Demetrii ad Regem supplex libellus.

"Regi magno Demetrius. Quod mihi dederas in "mandatis, ô Rex, ut qui ad bibliothecæ com"plementum deessent, ii per me libri congereren"tur, & ut illis, quibus aliqua forte exciderint, "cura debita adhiberetur, summa hac in re dili"gentia defunctus significo tibi libros legislatio"nis Judæorum à nobis desiderari cum aliis. Nam "cum Hebraïco charactere & patria ipsorum lin"gua scripti sint, intelligi à nobis non possunt. "Contigit autem & ipsos negligentius, quam *ab* "*auctoribus* se habent, * notatos esse; quod non"dum regia eis cura consuluerit. Oportet ideo ut "istos etiam ad amussim exactos penes te habeas. "nam ita comparata est ea legislatio, ut altioris cu"jusdam sapientiæ & sincerissimæ integritatis plena "sit, utpote à Deo profecta. Quare nec poëtæ, nec "qui historias conscripsere ejus meminerunt, quem"admodum Hecatæus Abderita testatur, adeo"que nec hominum illorum, qui ex ejus præce"ptis vitam instituerunt, quod casta esset *& augu*"*sta*, & profano ore *& sermone* exponi non opor"teret. Quam ob rem, si ita tibi visum fuerit, ô "Rex, scribes ad Judæorum pontificem, ut ad te "mittat seniores sex ex singulis tribubus, legum "peritissimos, à quibus postquam librorum illo"rum apertum & consonum sensum intellexeri"mus, & accuratam acceperimus rerum interpre"tationem, digna hæc desiderio tuo colligamus.

Hecatæus Abderita.

Regi visum est ad Judæorum pontificem scribere & dona mittere.

4. Hujusmodi itaque libello *supplice* oblato, jussit Rex, ut de his scriberetur Eleazaro Judæorum pontifici, eique simul manumissio declararetur servientium in Ægypto Judæorum. Itemque ad faciendos crateras & phialas & calices misit auri

τραπεζίταις. γινομένων δὲ τούτων, ταχέως ἐν ἑπτὰ ταῖς πάσαις ἡμέραις τέλος εἰλήφει τὰ δοχθέντα τῷ βασιλεῖ. τάλαντα δὲ ὑπὲρ ἑξήκοντα καὶ τετρακόσια τῶν λύτρων ἐγένετο. καὶ γὰρ ὑπὲρ τῶν νηπίων εἰσέπραττον οἱ δεσπόται τὰς εἴκοσι καὶ ἑκατὸν δραχμάς, ὡς τοῦ βασιλέως καὶ ὑπὲρ τούτων διδόναι κελεύσαντος, ἐν τῷ προσγράψαι ὑπὲρ ἑκάστου σώματος λαμβάνειν τὸ προειρημένον.

γʹ. Ἐπειδὴ δὲ ταῦτ' ἐγέγονει κατὰ τὴν τοῦ βασιλέως βούλησιν μεγαλοπρεπῶς, ἐκέλευσε τὸν Δημήτριον [l] ἐκδοῦναι καὶ τὸ περὶ τῆς τῶν Ἰουδαϊκῶν βιβλίων ἀναγραφῆς δόγμα. οὐδὲν γὰρ εἰκῇ τοῖς βασιλεῦσι [[m] τούτοις] [n] ᾠκονόμητο, πάντα δὲ μετὰ πολλῆς ἐπιμελείας ἐπράττετο. διὸ καὶ τὸ τῆς [o] ἐκδόσεως ἀντίγραφον καὶ τὸ τῶν ἐπιστολῶν [p] κατατέταχα, καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἀπεσταλμένων ἀναθημάτων, καὶ τὸ ἐφ' ἑκάστου κατασκευασθὲν, ὡς ἀκριβεστέραν εἶναι τὴν τοῦ τεχνίτου τοῖς ὁρῶσι μεγαλουργίαν, καὶ διὰ τὴν τῶν κατασκευασμάτων ἐξοχὴν, τὸν ἑκάστου δημιουργὸν εἶναι εὐθέως γνώριμον. τῆς μέντοιγε ἐκδόσεως τὸ ἀντίγραφον ὑπῆρχε τοῦτον. "Βασιλεῖ μεγάλῳ "[q] παρὰ Δημητρίου. Προστάξαντός σου, ὦ βασιλεῦ, πε"ρί τε τῶν ἔτι λειπόντων εἰς ἀναπλήρωσιν τῆς βιβλιο"θήκης συγγραμμάτων, ὅπως συναχθῇ, καὶ περὶ τῶν "διαπεπτωκότων ὅπως [r] τῆς δεούσης [s] ἐπιμελείας τύχῃ, "πάσῃ κεχρημένος περὶ ταῦτα σπουδῇ, δηλῶ σοι τὰ τῶν "Ἰουδαίων νομοθεσίας βιβλία λείπειν ἡμῖν σὺν ἑτέροις. "χαρακτῆρσι γὰρ Ἑβραϊκοῖς γεγραμμένα καὶ φωνῇ τῇ "ἐθνικῇ ἐστιν ἡμῖν ἀσαφῆ. συμβέβηκε δὲ αὐτὰ καὶ ἀ"μελέστερον ἢ [t] ἔχει σεσημάνθαι, διὰ τὸ βασιλικῆς οὔ"πω τετυχηκέναι προνοίας. ἔστι δὲ ἀναγκαῖον εἶναι καὶ "ταῦτα παρὰ σοὶ διηκριβωμένα. φιλοσοφωτέραν γὰρ "καὶ ἀκέραιον τὴν νομοθεσίαν εἶναι συμβέβηκεν, ὡς ἂν "οὖσαν Θεοῦ. διὸ καὶ τοὺς ποιητὰς αὐτῆς, καὶ συγγρα"φεῖς τῶν ἱστοριῶν, οὐκ [v] ἐπιμνησθῆναι, φησὶν [x] Ἑ"καταῖος ὁ Ἀβδηρίτης, οὐδὲ τῶν κατ' αὐτὴν πολιτευ"σαμένων ἀνδρῶν, ὡς ἁγνῆς οὔσης, καὶ μὴ δέον αὐτὴν "βεβήλοις στόμασι διασαφεῖσθαι. ἐὰν οὖν σοι δοκῇ, "βασιλεῦ, γράψεις τῷ τῶν Ἰουδαίων ἀρχιερεῖ, ὅπως "ἀποστείλῃ τῶν πρεσβυτέρων ἓξ ἀφ' [y] ἑκάστης φυλῆς, "τοὺς ἐμπειροτάτους τῶν νόμων, [z] ἀφ' ὧν τὸ τῶν βι"βλίων σαφὲς καὶ σύμφωνον [a] ἐκμαθόντες, καὶ τὸ κα"τὰ τὴν ἑρμηνείαν ἀκριβὲς λαβόντες τῶν [b] πραγμά"των, ἀξίως ταῦτα τῆς σῆς προαιρέσεως συναγάγοι"μεν.

δʹ. Τοιαύτης οὖν τῆς [c] ἐκδόσεως γενομένης, ὁ βασιλεὺς ἐκέλευσεν Ἐλεαζάρῳ τῷ ἀρχιερεῖ τῶν Ἰουδαίων γραφῆναι περὶ τούτων, ἅμα καὶ τὴν ἄφεσιν τῶν δουλευόντων παρ' αὐτοῖς Ἰουδαίων δηλώσαντας αὐτῷ. καὶ πρὸς [d] κατασκευὴν δὲ κρατήρων

καὶ

l Ἐκδοῦναι] In *Aristeæ* libris εἰσδοῦναι.

m [Τούτοις] Illud τούτοις, uncis inclusum, ex Aristea adjectum esse volui.

n Ωκονόμητο,] Διῴκειτο *Aristea*.

o Ἐκδόσεως ἀντίγραφον] Ita *NC.* & *Euseb.* de *Præp. Evang.* p. 353. in *Josephi Editis Aliisque* utroque loco εἰσδόσεως, prout in *Aristea* libris.

p Κατατέταχα.] Κατακεχώρικα in *Aristea* libris. unde forsan aliquis hic loci malit κατατέταχα, aut media voce κατατετάγμαι, præsertim cum *Epiphanius* vertat *designavimus*.

q Παρὰ Δημητρίου.] Ita cum *Aristea* & *Eusebii* libris, ut & *NC.* (atque *L. B.*) qui præterea habet βασιλεῖ μεγάλῳ Πτολεμαίῳ παρὰ Δημητρίου. Verum *Aristea* Editores verba illa non pro inscriptione accipiunt, sed cum præcedentibus jungunt: quod & à *J. Alb. Fabricio* notatum video.

r Τῆς δεούσης] Καὶ τῆς δ. *NC.*

s Ἐπιμελείας] Ἐπισκευῆς *restitutionis* aut *reparationis* vocabulum, quo utitur *Aristeas*, significantius videtur quam ἐπιμελείας. *M. Meibom.* in *specimine Emendationum Psalmorum* &c. p. 47.

* *Notatos esse;*] Id est *consonis literis absque subjunctis vocalibus*, ut opinatur *Meibomius*. Alii reddunt, *scriptos interpunctosque*, qui credunt exemplaria quædam legis Judaïcæ in Bibliotheca Ptolemaica extitisse, sed imperfecta & mendosa. atque alii demum *expositos*, quibus placet aut totum *Pentateuchum* aut *partes quasdam* ante Alexandrum Græce redditas fuisse. Vide *Huetium* in *Demonstr. Evangel.* Prop. IV. c. 12. & *Fabricium* in *Bibl. Gr.* l. 3. c. 12. § 1.

t Ἔχει σεσημάνθαι,] Καὶ οὐχ ὡς ὑπάρχει apud *Aristeam*, pro quo καὶ οὐχ ὡς ὑπ' ἀρχὴν ἔχει reponendum censet *Meibom.* p. 48. *Josephi* verbis mendum subesse existimant *Viri Erudit.* unde ἰχρῆν pro ἔχει post alios substituit *J. Clericus.* ἔδει *J. Davisius.* nihil mutari volui, sine auctoritate *MSS.* præsertim cum ita legerit *Epiphanius*, qui vertit, *quam habent*.

v Ἐπιμνησθῆναι,] Ita *MSS.* ἐμνήσθησαν in *Editis*.

x Ἑκαταῖος ὁ Ἀβδηρίτης,] In *Historia de Judæis*, cujus meminit *Euseb.* de *Præp. Evangel.* l. 9. c. 4. HUDS. Hecatæus Abderita, quæ de Judæis scripsit vid. adv. Apion. lib. 1. §. 22. ubi Hecatæi verba apud Euseb. *Præp.* F. p. 408. & contr. Apion. lib. 1 § 22. in & lib. 2. §. 4. SPANH.

y Ἑκάστης φυλῆς,] Hinc colligitur (quod ab aliis notatum) non integras tribus fuisse abductas in Mediam, sed jam à temporibus Salmanassaris reliquias nonnullas permansisse.

z Ἀφ' ὧν τὸ τῶν βιβλίων] Παρ' ὧν in *MSS.*

a Ἐκμαθόντες.] Sic *MSS.* Συνθέντες in *Editis*.

b Πραγμάτων,] Γραμμάτων L. B.

c Ἐκδόσεως γενομένης,] In *Editis* εἰσδόσεως *suggestionis*, ut vocem hic loci interpretantur & *Epiph.* *Gelenius.* Supra tamen *Epiphanio* ἔκδοσις est *allegatio*. de qua voce videsis *Du-Cangium* in *Glossario*.

d Παρασκευὴν] Κατασκευὴν *NC.* (*L. B.*) & *Arist.*

e Πα-

καὶ φιαλῶν καὶ σπονδείων, ἔπεμψε χρυσοῦ μὲν ὁλκῆς τάλαντα [a] πεντήκοντα, λίθων δὲ πολυτελῶν ἀσυλλόγιστόν τι πλῆθος· προσέταξε καὶ τοὺς φύλακας τῶν κιβωτίων, ἐν αἷς ἐτύγχανον οἱ λίθοι, τὴν ἐκλογὴν τοῖς τεχνίταις αὐτῶν, ὅπερ ἂν ἐθελήσωσιν εἴδους, ἐπιτρέπειν. διετάξατο δὲ καὶ νομίσματος εἰς θυσίας καὶ τὰς λοιπὰς χρείας πρὸς ἑκατὸν τάλαντα τῷ ἱερῷ δοθῆναι. διηγήσομαι δὲ τὰ κατασκευάσματα, καὶ τὸν τρόπον τῆς δημιουργίας αὐτῶν, μετὰ τὸ προεκθέσθαι τὸ ἀντίγραφον τῆς ἐπιστολῆς τῆς γραφείσης Ελεαζάρῳ τῷ ἀρχιερεῖ, ταύτην λαβόντι τὴν τιμὴν ἐξ αἰτίας τοιαύτης. [f] τελευτήσαντος Ονίου τοῦ ἀρχιερέως, ὁ παῖς αὐτοῦ [g] Σίμων γίνεται διάδοχος, ὁ καὶ δίκαιος ἐπικληθεὶς, διά τε τὸ πρὸς τὸν Θεὸν εὐσεβὲς καὶ τὸ πρὸς τοὺς ὁμοφύλους εὔνουν. ἀποθανόντος δὲ τούτου, καὶ νήπιον υἱὸν καταλιπόντος τὸν κληθέντα Ονίαν, ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ελεάζαρος, περὶ οὗ τὸν λόγον ποιούμεθα, τὴν ἀρχιερωσύνην παρέλαβεν· ᾧ γράφει Πτολεμαῖος τοῦτον τὸν τρόπον. "Βασιλεὺς Πτολεμαῖος Ελεαζάρῳ "τῷ ἀρχιερεῖ χαίρειν. [h] Πολλῶν ἐν τῇ ἐμῇ βασιλείᾳ κατῳ-"κισμένων Ιουδαίων, οὓς, αἰχμαλωτισθέντας ὑπὸ Περσῶν "ὅτ' ἐκράτουν, ὁ ἐμὸς πατὴρ ἐτίμησε, καὶ τοὺς μὲν εἰς τὰ στρα-"τιωτικὰ κατέταξεν ἐπὶ μείζοσι μισθοφορίαις, τισὶ δὲ γενο-"μένοις ἐν Αἰγύπτῳ [i] σὺν αὐτῷ τὰ φρούρια καὶ τὴν τούτων φυλα-"κὴν παρέθετο, ἵνα τοῖς Αἰγυπτίοις ὦσι φοβεροί· [k] τὴν ἀρχὴν "ἐγὼ παραλαβὼν πᾶσι μὲν φιλανθρώπως ἐχρησάμην, μά-"λιστα δὲ τοῖς σοῖς πολίταις, ὧν ὑπὲρ δέκα μὲν μυριάδας "αἰχμαλώτων δουλευόντων ἀπέλυσα, τοῖς δεσπόταις αὐτῶν "ἐκ τῶν ἐμῶν λύτρα καταβαλών. τοὺς δὲ ἀκμάζοντας τῇ ἡλι-"κίᾳ εἰς τὸν [l] στρατιωτικὸν κατάλογον κατέταξα· τινὰς δὲ τῶν πε-"ρὶ ἡμᾶς [m] καὶ τῆς ἐμῆς αὐλῆς πιστοὺς εἶναι δυναμένων, ταύτης "ἠξίωκα, νομίζων ἡδὺ τῷ Θεῷ τῆς ὑπὲρ ἐμοῦ προνοίας ἀνάθη-"μα τοῦτο καὶ μέγιστον ἀναθήσειν. Βουλόμενος δὲ καὶ τούτοις χα-"ρίζεσθαι, καὶ πᾶσι τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην Ιουδαίοις, τὸν νόμον ὑ-"μῶν ἔγνων μεθερμηνεῦσαι, καὶ γράμμασιν Ελληνικοῖς ἐκ τῶν "Εβραϊκῶν μεταγραφέντα, κεῖσθαι ἐν τῇ ἐμῇ βιβλιοθήκῃ. "καλῶς οὖν ποιήσεις ἐπιλεξάμενος ἄνδρας ἀγαθοὺς ἓξ ἀφ' "ἑκάστης φυλῆς ἤδη πρεσβυτέρους [n] πέμψας· οἳ καὶ διὰ τὸν "χρόνον ἐμπείρους ἔχουσι τοὺς νόμους, καὶ δυνήσονται τὴν ἑρμηνείαν "αὐτῶν ἀκριβῆ ποιήσασθαι. νομίζω γὰρ τούτου ἐπιτελεσθέν-"τος, μεγίστην δόξαν ἡμῖν περιγενήσεσθαι. ἀπέσταλκα δέ σοι "περὶ τούτων διαλεξομένους, Ανδρέαν τὸν ἀρχισωματοφύλα-"κα καὶ Αρισταῖον, ἐμοὶ τιμιωτάτους· δι' ὧν καὶ ἀπαρχὰς ἀνα-"θημάτων εἰς τὸ ἱερὸν [o] καὶ θυσιῶν καὶ τῶν ἄλλων ἀπέσταλ-"κα, τάλαντα ἀργυρίου ἑκατόν. καὶ σὺ δὲ ἡμῖν ἐπιστέλλων, "περὶ ὧν ἂν ἐθέλῃς, ποιήσεις κεχαρισμένα.

ε'. Τῆς δ' ἐπιστολῆς τοῦ βασιλέως κομισθείσης πρὸς Ελεάζαρον, ἀντιγράφει [p] πρὸς αὐτὴν ὡς ἐνῆν μάλιστα φιλοτίμως. "Αρχιερεὺς Ελεάζαρος Βασιλεῖ Πτολεμαίῳ χαίρειν. Ερρωμέ-"νου σοῦ τε καὶ [q] τῆς βασιλίσσης Αρσινόης καὶ τῶν τέκνων, καλῶς "ἡμῖν ἔχει πάντα. τὴν δ' ἐπιστολὴν λαβόντες, μεγά-"λως ἥσθημεν ἐπὶ τῇ προαιρέσει σου, καὶ συναθροί-"σαντες τὸ πλῆθος ἀνέγνωμεν αὐτὴν, ἐμφανίζοντες "αὐτοῖς ἣν ἔχεις πρὸς τὸν Θεὸν εὐσέβειαν. ἐπεδείξα-"μεν δ' αὐτοῖς καὶ τὰς φιάλας ἃς ἔπεμψας χρυσᾶς

quidem talenta quinquaginta, gemmarum vero inæstimabilem multitudinem: jussitque custodes capsarum, in quibus erant gemmæ, artificibus permittere electionem cujuscunque vellent generis. Mandavit etiam pecuniæ ad sacrificia & reliquos usus * in templum usque ad centum talenta erogari. Exponam autem opera, & quo modo singula fabricata erant, si prius exemplar adduxero scriptarum ad Eleazarum pontificem literarum, qui id munus adeptus erat, ob causam quam dicam. Defuncto Oniæ pontifici filius ejus Simon successit, is qui Justus cognominatus est, tum propter pietatem in Deum, tum propter benevolum in cives animum. Eo mortuo, & superstite ei filio Onia nomine, ejus frater Eleazarus, de quo loquimur, pontificatum suscepit; cui scripsit Ptolemæus in hunc modum. "Rex Ptolemæus Eleazaro "pontifici salutem. Cum multi in regno meo ha-"bitarent Judæi, quos à Persis, dum imperium "tenebant, captos meus pater honoravit, & par-"tim ad militiam majoribus stipendiis destinavit, "partim videlicet iis, qui cum eo venerant in Æ-"gyptum, castella eorumque custodiam assigna-"vit, ut essent Ægyptiis terrori: ego principatum "adeptus, cum omnes humane tractavi, tum ma-"xime cives tuos, quorum supra centum millia "captivorum in libertatem vindicavi, soluto de "meis facultatibus pretio dominis eorum. Ex his "vero, quotquot per ætatem arma ferre possent "in militiam allegi: nonnullos etiam eorum qui "circa nos erant, quorum & fides id mereri vide-"batur, in aulicos meos cooptavi, cogitans gra-"tum Deo pro ejus de me cura donarium hoc & "maximum à me oblatum iri. Atque ut tum his "tum omnibus toto orbe Judæis gratum faciam, "statui legem vestram interpretatione donare, & "de Hebræo in Græcum traductam in mea bi-"bliotheca reponere. Quare recte facies si dele-"ctos viros, ex unaquaque tribu sex, jam ætate "provectos, ad me miseris, qui & per ætatem le-"gum sint periti, & eas accurate possint interpre-"tari. Sic enim existimo, his perfectis, maxima "nos gloria affectum iri. Misi autem colloquutu-"ros hisce de rebus tecum, Andream satellitum "præfectum & Aristæum, homines magnæ apud "nos existimationis, per quos etiam donariorum "primitias ad templum & sacrificiorum reliquo-"rumque misi, argenti talenta centum. Et tu, si "nobis quæ voles scripseris, rem gratam feceris.

Regis Ptolemæi litera ad pontificem Eleazarum.

5. Itaque his Regis literis ad Eleazarum perlatis, illis respondit quam fieri potuit amicissime. "Eleazarus pontifex Ptolemæo regi salutem. Si "& tu vales, reginaque Arsinoë, & liberi, nobis "omnia bene se habent. Acceptis literis tuis, ma-"gnam ex *præclara* tua voluntate lætitiam cepi-"mus, convocataque multitudine illas recitavi-"mus, palam eis facientes tuam erga Deum pieta-"tem. Phialas etiam abs te missas protulimus, "aureas viginti, ac triginta argenteas, crateras item quin-

Eleazari pontificis responsum.

a Πεντήκοντα,] Πεντήκοντα καὶ ἀργυρίου τάλαντα ἑβδομήκοντα in *Aristea*.

* *In templum usque ad centum talenta erogari.*] *Sacerdoti dari* juxta *Epiphan.* adeo ut τῷ ἱερεῖ legisse videatur, sicuti exstat in NC.

f Τελευτήσαντος Ονίου] Illa τελευτήσαντος Ονίου τοῦ ἀρχιερέως, ὁ παῖς αὐτοῦ Σίμων γίνεται διάδοχος, ὁ καὶ δίκαιος ἐπικληθεὶς, διά τε τὸ πρὸς Θεὸν εὐσεβὲς καὶ τὸ πρὸς τοὺς ὁμοφύλους εὔνουν, quæ in principio capitis habet NC. hic loci in eodem codice omittuntur: & post ταῦτα sequuntur ista, ἀποθανόντος δὲ Σίμωνος καὶ νήπιον &c.

g Σίμων] Is ipse est quem tanto encomio prosequitur Sirachides, *Ecclesiastici* cap. 2.

h Πολλῶν] Illud monendum est, Epistolas Ptolemæi & Eleazari non iisdem referri verbis ab *Aristea*, *Josepho*, *Eusebio*, & *S. Epiphanio* in lib. *de Mensuris & Ponderibus*. *J. Alb. Fabricius*.

i Σὺν αὐτῷ τὰ φρούρια καὶ τὴν τούτων φυλακὴν] Conf. supr. c. 1. §. 1. SPANH.

k Τὴν ἀρχὴν] Ita *Bas.* & nonnulli *MSS.* τὴν δ' ἀρχὴν ἐγὼ in *Edit. Gen.* τὴν ἀρχὴν δ' ἐγὼ *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *Busb.* καὶ ἡμεῖς δὲ παραλαβόντες τὴν βασιλείαν apud *Aristeam*.

l Στρατιωτικὸν κατάλογον κατέταξα·] Sic *MSS.* στρατιωτικὸν in *Editis*.

m Καὶ τῆς ἐμῆς αὐλῆς πιστῶν εἶναι δυναμένων,] Καὶ τὴν τῆς αὐλῆς πίστιν *Hen.* & *Busb.* τὴν τῆς αὐλῆς πίστιν ἱκανῶν εἶναι &c. NC. τοὺς δὲ δυναμένους καὶ περὶ ἡμᾶς εἶναι, τῆς περὶ τὴν αὐλὴν πίστεως ἀξίους ὑπεστήσαμεν *Arist.* HUDS. *Lugd. Bat.* [illegible]. Forte [illegible]. COCC.

n Πέμψας·] Illud πέμψας abest *Hen.* (*L. B.*) & *NC.* nec agnoscit *Aristeas*.

o Καὶ θυσιῶν] Καὶ εἰς θυσίας καὶ τὰ ἄλλα *Arist.*

p Πρὸς αὐτὴν] Πρὸς αὐτὸν *NC.* & *Vet. Interpr.* πρὸς ταύτην τὴν ἐπιστολὴν &c. *Arist.*

q Τῆς βασιλίσσης Αρσινόης] Juxta *Aristeam* & *Eusebium*, τῆς βασιλίσσης Αρσινόης, τῆς ἀδελφῆς, καὶ τῶν τέκνων. Vide pag. seq. [illegible] & *Usserium* ad A. M. 3727.

* Men-

"quinque, & * mensam consecratis muneribus excipiendis addictam, ut & sacrificiis faciendis ac cæteris omnibus, quibus opus templo fuerit, comparandis, centum talenta, quæ Andreas & Aristæus ex amicis tuis honoratissimi, viri honesti bonique ac doctrina præstantes, tuaque virtute digni, attulerunt. Scire autem te velimus, nos tibi in commodum tuum gratificaturos, etiamsi quid præter ingenium nostrum facere oporteat. nam tuis beneficiis in cives nostros multifariam collatis paria referre debemus. Quare hostias confestim & tua, & sororis, & liberorum, amicorumque causa immolavimus; & votis Deo nuncupatis ab eo populus flagitavit, uti omnia tibi *feliciter atque* ex animo cedant, regnumque tuum pacis tranquillitate conservetur, tibique bene vortat legis interpretatio, & felicem quem optas sortiatur exitum. Delegimus etiam seniores, ex unaquaque tribu sex, quos ad te una cum lege misimus. Tuæ autem erit pietatis ac justitiæ curare, ut lex, absoluta ejus interpretatione, ad nos remittatur, salvis etiam istis qui eam ad te apportarunt. Vale.

Septuaginta duo Interpretes.

Nominum recensio omissa.

6. Hæc quidem pontifex rescripsit. Mihi vero haud necessarium visum est nomina septuaginta seniorum indicare, qui cum lege ab Eleazaro missi sunt: (illa enim subscripta erant epistolæ) donariorum tamen, quæ Rex Deo misit, magnificentiam & opificium narrando percensere, non supervacaneum esse duxi, ut singulare Regis erga Deum studium omnibus innotescat. Etenim cum sumptus ad ista Rex large suppeditaret, & opificibus præsens adesset, atque opera inspiceret, nihil eorum quæ facta sunt oscitanter & negligenter fabricari sinebat. quorum uniuscujusque, quoad ejus fieri potest, magnificentiam persequar; non quod historia hujusmodi forsan narrationem postulet, sed quod elegantiæ amorem in Rege, animique magnitudinem lectoribus inde commendatum iri existimem.

Ptolemæi in donariis parandis munificentia.

7. Primo autem quæ ad mensam spectant exponere aggrediar. Et quidem Regi in animo erat opus immensæ molis elaborare. jussit autem ut mensæ quæ tum Hierosolymis erat magnitudinem explorarent, & quanta esset, & an major confici posset. Cumque intellexisset qualis ea esset, quodque nihil prohiberet, quin ea etiam major fieri posset, dixissetque se quintuplo ea majorem velle facere, sed vereri ne propter nimiam ejus molem ad ministeria fiat inutilis, (cupere enim se ut donaria, quæ ipse consecraret, non in spectaculum solum essent, sed ad sacrorum etiam usum accommodata) ideoque arbitratus esset priorem mensam non ob auri inopiam modica extitisse amplitudine; constituit eam, quæ ante posita erat, dimensionibus quidem non excedere, varietate vero & elegantia materiæ aliam longe præstantiorem efficere. Cumque ingenio esset ad rerum omnium naturas perspiciendas acuto, promptoque in operibus novis & mirabilibus excogitandis, ipse tum ista quibus nulla erat sculptura, inventione sua solerter adhibita ostensaque opificibus, fabricari jussit, tum quæ cœlata erant ad expressas rerum formas respiciendo identidem perfici.

Mensa aurea.

8. Itaque cum illud in se recepissent *opifices*,

"εἴκοσι, καὶ ἀργυρᾶς τριάκοντα, καὶ κρατῆρας πέντε, καὶ τράπεζαν εἰς ἀνάθεσιν, ἔτι εἰς θυσίας καὶ εἰς ἐπισκευὴν ὧν ἂν δέηται τὸ ἱερὸν, τάλαντα ἑκατὸν, ἅπερ ἐκόμισαν Ἀνδρέας καὶ Ἀρισταῖος οἱ τιμιώτατοί σου τῶν φίλων, ἄνδρες ἀγαθοὶ καὶ παιδείᾳ διαφέροντες, καὶ τῆς σῆς ἀρετῆς ἄξιοι. ἴσθι δ' ἡμᾶς τὸ σοὶ συμφέρον, κἂν ᾖ τι παρὰ φύσιν, ὑπομενοῦντας. ἀμείβεσθαι γὰρ ἡμᾶς δεῖ τὰς σὰς εὐεργεσίας, πολυμερῶς εἰς τοὺς ἡμετέρους πολίτας κατατεθείσας. εὐθὺς οὖν ὑπὲρ σοῦ [r] καὶ τῆς ἀδελφῆς σου καὶ τῶν τέκνων καὶ φίλων προσηγάγομεν θυσίας, καὶ τὸ πλῆθος εὐχὰς ἐποιήσατο γενέσθαι σοι τὰ κατὰ νοῦν, καὶ φυλαχθῆναί σου τὴν βασιλείαν ἐν εἰρήνῃ, τήν τε τοῦ νόμου μεταγραφὴν ἐπὶ συμφέροντι τῷ σῷ λαβεῖν ὃ [s] προαιρῇ τέλος. ἐπελέξαμεν δὲ καὶ πρεσβυτέρους ἄνδρας ἓξ ἀπὸ φυλῆς ἑκάστης, οὓς ἐπέμψαμεν ἔχοντας τὸν νόμον. ἔργον δὲ τῆς σῆς εὐσεβείας καὶ δικαιοσύνης, τὸ μεταγραφέντα τὸν νόμον [t] εἰς ἡμᾶς ἀποπέμψαι μετ' ἀσφαλείας τῶν κομιζόντων. ἔρρωσο.

ϛ'. Ταῦτα μὲν ὁ ἀρχιερεὺς ἀντέγραψεν. ἐμοὶ δ' οὐκ ἀναγκαῖον ἔδοξεν εἶναι τὰ ὀνόματα [v] τῶν ἑβδομήκοντα πρεσβυτέρων, οἳ τὸν νόμον ἐκόμιζον ὑπὸ Ἐλεαζάρου πεμφθέντες, δηλοῦν· ἦν γὰρ ταῦτα ὑπογεγραμμένα ἐν τῇ ἐπιστολῇ· τὴν μέντοι γε τῶν ἀναθημάτων πολυτέλειαν καὶ κατασκευὴν, ἣν ἀπέστειλεν ὁ βασιλεὺς τῷ Θεῷ, οὐκ ἀνεπιτήδειον ἡγησάμην διελθεῖν, ὅπως ἅπασιν ἡ τοῦ βασιλέως [x] ἐπὶ τὸν Θεὸν φιλοτιμία φανερὰ γένηται. ἄφθονον γὰρ τὴν εἰς [y] ταῦτα δαπάνην χορηγῶν ὁ βασιλεὺς, καὶ παρὼν ἀεὶ τοῖς τεχνίταις, καὶ τὰ ἔργα ἐπιβλέπων, οὐδὲν ἀμελῶς οὐδὲ ῥᾳθύμως εἴα γίνεσθαι τῶν κατασκευασμάτων. ὧν ἑκάστου, ὡς [z] οἷόν τε, τὴν πολυτέλειαν διηγήσομαι· τὸ μὲν ἱστορίας ἴσως οὐκ ἀπαιτούσης τὴν ἀπαγγελίαν, τὸ δὲ τοῦ βασιλέως φιλόκαλον καὶ μεγαλόφρον οὕτως συστήσειν τοῖς ἐντευξομένοις ὑπολαμβάνων.

ζ'. Πρῶτον δὲ τὰ περὶ τῆς τραπέζης ἐκθήσομαι. εἶχε μὲν οὖν διὰ ἐννοίας ὁ βασιλεὺς, ὑπερμεγεθέστατον τοῖς μέτροις ἀπεργάσασθαι τὸ κατασκεύασμα. προσέταξε δὲ μαθεῖν τὸ μέγεθος τῆς ἀνακειμένης ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις τραπέζης· πόσον τί ἐστι, καὶ εἰ δυνατὸν μεῖζον [a] τούτου κατασκευασθῆναι. μαθὼν δὲ καὶ τὴν οὖσαν, ἡλίκη τις ἦν, καὶ ὅτι αὐτῆς οὐδὲν κωλύει μείζονα γενέσθαι, φήσας καὶ πενταπλασίονα τῆς ὑπαρχούσης τῷ μεγέθει βούλεσθαι κατασκευάσαι, φοβεῖσθαι δὲ μὴ πρὸς τὰς λειτουργίας ἄχρηστος διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ μεγέθους γένηται· βούλεσθαι γὰρ οὐκ ἀνακεῖσθαι μόνον εἰς θέαν τὰ ἀναθήματα, ἀλλὰ [b] καὶ πρὸς τὰς λειτουργίας εὔχρηστα· καὶ διὰ τοῦτο λογισάμενος σύμμετρον κατεσκευάσθαι τὴν προτέραν τράπεζαν, ἀλλ' οὐ διὰ σπάνιν τοῦ χρυσοῦ, τῷ μεγέθει μὲν οὐκ ἔγνω τὴν προϋπάρχουσαν ὑπερβαλεῖν, τῇ δὲ ποικιλίᾳ καὶ τῷ κάλλει τῆς ὕλης ἀξιολογωτέραν κατασκευάσαι. δεινὸς δὲ ὢν [c] κατιδεῖν πραγμάτων παντοδαπῶν φύσιν, καὶ λαβεῖν ἐπίνοιαν ἔργων καινῶν καὶ παραδόξων, καὶ ὅσα ἦν [d] ἄγραφα τὴν εὕρεσιν αὐτὸς παρέχων διὰ τὴν σύνεσιν, καὶ ὑποδεικνὺς τοῖς τεχνίταις, ἐκέλευσε ταῦτα κατασκευάζεσθαι, καὶ τὰ ἀναγεγραμμένα πρὸς τὴν ἀκρίβειαν αὐτῶν ἀποβλέποντες ὁμοίως ἐπιτελεῖν.

η'. Ὑποστησάμενοι τοίνυν ποιήσασθαι τὴν τράπεζαν, [e] δύο μὲν

* *Mensam consecratis muneribus excipiendis addictam,*] Mensam dedicandam, *Epiphan.* & *Gelen.*

r Τῆς ἀδελφῆς σου καὶ τῶν τέκνων] Soror nempe simul & uxor Philadelphi. Hinc ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ inscrip. utriusque in Nummis antiquis. SPANH. Vide Tab. in fine Tomi II.

s Προαιρῇ τέλος.] Ita *Hav.* προαίρῃ aut προαιρῇ in *aliis.*

t Εἰς ἑκάστης] Εἰς ut hic pro πρὸς sæpe apud Atticos; sic εἰς ὑμᾶς [illegible] Demosth. adv. Spudiam p. 649. B. & adv. Leochar. p. 671. A. SPANH.

v Τῶν ἑβδομήκοντα πρεσβυτέρων,] Τῶν οβ'. *NC.*

x Ἐπὶ τὸν Θεόν] Περὶ τὸν Θεὸν *Hav.* (*L. B.*) & *NC.*

y Ταῦτα] L. B. αὐτά.

z Οἷόν τε,] *Lugd. Bat.* οἷον ἦν.

a Τούτου κατασκευασθῆναι.] Ita *Hav.* (& *Lugd. Bat.*) τούτου in *Editis Aliisque.*

b Καὶ πρὸς τὰς λειτουργίας εὔχρηστα·] Illud καὶ ex *MSS.*

c Καινῶν πραγμάτων παντοδαπῶν,] Ξενικῶν *Hav. NC.* & *Arist.*

d Ἄγραφα τὴν εὕρεσιν] Ἄγραφον juxta *Aristeam.*

e Δύο μὲν κ. πλάτος] Ita etiam *Epiphan.* δύο πήχεων τὸ μῆκος *Aristea.* Vide *Exod.* c. 25. v. 23. & c. 37. v. 10. & *Josephum* ipsum, p. 135. §. 5.

f Ἐπ.

[l] Χασλεῦ μηνὸς, ὃν οἱ Μακεδόνες Ἀπελλαῖον καλοῦσι, ἧψάν τε φῶτα ἐπὶ τῆς λυχνίας, καὶ ἐθυμίασαν ἐπὶ τοῦ βωμοῦ, καὶ ἄρτους [m] ἐπὶ τὴν τράπεζαν [n] ἐπέθηκαν, καὶ ὁλοκαυτώματα ἐπὶ τοῦ καινοῦ θυσιαστηρίου. ἔτυχε δὲ ταῦτα κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην γενέσθαι καθ᾽ ἣν καὶ μετέπεσεν αὐτῶν ἡ ἁγία θρησκεία εἰς βέβηλον καὶ κοινὴν συνήθειαν, μετὰ ἔτη τρία. τὸν γὰρ ναὸν ἐρημωθέντα ὑπ᾽ Ἀντιόχου διαμεῖναι τοῦτον ἔτεσι συνέβη τρισίν· ἔτει γὰρ πέμπτῳ καὶ τεσσαρακοστῷ καὶ ἑκατοστῷ ταῦτα περὶ τὸν ναὸν ἐγένετο, πέμπτῃ καὶ εἰκάδι τοῦ Ἀπελλαίου [o] μηνὸς, Ὀλυμπιάδι ἑκατοστῇ καὶ πεντηκοστῇ καὶ τρίτῃ. ἀνεκαινίσθη δὲ κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν πέμπτῃ καὶ εἰκοστῇ τοῦ Ἀπελλαίου μηνὸς, ὀγδόῳ καὶ τεσσαρακοστῷ καὶ ἑκατοστῷ ἔτει, Ὀλυμπιάδι ἑκατοστῇ καὶ πεντηκοστῇ καὶ τετάρτῃ. τὴν δ᾽ ἐρήμωσιν τοῦ ναοῦ συνέβη γενέσθαι κατὰ τὴν Δανιήλου προφητείαν, πρὸ [p] τετρακοσίων καὶ ὀκτὼ γενομένην ἐτῶν. ἐδήλωσε γὰρ ὅτι Μακεδόνες καταλύσουσιν αὐτόν.

Chasleu, quem Apellæum nominant Macedones, lumina in candelabro accenderunt, & ad aram suffitum fecerunt, panes mensæ imposuerunt, solidaque sacrificia super novo altari obtulerunt. Hæc autem eadem die facta sunt, qua triennio elapso mutata est eorum religio in profanam impuramque consuetudinem. accidit enim ut templum ab Antiocho desolatum eo in statu tribus annis permanserit. nam anno centesimo quadragesimo quinto ista templo contigerunt, vigesima & quinta die Apellæi mensis, Olympiade supra centesimam quinta & trigesima. Instauratum vero erat eadem die, quinta & vigesima Apellæi mensis, octavo & quadragesimo & centesimo anno, Olympiade vero centesima & quinquagesima quarta. Accidit autem ut templi desolatio fieret secundum id quod Danielus ante quadringentos & octo annos prædixerat. ostendit enim ipsum à Macedonibus eversum iri.

ζ. Ἑώρταζε δὲ Ἰούδας μετὰ τῶν πολιτῶν ἀνάκτησιν τῆς περὶ τὸν ναὸν θυσίας ἐφ᾽ ἡμέρας ὀκτὼ, μηδὲν ἀπολιπὼν ἡδονῆς εἶδος, ἀλλὰ πολυτελέσι μὲν καὶ λαμπραῖς ταῖς θυσίαις καταευωχῶν αὐτοὺς, ὕμνοις δὲ καὶ ψαλμοῖς τὸν Θεὸν μὲν [q] τιμῶν, αὐτοὺς δὲ τέρπων. τοσαύτη δ᾽ ἐχάρησαν τῇ περὶ τὴν ἀνανέωσιν τῶν ἐθῶν ἡδονῇ, μετὰ χρόνον πολὺν ἀπροσδοκήτως ἐν ἐξουσίᾳ γενόμενοι τῆς θρησκείας, [r] ὡς νόμον θεῖναι τοῖς μετ᾽ αὐτοὺς, ἑορτάζειν τὴν ἀνάκτησιν τῆς περὶ τὸν ναὸν ἐφ᾽ ἡμέρας ὀκτώ. καὶ ἐξ ἐκείνου [s] μέχρι δεῦρο τὴν ἑορτὴν ἄγομεν καλοῦντες αὐτὴν [t] φῶτα· ἐκ τοῦ παρ᾽ ἐλπίδας οἶμαι ταύτην ἡμῖν φανῆναι τὴν ἐξουσίαν, τὴν προσηγορίαν θέμενοι τῇ ἑορτῇ. τειχίσας δ᾽ ἐν κύκλῳ τὴν πόλιν, καὶ πρὸς τὰς ἐπιδρομὰς τῶν πολεμίων πύργους οἰκοδομησάμενος ὑψηλοὺς, φύλακας ἐν αὐτοῖς ἐγκατέστησε, καὶ [v] τὴν Βεθσούραν δὲ πόλιν ὠχύρωσεν, ὅπως αὐτῇ φρουρίῳ αὐτῇ πρὸς τὰς ἀπὸ τῶν πολεμίων ἀνάγκας ἔχῃ χρῆσθαι.

7. Egit autem Judas cum civibus per octo dies instaurationem sacrificiorum in templo, nullum omittens lætitiæ genus, sed magnificis splendidisque sacrificiis eos excipiens, hymnis etiam & psalmis Deum quidem honorans, populares vero oblectans. Tantum autem gaudii cepere ex hac rituum restitutione, libertate religionis post multum temporis inexspectato recuperata, ut legem posteris fecerint, quotannis solennes agere dies octo ob res templi restitutas: & ex eo tempore in hodiernum usque diem celebramus id solenne quod dicitur Lumina. hac festivitati, ut opinor, indita appellatione, quod illa nobis ex insperato affulserit *agendi* potestas. Cum autem urbi mœnia circumdedisset, turresque altas ædificasset contra hostium incursus, custodias in eis imposuit, urbemque Bethsuram munivit, ut ea tanquam arce uteretur, si quando ab hostibus in necessitatem adactus esset.

Judæorum lætitia ob sacrorum instaurationem. 1 Maccab. c. 4.

Luminum festum institutum. 1 Maccab. c. 4.

ΚΕΦ. η'.

Ὡς Ἰούδας τὰ πέριξ ἔθνη ἐχειρώσατο, καὶ Σίμων Τυρίους καὶ Πτολεμαεῖς ἐνίκησεν· καὶ ὡς Ἰούδας τὸν Τιμόθεον νικηθέντα φυγεῖν ἠνάγκασε, καὶ ἄλλα πολλὰ διεπράξατο μετὰ τὴν Ἰωσήπου καὶ Ἀζαρίου ἧτταν.

CAP. VIII.

Quomodo Judas gentes finitimas subegit, & Simon Tyrios & Ptolemæos profligavit: utque Judas Timotheum prælio victum in fugam compulit, aliaque multa gessit post Josephi & Azariæ cladem.

Τούτων οὕτω γενομένων, τὰ πέριξ ἔθνη πρὸς τὴν ἀναζωπύρησιν καὶ τὴν ἰσχὺν τῶν Ἰουδαίων χαλεπῶς διακείμενα, πολλοὺς ἐπισυνιστάμενα διέφθειρεν, ἐνέδραις καὶ ἐπιβουλαῖς [x] αὐτῶν ἐγκρατῆ γενόμενα. πρὸς τούτους πολέμους συνεχεῖς [y] ἐκφέρων Ἰούδας, ἐπεῖχεν αὐτοὺς τῆς καταδρομῆς, καὶ ὧν ἐποίουν [z] κακῶς τοῖς Ἰουδαίοις, ἐπιπεσὼν καὶ τοῖς [a] Ἠσαῦ υἱοῖς Ἰδουμαίοις κατ᾽ [b] Ἀκραβατη-

HIS ita gestis, finitimæ gentes, Judæorum vires exsuscitatas recreatasque ægre admodum ferentes, conspiratione facta multos occiderunt, insidiis dolisque eos in potestatem suam redigentes. Cum istis Judas assiduè bellum gerens, conabatur eos ab incursibus cohibere, & à malis quæ Judæis intulerunt. Atque Idumæos Esavi filios ad Acrabatenam adortus, multos interfecit & deprædatus

Judas Idumæos afflictit & Baanenses & Ammanitas. 1 Maccab. c. 5.

l Χασλεῦ μηνὸς,] Ex præced. c. 5. §. 4. Χασλεῦ μηνὸς rescripsi. Χορλαιῳ in *Editis Aliisque*. Χασελεῦ 1 *Macc.* c. 4. v. 52. & 59. Τεβέθου μηνὸς *Hen.* HUDS. Conf. sup. c. 5. §. 4. SPANH.

m Ἐπὶ τὴν τράπεζαν] *Gen.* ἐπὶ negligit.

n Ἐπέθηκαν,] Ἐπέθεσαν *Bosb.* ἔθεσαν *Hen.*

o Μηνὸς, ——— ἔτει,] Ita *Hen. Voss.* (qui nunc *Lugd. Bat.*) & *Vet. Interpr.* μηνὸς, ὀγδόῳ καὶ ἑκατοστῷ καὶ τεσσαρακοστῷ ἔτει, Ὀλυμπιάδι ἑκατοστῇ καὶ πεντηκοστῇ καὶ τετάρτῃ. τὴν δὲ ἐρήμωσιν &c. *Bas.* μηνὸς, ἡ κάθαρσις δ᾽ ἐγένετο ϛ. κ. ρ. καὶ μ. ἔτει, Ὀλυμπιάδι ρ. καὶ ν. καὶ δ. τὴν δ᾽ ἐρήμωσιν &c. *Gen.* Vide *Scalig.* ad *Can. Isagog.* p. 294. & *Vossium* in *Chronol. S.* p. 152.

p Τετρακοσίων καὶ ὀκτὼ] *Gen.* υ'. καὶ η'. Sed *Lugd. Bat.* τριακοσίων scripturæ vitio. Vetus quoque *quadringentos & octo*. HAV.

q Τιμῶν,] Ετίμων, αὐτοὺς δ᾽ ἔτερπον *Hen.* ἔτιμα, καὶ αὐτοὺς ἔτερπεν *Bosb.* ἔτιμα, καὶ ἑαυτοὺς ἔτερπεν legisse videtur *Epiphan.*

r Ὡς νόμον θεῖναι] Καὶ νόμον ἔθεντο *Bosb.* & *Vet. Interpr.*

s Μέχρι δεῦρο.] Μέχρι τοῦ νῦν δεῦρο *Hen.* (μέχρι τοῦ δεῦρο *L. B.*)

t Φῶτα] Vocabatur (ut inquit *Grotius* ad *Joann.* c. 10. v. 22.) Φῶτα *Lumina*, quia per totos hos octo dies lucernæ noctibus etiam in domibus accendebantur, ut in titulo *Talmudico*, quo de hoc festo & festo Sortium agitur, traditum est. Videsis Cl. *Seldenum*, lib. 3. *de Synedriis*, cap. 13. §. 9. HUDS. Festum annuum restaurati à Maccabæo Templi indictum, quod Φῶτα vocarunt, Judæi 1 *Macc.* IV. v. 59. ἡμέρας ἐγκαινισμοῦ *Hebr.* חנכה & *Gr.* Λυχνοκαΐα vid. Joseph. ἀρχ. lib. XI. c. 4. §. 7. & Scalig. de Emend. p. 435. Item Contra Apion. lib. 2. §. 9. & 39. λυχνοκαΐας apud Judæos frequentes. De cultu ἐθελοθρήσκῳ, de quo ibi vide Selden. de Jur. Græc. & Hebr. SPANH. Festum luminum. At חנכה nomen est, quod & olim & nunc huic festo datur. Id φῶτα non notat, sed ἐγκαίνια. Forsan tunc quoque ab usu lucernarum plurimarum, quibus hoc festum celebrant, nomen gessit. Ceterum quod putet Josephus lumine illo designari lumen libertatis, quod iis insperato affulsit, non existimem. Solebant Judæi lumina in signum lætitiæ, uti & aliæ gentes, accendere: & in festo tabernaculorum, ad cujus imitationem hos dies octo celebrarunt, thyrsos quoque manibus gestantes (uti notatur 2 Hasmon. 10. 6. 7.) notum est quales delicias fecerint lychnis noctu accensis; sic ut inde potius hanc λυχνοκαΐαν repetendam crediderim. REL.

v Βεθσούραν δὲ πόλιν] Βεθσουρίμων *Hen.* Vide *Annott.* ad præced. §. 5. HUDS. Conf. ἀλωσ. lib. 1. c. 1. §. 5. SPANH.

x Αὐτῶν ἐγκρατῆ γενόμενα.] Αὐτῶν κρατήσαντα εἰάθεσαν *Hen.* (*L. B.*) *Bosb.* & C.

y Ἐκφέρων Ἰούδας,] Ἐκφέρων ὁ Ἰούδας *Hen.* & *Bosb.*

z Κακῶς τοὺς Ἰουδαίους ἐπεχείρουν.] Κακῶν *Hen. Bosb.* & C.

a Ἠσαῦ] Ita C. & *Vet. Interpr.* Ἠσαῦ υἱοῖς καὶ Ἰδουμαίοις *Hen.* Ἠσαῦ δὲ υἱοῖς Ἰδουμαίοις in *Editis*.

b Ἀκραβατηνὴν] Ita *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & C. Ἀκραβαττηνὴν *Gall.* & 1 *Macc.* 5. 3. & Ἀκραβαττήνην in *MS. Collegii Novi*. Ἀκραβατίνην in *Editis*. Forsan Ἀκραβαττηνὴν legendum. Vide Relandum

datus est: porro & Baani filios, qui *per vias* insidiati sunt Judæis, conclusos *in* turribus admoto exercitu obsidebat, turresque illorum incendebat, hominesque *ferro* trucidabat. Postea inde progressus in Ammanitas, validam manum numerosumque nactos exercitum, cui præerat Timotheus, illis profligatis atque devictis, Jazoron urbem expugnavit, abductisque in captivitatem uxoribus eorum & liberis, & urbe incensa, in Judæam reversus est. Cum autem vicinæ gentes intellexissent ipsum revertisse, coëunt in Galaaditin adversus Judæos, qui in ipsorum finibus degebant. At illi in Dathema castellum fuga elapsi, missis ad Judam nunciis ei significabant, Timotheum festinare ut locum, in quem confugerant, expugnaret. Adhuc istæ recitabantur epistolæ, cum *ecce* adsunt *alteri* ex Galilæa nuncii, indicantes convenisse Ptolemæeos, & Tyrios, atque Sidonios, & Galilææ extraneos.

Judæi à Juda per literas auxilium petunt. 1 Maccab. c. 5.

XII. *Id negotii Simoni dat ut Judæorum hostes abisceretur. 1 Maccab. c. 5. Judas cum Jonatha in Galaaditin proficiscitur. 1 Maccab. c. 5. Simon in Galilæa vincit hostes. 1 Maccab. c. 5.*

2. Judas igitur, cum cogitasset quid fieri oporteret ad utrasque quæ *sibi* nunciatæ erant necessitates sublevandas, Simoni quidem fratri suo mandavit, ut cum tribus delectorum millibus defensum exiret Judæos qui in Galilæa habitarent: ipse vero assumpto Jonatha fratre altero, cum octo militum millibus in Galaaditin profectus est. Josephum autem Zachariæ filium & Azariam, qui reliquo exercitui præessent, reliquit, cum præcepto ut diligenter custodirent Judæam, & cum nemine ante ipsius reditum prælio dimicarent. Simon igitur, postquam in Galilæam venit, congressus est cum hostibus, eosque terga vertere coëgit; & fugientes persequutus usque ad portas Ptolemaidis, occidit eorum ad tria circiter millia. cumque peremptorum spolia sustulisset, tam Judæos ab eis in captivitatem redactos quam eorum sarcinulas abducens, domum se recepit.

Nabatæi Judæ opem implorant.

3. Judas autem Maccabæus & Jonathas ejus frater, trajecto Jordane, & ab eo tridui iter emensi, incidunt in Nabatæos, amice eis occurrentes. qui cum ei narrassent quæ fratribus in Galaaditide acciderant, multosque illorum malis conflictari, compulsos in castella & oppida Galaaditidis, atque cum monuissent ut properaret ire adversus alienigenas, summaque ope niteretur populares suos ab illis vindicare, *iis* obsequutus iter per solitudinem convertit: primoque impetu facto in habitantes Bethsuram, eaque capta, mares omnes militaris ætatis ferro trucidavit, urbemque igni cremavit. Nocte autem appetente, nihilominus perrexit, eaque ad munitionem profectus, in quam Judæos conclusos esse contigit, Timotheo cum copiis suis locum obsidente, prima luce eò pervenit. Cum-

τὴν ἐπιπεσὼν, πολλοὺς αὐτῶν ἀπέκτεινε καὶ ἐσκύλευσε. συγκλείσας δὲ καὶ τοὺς υἱοὺς τοῦ [c] Βαάνου λοχῶντας τοὺς Ἰουδαίους, περικαθίσας ἐπολιόρκει, καὶ τούς τε πύργους αὐτῶν ἐνεπίμπρα, καὶ [d] τοὺς ἄνδρας διέφθειρεν. ἔπειτ' ἐκεῖθεν ἐπὶ τοὺς Ἀμμανίτας [e] ὁρμήσας, δύναμιν μεγάλην καὶ πολυάνθρωπον ἔχοντας, ἧς ἡγεῖτο Τιμόθεος, [f] καὶ τούτους χειρωσάμενος, τὴν [g] Ἰαζωρὸν [h] ἐξεῖλε πόλιν· καὶ τάς τε γυναῖκας αὐτῶν καὶ τὰ τέκνα λαβὼν αἰχμαλώτους, καὶ τὴν πόλιν ἐμπρήσας, εἰς τὴν Ἰουδαίαν [i] ἀνέστρεψε. μαθόντα δ' αὐτὸν τὰ γειτνιῶντα τῶν ἐθνῶν [k] ἀναστραφέντα, συναθροίζεται εἰς τὴν [l] Γαλααδῖτιν ἐπὶ τοὺς ἐν τοῖς [m] ὁρίοις αὐτῶν Ἰουδαίους. οἱ δὲ [n] καταφυγόντες εἰς [o] Δάθεμα τὸ φρούριον, πέμψαντες πρὸς Ἰούδαν, ἐδήλουν αὐτῷ, ὅτι λαβεῖν ἐσπουδάκει ὁ Τιμόθεος τὸ χωρίον εἰς ὃ συμπεφεύγεσαν. ἀναγινωσκομένων δὲ τῶν ἐπιστολῶν τούτων, ἧκον ἐκ τῆς Γαλιλαίας ἄγγελοι παραγγέλλοντες, σημαίνοντες ἐπισυνῆχθαι τοὺς ἐκ Πτολεμαΐδος καὶ Τύρου καὶ Σιδῶνος, [p] καὶ τῶν ἀλλοφύλων τῆς Γαλιλαίας.

β'. Πρὸς οὖν ἀμφοτέρας τὰς τῶν ἠγγελμένων χρείας σκεψάμενος ὁ Ἰούδας ὅ, τι χρὴ ποιεῖν, Σίμωνα μὲν τὸν ἀδελφὸν προσέταξεν εἰς τρισχιλίους τῶν ἐπιλέκτων λαβόντα, τοῖς ἐν Γαλιλαίᾳ βοηθὸν ἐξελθεῖν Ἰουδαίοις. αὐτὸς δὲ καὶ Ἰωνάθης ὁ ἕτερος ἀδελφὸς μετὰ στρατιωτῶν ὀκτακισχιλίων [q] ὥρμησαν εἰς τὴν Γαλααδῖτιν. [r] κατέλιπεν δὲ, ἐπὶ τῶν ὑπολοίπων τῆς δυνάμεως, Ἰώσηπόν τε τὸν τοῦ Ζαχαρίου καὶ Ἀζαρίαν, προστάξας αὐτοῖς φυλάττειν ἐπιμελῶς τὴν Ἰουδαίαν, καὶ συνάπτειν πόλεμον πρὸς μηδένα, ἕως ἂν αὐτὸς ἐπανέλθῃ. ὁ μὲν οὖν Σίμων παραγενόμενος εἰς τὴν Γαλιλαίαν, καὶ συμβαλὼν τοῖς ἐχθροῖς, εἰς φυγὴν αὐτοὺς ἔτρεψε, καὶ μέχρι τῶν πυλῶν τῆς Πτολεμαΐδος διώξας, ἀπέκτεινεν αὐτῶν ὡς περὶ τρισχιλίους. καὶ τά τε σκῦλα λαβὼν τῶν ἀνῃρημένων, καὶ τοὺς ᾐχμαλωτισμένους ὑπ' αὐτῶν Ἰουδαίους, καὶ τὴν ἀποσκευὴν αὐτῶν ἐπαγόμενος, εἰς τὴν οἰκείαν ἀνέστρεψεν.

γ'. Ἰούδας δὲ ὁ Μακκαβαῖος καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἰωνάθης, διαβάντες τὸν Ἰορδάνην ποταμὸν, καὶ ὁδὸν ἀπ' αὐτοῦ τριῶν ἀνύσαντες ἡμερῶν, [s] τοῖς Ναβαταίοις εἰρηνικῶς ὑπαντῶσι περιτυγχάνουσιν. ὧν διηγησαμένων τὰ περὶ τοὺς ἐν Γαλααδίτιδι, ὡς πολλοὶ κακοπαθοῦσιν αὐτῶν ἐν τοῖς φρουρίοις [t] ἀπειλημμένοι καὶ ταῖς πόλεσι τῆς Γαλααδίτιδος, καὶ παραινεσάντων αὐτῷ σπεύδειν ἐπὶ τοὺς ἀλλοφύλους, καὶ ζητεῖν ἀπ' αὐτῶν σώζειν τοὺς ὁμοεθνεῖς, πεισθεὶς ὑπέστρεψεν εἰς τὴν ἔρημον· καὶ προσπεσὼν πρώτοις τοῖς τὴν [v] Βοσσόραν κατοικοῦσι, καὶ λαβὼν αὐτὴν, [x] καταβαλὼν πᾶν τὸ ἄρρεν καὶ μάχεσθαι δυνάμενον διέφθειρε, καὶ τὴν πόλιν ὑφῆψεν. ἐπιγινομένης δὲ νυκτὸς, οὐδ' οὕτως ἐπέσχεν, ἀλλ' ὁδεύσας δι' αὐτῆς ἐπὶ τὸ φρούριον, ἔνθα τοὺς Ἰουδαίους ἐγκεκλεῖσθαι συνέβαινε, περικαθεζομένου τὸ χωρίον Τιμοθέου μετὰ τῆς δυνάμεως, ἕωθεν

landem in *Palæstina S.* p. 176. & 191. HUDS. Λαγχαβαῖδαν 1 Macc. v. 3. Λαγχαβαῖται & MS. Big. Λαγχαβαῖται ἔθνος. lib. 11. c. 12. §. 4. Big-*Ox.* & cap. 20. §. 4. & lib. 4. c. 9. §. 3. ubi Com. Λαγχαβαῖται & c. 22. §. 2. Λαγχαβαῖται. SPANH.

c Βαάνου λοχῶντας τοὺς Ἰουδαίους,] Σαβαάνου *Hen.* & C. Βαιάν 1 *Maccab.* c. 5. v. 4.

d Τοὺς ἄνδρας διέφθειρεν.] Τοὺς ἄνδρας αὐτῶν διέφθειρεν *Hen.* & C.

e Ὁρμήσας,] Ἐξώρμησε *Hen.* & C.

f Καὶ τούτους χειρωσάμενος,] Χειρωσάμενος δὲ καὶ τούτους *Hen.* & *Lugd. Bat.*

g Ἰαζωρὸν] Γαζαρὰ 2 *Maccab.* c. 10. v. 32. Vide *Grotium* ad 1 *Maccab.* c. 5. v. 8.

h Ἐξεῖλε πόλιν·] Ἐξαιρεῖ *Hen.* (*L. B.*) & C.

i Ἀνέστρεψε.] Ὑπέστρεψεν *Hen.* & C.

k Ἀναστραφέντα,] Ἀναστρέφοντα *Hen.* & C.

l Γαλααδῖτιν] Γαλααδηνὴν *Hen.*

m Ὁρίοις] Ita ex *Epiphan.* & 1 *Macc.* c. 5 v. 9. (ὅροις *L. B.*) ὀρεινοῖς in *Editis.* HUDS. Ὀρεινοῖς est montanis: at interpres ὁρίοις finitimis legisse videtur. REL.

n Καταφυγόντες] Καταφεύγοντες *Hen.* & *Epiphan.*

o Δάθεμα τὸ φρούριον,] Ita etiam appellatur 1 *Maccab.* c. 5. v. 9. Δάθεμα *Hen.* & C. HUDS. Δάθεμα τὸ ὀχύρωμα 1 Maccab v. 10. SPANH.

p Καὶ τῶν ἀλλοφύλων τῆς Γαλιλαίας.] Τοὺς τῶν ἀλλοφύλων Γαλιλαίας malit *Schotanus.* Πᾶσαν Γαλιλαίαν ἀλλοφύλων 1 *Macc.* c. 5. v. 15. καὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν τῆς Γαλιλαίας *Hen.* (*L. B.*) C. & *Epiphan.*

q Ὥρμησαν εἰς τὴν Γαλααδῖτιν.] Ὥρμησε C. & *Vet. Interpr.*

r Κατέλιπε δὲ] Κατέλιπεν C.

s Τοῖς Ναβαταίοις] Ναβαταίους Ἄραβας infr. lib. 13. c. 1. §. 2. SPANH.

t Ἀπειλημμένοι] Συνειλημμένοι (prout in 1 *Macc.* c. 5. v. 26. & 27.) malit *Schotanus.* ὑποτεθλιμμένοι legisse videtur *Epiphan.* qui vertit, *quod mali ex eis tribularentur.*

v Βοσσόραν] Ita & 1 *Macc.* c. 5. v. 26. (*L. B.* Βοσόρραν) Βοσορρὰ juxta meliores *Epiphanii* libros. in aliis *Bosofa*, ut & in vulgata versione lib. 1. *Maccab.* Hæc autem Βοσσόρα distinguitur à Βοσὸρ urbe Gileaditide ab ipso *Josepho* & *Scriptore* lib. 1. *Maccab.* sic ut Βοσὸρ possit haberi eadem atque בצר in tribu *Ruben*, & Βοσσόρα pro *Bostris.* *Relandus* in *Palæst.* p. 665. בצרה significat *locum munitum*: unde & Carthaginis arx inversis literis Βύρσα Græcis, ex quo vocabulo male intellecto fluxit fabula de taurino tergo. Erant in vicinia Judæorum urbes duæ quibus nomen בצרה, altera Idumææ, de qua *Esaias* c. 34 v. 6. & c. 63. v. 1. & *Jeremias* c. 49. v. 13. altera Moabitidos, de qua *Jeremias* c. 48. v. 24. illa in 1 *Maccab.* & *Josepho* Βοσορρὰ dicitur, *Ptolemæo* & *Stephano* Βόστρα, hæc vero Βοσὸρ tam 1 *Macc.* quam *Josepho.* *Grotius* ad 1 *Macc.* c. 5. v. 26. HUDS. Βοσὸρ 1 Macc. v. 28. supra lib. 4. c. 7. §. 4. Βόσορα μὲν, ἐπὶ τοῖς ὅροις τῆς Ἀραβίας. SPANH.

x Καταβαλὼν] Καταλαβὼν *Hen.* & *L. B.*

θεν [y] ἐπ' αὐτὸ προσάγειν). καὶ καταλαβὼν ἤδη τοῖς τείχεσι [z] προσβεβληκότας τοὺς πολεμίους, καὶ τοὺς μὲν κλίμακας ὥστε ἀναβαίνειν ἐπ' αὐτὰ, τοὺς δὲ μηχανήματα προσφέροντας, κελεύσας τὸν σαλπιγκτὴν [a] σημᾶναι, καὶ παρορμήσας τοὺς στρατιώτας [b] ὑπὲρ ἀδελφῶν καὶ συγγενῶν διακινδυνεύειν προθύμως, εἰς τρία διελὼν τὸν στρατὸν ἐπιπίπτει κατὰ νώτου τοῖς πολεμίοις. οἱ δὲ περὶ τὸν Τιμόθεον αἰσθόμενοι ὅτι Μακκαβαῖος εἴη, πεῖραν ἤδη καὶ πρότερον αὐτοῦ τῆς ἀνδρείας καὶ τῆς ἐν τοῖς πολέμοις εὐτυχίας εἰληφότες, [c] εἰς φυγὴν τρέπονται. ἐφεπόμενος δὲ μετὰ τοῦ στρατεύματος ὁ Ἰούδας, ἀναιρεῖ μὲν αὐτῶν [d] εἰς ὀκτακισχιλίους. ἀπονεύσας δ' εἰς [e] Μάλλην πόλιν [f] οὕτω λεγομένην τῶν ἀλλοφύλων, λαμβάνει καὶ ταύτην· καὶ τοὺς μὲν ἄῤῥενας ἅπαντας ἀποκτείνει, τὴν δὲ πόλιν αὐτὴν [g] ἐμπιμπρησιν. ἄρας δ' ἐκεῖθεν, τήν τε [h] Χάσφωμα, καὶ [i] Βοσὸρ, καὶ πολλὰς ἄλλας πόλεις τῆς Γαλααδίτιδος καταστρέφεται.

que jam offendisset hostes mœnibus admotos, atque alios scalas ad ea ascendenda, alios vero machinas in expugnationem apportantes, jussò tubicine canere, suosque adhortatus milites, ut alacriter sese periculis objicerent pro fratribus & cognatis, divisis trifariam copiis hostes à tergo invadit. At Timothei milites Maccabæum esse cognoscentes, cum & jam ante ejus virtutem & in bellis *gerendis* felicitatem experti essent, è vestigio in fugam vertuntur. Judas autem, cum exercitu suo eos insequutus, occidit illorum *eo die* ad octo millia *hominum*: atque *inde* ad Mallen, alienigenarum urbem ita appellatam, flexo itinere, eam etiam expugnavit, ac omnes in ea mares interfecit, urbemque ipsam incendit. Illinc autem profectus, & Chasphoma & Bosor, aliaque quamplurima Galaaditidis evertit oppida.

Judas Timotheanis cladem infert. 1 Maccab. c. 5.

δ. Χρόνοις δ' ὕστερον οὐ πολλοῖς Τιμόθεος δύναμιν μεγάλην παρασκευασάμενος, καὶ συμμάχους ἄλλους τε παραλαβὼν, καὶ Ἀράβων τινὰς μισθῷ πείσας αὐτῷ συστρατεύειν, ἧκεν ἄγων τὴν στρατιὰν πέραν [k] τοῦ χειμάῤῥου [l] Ῥαφὼν ἀντικρύς. πόλις δὲ ἦν αὕτη. καὶ παρεκελεύετο τοὺς στρατιώτας, εἰ συμβάλοιεν εἰς μάχην τοῖς Ἰουδαίοις, προθύμως ἀγωνίζεσθαι, καὶ κωλύειν αὐτοὺς διαβαίνειν τὸν χείμαῤῥον. διαβάντων γὰρ ἥττασθαι αὐτοὺς προύλεγεν. Ἰούδας δ' ἀκούσας παρεσκευάσθαι τὸν Τιμόθεον πρὸς μάχην, ἀναλαβὼν [m] πᾶσαν τὴν οἰκείαν δύναμιν, ἐσπούδευσεν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, καὶ περαιωσάμενος τὸν χείμαῤῥον [n] ἐπιπίπτει τοῖς ἐχθροῖς, καὶ τοὺς μὲν αὐτῶν [o] ὑπαντιάζοντας ἀναιρεῖ, τοὺς δ' εἰς δέος ἐμβαλὼν ῥίψαντας τὰ ὅπλα φεύγειν ἠνάγκασε. καί τινες μὲν αὐτῶν διέδρασαν· οἱ δ' εἰς τὸ καλούμενον ἐν [p] Καρναῒν τέμενος συμφυγόντες, ἤλπισαν [q] τεύξεσθαι σωτηρίας. Ἰούδας δὲ τήν πόλιν [r] καταλαβόμενος, αὐτούς τε ἀπέκτεινε, καὶ τὸ τέμενος ἐνέπρησε, ποικίλῃ χρησάμενος ἰδέᾳ τῆς ἀπωλείας τῶν πολεμίων.

4. Non multo post Timotheus cum magnas coegisset copias, aliosque sibi in auxilium assumpsisset, & Arabibus quibusdam mercede suasisset secum in bellum ire, trans torrentem duxit exercitum, *castraque posuit* ex adverso urbis * Raphon: & milites hortabatur, ut, si forte prælio congrederentur cum Judæis, alacriter dimicarent, & arcerent eos à transitu torrentis. Si enim transirent, prædicebat fore ut cladem sui acciperent. Judas autem, audito quod Timotheus ad pugnam ineundam esset paratus, copiis suis omnibus assumptis hostem versus ire properavit, trajectoque flumine inimicos adoritur, & quosdam eorum sibi occurrentes peremit; alios vero metu perculsos, abjectis armis, in fugam compulit. atque horum nonnulli *è periculo* evaserunt: quidam vero in fanum, quod erat Carnaï *ita* vocatum, confugientes, se salvos fore *religione loci* sperarunt. At Judas, capto oppido, & ipsos interemit & fanum incendit, hostibus variis modis morte affectis.

Timotheus bellum renovat. 1 Maccab. c. 5.

Judas Timotheanos profligat. 1 Maccab. c. 5.

ε. Ταῦτα διαπραξάμενος, καὶ συναγαγὼν τοὺς ἐν τῇ Γαλααδίτιδι Ἰουδαίους μετὰ τῶν τέκνων καὶ γυναικῶν, καὶ τῆς ὑπαρχούσης αὐτοῖς ἀποσκευῆς, οἷός τε ἦν εἰς τὴν [s] Ἰουδαίαν ἐπανάγειν. ὡς δ' ἧκεν ἐπί τινα πόλιν [t] Ἐφρὼν ὄνομα, ἐπὶ τῆς ὁδοῦ κειμένην, καὶ οὐκ ἦν ἄλλην αὐτῷ τραπομένῳ βαδίζειν δυνατὸν ἦν, οὐκ ἀναστρέφειν ἤθελεν, πέμψας πρὸς τοὺς ἐν αὐτῇ, παρεκάλει τὰς πύλας ἀνοίξαντας ἐπιτρέπειν αὐτῷ διὰ τῆς πόλεως ἀπελθεῖν. τάς τε γὰρ πύλας λίθοις ἐμπεφράχεσαν, καὶ τὴν διέξοδον [v] ἀπετετμήκεσαν. μὴ πειθομένων δὲ τῶν Ἐφραίων, παρορμήσας τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ, καὶ κυκλωσάμενος, ἐπολιόρκει· καὶ δι' ἡμέρας καὶ νυκτὸς [x] προσκαθίσας, [y] ἐξαιρεῖ τὴν πόλιν, καὶ πᾶν ὅσον ἄῤῥεν ἦν

5. His gestis, cum Galaaditidis Judæos liberosque & uxores omnemque eorum supellectilem coëgisset, in eo erat ut illos in Judæam reduceret. Ubi autem ventum est ad urbem Ephronem nomine, in via positam, & neque sibi potestas erat declinandi in alterutram partem, neque animus retrorsum revertendi, missis ad eos qui in ea erant nunciis, orabat ut portas aperirent, eumque per urbem discedere paterentur. nam & portas lapidibus obstruxerant, & transitum *ei* præciderant. Sed cum Ephronitæ ei noluissent parere, milites suos adhortatus, coronaque facta, urbem obsidebat. Et postquam diem noctemque assederat, urbem expugnat; omnibusque in ea maribus occisis, eaque

Judas Ephronem urbem obsidet & expugnat. 1 Maccab. c. 5.

y Επ' αὐτὸ προσάγειν.] Επ' αὐτῷ C.

z Προσβεβληκότας τοὺς πολεμίους,] Ita mallem cum *Bas.* (*L. B.*) & *Hen.* προσβεβληκότας perperam in *Gen.* *Aliisque.*

a Σημᾶναι,] Σημῆναι *Hen.*

b Υπὲρ ἀδελφῶν καὶ συγγενῶν] Ita *Bas. Hen.* & C. ὑπὲρ τῶν ἀδ. *Gen.*

c Εἰς φυγὴν τρέπονται.] Φυγῇ χρῶνται *Hen.* & *L. B.*

d Εἰς ὀκτακισχιλίους.] Illud εἰς omittunt *Genevenses.*

e Μάλλην] Μάλλαν *Hen.* Μαάφην C. in *Epiphanii* libris *Mellam.* Μάλλην *Josephi* eandem esse credit *Grotius* quæ (in 1 *Macc.* c. 5. v. 35.) dicitur Μασφὰ, & in *Codd. Alex.* & *NC* Μασφὰ, & *Ptolemæo* Μαλιάθα. & *Stephano* Μαλλών. unde pro ἐν Αλίμοις 1 *Macc.* c. 5. v. 26. legendum conjicit literis transpositis ἐν Μαλλοις. HUDS. Μασφὰ 1 Macc. v. 35. SPANH.

f Οὕτω λεγομένην τῶν ἀλλοφύλων,] Illa οὕτω λεγομένην non agnoscit *Epiphan.*

g Εμπιμπρησιν.] Sic *Hen.* & C. ἐμπίπρησιν in *Editis.*

h Χάσφωμα, καὶ Βοσὸρ, καὶ πολλὰς ἄλλας πόλεις] Χασφωμάλα C. (Κασφωμάχην *Lugd. Bat.* & in marg. Κασφωμάχην.) Κασφωμαχὴν *Hen.* in *Epiphanii* libris *Castomachi* vel *Casthomachi.* Χασφὼρ 1 *Macc.* c. 5. v. 26. & Χασφὼν v. 36. atque semel *Chesbbon* habet *Vulgatus Interpres.* HUDS. Χασφὼν, Μακέδ. Βοσὸρ καὶ τὰς λοιπὰς πόλεις· 1 Macc. v. 36. SPANH.

i Βοσὸρ,] Σεβωρὰν, C. transpositis (ut credo) literis pro Βοσοῤῥὰν (ita exstat in *L. B.*) sicuti Σασφὼρ pro Χασφὼρ habet *NC.*

k Τοῦ χειμάῤῥου] Sic Ῥαφὼν ἐκ πέραν τοῦ χειμάῤῥου 1 Macc. v. 37. SPANH.

l Ῥαφὼν] *L. B.* Ῥαμφῶν.

* *Raphon*:] Κατὰ πρόσωπον Ῥαφὼν ἐκ πέραν τοῦ χειμάῤῥου 1 *Macc.* c. 5. v. 37. *Raphana* urbs Syriæ *Plinio*, l. 5. c. 18. Ῥαφανέαι *Ptolemæo* & *Stephano.* Ῥαφὼν *Hen.*

m Πᾶσαν τὴν οἰκείαν δύναμιν,] Ἅπασαν *Hen.* & C. & mox post τὸν χείμαῤῥον, ἐπιπίπτει in utrisque, & post τὴν οἰκείαν δύναμιν, ἔσπευδεν, & post τὰ ὅπλα φεύγειν, ἠνάγκαζε *Hen.*

n Επιπίπτει] *L. B.* ἐμπίπτει.

o Υπαντιάζοντας ἀναιρεῖ,] Ita *MSS.* perperam ὑπαντιάζοντας in *Editis.*

p Καρναῒν τέμενος] Ita & 1 *Macc.* c. 5. v. 43. In *Epiphanii* libris *Grana*, &, literis (ut puto) trajectis, *Crana* pro *Carna.* (ἐν Καρναΐμ *L. B.*) ἐπὶ τὸ Καρνίον καὶ τὸ Ατεργατεῖον 2 *Macc.* c. 12. v. 26. Videsis Grotium ad loca ista, & *Relandum* in *Palæstina S.* p. 598, 621, 696. HUDS. Τὸ τέμενος ἐν Καρναῒν 1 Maccab. v. 44. SPANH.

q Τεύξεσθαι σωτηρίας] Τεύξεσθαι *Hen.* & C.

r Καταλαβόμενος,] Ita ex C. (ut & *L. B.*) *Vet. Interpr.* & 1 *Macc.* c. 5. v. 44. καταβαλόμενος in *Editis.* HUDS.

s Ἰουδαίαν] Ἰουδαίαν ἐπαναγαγεῖν διεγνώκει C. quod ferri potest, omissis οἷός τε ἦν, quorum ad ἐξήγησιν forsan ora libri primitus appositum erat.

t Εφρὼν] Quod *Epiphanii* libri *Ephron* & *Efron* habeant & Ἐφρωνιτῶν paulo infra *Hen.* (*L. B.* habet Ἐφρών, sed mox inferius Ἐμφραίων) ut & Ἐφρὼν 1 *Macc.* c. 5. v. 46. mutavi Ἐμφρὼν *Editorum* in Ἐφρὼν & mox Ἐμφραίων in Ἐφραίων. Videsis *Grotium.* HUDS. Ἐφρὼν 1 Macc. v. 46. Ἐμφρὼν hic etiam *edit. Basil. Rufin.* Ephron. SPANH.

v Απετετμήκεσαν.] Ἐπετετμήκεσαν in *Edit. Gen.*

x Προσκαθίσας,] Προσκαθίσας *Hen.*

y Εξαιρεῖ τὴν πόλιν,] Ita cum *Cod. Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *Vet. Interpr.* ἐξαίρει in *Editis Aliisque.*

que tota exusta, facere iter incipiebat. tantus autem erat occisorum numerus, ut super mortuorum corpora transirent. Ita trajecto Jordane, pervenerunt in Campum magnum, in conspectu urbis Bethsanæ positum, quæ Græcis dicitur Scythopolis. atque inde profecti in Judæam venerunt, cum cantibus & laudibus, omnique ludendi licentia, qua in victoriis celebrandis uti solent: hostias etiam votivas mactarunt pro rebus feliciter gestis, pariterque pro incolumitate exercitus. nam Judæorum nemo istis in præliis cadebat.

Josephus & Azarias cum Gorgianis male pugnant. 1 Maccab. c. 5.

6. Interea Josephus Zachariæ filius & Azarias, quos copiarum duces reliquerat Judas, quo tempore Simon in Galilæa bellum gerebat contra Ptolemæos, ipse vero Judas & frater ejus Jonathas in Galaaditide, volentes & ipsi ducum bellica virtute insignium gloriam sibi acquirere, cum suis militibus profecti sunt ad Jamniam. sed eis obviam egresso Gorgia Jamniæ præfecto, pugnaque commissa, homines de suis ad duo millia amittunt, & terga vertentes usque ad Judææ fines fugati sunt. Hæc autem clades illis propterea accidit, quod iis non obsequuti sunt quæ mandavit Judas, ut scilicet cum nemine, antequam ipse adesset, prælio dimicarent. nam præter cætera ejus consilia solertia etiam illud plane mirandum, quod cladem Josephi & Azariæ militibus illatam illis eventuram esse intellexit, si vel tantillum ab iis discederent quæ in mandatis dederat.

Judæ expeditio in Idumæam. 1 Maccab. c. 5.

At Judas ejusque fratres Idumæos bello persequi non destiterunt: sed eos undique premebant urgebantque. Cumque urbem Chebronem cepissent, ejus munitiones diruebant: & turribus *circumquaque* incensis, extraneorum regionem depopulabantur, urbemque Marissam; ac inde Azotum delati eam expugnarunt & diripuerunt. multum autem spoliorum & prædæ secum asportantes, in Judæam reversi sunt.

ἐν αὐτῇ κτείνας, καὶ καταπρήσας ἅπασαν αὐτὴν, ὁδὸν ἐχώρει. τοσοῦτον δ' ἦν τὸ τῶν πεφονευμένων πλῆθος, ὡς ἐπ' αὐτῶν βαδίζειν τῶν νεκρῶν. Διαβάντες δὲ τὸν Ἰορδάνην, ἧκον εἰς [z] τὸ Μέγα πεδίον, οὗ κεῖται κατὰ πρόσωπον πόλις [a] Βεθσανὴ, καλουμένη πρὸς Ἑλλήνων Σκυθόπολις. κἀκεῖθεν ἀρθέντες εἰς τὴν Ἰουδαίαν παρεγένοντο, ψάλλοντές τε καὶ [b] ὑμνοδοῦντες· [c] καὶ τὰς συνήθεις ἐν τοῖς ἐπινικίοις παιδιὰς ἄγοντες· ἔθυσαν δὲ χαριστηρίους θυσίας ὑπέρ τε τῶν [d] κατορθωμένων, καὶ ὑπὲρ τῆς τοῦ στρατεύματος σωτηρίας. οὐδεὶς γὰρ ἐν τούτοις τοῖς πολέμοις τῶν Ἰουδαίων ἀπέθανεν.

ϛ'. Ἰώσηπος δὲ ὁ Ζαχαρίου καὶ Ἀζαρίας, οὓς [e] κατέλιπε στρατηγοὺς ὁ Ἰούδας, καθ' ὃν καιρὸν Σίμων μὲν ὑπῆρχεν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ πολεμῶν τοὺς ἐν Πτολεμαΐδι, αὐτὸς δὲ ὁ Ἰούδας καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἰωνάθης ἐν τῇ Γαλααδίτιδι, βουληθέντες καὶ αὐτοὶ δόξαν περιποιήσασθαι στρατηγῶν τὰ πολεμικὰ γενναίων, τὴν ὑπ' αὐτοὺς δύναμιν ἀναλαβόντες, ἦλθον εἰς Ἰάμνειαν. Γοργίου δὲ τοῦ τῆς Ἰαμνείας στρατηγοῦ ὑπαντήσαντος, συμβολῆς γενομένης δισχιλίους ἀποβάλλουσι τῆς στρατιᾶς, [f] καὶ φεύγοντες ἄχρι τῶν τῆς Ἰουδαίας ὅρων διώκονται. συνέβη δ' αὐτοῖς τὸ πταῖσμα τοῦτο παρακούσασιν ὧν αὐτοῖς Ἰούδας [g] ἐπέστειλε, μὴ συμβαλεῖν εἰς μάχην μηδενὶ πρὸ τῆς ἐκείνου παρουσίας. πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις αὐτοῦ στρατηγήμασι, καὶ τὸ κατὰ τοὺς περὶ τὸν Ἰώσηπον καὶ τὸν Ἀζαρίαν πταῖσμα θαυμάσειεν ἄν τις, ὃ συνῆκεν εἰ παρακινήσουσί τι τῶν ἐντεταλμένων αὐτοῖς ἐσόμενον. ὁ δὲ Ἰούδας καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ [h] πολεμοῦντες τοὺς Ἰδουμαίους οὐκ ἀνίεσαν, ἀλλ' ἐνέκειντο πανταχόθεν αὐτοῖς. τήν τε Χεβρῶνα πόλιν [i] καταλαβόμενοι, ὅσον ἦν ὀχυρὸν αὐτῆς καθεῖλον· καὶ τοὺς πύργους ἐμπρήσαντες, ἐδῄουν τὴν [k] ἀλλοφύλων χώραν, καὶ [l] Μάρισσαν πόλιν, εἰς τε Ἄζωτον ἐλθόντες, καὶ λαβόντες αὐτὴν διήρπασαν. πολλὰ δὲ σκῦλα καὶ λείαν [m] κομίζοντες, εἰς τὴν Ἰουδαίαν ὑπέστρεψαν.

XIII.

CAP. IX.

De obitu Antiochi Epiphanis. Quomodo Antiochus Eupator, ducto in Judam exercitu, ipsum in templo obsidebat: ac postea, pace facta, discessit. De Alcimo & Onia.

Antiochus Epiphanes ab Elymaide repulsus. 1 Maccab. c. 6.

SUB id tempus etiam rex Antiochus, superiores tractus peragrans, audivit urbem esse in Perside opibus præstantem, Elymaida nomine, inque ea Dianæ templum valde opulentum, omne genus donariis refertum; arma etiam & loricas *ibi* esse, quæ fama acceperat reliquisse Alexandrum, Philippi filium, Macedonum regem. Itaque his incitatus, Elymaida properavit, admotoque exercitu eam obsidebat. Illis autem qui in ea erant nec adventu ejus nec oppugnatione territis, sed fortiter resistentibus, spe sua frustratus est. Cum enim illum ab urbe repulissent, facta eruptione eum

ΚΕΦ. θ'.

Περὶ τελευτῆς Ἀντιόχου Ἐπιφανοῦς. ὡς Ἀντίοχος Εὐπάτωρ στρατευσάμενος πρὸς Ἰούδαν, αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ ἐπολιόρκει· εἶτα εἰρήνην ποιησάμενος ἀνεχώρησε. περὶ Ἀλκίμου καὶ Ὀνία.

[n] ΥΠΟ δὲ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον καὶ ὁ βασιλεὺς Ἀντίοχος, [o] τὴν ἄνω χώραν [p] ἐπερχόμενος, ἀκούει πόλιν ἐν τῇ Περσίδι πλούτῳ διαφέρουσαν [q] Ἐλυμαΐδα τοὔνομα, καὶ πολυτελὲς ἱερὸν Ἀρτέμιδος ἐν αὐτῇ, καὶ παντοδαπῶν ἀναθημάτων πλῆρες εἶναι· ἔτι γε μὴν ὅπλα καὶ θώρακας, ἃ καταλιπεῖν ἐπυνθάνετο [r] τὸν υἱὸν τοῦ Φιλίππου, βασιλέα δὲ Μακεδόνων Ἀλέξανδρον. κινηθεὶς οὖν [s] ὑπὸ τούτων, ὥρμησεν ἐπὶ τὴν Ἐλυμαΐδα, καὶ προσβαλὼν [t] αὐτὴν ἐπολιόρκει. τῶν δ' ἐν αὐτῇ μὴ καταπλαγέντων τὴν ἔφοδον αὐτοῦ, μηδὲ τὴν πολιορκίαν, ἀλλὰ καρτερῶς ἀντισχόντων, ἀποκρούεται τῆς ἐλπίδος. ἀπωσάμενοι γὰρ ἀπὸ τῆς πόλεως καὶ ἐπεξελθόντες ἐδίωξαν·

z Τὸ Μέγα πεδίον,] Conf. sup. lib. VIII. c. 3. §. 3. SPANH.

a Βεθσανὴ,] Βαιθσὰν 1 *Macc.* c. 5. v. 52. atque Σκυθῶν πόλις dicitur 2 *Macc.* c. 12. v. 29. HUDS. Conf. lib. VI. c. 14. §. 8. SPANH.

b Ὑμνοδοῦντες·] *L. B.* ὑμνοῦντες.

c Καὶ τὰς ——— ἄγοντες·] Καὶ τὰς συνήθεις ἐν τοῖς ἐπινικίοις παιδιὰς (*L. B.* παιδὰς) ἄγοντες *Hen.* & C.

d Κατορθωμένων,] Κατωρθωμένων *Gall.* & C.

e Κατέλιπε στρατηγοὺς ὁ Ἰούδας,] Κατέλειπε στρατηγοὺς Ἰούδας C.

f Καὶ φεύγοντες] Καὶ φεύγουσιν ἄχρι τῶν τῆς Ἰουδαίας ὅρων. συνέβη *Hen.*

g Ἐπέστειλε,] *Gen.* ἀπέστειλε.

h Πολεμοῦντες τοὺς Ἰδουμαίους] Πολεμοῦντες τοὺς Ἰουδαίους in *Cod.* C. Πολεμοῦντες τοὺς ἀλλοφύλους *Hen.* (& *Lugd. Bat.*) πολεμοῦντες τοὺς Ἰδουμαίους in *Editis Aliisque.* ipse mutavi in πολ. τοὺς Ἰδουμαίους. Si quis malit πρὸς τοὺς Ἰδουμαίους, per me licet.

i Καταλαβόμενοι,] Ita *Hen.* (*L. B.*) & C. καταλαμβανόμενοι in *Editis Aliisque.*

k Ἀλλοφύλων χώραν,] Ἀλλόφυλον *Hen.* & C.

l Μάρισσαν] Μάρησαν *Hen.* & C. atque ita vel Μαρησὰν juxta *Epiphanii* libros. Videsis *Relandum* in *Palæstina* S. p. 889. HUDS. Conf. ἁλωσ. l. 1. c. 13. §. 9. SPANH.

m Κομίζοντες,] Ita *Hen.* (*L. B.*) & *Vet. Interpr.* κομίσαντες in *Editis Aliisque.*

n Ὑπὸ δὲ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον] Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν *Hen.* (*L. B.*) & C.

o Τὴν ἄνω ——— διαφέρουσαν] Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 1. §. 4. & infr. lib. 13. c. 7. §. 2. SPANH.

p Ἐπερχόμενος,] Ὑπερχόμενος solus *Hen.*

q Ἐλυμαΐδα τοὔνομα,] Ita *Hieronymus* in *Danielem*, cap. 11. *Polybius & Diodorus narrant eum templum Dianæ in Elymaide, quod erat ditissimum, spoliare conatum.* In Elimæis etiam Dianæ templum collocat *Strabo*, l. 16. p. 744. D. Vide *Bocharti* Phaleg. l. 2. c. 2. & *Cellarium* in *Geogr. Antiq.* l. 3. c. 16. p. 491.

r Τὸν υἱὸν τοῦ Φιλίππου,] Sic in *Cod.* C. τὸν υἱὸν τὸν Φιλίππου in *Editis Aliisque.*

s Ὑπὸ τούτων,] Ἐπὶ τούτῳ *Hen.*

t Αὐτὴν ἐπολιόρκει.] Αὐτῇ *Bodl.* & *Hen.*

ξαν· ὥς' αὐτὸν ἐλθεῖν εἰς Βαβυλῶνα φεύγοντα, καὶ πολλοὺς ἀποβαλόντα τῆς στρατιᾶς. λυπουμένῳ δὲ ἐπὶ τῇ διαμαρτίᾳ ταύτῃ, προσαγγέλλουσί τινες καὶ τὴν τῶν στρατηγῶν ἧτταν, οὓς πολεμήσοντας τοῖς Ἰουδαίοις [v] καταλελοίπει, καὶ τὴν ἰσχὺν ἤδη τὴν τῶν Ἰουδαίων. προσγινομένης οὖν καὶ τῆς περὶ τούτων φροντίδος τῇ προτέρᾳ, συγχυθεὶς ὑπὸ ἀθυμίας εἰς νόσον κατέπεσεν. ἧς μηκυνομένης καὶ αὐξανομένων τῶν παθῶν, συνεὶς ὅτι [x] μέλλει τελευτᾶν, συγκαλεῖ τοὺς φίλους, καὶ τήν τε νόσον αὐτοῖς χαλεπὴν οὖσαν ἐμήνυεν, καὶ τοῦτο ἔπαθεν ὅτι [y] κακώσας τὸ Ἰουδαίων ἔθνος παρεδήλου, συλήσας τε τὸν ναὸν, καὶ τοῦ Θεοῦ καταφρονήσας. καὶ ταῦτα λέγων ἐξέπνευσεν. ὥστε θαυμάζειν Πολύβιον τὸν Μεγαλοπολίτην, [z] ὃς, ἀγαθὸς ὢν ἀνὴρ, ἀποθανεῖν λέγει τὸν Ἀντίοχον, βουληθέντα τὸ τῆς ἐν Πέρσαις Ἀρτέμιδος ἱερὸν συλῆσαι. [a] τὸ γὰρ μηκέτι ποιῆσαι τὸ ἔργον βουλευσάμενον, οὐκ ἔστι τιμωρίας ἄξιον. εἰ δὲ διὰ τοῦτο Πολυβίῳ δοκεῖ καταστρέψαι τὸν βίον Ἀντίοχος οὕτως, πολὺ πιθανώτερον διὰ τὴν ἱεροσυλίαν τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις ναοῦ τελευτῆσαι τὸν [b] βασιλέα. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου οὐ [c] διαφέρομεν, τὴν ὑπὸ τοῦ Μεγαλοπολίτου λεγομένην [d] αἰτίαν, παρὰ τὴν ὑφ' ἡμῶν ἀληθῆ νομίζουσιν.

β'. Ὁ δὲ Ἀντίοχος, πρὶν ἢ τελευτᾶν, [e] καλέσας Φίλιππον, ἕνα τῶν ἑταίρων, [f] τῆς βασιλείας αὐτὸν ἐπίτροπον καθίστησι· καὶ δοὺς αὐτῷ τὸ διάδημα καὶ τὴν στολὴν καὶ τὸν δακτύλιον, Ἀντιόχῳ τῷ παιδὶ αὐτοῦ ταῦτα ἐκέλευσε κομίσαντα δοῦναι, δεηθεὶς [g] προνοῆσαι τῆς ἀνατροφῆς [h] αὐτοῦ, καὶ τηρῆσαι τὴν βασιλείαν ἐκείνῳ. ἀπέθανε δὲ Ἀντίοχος ἐνάτῳ καὶ τεσσαρακοστῷ καὶ ἑκατοστῷ ἔτει. Λυσίας δὲ, αὐτοῦ τὸν θάνατον δηλώσας τῷ πλήθει, τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ἀντίοχον, αὐτὸς γὰρ εἶχε τὴν ἐπιμέλειαν, [i] ἀποδείκνυσι βασιλέα, καλέσας αὐτὸν Εὐπάτορα.

γ'. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ καιρῷ οἱ ἐν τῇ ἄκρᾳ τῶν Ἱεροσολύμων φρουροὶ καὶ φυγάδες τῶν Ἰουδαίων, πολλὰ τοὺς Ἰουδαίους εἰργάσαντο. τοὺς γὰρ ἀναβαίνοντας εἰς τὸ ἱερὸν, [k] θῦσαι βουλομένους, ἐξαίφνης ἐκτρέχοντες οἱ φρουροὶ διέφθειραν. ἐπέκειτο γὰρ τῷ ἱερῷ [l] ἡ ἄκρα. τούτων οὖν συμβαινόντων αὐτοῖς, Ἰούδας ἐξελεῖν ἔγνω τὴν φρουράν· καὶ συναγαγὼν τὸν λαὸν ἅπαντα, τοὺς ἐν τῇ ἄκρᾳ καρτερῶς ἐπολιόρκει. [m] ἔτος δ' ἦν τοῦτο τῆς ἀρχῆς τοῖς ἀπὸ Σελεύκου, ἑκατοστὸν καὶ πεντηκοστόν. κατασκευάσας οὖν μηχανήματα, καὶ χώματα [n] ἐγείρας, φιλοπόνως προσέκειτο τῇ τῆς ἄκρας αἱρέσει. πολλοὶ δὲ τῶν ἐν αὐτῇ φυγάδων νύκτωρ ἐξελθόντες εἰς τὴν χώραν, καί τινας τῶν ὁμοίων καὶ ἀσεβῶν συναγαγόντες, ἧκον πρὸς Ἀντίοχον τὸν βασιλέα, "οὐκ ἀξιοῦντες ἑαυτοὺς ὑπεροραθῆναι δεινὰ πάσχοντας ὑπὸ τῶν ὁμοφύλων, καὶ ταῦθ' ὑπομένοντας διὰ τὸν πατέρα αὐτοῦ, τὴν μὲν πάτριον αὐτῶν [o] καταλιπόντας θρησκείαν, ἣν δὲ προσέταξε ταύτης ἀλλαξαμένους. κινδυνεύειν οὖν ὑπὸ Ἰούδα καὶ τῶν σὺν αὐτῷ τὴν ἀκρόπολιν αἱρεθῆναι, καὶ τοὺς φρουροὺς τοὺς ὑπὸ τοῦ βασιλέως κατασταθέντας, εἰ μή τις παρ' αὐτοῦ βοήθεια πεμφθείη." ταῦτ' ἀκούσας ὁ [p] παῖς

persequuti sunt: adeo ut fuga se Babylonem receperit, magna exercitus parte amissa. Dolenti autem, quod tam male ei res ceciderant, nunciant quidam duces etiam profligatos esse, quos ad bellum cum Judæis gerendum reliquerat, Judæorumque vires magna cepisse incrementa. Hac de re nova solicitudine priori accedente, animi anxietate obrutus in morbum incidit. Quo cum diutius teneretur, & augerentur cruciatus, cogitans jam sibi esse moriendum, amicos convocat, & morbum suum illis gravem esse significabat, ac præterea illud declarabat, se ista passum esse, quod Judæorum gentem male multaverat, templumque spoliaverat, & Deum contempserat. atque his dictis animam exhalavit. Adeo ut mirari subeat Polybium Megalopolitanum: qui, cum vir esset alioqui probus, memoriæ proderet, Antiochum periisse, quod Dianæ templum apud Persas expilare voluisset. voluisse enim tantum nec fecisse haud pœna dignum erat. Quod si Polybio videatur Antiochum ob hujusmodi causam finiisse vitam: multo verisimilius est, ob sacrilegam templi Hierosolymitani direptionem exstinctum esse. Sed hac de re non libet cum illis contendere, qui causam *mortis ejus* à Megalopolita allatam huic nostræ præferendam esse arbitrantur.

Antiochus moriens suos alloquitur.
1 Maccab. c. 6.

Polybius Megalopolitanus erroris arguitur.

2. Cæterum Antiochus, priusquam moreretur, Philippo uno de sodalibus suis vocato, ipsum regni curatorem constituit: traditoque ei diademate, vestituque suo & annulo, jussit ut ad Antiochum filium suum perferret eique redderet, orans *& obsecrans* ut ipsum educandum curaret, & regnum ei servaret. Atque *ita* diem supremum obiit Antiochus anno centesimo quadragesimo nono. At Lysias, postquam ipsum mortuum esse populo indicaverat, filium ejus Antiochum, (tum enim illius curam ille gerebat) regem declarat, eumque nuncupat Eupatorem.

XIV.
Antiochus Philippum regni curatorem constituit.
1 Maccab. c. 6.
Moritur, eique in regno succedit Antiochus Eupator.
1 Maccab. c. 6.

3. Hoc autem tempore arcis Hierosolymitanæ custodes & Judæorum perfugæ *mala* multa Judæis intulerunt. Eos enim qui in templum rem divinam faciendi ergo ascendebant, *ferro* peremerunt. nam templo arx imminebat. Itaque cum hæc illis acciderint, id Judæ in animo erat ut præsidium istud de medio tolleret: populoque omni convocato, eos qui in arce erant valide oppugnabat. Annus autem Seleucidarum is erat centesimus quinquagesimus. Fabricatis itaque machinis, & aggeribus excitatis, magnopere urgebat *obsidionem* ut arcem caperet. Sed multi ex perfugis, qui in ea erant, noctu in regionem egressi, &, coactis quibusdam sui similibus & impiis, ad Antiochum regem se conferebant, postulantes "ut ipsos non negligeret, dum à popularibus suis dira paterentur, "atque illa sustinerent patris ipsius gratia, quod "religionem patriam reliquissent, illamque ab eo "institutam sequerentur. nunc vero periculum esse, ne Judas & qui cum eo sunt & arcem capiant "& præsidium à Rege *in ea* constitutum, nisi *matare* ab ipso suppetiæ mitterentur." His auditis, An-

Judas arcem Hierosolymitanam oppugnat.
1 Maccab. c. 6.

Israëlitæ quidam Judam apud Eupatorem criminantur.

v Κατελελοίπει.] Al. καταλελοίπει.

x Μέλλει τελευτᾶν.] Μέλλοι Hen. (L. B.) & C.

y Κακώσας τὸ Ἰουδαίων] Κακώσας τὸ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος, καὶ συλήσας τὸν ναὸν Hen.

z Ὃς, ἀγαθὸς —— ἄξιον.] Desunt hæc hodie in Polybio, ac proinde hinc inter ejus fragmenta à Casaubono relata pag. 997. SPANH.

a Τὸ γὰρ μηκέτι ποιῆσαι τὸ ἔργον] Vide *Seldenum de Synedriis*, l. 2. c. 13. §. 7. & *Grotium* in *Exodi* cap. 20. v. 17.

b Βασιλέα.] Ita cum *Hen. C. & Vet. Interpr.* τελευτῆσαι τὸν βίον in *Editis*.

c Διαφέρομεν.] Διαφέρομαι *Hen.*

d Αἰτίαν,] Αἰτίαν, ταύτην ὑφ' ἡμῶν ἀληθῆ νομίζοντες *Hen.* & C.

e Καλέσας Φίλιππον,] 1 Maccab. vi. 14. SPANH.

f Τῆς βασιλείας αὐτὸν ἐπίτροπον] 1 Macc. vi. 15. SPANH.

g Προνοῆσαι τῆς ἀνατροφῆς] Ita cum *MSS.* (in *L. B.* προνοῆσαι scribentis vitio) & *Vet. Interpr.* προνοῆσαι in *Editis*.

h Αὐτοῦ,] Illud αὐτοῦ ex *Hen.* (*L. B.*) & *Epiphanio*.

i Ἀποδείκνυσι βασιλέα,] Ἀναδείκνυσι in *MSS.* ut & *L. B.*

k Θῦσαι βουλομένους,] Καὶ θῦσαι solus *Hen.*

l Ἡ ἄκρα.] Arx igitur olim Templo Hierosolym. imminens. de *Acra alias*. lib. 5. c. 4. §. 1. SPANH.

m Ἔτος —— πεντηκοστόν.] Æræ caput Seleuci imperium. REL. Quia scilicet eadem à principio regni ejus venit computanda. Confer doctissimum Norisii librum de Epocha Syro-Macedonum. HAV.

n Ἐγείρας,] Alii sic distinguunt, *ἐγείρας φιλοπόνως, προσέκειτο* &c.

o Καταλιπόντας —— θρησκείαν.] Ita locum hunc restituimus ex *L. B.* in *Vulg.* enim hactenus legebatur καταλιπόντας θρησκείαν & ταύτην προσταχθεῖσαν. nimis languide. HAV.

p Παῖς Ἀντίοχος,] Nonum ætatis annum agebat, cum vita discederet Antiochus Epiphanes, teste *Appiano* in *Syriacis*, p. 177.

Antiochus puer iratus est: accersitisque ducibus & amicis, jussit eos milites colligere mercenarios, virosque è regno *suo* qui militaris essent ætatis. & *brevi* coactus est exercitus, peditum circiter centum millia, equitum vero viginti millia, elephantique duo & triginta.

Antiochus Eupator cum copiis in Judæam proficiscitur. 1 Maccab. c. 6.

4. His copiis Rex Antiochia profectus est cum Lysia, totius exercitûs imperium habente. Cumque Idumæam pervenisset, inde ad Bethsuram ascendit, urbem valde munitam captuque difficilem; eamque circumsessam oppugnare cœpit. Bethsuranis autem fortiter resistentibus, & machinas ab ipso paratas, incursionibus *subinde* factis, incendentibus, multum temporis in obsidione consumptum est. Judas autem, audita Regis expeditione, ab oppugnatione arcis destitit: Regique obviam profectus, castra posuit ad angustias in loco qui Bethzacharia dicebatur, septuaginta stadiorum intervallo ab hostibus. At Rex, digressus Bethsura, exercitum duxit ad fauces, versusque Judæ castra. Primo autem mane copias in aciem instruxit. Cumque non posset elephantos explicare in aciei latitudinem propter locorum angustias, jussit ut unus post alium incederet. Singulis autem elephantis attributi erant mille pedites & equites quingenti, qui eos *ubicunque pergerent* undique stiparent: gestabantque elephanti turres excelsas & sagittarios. reliquum vero exercitum hinc atque illinc fecit edita montium ascendere, amicis in duces eis præpositis. Cum autem jussisset exercitum clamorem *militarem* tollere, hostes aggreditur, aureis æreisque clypeis nudatis, ut inde fulgor ingens emicaret. illis etiam magna voce clamantibus montes respondebant. Nec tamen Judas his visis animo consternatus est: sed, excepto fortiter hostium impetu, ad sexcentos eorum occidit, qui primi ad manus venerant. Eleazarus autem ejus frater, quem Auran vocabant, conspicatus elephantum alios omnes supereminentem, regiis thoracibus loricatum, suspicatus in eo esse Regem, animose admodum in eum impetum fecit. Cumque multos qui circa elephantum erant peremisset, aliosque dimovisset, sub ventrem subiit, & elephantum vulneratum interfecit. ille vero in Eleazarum collapsus, suo pondere virum oppressit. Et hic quidem, cum magno animo multos ex hostibus perdidisset, hoc modo vitam finivit.

Antiochus Eupator cum Juda congreditur. 1 Maccab. c. 6.

Eleazarus occiso elephanto ab ipso opprimitur. 1 Maccab. c. 6.

5. At Judas, ubi hostium vires animadvertit, Hierosolymas se recepit, seque ad obsidionem tolerandam parabat. Antiochus vero, parte exercitûs ad oppugnandam Bethsuram missa, cum reliquis copiis Hierosolyma profectus est. At enim Bethsuritæ *hostium* multitudine territi, videntesque commeatus eos deficere, semet *ei* tradiderunt, fide jurejurando accepta se nihil mali à Rege passuros esse. Cæterum Antiochus, urbe potitus, * nulla alia injuria eos affecit, quam quod nudos eos ejecerit. urbem autem suorum præsidio firmavit. Verum cum longo tempore assideret oppugnando fanum Hierosolymitanum, iis qui intus erant acerrime *pro salute sua* propugnantibus. nam contra

Judæi cedunt. 1 Maccab. c. 6.

Bethsuritæ obsessi deditionem faciunt. 1 Maccab. c. 6.

Fanum Hierosolymitanum oppugnatum. 1 Maccab. c. 6.

Ἀντίοχος, ὠργίσθη· καὶ τοὺς ἡγεμόνας καὶ φίλους μεταπεμψάμενος, ἐκέλευσε μισθοφόρους συναγαγεῖν, καὶ ἐκ τῆς βασιλείας τοὺς στρατεύσιμον ἡλικίαν ἔχοντας. καὶ συνήχθη στρατιὰ [q] πεζῶν μὲν, [r] ὡσεὶ δέκα μυριάδες, ἱππεῖς δὲ δισμύριοι, ἐλέφαντες δὲ δύο καὶ τριάκοντα.

δ'. Ταύτην οὖν ἀναλαβὼν τὴν δύναμιν, ἐξώρμησεν ἐκ τῆς Ἀντιοχείας μετὰ Λυσίου, πάσης τῆς στρατιᾶς ἔχοντος τὴν ἡγεμονίαν. καὶ παραγενόμενος εἰς τὴν Ἰδουμαίαν, ἐκεῖθεν εἰς [s] Βεθσούραν ἀναβαίνει πόλιν, σφόδρα ὀχυρὰν καὶ δυσάλωτον. καὶ περικαθίσας ἐπολιόρκει τὴν πόλιν. ἰσχυρῶς δὲ ἀντεχόντων τῶν [t] Βεθσουρείων, καὶ τὴν παρασκευὴν αὐτοῦ τῶν μηχανημάτων ἐμπρησάντων, ἐπεξῆλθον γὰρ αὐτῷ, χρόνος ἐτρίβετο πολὺς περὶ τὴν πολιορκίαν. Ἰούδας δὲ, τὴν ἔφοδον τοῦ βασιλέως ἀκούσας, ἀφίσταται μὲν τῆς τὴν ἄκραν πολιορκίας· ἀπαντήσας δὲ τῷ βασιλεῖ, βάλλεται στρατόπεδον ἐπὶ τῶν στενῶν, ἔν τινι τόπῳ [v] Βεθζαχαρίᾳ λεγομένῳ, σταδίους ἀπέχοντι τῶν πολεμίων ἑβδομήκοντα. ὁ δὲ βασιλεὺς ὁρμήσας ἀπὸ τῆς Βεθσούρας, ἦγε τὴν δύναμιν ἐπὶ τὰ στενὰ, καὶ τὸ τοῦ Ἰούδα στρατόπεδον. ἅμ' ἡμέρᾳ δὲ πρὸς μάχην διέταττε τὴν στρατιάν. τοὺς μὲν οὖν ἐλέφαντας ἐποίησεν ἀλλήλοις ἕπεσθαι διὰ τὴν στενοχωρίαν, οὐ δυναμένων αὐτῶν ἐπὶ πλάτος παραταχθῆναι. εἰς δὲ κύκλον ἐλέφαντος ἑκάστου [u] συνεπορεύοντο πεζοὶ μὲν χίλιοι, ἱππεῖς δὲ πεντακόσιοι· ἔφερον δὲ [y] οἱ ἐλέφαντες πύργους τε [z] ὑψηλοὺς καὶ τοξότας. τὴν δὲ λοιπὴν δύναμιν ἑκατέρωθεν ἐποίησεν ἀναβαίνειν ἐπὶ τὰ ὄρη, τοὺς φίλους [a] αὐτῆς προστάξας. κελεύσας δὲ ἀλαλάξαι τὴν στρατιὰν, προσέβαλλε τοῖς πολεμίοις, γυμνώσας τάς τε [b] χρυσᾶς καὶ [c] χαλκᾶς ἀσπίδας, ὥστε αὐγὴν ἀπ' αὐτῶν ἀφίεσθαι λαμπράν. συνεπήχει δὲ τὰ ὄρη κεκραγότων αὐτῶν. ταῦτα ὁρῶν ὁ Ἰούδας οὐ κατεπλάγη, δεξάμενος δὲ γενναίως τοὺς πολεμίους, τῶν προδρόμων περὶ ἑξακοσίους ἀναιρεῖ. Ἐλεάζαρος δὲ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ὃν [d] Αὐρὰν ἐκάλουν, ἰδὼν τὸν ὑψηλότατον τῶν ἐλεφάντων ἐσταλισμένον θώραξι βασιλικοῖς, καὶ νομίζων ἐπ' αὐτοῦ τὸν βασιλέα εἶναι, [e] παρεβάλλετο σφόδρα εὐκαρδίως ἐπ' αὐτὸν ὁρμήσας. καὶ πολλοὺς μὲν τῶν περὶ τὸν ἐλέφαντα κτείνας, τοὺς ἄλλους διεσκέδασεν· ὑποδὺς δὲ ὑπὸ τὴν γαστέρα καὶ πλήξας, ἀπέκτεινε τὸν ἐλέφαντα. ὁ δὲ ἐπικατενεχθεὶς τῷ Ἐλεαζάρῳ, [f] διαφθείρει τὸν ἄνδρα ὑπὸ τοῦ βάρους. καὶ [g] οὗτος μὲν, εὐψύχως πολλοὺς τῶν ἐχθρῶν ἀπολέσας, τῷ τρόπῳ τούτῳ τὸν βίον κατέστρεψεν.

ε'. Ὁ δὲ Ἰούδας, ὁρῶν τὴν τῶν πολεμίων ἰσχὺν, ἀνεχώρησεν εἰς Ἱεροσόλυμα, [h] καὶ πρὸς πολιορκίαν παρεσκευάζετο. Ἀντίοχος δὲ, τὸ μὲν τῆς στρατιᾶς εἰς Βεθσούραν ἔπεμψε, πολεμήσον αὐτὴν, τῷ λοιπῷ δὲ τῆς δυνάμεως αὐτὸς ἧκεν ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα. οἱ μὲν οὖν [i] Βεθσουρῖται, τὴν ἰσχὺν καταπλαγέντες, καὶ σπανίζοντα βλέποντες τὰ ἐπιτήδεια, παραδιδόασιν [k] αὐτοὺς, ὅρκους λαβόντες ὑπὲρ τοῦ μηδὲν πείσεσθαι δεινὸν ὑπὸ τοῦ βασιλέως. Ἀντίοχος δὲ, λαβὼν τὴν πόλιν, ἄλλο μὲν αὐτοὺς οὐδὲν διέθηκεν, ἢ μόνον γυμνοὺς ἐξέβαλε. φρουρὰν δὲ κατέστησεν ἰδίαν ἐν τῇ πόλει. πολλῷ δὲ χρόνῳ τὸ ἱερὸν πολιορκῶν τὸ ἐν Ἱεροσολύμοις [l] προσεκαθέζετο, καρτερῶς τῶν [m] ἔνδον ἀμυνομένων.

[n] πρὸς

q Πεζῶν —— δισμύριοι,] Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 1. §. 5. SPANH.

r Ὡσεὶ δέκα μυριάδες,] *Jason Cyrenæus* (2 *Macc.* c. 13.) totam hanc historiam aliter narrat; atque inter alia, Eupatori pedites plures tribuit, quam cæteri, equites vero ac elephantos multo pauciores. Vide *Jac. Cappellum* ad A. M. 3837.

s Βεθσούραν] Βαιθσουρ *Busb.* Βαιθσουρ & Βεθσουρ alibi apud *Josephum*. HUDS. Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 1. §. 5. SPANH.

t Βεθσουρείων,] Iidem Βεθσουρῖται mox §. 5. SPANH.

v Βεθζαχαρίᾳ,] Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 1. §. 5. SPANH.

u Συνεπορεύοντο πεζοὶ μὲν χίλιοι] Προῄεσαν *Busb.* & *Hen.* συμπορεύονται *L. B.*

y Οἱ ἐλέφαντες πύργους τε ὑψηλοὺς καὶ τοξότας] Julian. Imp. Orat. II. p. 63. B. καὶ ἵστησιν ἐπ' αὐτῶν πύργους τοξοτῶν πλήρεις. SPANH.

z Ὑψηλοὺς] Ὑψηλοὺς καὶ ἰσχυροὺς, καὶ τοξ. *Hen.*

a Αὐτῆς προστάξας.] Αὐτοῦ *Hen.* & *Busb.*

b Χρυσᾶς] Improprie *aureos clypeos* dicit, qui erant ex argento deaurato.

c Χαλκᾶς —— λαμπράν.] 1 Maccab. VI. v. 39. SPANH.

d Αὐρὰν] Ita etiam *Zonara*. Αὐρὰν C. Αὐαρὰν 1 *Macc.* c. 2. v. 6. Vide *Annot.* ad p. 611. §. 1. HUDS. Vid supr. c. 6. §. 1. SPANH. Αὐράν, filius Sauca. 1 Macc. 6. 43. REL.

e Παρεβάλλετο σφόδρα εὐκαρδίως] Παρεβάλετο *Hen.* (*L. B.*) & C.

f Διαφθείρει τὸν ἄνδρα] Διέφθειρε *Hen.* C. & *Epiphan.*

g Οὗτος μὲν,] Οὕτως *Hen.*

h Καὶ πρὸς πολιορκίαν] Ita *Busb.* (*L. B.*) C. & *Zonaras*. πρὸς deest *Editis Aliisque*.

i Βεθσουρῖται,] Βεθσουραῖοι *Busb.* HUDS. Conf. sup. §. 4. SPANH.

k Αὐτοὺς,] Ἑαυτοὺς *Hen.* αὐτοὺς in *Editis*.

* *Nulla alia injuria eos affecit*,] Quod quidem à Rege non nisi salute tenus servatum est: alioqui nudis ejectis oppidanis, suorum præsidium ibi constituit, *Gelen.*

l Προσεκαθέζετο,] Προσεκαθίζετο *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & C.

m Ἔνδον ἀμυνομένων.] Ita etiam *Epiphan.* ἔνδοθεν *Busb.* (*Lugd. Bat.*) *Hen.* & C.

n Πρὸς

[n] πρὸς ἕκαστον γὰρ ὧν ὁ βασιλεὺς ἐπ' αὐτοὺς ἐκίνει μηχάνημα, κἀκεῖνοι πάλιν ἀντεμηχανῶντο. τροφὴ δ' [o] αὐτοῖς ἐπιλελοίπει, τῶν μὲν ὄντων ἀπανηλωμένων καρπῶν, τῆς δὲ γῆς ἐκείνῳ τῷ ἔτει μὴ γεωργημένης, ἀλλὰ διὰ τὸ εἶναι τὸ ἕβδομον ἔτος, καθ' ὃ νόμος ἦν ἡμῖν ἄσπορον ἐᾶν τὴν χώραν, ἀσπόρους μεμενηκυίας. πολλοὶ τοιγαροῦν τῶν πολιορκουμένων ἀπεδίδρασκον διὰ τὴν τῶν ἀναγκαίων ἀπορίαν, ὡς ὀλίγους ἐν τῷ ἱερῷ καταλειφθῆναι.

ϛʹ. Καὶ τοῖς μὲν πολιορκουμένοις ἐν τῷ ἱερῷ τοιαῦτα συνέβαινεν εἶναι τὰ πράγματα. Λυσίας δὲ ὁ στρατηγὸς, καὶ ὁ βασιλεὺς [p] Ἀντίοχος, ἐπειδὴ [q] Φίλιππος αὐτοῖς ἀπὸ τῆς Περσίδος ἥκων ἐδηλώθη, καὶ τὰ πράγματα εἰς ἑαυτὸν κατασκευάζων, εἶχον μὲν οὕτω τὴν πολιορκίαν ἀφέντες ἐπὶ τὸν Φίλιππον ὁρμᾶν· οὐ μὴν τοῦτο ποιῆσαι φανερὸν τοῖς στρατιώταις καὶ τοῖς ἡγεμόσιν ἔγνωσαν. ἀλλ' ἐκέλευσε τὸν Λυσίαν ὁ βασιλεὺς αὐτοῖς τε καὶ τοῖς ἡγεμόσιν ἐν κοινῷ διαλεχθῆναι, μηδὲν μὲν τῶν [r] περὶ Φιλίππου ἐμφανίζοντα, τὴν δὲ πολιορκίαν ὅτι [s] χρονιωτάτη γένοιτ' ἂν δηλοῦντα, καὶ τὴν ὀχυρότητα τοῦ χωρίου, καὶ ὅτι τὰ τῆς τροφῆς αὐτοὺς ἤδη ἐπιλελοίπει, καὶ ὡς πολλὰ δεῖ καταστῆσαι τῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ πραγμάτων, καὶ ὡς δοκεῖ πολὺ κρεῖττον εἶναι σπονδὰς ποιησαμένους πρὸς τοὺς πολιορκουμένους, καὶ φιλίαν πρὸς ὅλον αὐτῶν τὸ ἔθνος, ἐπιτρέψαντας αὐτοῖς χρῆσθαι τοῖς πατρίοις νόμοις, ὧν ἀφαιρεθέντες [t] νῦν ἐξεπολεμώθησαν, χωρεῖν ἐπὶ τὰ οἰκεῖα. ταῦτα τοῦ Λυσίου φράσαντος, ἠρέσθη τό, τε στράτευμα καὶ [v] οἱ ἡγεμόνες τῇ γνώμῃ.

ζʹ. Καὶ πέμψας ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸν Ἰούδαν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ πολιορκουμένους, εἰρήνην τε ἐπαγγειλάμενος, καὶ συγχωρεῖν τοῖς [x] πατρίοις νόμοις [y] χρωμένους ζῆν. οἱ δὲ, ἀσμένως δεξάμενοι τοὺς λόγους, λαβόντες ὅρκους τε καὶ πίστεις, ἐξῆλθον ἐκ τοῦ ἱεροῦ. εἰσελθὼν δὲ Ἀντίοχος εἰς αὐτὸ, καὶ θεασάμενος ὀχυρὸν οὕτως τὸ χωρίον, παρέβη τοὺς ὅρκους, καὶ κελεύει τὴν δύναμιν [z] περιελθοῦσαν καθελεῖν τὸ τεῖχος εἰς ἔδαφος. καὶ τοῦτο ποιήσας, ἀνέστρεψεν εἰς Ἀντιόχειαν, ἐπαγόμενος Ονίαν τὸν ἀρχιερέα, ὃς καὶ Μενέλαος ἐκαλεῖτο. Λυσίας γὰρ συνεβούλευσε τῷ βασιλεῖ, τὸν Μενέλαον ἀνελεῖν, εἰ βούλεται τοὺς Ἰουδαίους ἠρεμεῖν, καὶ μηδὲν ἐνοχλεῖν αὐτῷ. τοῦτον γὰρ ἄρξαι τῶν κακῶν, πείσαντ' αὐτοῦ τὸν πατέρα τοὺς Ἰουδαίους ἀναγκάσαι τὴν πάτριον θρησκείαν καταλιπεῖν. πέμψας οὖν τὸν Μενέλαον ὁ βασιλεὺς εἰς [a] Βέροιαν τῆς Συρίας διέφθειρεν, ἀρχιερατεύσαντα μὲν ἔτη δέκα, πονηρὸν δὲ γενόμενον καὶ ἀσεβῆ, καὶ, ἵνα αὐτὸς ἄρχῃ, τὸ ἔθνος ἀναγκάσαντα παραβῆναι τοὺς ἰδίους νόμους. ἀρχιερεὺς δ' ἐγένετο μετὰ [b] τὸν τοῦ Μενελάου θάνατον [c] Ἄλκιμος ὁ καὶ [d] Ἰάκειμος κληθείς. ὁ δὲ βασιλεὺς Ἀντίοχος, εὑρὼν ἤδη τὸν Φίλιππον κρατοῦντα τῶν πραγμάτων, ἐπολέμει πρὸς αὐτόν· καὶ λαβὼν αὐτὸν ὑποχείριον, ἀπέκτεινεν. ὁ δὲ τοῦ ἀρχιερέως υἱὸς Ονίας, [e] ὃν προειπομεν ἔτι παῖδα τελευτήσαντος ἀφεῖσθαι τοῦ πατρὸς, ἰδὼν ὅτι τὸν θεῖον αὐτοῦ Μενέλαον ὁ βασιλεὺς ἀνελὼν τὴν ἀρχιερωσύνην Ἀλκίμῳ δέδωκεν, [f] οὐκ ὄντι ἐκ τοῦ τῶν [g] ἀρχιερέων γένους, ἀλλ' ὑπὸ Λυσίου πεισθεὶς [h] μεταθεῖναι τὴν τιμὴν ἀπὸ ταύτης τῆς οἰκίας εἰς ἕτερον οἶκον, φεύγει πρὸς Πτολεμαῖον τὸν Αἰγύπτου βασιλέα· καὶ τιμῆς ἀξιωθεὶς ὑπό τε αὐτοῦ καὶ τῆς

singulas, à Rege in eos adhibitas, machinationes, illi etiam alias fecerunt. Commeatus autem eos deficere cœperat, frugibus, quos condiderant, absumptis, terraque eo anno non culta, &, quod septimus erat annus quo secundum legem *tota* regio feriatur, nulla semente facta. Multi igitur obsessorum propter necessariorum inopiam diffugiebant, adeo ut pauci in templo relicti fuerint.

Lysias persuadet Antiocho ut cum Judæis componat. 1 Maccab. c. 6.

6. Atque illis quidem, qui in fano obsidebantur, ita res ceciderunt. Lysias vero copiarum dux & Antiochus rex, postquam eis nunciatum erat, Philippum è Perside venire, & rerum summam sibimet vendicare, in ea erant sententia ut soluta obsidione adversus Philippum ire contenderent; id tamen *consilii* tam duces quam milites celare decreverunt. Cæterum rex mandavit Lysiæ, ut in concione cum ipsos tum duces alloqueretur, ne mentionem quidem faciens negotiorum Philippi, id vero subindicans, oppugnationem fore rem longi temporis, locumque esse munitissimum, & commeatus eos jam defecisse, multaque in regno constituenda esse, adeoque longe melius videri fœdus cum obsessis & amicitiam cum tota illorum gente inire, & sinere eos uti patriis legibus *&* *institutis*, quibus ademptis in bellum eruperant, atque *ita demum* domum redire. Cum ista Lysias loquutus esset, tam ducibus quam exercitui *ea* placuit sententia.

Antiochus Lysiæ mandat, ut ad milites verba faceret de pace ineunda. 1 Maccab. c. 6.

XV.

Antiochus fœdus init cum Judæis. 1 Maccab. c. 6.

7. Tum Rex, missis ad Judam & qui cum eo obsessi erant nunciis, pacem illis se datum ire promisit, libertatemque vivendi patriis legibus. Illi vero verbis istis libenter obsequuti, fideque jurejurando accepta, è templo exierunt. At Antiochus, cum in illud ingressus animadvertisset locum egregie adeo munitum, datum à se jusjurandum violavit, præcepitque exercitui, qui tum ei aderat, ut murum diruerent soloque æquarent. Atque his factis Antiochiam reversus est, secum ducens Oniam pontificem, qui Menelaus vocabatur. Nam Lysias consilium dedit Regi, ut Menelaum interficeret, si vellet Judæos quiescere, nullumque sibi negotium facessere. Hunc enim malorum *omnium* auctorem extitisse, patri ipsius persuadendo, ut Judæos ad patrium cultum relinquendum adigeret. Rex igitur Menelaum, in Berœam Syriæ urbem ablegatum, interfici jussit, post decennium in pontificatu exactum, hominem malum & impium, qui, ut principatum sibi adstrueret, gentem coëgit à propriis legibus desciscere. Post Menelai autem obitum pontifex factus est Alcimus, qui & Jacimus nominatus. Cæterum Antiochus rex, cum offendisset Philippum rerum gubernaculo admotum, bellum ei movebat; & in potestatem suam redactum extremo supplicio affecit. Filius autem pontificis Onias, quem puerulum defuncto patre relictum jam ante diximus, videns quod Rex, patruo suo sublato, pontificatum Alcimo dedisset, qui non erat de genere pontificali, persuasus nempe à Lysia ut honorem *gentilem* ab ea familia in aliam domum transferret, fugit ad Ptolemæum regem Ægypti: atque, ab eo & uxore ejus Cleopatra

Fidem datam violat. 1 Maccab. c. 6.

Menelaus supplicio afficitur. 2 Maccab. c. 13.

Alcimus fit pontifex.

Philippus occiditur.

n Πρὸς ἕκαστον] Καθ' ἕκαστον γὰρ τῶν τοῦ Ἀντιόχου μηχανημάτων Bod.
o Αὐτοῖς ἐπιλελοίπει,] Ita ex *MSS.* & *Vet. Interpr.* αὐτῷ in *Editis.*
p Ἀντίοχος] Vocem Ἀντίοχος insertam dedi ex *Bod.* & *Vet. Interpr.*
q Φίλιππος] Ita *C.* & *Vet. Interpr.* in *Editis Aliisque* ὁ βασιλέως Φίλιππος.
r Περὶ Φιλίππου ἐμφανίζοντα,] Περὶ τοῦ Φιλίππου *C.*
s Χρονιωτάτη] Πολυχρονιωτάτη *Hen.* & *C.*
t Νῦν ἐξεπολεμώθησαν,] Ex *Lugd. Bat.* additum νῦν. HAV.
v Οἱ ἡγεμόνες τῇ γνώμῃ.] Illud οἱ ex *Hen.* & *Bod.*
x Πατρίοις] *L. B.* πατρίους.
y Χρωμένους ζῆν.] Χρωμένοις *Hen.* & *Lugd. Bat.*
z Περιελθοῦσαν καθελεῖν] Περιελεῖν *Hen.* & *Epiphan.*

a Βέροιαν τῆς Συρίας] Ita *Hen. C.* & *Nummi Veteres.* Βέῤῥοιαν in *Editis Aliisque.*
b Τὸν τοῦ Μενελάου θάνατον] Τὸν Μενελάου *Hen.* & *C.* ut alicubi supra.
c Ἄλκιμος] Hisce repugnare videtur locus in 1 *Macc.* c. 7. v. 5. Sed *Josepho* eum conciliat *Grotius.*
d Ἰάκειμος] Ἰωάκειμος ἐπικληθεὶς *Bod.* & *C.* Ἰάκιμος *Hen.*
e Ὃν προειπομεν] Scilicet, supr. c. 5. §. 1.
f Οὐκ ὄντι] Ita ex *Hen.* & *C.* οὐκ ὄντι τοῦ ἀρχιερέων γένους in *Editis.*
g Ἀρχιερέων γένους.] Erat tamen stirpis Aaronicæ. 1 *Macc.* c. 7. v. 14. Vide *Seldenum* in lib. 1. *de Success. in Pontific. Hebr.* c. 9.
h Μεταθεῖναι τὴν τιμὴν] Μεθεῖναι *Hen.* (*L. B.*) & *C.*

tra

i Αὐ-

Onias in Ægypto templum ædificat.

tra honorifice exceptus, impetravit ab eis locum in regione † Heliopolitana, ubi templum Hierosolymitano simile ædificavit. Sed de istis dicendi locus erit magis opportunus.

γυναικὸς [i] αὐτοῦ Κλεοπάτρας, λαμβάνει τόπον ἀξιώσας [k] ἐν τῷ νομῷ τῷ Ἡλιοπολίτῃ, ἐν ᾧ καὶ ὅμοιον τῷ ἐν Ἱεροσολύμοις οἰκοδόμησεν ἱερόν. [l] περὶ τούτου μὲν οὖν ἐν οἰκειοτέρῳ ἡμῖν ἔσται διελθεῖν.

CAP. X.

XVI. *Quomodo Bacchides Demetrii copiarum dux, expeditione in Judæos suscepta, infecto negotio reversus est: utque Nicanor non multo post contra Judam missus cum universo exercitu periit. De obitu Alcimi, & successione Judæ.*

ΚΕΦ. ι.

Ὡς Βακχίδης ὁ Δημητρίου στρατηγὸς, ἐπιστρατευσάμενος τοῖς Ἰουδαίοις, ἄπρακτος ἀνέστρεψε· καὶ ὡς Νικάνωρ, μετ' οὐ πολὺ κατ' Ἰούδαν πεμφθεὶς, ἀπώλετο σὺν τῷ στρατῷ. περὶ τελευτῆς Ἀλκίμου, καὶ διαδοχῆς Ἰούδα.

Demetrius Seleuci filius regnum occupat. 1 Maccab. c. 7.

EOdem tempore Demetrius Seleuci filius Roma profugus, Tripoli Syriæ *urbe* occupata, diadema sibi imposuit: atque militibus aliquot mercenariis sibi comparatis, * regiam ingressus est, omnibus eum læte *admodum* excipientibus, & semet ei submittentibus. Cum autem Antiochum regem & Lysiam comprehendissent, *ipsos* ad eum vivos deducunt: atque illi, ita è vestigio jubente Demetrio, *à militibus* interfecti erant, cum jam annos duos regnasset Antiochus, sicut & alibi jam ante memoravimus. At cum multi ex Judæis impii & profugi ad eum sese aggregassent, & cum eis Alcimus pontifex, accusabant totam gentem, ac *præcipue* Judam & fratres ipsius, narrantes, ut amicos ejus omnes trucidarint, & quotquot in regno rebus ejus studebant ipsumque exspectabant, etiam illos perdiderint, & ipsos propria ∗ terra ejectos in aliena peregrinos fecerint; postulabantque ut *uno* aliquo ex amicis suis misso ex ipso disceret quæ à Juda patrata fuerint.

Eupator & Lysias ab eo necantur. 1 Maccab. c. 7.

Alcimus Judam apud Demetrium criminatur. 1 Maccab. c. 7.

Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν φυγὼν Δημήτριος ἀπὸ Ῥώμης ὁ Σελεύκου υἱὸς, καὶ [m] καταλαβόμενος τῆς Συρίας Τρίπολιν, περιτίθησι μὲν [n] αὐτῷ διάδημα· συναγαγὼν δέ τινας περὶ αὐτὸν μισθοφόρους [o] εἰς τὴν βασιλείαν [p] εἰσῆλθε, πάντων αὐτὸν ἡδέως προσδεχομένων [q] καὶ παραδιδόντων αὐτούς. συλλαβόντες δὲ καὶ Ἀντίοχον τὸν βασιλέα καὶ Λυσίαν, ζῶντας ἀνάγουσιν αὐτῷ· καὶ οὗτοι μὲν, κελεύσαντος παραχρῆμα Δημητρίου, διεφθάρησαν, βασιλεύσαντος Ἀντιόχου [r] ἔτη δύο, καθὼς ἤδη πού καὶ [s] ἐν ἄλλοις δεδήλωται. συρραφέντες δὲ πρὸς αὐτὸν πολλοὶ τῶν Ἰουδαίων πονηροὶ καὶ φυγάδες, καὶ μετ' αὐτῶν Ἄλκιμος ὁ ἀρχιερεὺς, κατηγόρουν τοῦ ἔθνους παντὸς, καὶ τοῦ Ἰούδα καὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ, λέγοντες, ὡς τοὺς φίλους αὐτοῦ πάντας [t] ἀπεκτόνασι, καὶ ὅσοι τὰ ἐκείνου [v] φρονοῦντες καὶ περιμένοντες αὐτὸν ὑπῆρχον ἐν τῇ βασιλείᾳ, τούτους ἀπολωλέκασιν, αὐτούς τε τῆς οἰκείας γῆς ἐκβαλόντες [x] ἀλλοτρίας ἐπήλυδας πεποιήκασιν, [y] ἠξίουν τε πέμψαντα τῶν ἰδίων τινὰ φίλων, γνῶναι δι' αὐτοῦ τὰ ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Ἰούδαν πεπλημμελημένα.

Demetrius Bacchidem mittit contra Judæos. 1 Maccab. c. 7.

2. Demetrius ira commotus mittit Bacchidem, amicum regis Antiochi Epiphanis, virum probum *integrumque*, cui tum Mesopotamiæ omnis præfectura credita erat, copiis ei datis, commendatoque ipsi Alcimo pontifice, addito mandato ut Judam & qui cum eo erant ferro perimeret. Bacchides autem Antiochia profectus cum exercitu, postquam pervenit in Judæam, mittit ad Judam & ejus fratres, ut *cum eis* de pace & amicitia ageret. volebat enim eum per dolum capere. Sed ille fidem *ipsi* non habuit: videbat enim quod tanto cum exercitu adesset, quo ad bellum non ad pacem *faciendam* itur. Quidam tamen è populo credentes his quæ Bacchides per præconem denunciaverat, ratique sibi ab Alcimo, *utpote* populari suo, nihil mali eventurum esse, ad eos se contulerunt: & jurejurando ab utrisque accepto, nec ipsos nec qui ejusdem secum erant voluntatis mali quidquam passuros esse, eorum fidei sese commiserunt. Bacchides autem, jurejurando insuper habito, sexaginta quidem illorum interfecit, alios vero, quibus in animo erat ad ipsum se recipere, *à proposito* a-

Bacchides Judæ insidias struit. 1 Maccab. c. 7.

Multos sibi fidem habentes interficit. 1 Maccab. c. 7.

β. Ὁ δὲ Δημήτριος παροξυνθεὶς ἐκπέμπει Βακχίδην, φίλον [z] Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφανοῦς βασιλέως, ἄνδρα χρηστὸν, καὶ τὴν Μεσοποταμίαν ἅπασαν πεπιστευμένον, δοὺς αὐτῷ δύναμιν, καὶ τὸν ἀρχιερέα παραθέμενος αὐτῷ Ἄλκιμον, [a] ἐντειλάμενος ἀποκτεῖναι Ἰούδαν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ. ἐξορμήσας δὲ ἀπὸ [b] τῆς Ἀντιοχείας ὁ Βακχίδης μετὰ τῆς δυνάμεως, καὶ παραγενόμενος εἰς τὴν Ἰουδαίαν, ἔπεμψε πρὸς τὸν Ἰούδαν καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ περὶ φιλίας καὶ εἰρήνης διαλεγόμενος. δόλῳ γὰρ αὐτὸν ἐβούλετο λαβεῖν. ὁ δ' οὐκ ἐπίστευσεν· ἑώρα γὰρ ὅτι μετὰ στρατιᾶς [c] παρέσιν τοσαύτης, μεθ' ὅσης ἐπὶ πόλεμόν τις, ἀλλ' οὐκ ἐπ' εἰρήνην ἔρχεται. τινὲς μέντοιγε τῶν ἐκ τοῦ δήμου προσέχοντες οἷς ὁ Βακχίδης ἐκεκηρύκευτο, καὶ νομίσαντες οὐδὲν αὐτοὺς ὑπὸ Ἀλκίμου [d] πείσεσθαι δεινὸν ὄντος ὁμοφύλου, πρὸς αὐτοὺς ἀνεχώρησαν. καὶ λαβόντες ὅρκους [e] παρ' ἀμφοτέρων, μήτε αὐτούς τι παθεῖν, μήτε τοὺς ἐκ τῆς αὐτῆς ὄντας προαιρέσεως, ἐπίστευσαν αὐτοῖς ἐκείνοις. ὁ δὲ Βακχίδης ὀλιγωρήσας τῶν ὅρκων, ἑξήκοντα μὲν αὐτῶν ἀπέκτεινε, τοὺς δὲ ἄλλους ὅσοι διενοοῦντο πρὸς αὐτὸν ἀναχωρεῖν [f] ἀπέτρεψε, τοῖς πρώ-

[i] Αὐτοῦ Κλεοπάτρας,] Αὐτοῦ abest *Hen.* & C. agnoscitur tamen ab *Epiphanio.*

* *Heliopolitana,*] *Josephum* de Onia erroris arguit D. *Hieronymus* in Comment. in Esaiam, p. 132. Edit. *Bened.*

[k] Ἐν τῷ ——— ἱερόν.] Templum in Heliopolitana præfectura in Ægypto extructum, simile Hierosolymitano. vid. infr. lib. 13. c. 3. §. 2. & cap. 10. §. 4. ut & lib. 20. c. 9. §. 1. item ἁλωσ. lib. 7. c. 10. §. 3. SPANH.

[l] Περὶ τούτου μὲν] Ita etiam *Epiphan.* περὶ τούτου μὲν οὖν αὖθις. *Hen.* & C.

[m] Καταλαβόμενος τῆς Συρίας Τρίπολιν,] Λαβὼν *Bosh.* accitus erat, ut videtur à Philippo. Vide *Cappellum*, ad *A. M.* 3838. & *Grotium* ad 1 *Macc.* c. 7. v. 1.

[n] Αὐτῷ διάδημα.] Ἑαυτῷ *Bosh.* & C.

* *Regiam ingressus est,*] *Vel*, regni sedem.

[o] Εἰς τὴν βασιλείαν] Εἰσπορεύεται εἰς οἶκον βασιλείας πατέρων αὐτοῦ 1 *Macc.* c. 7. v. 2. *sc.* Antiochiam ad Daphnem, regni Syriaci metropolim. *Usserius* ad A. M. 3842.

[p] Εἰσῆλθε,] Ita *Bosh. Hen.* C. & *Vet. Interpr.* εἰσῆλθε. πάντων δ' αὐτὸν ἡ. π. κ. π. αὐτοὺς, ουκ. in *Editis.*

[q] Καὶ παραδιδόντων αὐτούς.] Illa καὶ παραδιδόντων αὐτοὺς nec agnoscit *Bosh.* nec *Vet. Interpr.*

[r] Ἔτη δύο,] Sic & *Eusebius* in *Chronico*: licet à *Porphyrio* (in Græc. *Euseb. Scalig.* p. 228.) & *Severo Sulpicio* (lib. 2. c. 21.) unus tantum annus & sex menses illi adscribantur. *Usser.*

[s] Ἐν ἄλλοις δεδήλωται,] Ἐν ἄλλῳ C. Sed ubi? suspicor verba illa, καθὼς ἤδη πού καὶ ἐν ἄλλοις δεδήλωται, hic loci & alibi margini à sciolo aliquo adscripta, postea in textum irrepsisse.

[t] Ἀπεκτόνασι,] Ἀνῃρήκασι *Bosh.* & *Hen.*

[v] Φρονοῦντες] Ἐφρόνουν *Bosh.*

[x] Ἀλλοτρίας ἐπήλυδας πεποιήκασιν,] Ἀλλοτρίας *Gall.*

[y] Ἠξίουν τε πέμψαντα] Ita *Bosh. Hen.* C. & *Epiphan.* ἀξιοῦντες πέμψαντα in *Editis.*

[z] Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφανοῦς βασιλέως,] Ἀντιόχου Ἐπιφανοῦς βασ. ἄνδ. *Hen.* Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφανοῦς ἄνδρα χρ. C.

[a] Ἐντειλάμενος] Ita *Bosh. Hen.* & C. ἐντειλάμενος αὐτῷ πολεμεῖν in *Editis.*

[b] Τῆς Ἀντιοχείας ὁ Βακχίδης] Τῆς Ἀντιόχου *Bas.*

[c] Παρέστιν τοσαύτης,] Πάρεστι *Bosh.* (*Coccejus*) C. & *Epiphan.*

[d] Πείσεσθαι δεινὸν] Πείσεσθαι C.

[e] Παρ' ἀμφοτέρων,] Παρὰ Βακχίδου τε καὶ Ἀλκίμου *Bosh.* ἐξηγήσεως ἕνεκα.

[f] Ἀπέτρεψε,] Ἐπέστρεψε *Hen.* & C. ἀνέστρεψε *Bosh.*

g Βοηθ-

προδότης τὴν πίστιν μὴ φυλάξας. ἐπεὶ δὲ ἐκ τῶν Ἱεροσολύμων ἀπελθὼν, κατὰ κώμην [g] Βηθζηθὼ λεγομένην ἐγένετο, πέμψας συλλαμβάνει πολλοὺς τῶν αὐτομολησάντων καί τινας τοῦ λαοῦ, καὶ, πάντας ἀποκτείνας, προσέταξε τοῖς ἐν τῇ χώρᾳ [h] πᾶσιν ὑπακούειν Ἀλκίμῳ· καὶ μετὰ στρατιᾶς τινος, ἵν᾽ ἔχῃ τηρεῖν τὴν χώραν [i] αὐτοῦ, καταλιπὼν αὐτὸν, εἰς Ἀντιόχειαν πρὸς τὸν βασιλέα Δημήτριον ὑπέστρεψεν.

γ΄. Ἄλκιμος δὲ τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ βουλόμενος βεβαιῶσαι, καὶ συνεὶς ὅτι κατασκευάσας εὔνουν τὸ πλῆθος ἀσφαλέστερον ἄρξει, χρηστοῖς ἅπαντας ὑπήγετο λόγοις, καὶ πρὸς ἡδονὴν ἑκάστῳ καὶ χάριν ὁμιλῶν. ταχὺ δὴ μάλα χεῖρα πολλὴν καὶ δύναμιν περιεβάλλετο· τούτων δ᾽ ἦσαν οἱ πλείους ἐκ τῶν ἀσεβῶν καὶ πεφυγαδευμένων, οἷς ὑπηρέταις καὶ στρατιώταις χρώμενος ἐπήρχετο τὴν χώραν, καὶ ὅσους ἐν αὐτῇ τὰ Ἰούδα φρονοῦντας εὕρισκεν, ἐφόνευεν. ὁρῶν δὲ τὸν Ἄλκιμον ἤδη μέγαν ὁ Ἰούδας γινόμενον, καὶ πολλοὺς διεφθαρκότα τῶν ἀγαθῶν καὶ [k] ὁσίων τοῦ ἔθνους, καὶ αὐτὸς, ἐπιπορευόμενος τὴν χώραν, διέφθειρε τοὺς [l] τὰ αὐτοῦ ἐκείνου φρονοῦντας. βλέπων δὲ αὐτὸν ὁ Ἄλκιμος ἀντέχειν τῷ Ἰούδᾳ μὴ δυνάμενον [m] ἀλλ᾽ ἡττώμενον αὐτοῦ τῆς ἰσχύος, ἐπὶ τὴν παρὰ Δημητρίου τοῦ βασιλέως συμμαχίαν ἔγνω τραπέσθαι. παραγενόμενος οὖν εἰς Ἀντιόχειαν, παροξύνει αὐτὸν ἐπὶ τὸν Ἰούδαν, κατηγορῶν, ὡς πολλὰ μὲν ὑπ᾽ αὐτοῦ πεπονθὼς κακὰ, πλείω δὲ γένοιτ᾽ ἂν, εἰ μὴ προκαταληφθείη, καὶ δοίη δίκην, δυνάμεως ἰσχυρᾶς ἐπ᾽ αὐτὸν ἀποσταλείσης.

δ΄. Ὁ δὲ Δημήτριος, τοῦτ᾽ ἤδη καὶ τοῖς ἰδίοις αὐτοῦ πράγμασιν ἐπισφαλὲς ἡγησάμενος εἶναι, τὸ περιιδεῖν Ἰούδαν ἐν ἰσχύϊ τοσαύτῃ γινόμενον, ἐκπέμπει Νικάνορα, τὸν εὐνούστατον αὐτοῦ καὶ πιστότατον τῶν φίλων· οὗτος γάρ ἐστιν ὁ καὶ ἀπὸ τῆς Ῥωμαίων πόλεως αὐτῷ συμφυγών· καὶ δοὺς δύναμιν ὅσην ἀρκέσειν ὑπέλαβεν αὐτῷ πρὸς τὸν Ἰούδαν, ἐκέλευσεν [n] αὐτῷ μηδεμίαν φειδὼ ποιεῖσθαι τοῦ ἔθνους. ὁ δὲ Νικάνωρ, παραγενόμενος εἰς Ἱεροσόλυμα, πολεμεῖν μὲν εὐθὺς οὐκ ἔγνω τῷ Ἰούδᾳ, δόλῳ δὲ ὑποχείριον λαβεῖν κρίνας, [o] προσέπεμψε λόγους εἰρηνικοὺς αὐτῷ, "μηδεμίαν μὲν ἀνάγκην εἶναι, φάσκων, πολεμεῖν καὶ κινδυνεύειν, ὅρκους δ᾽ αὐτῷ δίδοσθαι περὶ τοῦ μηδὲν πείσεσθαι δεινόν. ἥκειν γὰρ μετὰ φίλων ἐπὶ τῷ ποιῆσαι φανερὰν αὐτοῖς τὴν Δημητρίου τοῦ βασιλέως διάνοιαν, [p] ὡς περὶ τοῦ γένους αὐτῶν φρονεῖ." ταῦτα διαπρεσβευσαμένου τοῦ Νικάνορος, ὁ Ἰούδας καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ πεισθέντες, καὶ μηδεμίαν ἀπάτην ὑποπτεύσαντες, διδόασι πίστεις αὐτῷ, καὶ δέχονται τὸν Νικάνορα μετὰ τῆς δυνάμεως. ὁ δὲ ἀσπασάμενος τὸν Ἰούδαν, [q] μεταξὺ προσομιλῶν δίδωσι τοῖς [r] οἰκείοις τι σημεῖον, ὅπως συλλάβωσι τὸν Ἰούδαν. ὁ δὲ συνεὶς τὴν ἐπιβουλὴν, ἐκπηδήσας πρὸς τοὺς ἰδίους ἀνέφυγε. φανερᾶς δὲ τῆς προαιρέσεως αὐτοῦ καὶ τῆς ἐνέδρας γενομένης, ὁ Νικάνωρ πολεμεῖν ἔκρινε τῷ Ἰούδᾳ· [s] καὶ συγκροτήσας [t] καὶ παρασκευασάμενος πρὸς τὴν μάχην, συμβαλὼν κατά τινα κώμην [v] Καφαρσαλαμὰ, [x] καὶ νικήσας, ἀναγκάζει τὸν Ἰούδαν [y] ἐπὶ τὴν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἄκραν φυγεῖν.

vertebat, prioribus fide non servata. Postquam vero Hierosolymis digressus ad vicum pervenit, Bethzetho vocatum, quibusdam è suis emissis, comprehendit perfugarum multos & è populo nonnullos, atque omnibus mactatis, jussit ut quotquot in ea regione essent Alcimo parerent: relictisque cum eo militibus, qui ipsum in provincia sua custodienda juvarent, Antiochiam ad Demetrium regem reversus est.

Bacchides in Bethzetitas cæde grassatur. 1 Maccab. c. 6.

3. Alcimus autem omni modo id agens ut principatum sibi firmaret, sentiensque securius se regnaturum esse, si populum sibi benevolum fecerit, omnes blandis sermonibus deliniebat, & ad gratiam singulis & delectationem loquendo. Itaque brevi admodum validam manum & exercitum sibi comparavit: horum autem plerique erant impii & perfugæ, quibus ministris & militibus utens regionem obiit, & quotquot Judæ rebus studere offendit *ad* unum obtruncavit. At Judas videns Alcimum ad magnam crevisse potentiam, multosque de gente *sua* viros bonos sanctosque interfecisse, ipse quoque, late per regionem evagatus, partium ejus fautores occidebat. Alcimus autem videns se non posse Judæ *exercitui* resistere, viribusque eo inferiorem esse, decrevit ad auxilium Demetrii regis confugere. Antiochiam itaque profectus, magnopere cum in Judam irritabat, ipsum accusando, quod plurimas ab eo passus esset injurias, pluresque ab eo fierent, nisi anticipetur, & pœnas luat, potenti in eum misso exercitu.

Alcimus; quotquot Judæ rebus studere comperit, morte afficit. 1 Maccab. c. 7.

Judas Alcimum sævientem reprimit. 1 Maccab. c. 7.

Alcimus Judam apud Demetrium acerbe criminatur. 1 Maccab. c. 7.

4. Tum Demetrius id suis rebus periculosum esse existimans, si Judam tanta potentia ac viribus auctum negligeret, Nicanorem mittit, ex amicis summæ erga ipsum benevolentiæ fideique *virum*: (idem enim ille *erat*, qui cum ipso urbe Roma profugerat) datoque ei exercitu quantum satis esse putabat ad Judam debellandum, imperavit ei ut nemini de gente *ista* parceret. Nicanor autem, cum Hierosolyma venisset, è vestigio adversus Judam præliari non decrevit, dolo vero ipsum in potestatem suam redigere arbitratus, mittit ei verba pacifica, dicens, "nihil causæ esse cur armis decertarent & discrimen adirent, seque paratum "esse fidem jurejurando dare, illum nihil mali passurum esse. ideo enim se venire cum amicorum "comitatu, ut mentem Demetrii regis illis pate"faceret, qualiter de genere illorum sentiat." Cum ista per legatos promisisset Nicanor, Judas ejusque fratres credendum illis rati, nihilque fraude agi suspicantes, fidem ei *vicissim* dant, & Nicanorem cum exercitu suscipiunt. Ille vero, cum Judam *amice* salutasset, signum quoddam, dum inter se colloquerentur, suis dat *militibus*, ut Judam corriperent. At ille, insidiis intellectis, prosiluit, & ad suos se recipiebat. Nicanor autem, consilio suo patefacto, dolisque jam detectis, *tum demum* aperto Marte cum Juda rem gerere statuit: cumque copias *undique* contraxisset & ad pugnam *eas* parasset, prælio commisso ad vicum quendam Capharsalama *dictum*, partaque victoria, Judam in arcem, quæ Hierosolymis erat, fugere compulit.

XVII. Nicanor à Demetrio contra Judam missus. 1 Maccab. c. 7.

Cum Juda dolose agit. 1 Maccab. c. 7.

Dolis detectis ad prælium se parat. 1 Maccab. c. 7.

Fundit fugatque Judæ milites.

5. Cum

g Βηθζηθὼ] Βηζηθὼ *Hen.* & C. Βηζαιθ forsan pro Βηθζαιθ 1 *Macc.* c. 7. v. 19. HUDS. Βηζὲθ 1 Maccab. vii. 19. infr. c. 11. §. 1. *Gen.* Βηρζηθὼ· Ἐλασα 1 Maccab. viii. 5. *Rufin.* Barziton. SPANH.

h Πᾶσιν ὑπακούειν Ἀλκίμῳ·] Sic *Busb.* *Hen.* & C. πάσῃ in Editis.

i Αὐτοῦ,] Αὐτῷ solus *Busb.*

k Ὁσίων τοῦ ἔθνους,] Ὅσιοι τοῦ ἔθνους. Inde nomen Essæorum. REL.

l Τὰ αὐτὰ ἐκείνῳ φρονοῦντας.] Ita *Bas.* ταῦτα ἐκείνῳ φρ. habet *Hen.* τὰ αὐτὰ Ἰωνάθῃ φρ. *Busb.* ταῦτα αὐτῷ ἐκείνῳ συμφρ. C. τὰ αὐτὰ ἐκείνῳ *Gen.*

m Ἀλλ᾽ ἡττώμενον αὐτοῦ τῆς ἰσχύος,] Ἀλλὰ μετὰ πολὺ λειπόμενον αὐτοῦ *Hen.*

n Αὐτῷ μηδεμίαν φειδὼ ποιεῖσθαι τοῦ ἔθνους.] Αὐτῷ deest *Hen.* *Busb.* & C.

o Προσέπεμψε λόγους εἰρηνικοὺς αὐτῷ,] Προσέπεμπε C.

p Ὡς περὶ τοῦ γένους.] Ὅτι περὶ τοῦ γ. *Hen.* & C.

q Μεταξὺ προσομιλῶν] Καὶ μεταξὺ *Busb.* & *Hen.*

r Οἰκείοις τι σημεῖον,] Οἰκείοις σημεῖον C. & *Vet. Interpr.*

s Καὶ συγκροτήσας] Est qui legit, ὁ συγκροτήσας, & post καὶ νικήσας, infr. ἀναγκάζει τὸν Νικάνορα. nam victoriam penes Judam fuisse ostendit auctor libri 1 *Macc.* in c. 7. v. 32.

t Καὶ παρασκευασάμενος πρὸς τὴν μάχην,] Καὶ παρασκευασάμενος τὰ πρὸς τὴν μάχην *Hen.* (*L. B.*) & C.

v Καφαρσαλαμὰ.] Χαφαρσαλαμὰ 1 Maccab. vii. 32. SPANH.

x Καὶ νικήσας,] Καὶ νικᾷ, νικήσας δὲ ἀναγκάζει *Hen.* καὶ νικᾷ. Ἰούδας δὲ εἰς τὴν ἐν Ἱεροσολύμοις ἄκραν ἠναγκάσθη φυγεῖν *Busb.* Verum *Jac. Cappellus* (ad A. M. 3839.) legendum censet, καὶ νικᾶται, καὶ ἀναγκάζει αὐτὸν ὁ Ἰούδας &c. contra fidem *MSS.* & *Vet. Interpr.*

y Ἐπὶ τὴν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἄκραν φυγεῖν.] Ita etiam *MSS.*

(sed

Nicanor, templo minatur excidium. 1 Maccab. c. 7.

5. Cum autem in eo esset ut ex arce in templum descenderet, sacerdotum nonnulli & senatorum obviam facti eum salutabant, ostensis sacrificiis, quæ se Deo pro Rege oblaturos esse dicebant. Ille vero impie loquutus illis minatus est, nisi populus Judam sibi traderet, templum excisurum esse cum rediret. Et post has quidem minas jactatas exiit Hierosolymis: sacerdotes vero, propter mœrorem ex istis quæ dixerat, in lachrymas proruperunt, Deoque supplicabant ut ipsos ex hostium manibus liberaret. Nicanor autem cum Hierosolymis egressus ad vicum quendam pervenisset Bethoron vocatum, illic castra locavit, ubi & alius ei ex Syria accessit exercitus: Judas autem castra posuit apud Adasa, alium vicum, qui à Bethoro triginta stadiis aberat, non amplius quam mille homines *secum* habens. Istos valde hortatus, ut animis minime consternati essent ad hostium multitudinem, nec cogitarent cum quam multis dimicaturi essent, sed ut, quales ipsi & pro qualibus præmiis periculum subeunt secum reputantes, animose obviam irent hostibus, in prælium eos educit; & cum Nicanore congressus, editoque acri certamine, adversarios superat, & multos illorum peremit, tandemque ipse Nicanor egregie pugnans occubuit. Quo cæso, nequaquam substitit exercitus: sed ubi ducem amiserat, abjectis armis sese fugæ mandarunt. At Judas *impigre* eos persequens magnam stragem edidit, signumque tubis dedit vicis undique finitimis, quod hostes profligaverat. Illi vero, qui in iis erant, istis auditis, armati prosiliebant, & fugientibus obviam facti occiderunt eos fronte fronti opposita. adeo ut ex hac pugna nemo *salvus* evaserit, homines licet fuerint ad novem millia. Contigit autem hanc victoriam reportari decima-tertia die mensis, qui à Judæis Adar, à Macedonibus Dystrus appellatur. atque in eo votiva sacra pro victoria quotannis faciunt, eamque diem pro festo habent. Ex illo quidem tempore Judæorum gens à bellis aliquandiu requievit, & pace fruebatur: postea *vero* in certamina & pericula recidit.

Nicanor, iterum cum Juda congressus superatur & occiditur. 1 Maccab. c. 7. 2 Maccab. c. 15.

Alcimi mors. 1 Maccab. c. 9.

6. Alcimo autem pontifici, cum vellet adyti murum, veterem *admodum* & à sanctis prophetis exstructum diruere, Deus plagam quandam repentinam inflixit; à qua & voce privatus in terram concidit, multisque diebus cruciatus vita decessit, quadriennium functus pontificatu. Illo vero mor-

Judas pontificatum obit.

έ. [z] Ἐπεὶ δ' αὐτῷ κατιόντι [a] ἐκ τῆς ἄκρας εἰς τὸ ἱερὸν, [b] ἀπαντήσαντες τῶν ἱερέων τινὲς καὶ πρεσβυτέρων ἠσπάζοντο, καὶ τὰς θυσίας [c] ἐπεδείκνυον ἃς ὑπὲρ τοῦ βασιλέως ἔλεγον [d] προσφέρειν τῷ Θεῷ. ὁ δὲ βλασφημήσας [e] αὐτοῖς ἠπείλησεν, εἰ μὴ [f] παραδῷ τὸν Ἰούδαν ὁ λαὸς αὐτῷ, καθαιρήσειν ὅταν ἐπανέλθῃ τὸν ναόν. καὶ ὁ μὲν ταῦτα ἀπειλήσας ἐξῆλθεν ἀπὸ τῶν Ἱεροσολύμων· οἱ δὲ ἱερεῖς εἰς δάκρυα διὰ τὴν ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις λύπην [g] προέπεσον, καὶ τὸν Θεὸν ἱκέτευον ῥυσθῆναι ἐκ τῶν πολεμίων αὐτούς. ὁ δὲ Νικάνωρ, ὡς, ἐκ τῶν Ἱεροσολύμων ἐξελθὼν, ἐγένετο κατά τινα κώμην [h] Βεθωρὼν λεγομένην, αὐτόθι στρατοπεδεύεται, προσγενομένης αὐτῷ καὶ ἄλλης ἀπὸ Συρίας δυνάμεως· Ἰούδας δὲ ἐν [i] Ἀδασῇ ἑτέρᾳ κώμῃ, σταδίους ἀπεχούσῃ τριάκοντα τῆς [k] Βεθωρῶν, στρατοπεδεύεται, εἰς [l] χιλίους [m] ἅπαντας ἔχων. τούτους παρορμήσας μὴ καταπλαγῆναι τὸ τῶν ἐναντίων πλῆθος, μηδὲ λογίζεσθαι πρὸς πόσους ἀγωνίζεσθαι μέλλουσιν, ἀλλὰ τίνες ὄντες καὶ περὶ οἵων ἐπάθλων κινδυνεύουσιν ἐνθυμουμένους, εὐψύχως ὁμόσε χωρῆσαι τοῖς πολεμίοις, ἐπὶ τὴν μάχην ἐξάγει· καὶ [n] συμβαλὼν τῷ Νικάνορι, καὶ καρτερᾶς τῆς μάχης γενομένης, κρατεῖ τῶν ἐναντίων, καὶ πολλούς τε αὐτῶν ἀπέκτεινε, καὶ [o] τελευταῖον αὐτὸς ὁ Νικάνωρ λαμπρῶς ἀγωνιζόμενος ἔπεσεν. οὗ πεσόντος, οὐδὲ τὸ στράτευμα ἔμεινεν· ἀλλὰ τὸν στρατηγὸν ἀπολέσαντες, [p] εἰς φυγὴν ἐτράπησαν, ῥίψαντες [q] τὴν πανοπλίαν. ἐπιδιώκων δὲ ὁ Ἰούδας ἐφόνευε, καὶ [r] ταῖς σάλπιγξι ταῖς πέριξ κώμαις ἐσήμαινεν, ὅτι νικᾷ τοὺς πολεμίους. οἱ δ' ἐν αὐταῖς ἀκούσαντες, ἐξεπήδων ὡπλισμένοι, καὶ τοῖς φεύγουσιν ἀπαντῶντες ἔκτεινον αὐτοὺς, γινόμενοι κατὰ πρόσωπον. ὥστε ἐκ τῆς μάχης μηδένα διαφυγεῖν, ὄντων αὐτῶν ἐννακισχιλίων. τὴν δὲ νίκην συνέβη γενέσθαι πρότερον τῇ τρισκαιδεκάτῃ τοῦ μηνὸς, τοῦ λεγομένου παρὰ μὲν Ἰουδαίοις [s] Ἀδὰρ, παρὰ δὲ Μακεδόσι Δύστρου. [t] ἄγουσι δ' ἐν τούτῳ τὰ νικητήρια κατὰ πᾶν ἔτος, καὶ ἑορτὴν νομίζουσι τὴν ἡμέραν. ἐξ ἐκείνου μέντοι [v] χρόνου πρὸς ὀλίγον τὸ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος τῶν [x] πολέμων ἀναπαυσάμενον, καὶ εἰρήνης ἀπολαῦον, [y] ἔπειτ' εἰς ἀγῶνας πάλιν καὶ κινδύνους κατέστη.

ς'. Τῷ δ' [z] ἀρχιερεῖ τῷ Ἀλκίμῳ βουληθέντι καθελεῖν τὸ τεῖχος τοῦ ἁγίου, ὂν παλαιὸν καὶ κατεσκευασμένον ὑπὸ τῶν [a] ἁγίων προφητῶν, πληγή τις αἰφνίδιος ἐκ τοῦ Θεοῦ προσέπεσεν· ὑφ' ἧς ἄφωνός τε ἐπὶ τὴν γῆν κατηνέχθη, καὶ βασανισθεὶς ἐπὶ συχνὰς ἡμέρας ἀπέθανεν, ἀρχιερατεύσας [b] ἔτη

(sed L. B. ὅτι) & Vet. Interpr. ἐν τῷ τῶν Ἱεροσολύμων ἀκροπόλει Zonar. εἰς τὴν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἄκραν legendum censet Grotius ad 1 Macc. c. 7. v. 32.

z Ἐπεὶ δ' αὐτῷ κατιόντι] Ita Hen. Bosb. & C. ἐπεὶ δ' in Editis.

a Ἐκ τῆς ἄκρας εἰς τὸ ἱερὸν.] Ἀπὸ τῆς ἄκρας Hen.

b Ἀπαντήσαντες] Ὑπαντήσαντες Hen. & C.

c Ἐπεδείκνυον] Ὑπεδείκνυον C.

d Προσφέρειν τῷ Θεῷ.] Ἐπιφέρειν Hen. (L. B.) & Bosb.

e Αὐτοῖς ἠπείλησεν.] Ita legisse videtur Epiphan. τῷ λαῷ ἠπείλησε habet Zonaras. in Editis Aliisque βλασφημήσας αὐτοῖς ἠπείλησεν. quæ quomodocunque distinguantur, haud placebunt. βλασφημήσας αὐτὸς ἠπείλησεν in uno Cod. quæ sane ferri possunt, modo comma ponatur post αὐτός.

f Παραδῷ τὸν Ἰούδαν] Παραδώσῃ Bosb. Hen. C. & Zonar.

g Προέπεσον,] Περιέπεσον C.

h Βεθωρὼν] Βεθώρων Hen. Βαιθωρὼν C. Vide Annot. ad præced c. 7. §. 1. HUDS Βεθωρὼν πόλις prope Hierosolyma Euf. H. Eccl. l. IV. c. VI. p. 118. Βαιθωρὼν 1 Maccab VII. 39. infr. lib. 13. c. 1. §. 3. ubi Gen. Βεθωρῶ. SPANH.

i Ἀδασῇ] Sic Hen. C. & Vet. Interpr. ἐν Ἀδασσοῖ in Editis. ἐν Ἀδασὰ 1 Macc. c. 7. HUDS. Conf. Ἀλωσ. lib. 1. c. 1. §. 6. SPANH.

k Βεθωρῶν,] Ita mox supra post τινὰ κώμην & Vet. Interpr. Librariorum vitio Βεθωρρῶν in Editis. Βεθώρων Hen. Βαιθωρῶν C. HUDS. Gen Βεθωρῶν leg. Βεθωρῶ. SPANH.

l Χιλίους] Haud aliter & hic loci & infra c. XI. §. 1. initiò. in libris omnibus tam Latinis quam Græcis, excepto Cod. C. qui δισχιλίους habet. τρισχιλίους 1 Macc. c. 7. v. 40.

m Ἅπαντας ἔχων] In Hen. & aliquot Epiphanii libris ἔχων τοὺς ἅπαντας ἐν παρεμβολῇ.

n Συμβαλὼν τῷ Νικάνορι,] Συμβαλὼν τοῖς πολεμίοις, & mox κρατεῖ τούτων Bosb.

o Τελευταῖον αὐτὸς] Καὶ ἔπεσεν αὐτὸς πρῶτος ἐν πολέμῳ 1 Macc. c. 7. v. 43.

p Εἰς φυγὴν ἐτράπησαν,] Εἰς φυγὴν οἱ αὐτοῦ ἐτράπησαν Bosb.

q Τὴν πανοπλίαν.] Ita cum Bosb. & Hen. τὰς πανοπλίας in Editis Aliisque.

r Ταῖς σάλπιγξι] L. B. τῇ σάλπιγγι.

s Ἀδὰρ, παρὰ δὲ Μακεδόσι Δύστρου.] Conf. sup. lib. XI. c. 6. §. 13. SPANH.

t Ἄγουσι δ' ἐν τούτῳ τὰ νικητήρια κατὰ πᾶν ἔτος,] Νικητήρια singulis annis à Judæis celebrata in memoriam devicti à Juda Nicanoris. 1 Maccab. VII. 49 SPANH. Festum anniversarium die 13 Adar ob devictum Nicanorem. Ita & in Megillath Taanith legitur. nunc eo die jejunant ob Jejunium Estheræ ante Purim. REL.

v Χρόνου πρὸς ὀλίγον] Τοῦ χρόνου C. Bosb & Hen.

x Πολέμων ἀναπαυσάμενον,] Πολεμίων solus Hen.

y Ἔπειτ' εἰς ἀγῶνας] Πάλιν εἰς ἀγ. καὶ κινδ. C. Hac in re manifesti erroris ex 1 Macc. 9. 54, 55, 56. convincitur Josephus: ubi post Judæ excessum vita functum fuisse Alcimum clarissime ostenditur. Ipseque Josephus, errore postea agnito (f. l. 20. c. 8.) Jacimo sive Alcimo nullum omnino successisse retulit, sed per totum septennium Hierosolymam pontifice caruisse. Usserius ad A. M. 3843. Verum hanc periochen, à verbis τῷ δ' ἀρχιερεῖ usque ad πεντεκαιδεκάτου, in hunc locum intrusum esse suspicatur Petitus (in Animadv. ἀνεκδότοις in Josephum, Tom. 4. p. 89.) atque inseri debere lib. 13. c. 1. §. 5. post verba illa, καὶ τοῦτον ἀφείλετο τὸ τεῖχος.

z Ἀρχιερεῖ τῷ Ἀλκίμῳ] Ἀρχιερεῖ Ἀλκίμῳ Hen. ἀρχιερεῖ Ἰωακείμῳ Bosb.

a Ἁγίων προφητῶν,] Vocem προφητῶν additam fuisse existimat Jos. Scaliger. (in Elencho Trihæres. N. Serarii, p. 316.) ob verba ista in Chronico Eusebii, Ἄλκιμος ὁ ἱερεὺς ἐκέλευσε καθελεῖν τὸ τεῖχος τῆς αὐλῆς τῆς ἁγίας εἶναι ἔλεγε τῶν θεῶν. Verum locus Esdræ, c. 5. v. 6. quem suæ sententiæ firmandæ affert Scaliger, vulgatæ potius lectioni favet.

Ἔτη

ᵇ ἔτη τέσσαρα. τελευτήσαντος δὲ τούτου, τὴν ἀρχιερωσύνην ὁ λαὸς τῷ Ἰούδᾳ δίδωσιν· ὃς ἀκούσας περὶ τῆς Ῥωμαίων δυνάμεως, καὶ ὅτι καταπεπολεμήκασι τήν τε Γαλατίαν καὶ τὴν Ἰβηρίαν, καὶ Καρχηδόνα τὴν Λιβύης, καὶ πρὸς τούτοις τὴν Ἑλλάδα κεχείρωνται, καὶ τοὺς βασιλεῖς ᶜ Περσέα τε καὶ Φίλιππον, καὶ τὸν ᵈ μέγαν Ἀντίοχον, ᵉ ἔγνω φιλίαν πρὸς αὐτοὺς ποιήσασθαι. πέμψας οὖν εἰς τὴν Ῥώμην τῶν αὐτοῦ φίλων Εὐπόλεμον τὸν Ἰωάννου υἱὸν, καὶ Ἰάσονα τὸν Ἐλεαζάρου, παρεκάλει δι' αὐτῶν συμμάχους εἶναι καὶ φίλους, καὶ Δημητρίῳ γράψαι ὅπως μὴ πολεμῇ τοῖς Ἰουδαίοις. ἐλθόντας δὲ εἰς τὴν Ῥώμην τοὺς παρὰ τοῦ Ἰούδα πρεσβευτὰς ἡ σύγκλητος ἐδέξατο· καὶ, διαλεχθεῖσα περὶ ὧν ἐπέμφθησαν, ᶠ τὴν συμμαχίαν ἐπῄνεσε. ποιεῖται δὲ περὶ τούτου δόγμα, τὸ μὲν ἀντίγραφον εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἀπέστειλε· αὐτὸ δ' εἰς τὸ Καπετώλιον, εἰς χαλκᾶς ἐγχαράξασα δέλτους, ἀνέθηκεν. ᵍ ἦν δὲ ʰ τοιοῦτον. "Δόγμα συγκλήτου, περὶ συμμαχίας καὶ εὐνοίας τῆς πρὸς τὸ ἔθνος τῶν Ἰουδαίων. Μηδένα τῶν ὑποτεταγμένων Ῥωμαίοις πολεμεῖν τῷ Ἰουδαίων ἔθνει, μηδὲ τοῖς πολεμοῦσι χορηγεῖν, ἢ σῖτον ἢ πλοῖα ἢ χρήματα. ἐὰν δὲ ⁱ ἐπίωσί τινες Ἰουδαίοις, βοηθεῖν Ῥωμαίους αὐτοῖς κατὰ τὸ δυνατόν. καὶ πάλιν, ἂν τῇ Ῥωμαίων ἐπίωσί τινες, Ἰουδαίους αὐτοῖς συμμαχεῖν. ἂν δέ τι πρὸς ταύτην τὴν συμμαχίαν θελήσῃ τὸ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος ἢ ᵏ προσθεῖναι ἢ ἀφελεῖν, τῇ κοινῇ ˡ γνώμῃ γενέσθω τοῦ δήμου τῶν Ῥωμαίων. ὃ δ' ἂν προστεθῇ, τοῦτ' εἶναι κύριον. ᵐ ἐγράφη τὸ δόγμα ὑπὸ Εὐπολέμου τοῦ Ἰωάννου παιδὸς, καὶ ὑπὸ Ἰάσονος τοῦ Ἐλεαζάρου, ἐπὶ ἀρχιερέως μὲν τοῦ ἔθνους Ἰούδα, στρατηγοῦ δὲ Σίμωνος τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ." καὶ τὴν μὲν πρώτην Ῥωμαίων πρὸς Ἰουδαίους φιλίαν καὶ συμμαχίαν, οὕτω συνέβη γενέσθαι.

tuo populus Judæ pontificatum dedit: qui cum *multa* audiisset de Romanorum potentia, cosque subegisse, * & Galatiam & † Iberiam, & Carthaginem in Africa, ac præterea Græciam in suam potestatem redegisse, regesque Perseum & Philippum & Antiochum Magnum, decrevit cum illis facere amicitiam. Missis igitur Romam, ex amicis suis, Eupolemo Joannis filio & Jasone Eleazari filio, voce illorum obsecrabat, ut societatem secum inirent & amicitiam, & ut Demetrio scriberent, ne *posthac* Judæos bello lacesseret. Cumque Romam venissent Judæ legati, *benigne* eos excipit senatus: habitoque de iis quorum gratia missi erant sermone, societatem coire placuit. *Mox* facto hac de re senatus-consulto, exemplar ejus in Judæam missum est; illud vero ipsum, in tabulas æneas incisum, in Capitolium relatum est. Erat autem hujusmodi. "Decretum senatûs de societate & benevolentia erga gentem Judæorum habenda. Ne quis Romanæ ditionis cum gente Judæorum bellum gerito, neque bellum gerentibus frumentum aut naves aut pecuniam subministrato. Si quis Judæos invadat, Romani illis opem ferunto pro viribus. vicissim, si quis Romanos invadat, Judæi auxilium ferunto. Si quid ad hoc *sociale* fœdus voluerit gens Judæorum addere aut ab eo demere, id fiat cum consensu populi Romani. & quod sic additum fuerit, ratum esto. Scriptum est hoc Senatus-consultum per Eupolemum Joannis filium & Jasonem Eleazari, Juda gentis pontifice & duce Simone fratre ipsius." Atque ita quidem contigit primam Romanis cum Judæis amicitiam & societatem factam esse.

Romanorum potentia. 1 Maccab. c. 8.

Judas mittit qui societatem cum Romanis coëant. 1 Maccab. c. 8.

Romanorum senatus-consultum de inita cum Judæis societate. 1 Maccab. c. 8.

ΚΕΦ. ια'.

Ὅτι πάλιν ἐπὶ τὸν Ἰούδαν Βακχίδης ἐκπεμφθεὶς αὐτὸν ἐνίκησεν, καὶ ὡς Ἰούδας γενναίως μαχόμενος ἔπεσεν.

Δημήτριος δὲ, ἀπαγγελθείσης αὐτῷ τῆς Νικάνορος τελευτῆς, καὶ τῆς ἀπωλείας τῆς σὺν αὐτῷ στρατεύματος, πάλιν τὸν Βακχίδην μετὰ δυνάμεως εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἐξέπεμψεν· ὃς ἐκ τῆς Ἀντιοχείας ἐξορμήσας, καὶ παραγενόμενος εἰς Ἰουδαίαν, ἐν ⁿ Ἀρβήλοις πόλει τῆς Γαλιλαίας στρατοπεδεύεται. καὶ τοὺς ἐν τοῖς ἐκεῖ σπηλαίοις ὄντας· πολλοὶ γὰρ εἰς αὐτὰ ᵒ συμπεφεύγασιν· ἐκπολιορκήσας καὶ λαβὼν, ἄρας ἐκεῖθεν ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα σπουδὴν ἐποιεῖτο. μαθὼν δὲ τὸν Ἰούδαν ἔν τινι κώμῃ ᵖ Βηθζηθοῖ τοὔνομα κατεστρατοπεδευμένον, ἐπ' αὐτὸν ἠπείγετο μετὰ πεζῶν μὲν δισμυρίων, ἱππέων δὲ ᵍ δισχιλίων. τῷ Ἰούδᾳ δ' ἦσαν ʳ οἱ πάντες ˢ χίλιοι. οὗτοι τὸ Βακχίδου πλῆθος θεασάμενοι ἔδεισαν, καὶ τὴν παρεμβο-

CAP. XI.

XVIII.

Quod Bacchides denuo in Judam missus ipsum superavit: utque Judas strenue se gerens occubuit.

CÆterum Demetrius, nunciata sibi morte Nicanoris & clade exercitus qui cum eo erat, misit denuo Bacchidem cum *aliis* copiis in Judæam. qui, Antiochiâ profectus, ubi in Judæam pervenit, ad Arbela Galilææ urbem castra metatur. Cumque illos qui in istius loci speluncis erant (nam multi in eas confugerunt) vi expugnaverat ceperatque, illinc digressus Hierosolyma properabat: cognitoque Judam in vico Bethzetho dicto castra posuisse, adversus eum ducebat viginti peditum millia, atque duo equitum millia. At Judas non plures secum habebat quam mille homines. Illi, visâ *exercitûs* Bacchidis multitudine, territi erant, relictisque castris omnes diffugerunt præ-

Demetrius Bacchidem in Judæam mittit. 1 Maccab. c. 9.

Judas multis è suis dilapsis, prælium cum Bacchide non detrectat. 1 Maccab. c. 9.

b Ἔτη τέσσαρα.] Triennium vero ei assignat in lib. 20. c. 8. Vide *Usserium* ad *A. M.* 3844. & *Cappellum* ad *A. M.* 3840. & *Seldenum* in lib. 1. *de Success. in Pontif.* c. 10.

* *Et Galatiam*] Gallias *Epiphan* partem Galatiæ, quæ Gallogræcia dicta est, intelligendam esse censet *Grotius*: quod tota Galatia serius facta fuerit provincia, Gallogræcia vero à Cn. Manlio subacta post pacem cum Antiocho Magno.

† *Et Iberiam*,] Celtiberis per M. Porcium Catonem, Fulvium Flaccum & Tiberium Sempronium Gracchum devictis, Vaccæis vero per L. Posthumium, temporibus Antiochi Magni, Seleuci, & Antiochi Illustris. *Grotius* ad 1 *Macc.* c. 8. v. 3.

c Περσέα τε καὶ Φίλιππον,] Περσέα καὶ Φιλ. *Bas.* & *Hen.* Philippus rex Macedonum victus erat à T. Q. Flaminio, & Perses victus & in fidem acceptus à Paulo Æmilio.

d Μέγαν Ἀντίοχον,] Vide apud *Polybium* in *Excerptis* Legationum, *Livium* libro XXXVII. & XXXVIII. & *Florum* l. 2. c. 8.

e Ἔγνω φιλίαν πρὸς αὐτοὺς ποιήσασθαι.] Conf. ἀνακ. lib. 1. c. 1. §. 4. SPANH.

f Τὴν συμμαχίαν ἐπῄνεσε] Συμμαχίαν ἐπῄνεσε *Bas.*

g Ἦν δὲ τοιοῦτον. Δόγμα συγκλήτου,] Vid. infr. lib. 14. c. 8. §. 5. & lib. 16. c. 2. §. 4. SPANH.

h Τοιοῦτον.] Ita ipse distinxi. prius erat, ἦν δὲ τοιοῦτον δόγμα &c.

i Ἐπίωσί τινες Ἰουδαίοις,] Ἐπιθῶσι hic & seq. lineâ secundâ in *Cod. Hen.*

k Προσθεῖναι ἢ ἀφελεῖν] Προσθεῖναι *Hen.*

l Γνώμῃ] Γνώμῃ *Hen.*

m Ἐγράφη τὸ δόγμα] Hanc ὑπογραφὴν commentitiam esse & à *Josepho* adjectam existimat *Usserius* ad A. M. 3843. nam quis credet Juda superstite alium imperatorem fuisse quam ipsum Judam; aut si alius extitisset, illum non Jonathanem potius fuisse, quam Simonem, qui post illius demum mortem principatum est adeptus.

n Ἀρβήλοις πόλει] Ἀρβάττοις malit *Grotius* ad 1 *Macc.* c. 9. v. 2. idque ex 1 *Macc.* c. 5. v. 23. Vide *Relandum* in *Palæstina S.* p. 575. HUDS. Conf. de Vita §. 37. SPANH.

o Συμπεφεύγασι.] Ita in *Editis.* συμπεφεύγεσαν *Hen.* & *Bas.*

p Βηθζηθοῖ] Hoc modo etiam supr. c. 10. §. 2. Βηζηθοὶ hic loci in *Editis.* Βηζηθοῦ *Hen.* Βηζηθοῖ *Bas.* HUDS. Conf. sup. c. 10. §. 2. SPANH.

q Δισχιλίων.] Χιλίων solus *Hen.*

r Οἱ πάντες χίλιοι.] Verum 1 Maccab. VIII. v. 6. dicuntur τρισχίλιοι ἄνδρες ἐκλεκτοὶ μετ' αὐτοῦ· *Rufin.* verò hic, Judæi verò fuerunt omnes duo millia, ut pro χίλιοι legerit hic δισχίλιοι· SPANH.

s Χίλιοι.] Non dubitat *Petitus* (in *Animadv.* ἀνεκδότοις tom. 3. p. 640.) quin litera numeralis è *Josephi codicibus* exciderit, & à manu ipsius fuerit γ'. χίλιοι. Habemus quidem 1 *Macc.* c. 9. v. 5. τρισχιλίους. *Zonaras* tamen receptam *Josephi* lectionem agnoscit.

præter octingentos. Judas autem à suis militibus desertus, cum hostis jam immineret, nullumque ei tempus novos delectus habendi concederet, in eo erat, ut cum octingentis illis pugnam contra Bacchidem committeret: atque hortatus eos ut forti animo pericula sustinerent, jussit ut in aciem prodirent. Illis vero dicentibus se nequaquam posse cum exercitu tantæ magnitudinis congredi, atque suadentibus ut in præsentia quidem recederet & saluti suæ consuleret, postea vero copiis suis collectis cum hostibus manus consereret, "ne hoc, "inquit, sol factum aspiciat, ut terga mea hostibus obversa ostendam. Sed si nunc fatalis hora "venit ut moriar, & omnino necesse est ut peream si pugnem, * fortiter *tamen* stabo, & quicquid futurum sit malo excipere, quam ut res "præclare gestas gloriamque ex illis partam turpi "fuga jam dedecorem." Atque istis quidem verbis reliquos de suis hortabatur, ut spreto contemptoque periculo cum hostibus prælium committerent.

Suos hortatur. 1 Maccab. c. 9.

XIX. *Prælium atrox inter Bacchidem & Judam. 1 Maccab. c. 9.*

2. Interea Bacchides, cum copiis ex castris egressus, aciem ad pugnam instruebat: atque ita eam ordinavit, ut equites in utroque cornu collocarentur, atque velites & sagittarii totam phalangem præcederent; ipse vero esset in dextro cornu. Sic instructa acie, quamprimum hostium exercitui admoveretur, jussit tubicinem signum dare, militesque clamore sublato prælium inire. Idem ubi Judas fecerat, cum hostibus congreditur, & utrinque acriter dimicantibus, pugnaque ad solis occasum protracta, Judas, animadvertens Bacchidem & quod erat exercitui robur in dextro esse cornu, assumptis animosissimis quibusque in istam aciei partem impetum fecit: eosque qui illic erant aggressus dissolvit eorum phalangem. Cumque in medios *hostes* penetrasset, eos in fugam compulit, persequiturque usque ad Aza montem ita appellatum. At qui erant in sinistro cornu, pulsos qui erant in dextro conspicati, Judam sequentes circumiverunt, atque in tergum conversi ipsum in medio comprehendunt. Ille vero, cum nulla effugiendi via daretur, sed undique hostibus septus esset, constitit cum suis & *strenue* pugnabat. Cumque multos adversariorum fudisset, atque labore *& vulneribus* conficeretur, ipse etiam cecidit, animamque efflavit, non minus ex rebus jam ante præclare gestis, quam ex similibus dum moreretur *conspicuus*. Juda autem prostrato, qui cum eo erant, non amplius habentes quem sequerentur, tantoque duce orbati, fugæ sese mandarunt. Simon vero & Jonathas, fratres Judæ, corpus *ejus*, ex fœdere ab hostibus receptum, in Modim vicum deportarunt, ubi & pater eorum monumento conditus erat, atque ibi sepelierunt, cum illum populus *universus* aliquammultis diebus luxisset, atque solennibus exsequiis honorasset. Atque ita quidem vitam finivit Judas, vir fortis & bellicosissimus, quique memor erat mandatorum Mattathiæ patris, & pro popularium suorum libertate omnia & agere & pati sustinuit. Tanta itaque virtute præditus, maximam *post se* reliquit gloriam suique memoriam, gente *sua* in libertatem vindicata & è Macedonum servitute erepta: cumque tres esset

Judas occumbit.

Magno cum ploratu sepelitur. 1 Maccab. c. 9.

λοιπὴν καταλιπόντες, ἔφυγον πάντες, πλὴν ὀκτακοσίων. Ἰούδας δὲ καταλειφθεὶς ὑπὸ τῶν οἰκείων στρατιωτῶν, καὶ πολεμίων ἐπικειμένων, καὶ μηδένα καιρὸν αὐτῷ πρὸς συλλογὴν τῆς δυνάμεως ἐπιτρεπόντων, οἷός τε ἦν μετὰ τῶν ὀκτακοσίων συμβαλεῖν τοῖς μετὰ τοῦ Βακχίδου· καὶ παρεγγυώμενός γε τούτους εὐψύχως ὑφίστασθαι τὸν κίνδυνον, παρεκάλει χωρεῖν ἐπὶ τὴν μάχην. τῶν δὲ λεγόντων, ὡς οὐκ εἰσὶ πρὸς τοσοῦτον μέγεθος στρατιᾶς ἀξιόμαχοι, συμβουλευόντων δὲ νῦν μὲν ἀναχωρεῖν καὶ σώζειν αὐτοὺς, αὖθις δὲ συναγαγόντα τοὺς ἰδίους τοῖς ἐχθροῖς συμβαλεῖν, "μὴ τοῦτ᾽, εἶπεν, ἥλιος ἐπίδοι γινόμενον, ἵνα ἐγὼ τὰ "νῶτά μου δείξω τοῖς πολεμίοις. ἀλλ᾽ εἰ καὶ τελευτὴν ὁ "παρών μοι καιρὸς φέρει, καὶ δεῖ πάντως ἀπολέσθαι μαχό-"μενον, στήσομαι γενναίως πᾶν ὑπομένων τὸ μέλλον, ἢ "τοῖς ἤδη κατωρθωμένοις καὶ τῇ περὶ αὐτῶν δόξῃ προσ-"βαλὼν τὴν ἐκ τῆς νῦν φυγῆς ὕβριν." [t] καὶ ὁ μὲν ταῦτα πρὸς τοὺς ὑπολειφθέντας, παρακαλῶν τοῦ κινδύνου καταφρονήσαντας ὁμόσε χωρῆσαι τοῖς πολεμίοις, [v] ἔλεγεν.

β΄. Ὁ δὲ Βακχίδης, ἐξαγαγὼν ἐκ τοῦ στρατοπέδου τὴν δύναμιν, πρὸς μάχην παρετάσσετο· καὶ τοὺς μὲν ἱππεῖς ἐξ ἑκατέρων τῶν κεράτων ἔταξε, τοὺς δὲ ψιλοὺς καὶ τοξότας προεστήσατο ἁπάσης τῆς φάλαγγος, αὐτὸς δ᾽ ἦν ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ κέρως. οὕτως δὲ συντάξας τὴν στρατιὰν, ἐπεὶ προσέμιξε τῷ τῶν πολεμίων στρατοπέδῳ, σημῆναι τῷ σαλπιγκτῇ ἐκέλευσε, καὶ τὴν στρατιὰν ἀλαλάξασαν προσιέναι. τὸ δ᾽ αὐτὸ ποιήσας ὁ Ἰούδας, συμβάλλει τοῖς πολεμίοις· καὶ καρτερῶς ἀμφοτέρων ἀγωνιζομένων, καὶ τῆς μάχης μέχρι δυσμῶν παρατεινομένης, ἰδὼν ὁ Ἰούδας τὸν Βακχίδην καὶ τὸ κράτιστον ἐν τῷ δεξιῷ κέρατι τυγχάνον τῆς στρατιᾶς, παραλαβὼν τοὺς εὐψυχοτάτους, ὥρμησεν ἐπ᾽ ἐκεῖνο τὸ μέρος τῆς τάξεως, καὶ προσβαλὼν τοῖς ἐκεῖ, διασπᾷ αὐτῶν τὴν φάλαγγα. ὠσάμενος δ᾽ εἰς μέσους, εἰς φυγὴν αὐτοὺς ἐβιάσατο, καὶ διώκει μέχρις [x] Ἀζᾶ ὄρους οὕτω λεγομένου. θεασάμενοι δὲ τὴν τροπὴν τὴν ἐν τῷ δεξιῷ κέρατι, οἱ τὸ εὐώνυμον ἔχοντες, [y] ἐκυκλώσαντο τὸν Ἰούδαν διώκοντες, καὶ λαμβάνουσι μέσον αὐτὸν κατόπιν γενόμενοι. ὁ δὲ [z] φεύγειν οὐ δυνάμενος, ἀλλὰ περιεσχημένος ὑπὸ τῶν πολεμίων, στὰς ἐμάχετο μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ. πολλοὺς δὲ κτείνας τῶν ἀντιπάλων, καὶ κατάκοπος [a] γινόμενος, καὶ αὐτὸς ἔπεσεν, ἐπὶ καλοῖς μὲν πρότερον γεγενημένοις, ἐφ᾽ ὁμοίοις δὲ ὅτε ἀπέθνησκε τὴν ψυχὴν [b] ἀφεὶς. πεσόντος δὲ Ἰούδα, πρὸς μηδένα τὸ λοιπὸν ἀφορᾷν ἔχοντες οἱ σὺν αὐτῷ, στρατηγοῦ δὲ τοιούτου στερηθέντες ἔφυγον. λαβόντες δὲ τὸ σῶμα παρὰ τῶν πολεμίων ὑπόσπονδον Σίμων καὶ Ἰωνάθης οἱ ἀδελφοὶ τοῦ Ἰούδα, κομίσαντες εἰς τὴν [c] Μωδεΐμ κώμην, ὅπου καὶ ὁ πατὴρ αὐτῶν τέθαπτο, κηδεύουσι, [d] πενθήσαντος ἐπὶ συχνὰς αὐτὸν τοῦ πλήθους ἡμέρας, καὶ τιμήσαντος κοινῇ τοῖς νενομισμένοις. καὶ τέλος μὲν τοιοῦτον κατέσχεν Ἰούδαν, ἄνδρα γενναῖον καὶ μεγαλοπόλεμον γενόμενον, καὶ τῶν τοῦ πατρὸς ἐντολῶν Ματταθίου μνήμονα, καὶ πάνθ᾽ ὑπὲρ τῆς τῶν πολιτῶν ἐλευθερίας καὶ δρᾶσαι καὶ παθεῖν ὑπομείναντα. τοιοῦτος οὖν τὴν ἀρετὴν ὑπάρξας, μέγιστον αὐτοῦ κλέος καὶ μνημεῖον κατέλιπεν, ἐλευθερώσας τὸ ἔθνος, καὶ τῆς ὑπὸ Μακεδόσιν ἐξαρπάσας [e] αὐτὸ δουλείας· καὶ τὴν ἀρχιερωσύνην

* Fortiter *tamen* stabo,] *Al.* stabo *tamen* omnia potius sustinens, quam &c. *legendo* πᾶν ὑπομένων μᾶλλον ἢ τοῖς.

t Καὶ ὁ μὲν ταῦτα] Ita distinxi, prius erat, καὶ ὁ μὲν ταῦτα πρὸς τοὺς ὑπολειφθέντας παρακαλῶν, τοῦ κινδύνου καταφρονήσαντας ὁμόσε χωρεῖν τοῖς πολεμίοις ἔλεγεν. Hac lectione servata, est qui ἔπειθεν pro ἔλεγεν reponit.

v Ἔλεγεν.] Forte ἔπειθεν. COCC.

x Ἀζᾶ ὄρους] In *Epiphanii* libris *Gazara* aut *Gazarat.* 1 *Macc.* c. 9. v. 15. ἕως Ἀζώτου ὄρους. perperam, ut puto. HUDS. Conf. sup. lib. VII. c. 12. §. 2. SPANH.

y Ἐκυκλώσαντο τὸν Ἰούδαν διώκοντες,] Ἐκύκλωσαν τὸν Ἰούδαν διώκοντα *Busb.*

z Φεύγειν οὐ δυνάμενος,] Ita *Hen.* φυγεῖν in *Editis Aliisque.*

a Γινόμενος,] Iterum cum *Hen.* γενόμενος in *cæteris.*

b Ἀφεὶς.] Sic *Hen.* ἀφιεὶς in *reliquis.*

c Μωδεΐμ κώμην,] Μωδαεῖ *Hen.* Vide præced. c. 6. §. 1. HUDS. Conf. ἁλώσ. lib. 1. c. 1. §. 3. & vid. 1 Maccab. 12. 18. SPANH.

d Πενθήσαντος] *L. B.* πενθήσαντες.

e Αὐτὸ δουλείας·] Illud αὐτὸ non agnoscunt *Hen.* & *Busb.*

f Ετ

αὐτὸς [f] ἔτος τρίτον κατέχων, ἀπέθανεν.

Τέλος τοῦ βιβλίου δωδεκάτου.

annos pontificatu functus, *ita* occubuit.

Finis Libri duodecimi.

f Ἔτος τρίτον κατέχων, ἀπέθανεν.] Hoc ita intelligendum (inquit *Cappellus* ad A. M. 3839.) ac si dixisset, obiisse triennio solido post repurgatum templum; cum tamen maximam temporis hujus partem pontificatus munia usurparit Alcimus. Vide super. cap. 9. §. 7.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ [a] ΕΝ ΤΗ͂Ι ΤΡΙΣΚΑΙΔΕΚΑΤΗ͂Ι

ΤΩΝ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ
ΤΗΣ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ.

JOSEPHI LIBRO DECIMOTERTIO
HISTORIARUM ANTIQUITATIS JUDAICÆ
HÆC CONTINENTUR.

α'. Ὡς Ἰωνάθης ἀδελφὸς ὢν Ἰούδα, [b] τελευτήσαντος αὐτοῦ, τὴν ἡγεμονίαν παρέλαβεν.

β'. Ὡς πολεμήσας Βακχίδην, ἠνάγκασε, φιλίαν ποιησάμενον πρὸς αὐτὸν, ἀπελθεῖν ἐκ τῆς χώρας.

γ'. Ὅτι Ἀλέξανδρος, ὁ τοῦ Ἐπιφανοῦς Ἀντιόχου υἱὸς, ἐλθὼν εἰς Συρίαν, ἐξήνεγκε πόλεμον πρὸς Δημήτριον.

δ'. Ὡς Δημήτριος, πρεσβευσάμενος πρὸς Ἰωνάθην, ποιεῖται συμμαχίαν πρὸς αὐτὸν, [c] αὐτόν τε πολλοῖς δωρησάμενος καὶ τὸ ἔθνος ἡμῶν.

ε'. Ὡς Ἀλέξανδρος, ταῦτ' ἀκούσας, καὶ ὑπερβαλὼν τὰ παρὰ [d] τοῦ Δημητρίου, καὶ ἀποδείξας Ἰωνάθην ἀρχιερέα, συμμαχεῖν ἔπεισεν αὐτῷ.

ϛ'. Ἡ Ὀνίου φιλία πρὸς τὸν Φιλομήτορα Πτολεμαῖον κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν γινομένη. καὶ ὡς ᾠκοδόμησε τὸν Ὀνίου καλούμενον ναὸν πρὸς τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις ὅμοιον.

ζ'. Ὅτι Ἀλέξανδρος, ἀποθανόντος Δημητρίου, σφόδρα ἐτίμησεν Ἰωνάθην.

η'. Ὡς Δημήτριος ὁ Δημητρίου παῖς, πλεύσας εἰς τὴν Συρίαν ἀπὸ Κρήτης, καὶ πολεμήσας τὸν Ἀλέξανδρον καὶ κρατήσας, αὐτὸς ἐβασίλευσε, φιλίαν πρὸς Ἰωνάθην ποιησάμενος.

θ'. Ὡς Τρύφων ὁ Ἀπαμεὺς, καταπολεμήσας Δημήτριον, Ἀντιόχῳ τῷ Ἀλεξάνδρου υἱῷ παρέδωκε τὴν βασιλείαν, ποιησάμενος καὶ αὐτὸς σύμμαχον Ἰωνάθην.

ι'. Ὡς Δημητρίου ὑπὸ Πάρθων αἰχμαλώτου ληφθέντος, [e] ὁ Τρύφων παρεσπόνδησε τὸν Ἰωνάθην, καὶ δόλῳ λαβὼν αὐτὸν ἀπέκτεινε, καὶ πόλεμον ἐξήνεγκε πρὸς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Σίμωνα.

ια'. Ὡς Σίμωνι τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ τὴν στρατηγίαν ἐνεχείρισε [f] τὸ ἔθνος, καὶ ἀπέδειξεν αὐτὸν ἀρχιερέα.

ιβ'. Ὡς [ὁ Σίμων] ἐπολιόρκησεν ἐν Δώροις Τρύφωνα σύμμαχος γινόμενος Ἀντιόχου τοῦ Δημητρίου ἀδελφοῦ, τοῦ καὶ Εὐσεβοῦς ἐπικληθέντος.

ιγ'. Ὡς Τρύφωνος ἀναιρεθέντος, [g] Ἀντίοχος ἐπολέμησε Σίμωνα, κἀκεῖνος Κενδεβαῖον τὸν στρατηγὸν αὐτοῦ νικήσας, τῆς Ἰουδαίας ἐξέβαλεν.

1. *Quomodo Jonathas frater Judæ, illo defuncto, principatum susceperit.*

2. *Quomodo bello cum Bacchide gesto, coëgit eum, post factam cum ipso amicitiam, è Judæa discedere.*

3. *Quod Alexander, Antiochi Epiphanis filius, in Judæam profectus, Demetrio bellum intulit.*

4. *Quomodo Demetrius, missa legatione ad Jonatham, cum eo societatem init, multis ipsi gentique nostræ datis muneribus.*

5. *Quomodo Alexander his auditis, cum Demetrium muneribus superasset & Jonatham pontificem fecisset, ipsum in suas partes pertraxit.*

6. *Sub id tempus Oniæ intercessit amicitia cum Ptolemæo Philometore. utque ædificavit templum, Oniæ vocatum, ad similitudinem Hierosolymitani.*

7. *Quod Alexander, post mortem Demetrii, Jonatham summo in honore habuit.*

8. *Quomodo Demetrius Demetrii filius, cum è Creta in Syriam trajecisset, belloque Alexandro illato eum devicisset, ipse regnum occupavit, facta cum Jonatha amicitia.*

9. *Quomodo Tryphon Apamensis, post devictum Demetrium, Antiocho Alexandri filio regnum tradidit, Jonatha ab ipso in societatem recepto.*

10. *Quomodo, Demetrio à Parthis captivo facto, Tryphon fœdus cum Jonatha initum fregit, ipsumque dolo captum occidit, & Simoni ejus fratri bellum intulit.*

11. *Quomodo Judæorum gens exercitûs imperium detulit Simoni Jonathæ fratri, ipsumque pontificem creavit.*

12. *Quomodo Simon Tryphona in Dora compulsum oppugnavit, inita societate cum Antiocho Demetrii fratre, cui Pius cognomen erat.*

13. *Quomodo, Tryphone sublato, Antiochus contra Simonem bellum movit: atque ille Cendebæum, ejus copiarum ducem, prælio superatum Judæa expulit.*

14. *Quod*

a Ἐν τῇ τρισκαιδεκάτῃ] *Al.* ἐν τῷ τρισκαιδεκάτῳ, vel ἐν τῷ τρισκαιδεκάτῳ λόγῳ.
b Τελευτήσαντος] Τοῦ τελευτήσαντος, αὐτὸς τὴν *Hen.*
c Αὐτόν τε πολλοῖς δωρησάμενος] Ita ex *MS. Hen.* αὐτόν τε, & mox καὶ τὸ ἔθνος ἡμῶν desunt in *Editis Aliisque.*
d Τοῦ Δημητρίου,] Illud τοῦ ex *MS.*
e Ὁ Τρύφων] Ita *Gen.* ὁ Τρύφων desunt *Aliis.*
f Τὸ ἔθνος] Illa τὸ ἔθνος non agnoscit *Hen.*
g Ἀντίοχος] Ita cum *Cod. Hen.* in cæteris Ἀντίοχος ἐπολέμησε Σίμωνα, καὶ Κενδεβαῖον &c.

24. *Quod Simon, à genere suo Ptolemæo inter convivandum dolo occisus, diem supremum obiit: atque Ptolemæus, uxore ejus & liberis in vincula conjectis, conatus est imperium sibimet asserere.*

15. *Quomodo Hyrcanus, filiorum Simonis natu minimus, præoccupato imperio, longo tempore Ptolemæum obsedit, in arcem inclusum, cui nomen erat Dagon.*

16. *Quomodo Antiochus Pius, ducto in Hyrcanum exercitu, admotoque urbi Hierosolymitanæ, obsidionem solvit, acceptis ab Hyrcano talentis trecentis, & societate cum eo amicitiaque facta.*

17. *Hyrcani, post mortem Antiochi (qui apud Medos diem obiit) in Syriam expeditio: utque urbes multas vi expugnavit.*

18. *Amicitia facta inter Hyrcanum & Alexandrum cognomine Zebinam.*

19. *Quomodo Antiochus Cyzicenus, cum ad auxilium Samaritis ab Hyrcano obsessis ferendum venisset, fusus fugatusque est, & ab Hyrcani filiis Judæa pulsus.*

20. *Quod Aristobulus, suscepto imperio, primus sibi diadema imposuit.*

21. *Quomodo, Aristobulo defuncto, frater ejus Alexander, qui in imperium successit, expeditionem fecit in Syriam, & Phœnicen & Arabiam, & multos ex hostibus subegit.*

22. *Ptolemai Lathuri cum eo pugna & victoria.*

23. *Quomodo Demetrius Eucærus, exercitu in Alexandrum educto, ipsum superavit.*

24. *Antiochi, Dionysi appellati, in Judæam expeditio: & quomodo prælio victoriam reportavit.*

25. *Quomodo post obitum Alexandri, uxor ejus Alexandra, cum imperium per novennium tenuisset, & in pace & gloria vixisset, vita decessit.*

ιδ'. Ὅτι ὑπὸ [h] τοῦ γαμβροῦ Πτολεμαίου ἐν συμποσίῳ δολοφονηθεὶς [ὁ Σίμων] ἀπέθανεν· καὶ Πτολεμαῖος, δήσας αὐτοῦ τὴν γυναῖκα καὶ τὰ τέκνα, τὴν ἀρχὴν αὐτὸς ἐπιχείρησε κατασχεῖν.

ιε'. Ὡς ὁ νεώτατος τῶν Σίμωνος υἱῶν Ὑρκανὸς, φθάσας αὐτὸν, καὶ τὴν ἡγεμονίαν παραλαβὼν, ἐπολιόρκησεν πολλῷ χρόνῳ τὸν Πτολεμαῖον, εἴς τι φρούριον ἐγκλείσας Δαγὼν καλούμενον.

ιϛ'. Ὡς στρατευσάμενος ἐφ' Ὑρκανὸν Ἀντίοχος ὁ Εὐσεβὴς, καὶ περικαθίσας τῇ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν πόλει, διέλυσε τὴν πολιορκίαν, λαβὼν παρὰ Ὑρκανοῦ τάλαντα τριακόσια, καὶ συμμαχίαν πρὸς αὐτὸν καὶ φιλίαν [i] συνθέμενος.

ιζ'. Ὑρκανοῦ στρατεία, μετὰ τὴν Ἀντιόχου τελευτὴν ἐν Μήδοις ἀποθανόντος, ἐπὶ Συρίαν· καὶ ὡς πολλὰς πόλεις κατὰ κράτος εἷλεν.

ιη'. [k] Φιλία πρὸς Ὑρκανὸν Ἀλεξάνδρου τοῦ [l] Ζεβινᾶ κληθέντος.

ιθ'. [m] Ὡς Ἀντίοχος ὁ Κυζικηνὸς, ἐλθὼν βοηθήσων τοῖς Σαμαρεῦσι πολιορκουμένοις πρὸς Ὑρκανοῦ, ἡττηθεὶς διέφυγε, διωξάντων αὐτὸν τῆς Ἰουδαίας τῶν υἱῶν Ὑρκανοῦ.

κ'. Ὅτι παραλαβὼν Ἀριστόβουλος τὴν ἀρχὴν, διάδημα [n] πρῶτος ἐπιτίθεται.

κα'. Ὡς τελευτήσαντος Ἀριστοβούλου ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἀλέξανδρος, τὴν ἀρχὴν παραλαβὼν, ἐστράτευσεν ἐπὶ Συρίαν καὶ Φοινίκην καὶ Ἀραβίαν, καὶ πολλὰ τῶν ἐχθρῶν ἐχειρώσατο.

κβ'. Πτολεμαίου τοῦ Λαθούρου πρὸς αὐτὸν μάχη καὶ νίκη.

κγ'. Ὡς στρατευσάμενος Δημήτριος ὁ Εὔκαιρος ἐπὶ Ἀλέξανδρον ἐκράτησεν αὐτοῦ.

κδ'. Ἀντιόχου [o] τοῦ Διονύσου λεγομένου στρατεία ἐπὶ Ἰουδαίαν, καὶ ὡς ἐκράτησε τῇ μάχῃ.

κε'. Ὡς μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν ἡ γυνὴ αὐτοῦ Ἀλεξάνδρα, τὴν βασιλείαν ἔτεσιν ἐννέα κατασχοῦσα, καὶ βιώσασα μετ' εἰρήνης καὶ δόξης ἀπέθανεν.

aggressus est, occupatam à Macedonum præsidio, & a sceleftis quibusdam, aliisque qui mores patrios deserurrant. Et hi quidem primum machinas, à Jonatha ad arcis expugnationem paratas, contemnebant, loci munitionibus confisi: noctu vero aliquot in ea *homines* nefarii fuga dilapsi ad Demetrium veniebant, arcisque obsidionem ei nunciabant. Ille vero, istis ad eum delatis iratus, cum exercitu ex Antiochia profectus est adversus Jonatham: cumque Ptolemaïdem pervenisset, literas ei scripsit, imperavitque ut è vestigio Ptolemaïdem ad se properaret. Cæterum ille obsidionem non omisit, verum cum populi senioribus & sacerdotibus, & aurum secum deferens & argentum & vestem & alia multa munera, ad Demetrium profectus est, istisque ei oblatis, regis iram demulcet: adeo ut à Rege honorifice exceptus pontificatum ab eo, similiter ac ab ejus antecessoribus eum nactus est, sibimet confirmatum habuerit. Cumque transfugæ eum accusarent, tantum abfuit ut Demetrius *illis* fidem haberet, ut illi petenti, ut pro Judæa universa, & tribus toparchiis, Samariæ & Peræ & Galilææ, trecenta *tantum* talenta penderentur, daret etiam de istis omnibus literas, in hunc modum scriptas. "REX DEMETRIUS "JONATHÆ FRATRI ET GENTI JUDÆORUM SALUTEM. Exemplum epistolæ, quam ad Lasthenem consanguineum nostrum "scripsimus, vobis misimus ut *eam* sciatis. REX "DEMETRIUS LASTHENI PATRI S. "Genti Judæorum nobis amicæ, & necessitudinis, "quam nobiscum habent, jura servanti, decrevi "benevolentiæ gratiam referre. Itaque tres præ"fecturas, Apherima, & Lydda, & Ramatha, "quæ Judææ ex Samaria additæ sunt, omniaque "ad eas pertinentia, ac præterea quicquid ante me "regibus moris erat accipere à sacra facientibus "Hierosolymis, & tributa omnia ex terræ frugi"bus & arborum fructibus, aliaque quæ nobis de"bebantur, ut & lacuum salis vectigal, coronasque "ad nos adferri solitas, illis remitto, & nihil horum "hinc in perpetuum *ab illis* extorquebitur. Qua"re operam da, ut harum literarum exemplum "exscribatur, & Jonathæ detur, & in illustri loco "adyti templi collocetur". Et literæ quidem *regiæ* ita se habebant. Cum autem Demetrius videret pacata omnia, nihilque periculi imminere, atque belli metum sublatum esse, dimisit milites, eorumque stipendium minuit; & solis peregrinis, quos collegerat, quique cum eo è Creta aliisque insulis ascenderant, illud *in posterum* numerabat. Quæ res inimicitias & odium militum ei conciliavit, quibus ipse quidem nihil amplius dari vo-

A Demetrio accersitus ad eum proficiscitur. *1 Maccab. c. 11.*

Ab eo Judæa immunitatem impetrat. *1 Maccab. c. 11.*

Militum in Demetrium odium. *1 Maccab. c. 11.*

[c] προσβαλὼν ἐπολιόρκει τὴν ἐν Ἱεροσολύμοις ἄκραν, ἔχουσαν Μακεδονικὴν φρουρὰν, καὶ τῶν ἀσεβῶν τινας καὶ τῶν πεφευγότων τὴν πάτριον συνήθειαν. οὗτοι δὲ τὸ μὲν πρῶτον κατεφρόνουν ὧν Ἰωνάθης ἐμηχανᾶτο περὶ τὴν αἵρεσιν, πεπιστευκότες τῇ ὀχυρότητι τοῦ χωρίου· νυκτὸς δέ τινες τῶν ἐν αὐτῇ πονηρῶν ἐξελθόντες ἧκον πρὸς Δημήτριον, καὶ τὴν πολιορκίαν αὐτῷ τῆς ἄκρας ἐμήνυον. ὁ δὲ τοῖς ἠγγελμένοις παροξυνθεὶς, ἀναλαβὼν τὴν δύναμιν, ἧκεν ἐκ τῆς Ἀντιοχείας ἐπὶ τὸν Ἰωνάθην. γενόμενος δ᾽ ἐν Πτολεμαΐδι, γράφει κελεύων αὐτὸν σπεῦσαι πρὸς αὐτὸν εἰς Πτολεμαΐδα· ὁ δὲ, τὴν μὲν πολιορκίαν [d] οὐκ ἔπαυσε, τοὺς δὲ πρεσβυτέρους τοῦ λαοῦ παραλαβὼν καὶ τοὺς ἱερεῖς, καὶ χρυσὸν καὶ ἄργυρον καὶ ἐσθῆτα καὶ πλῆθος ξενίων κομίζων, ἧκε πρὸς τὸν Δημήτριον, καὶ τούτοις δωρησάμενος αὐτὸν, θεραπεύει τὴν ὀργὴν τοῦ βασιλέως· καὶ τιμηθεὶς ὑπ᾽ αὐτοῦ λαμβάνει [e] βεβαίαν ἔχειν τὴν ἀρχιερωσύνην, καθὼς καὶ [f] παρὰ τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλέων ἐκέκτητο. κατηγορούντων δὲ αὐτοῦ τῶν φυγάδων, ὁ Δημήτριος οὐκ ἐπίστευσεν, ἀλλὰ καὶ [g] παρακαλέσαντος αὐτὸν ὅπως ὑπὲρ τῆς Ἰουδαίας ἁπάσης καὶ τῶν τριῶν τοπαρχιῶν, Σαμαρείας καὶ [h] Περαίας καὶ Γαλιλαίας, [i] τριακόσια [k] τελῇ τάλαντα, δίδωσι [l] καὶ περὶ πάντων ἐπιστολὰς αἳ περιεῖχον τὸν τρόπον τοῦτον. "[m] ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ ΙΩΝΑ"ΘΗι ΤΩι ΑΔΕΛΦΩι [n] ΚΑΙ ΤΩι ΙΟΥΔΑΙΩΝ ΕΘΝΕΙ "ΧΑΙΡΕΙΝ. Τὸ ἀντίγραφον τῆς ἐπιστολῆς ἧς ἐγράψαμεν "Λασθένει τῷ συγγενεῖ ἡμῶν [o] ἀπεστάλκαμεν ὑμῖν ἵν᾽ εἰ"δῆτε. ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ ΛΑΣΘΕΝΕΙ ΤΩι "[p] ΠΑΤΡΙ ΧΑΙΡΕΙΝ. Τῷ Ἰουδαίων ἔθνει ὄντι φίλῳ, "καὶ τὰ δίκαια τὰ πρὸς ἡμᾶς φυλάττοντι, τῆς εὐνοίας "ἔκρινα χάριν παρασχεῖν. καὶ τοὺς τρεῖς [q] νομοὺς, "[r] Ἀφαίρεμα καὶ [s] Λύδδα καὶ Ραμαθὴ, οἳ τῇ Ἰουδαίᾳ προσε"τέθησαν [t] ἀπὸ τῆς Σαμαρείτιδος, [v] καὶ τὰ προσκυροῦ"ντα τούτοις, ἔτι τε ὅσα παρὰ τῶν θυόντων ἐν Ἱεροσολύ"μοις ἐλάμβανον οἱ πρὸ ἐμοῦ βασιλεῖς, καὶ ὅσα ἀπὸ "τῶν καρπῶν τῆς γῆς καὶ τῶν φυτῶν, καὶ τἆλλα τὰ "προσήκοντα [x] ἡμῖν, καὶ [y] τὰς λίμνας τῶν ἁλῶν, καὶ "τοὺς κομιζομένους ἡμῖν στεφάνους, ἀφίημι αὐτοῖς, καὶ "οὐδὲν [z] παραβιασθήσεται τούτων ἀπὸ τοῦ νῦν, οὐδ᾽ εἰς τὸν "[a] ἐπίοντα χρόνον. φρόντισον οὖν ἵνα τούτων ἀντίγραφον "γένηται, καὶ δοθῇ Ἰωνάθῃ, [b] καὶ ἐν ἐπισήμῳ τόπῳ τοῦ ἁγίου "ἱεροῦ τεθῇ." τὰ μὲν δὴ γραφέντα ταῦτ᾽ ἦν. ὁρῶν δὲ ὁ Δημήτριος εἰρήνην οὖσαν, καὶ μηδένα κίνδυνον μηδὲ πολέμου φόβον ὑπάρχοντα, διέλυσε τὴν στρατιὰν, καὶ τὸν μισθὸν αὐτῶν ἐμείωσε· καὶ μόνοις [c] τοῦτον ἐχορήγει τοῖς ξεναγηθεῖσιν, οἳ συνανέβησαν ἐκ Κρήτης αὐτῷ, καὶ ἐκ τῶν ἄλλων νήσων. ἔχθρα [d] τοιγαροῦν αὐτῷ καὶ μῖσος ἐκ τούτου γίνεται παρὰ τῶν στρατιωτῶν, οἷς αὐτὸς μὲν οὐδὲν οὐκ

ἔτι

c Προσβαλὼν,] Προσβαλὼν omittunt Bosh. & Hen. qui mox habent ἐν τοῖς Ἱερῶν.

d Οὐκ ἔπαυσε,] Negationem retinet & Textus Maccab. L. i. c. 23. quidam tollunt.

e Βεβαίαν ἔχειν] Βεβαίως Bosh. (Lugd. Bat.) & Hen.

f Παρὰ τῶν πρὸ αὐτοῦ] Ἐπὶ τῶν solus Hen.

g Παρακαλέσαντος αὐτὸν] Ita Hen. Bosh. & Epiphan. παρακαλέσαντος in Editis.

h Περαίας καὶ Γαλιλαίας,] Ita ex praeced. c. 3. §. 5. & 1 Macc. c. 10, 30. si quis paulo ante malit, ἐκ vel ἀπὸ Σαμαρείας &c. per me licet. in libris tamen omnibus (tam MSS. quam Editis) Ἰόππης inseritur loco Περαίας. Videsis Grotium ad 1 Macc. c. x. v. 30. & c. xi. v. 28. ut & Relandum in Palæstina S. p. 178, 179.

i Τριακόσια τελῇ τάλαντα, δίδωσι] Tributum 300 Talentorum de universa Judæa, & tribus Toparchiis, Samaria, Joppe & Galilæa 1 Maccab. xi. 28. SPANH.

k Τελῇ τάλαντα,] Sic Bosh. (& L. B.) τέλη in Editis Aliisque.

l Καὶ] Abest καὶ à L. B.

m Βασιλεὺς ——— Ἀδελφῷ] Ita supra c. 2. §. 2. Alexandri Balæ Epistola ad eundem Jonatham cum Fratris titulo; 1 Maccab. xi. v. 30. SPANH.

n Καὶ τῷ Ἰουδαίων ἔθνει] Καὶ τῷ ἔθνει τῶν Ἰουδαίων solus Hen. Eadem epistola extat 1 Macc. c. xi. v. 30 &c. sed verba illius adeo in melius mutantur, ut hinc liceat conjicere, quam studiosus fuerit Josephus purioris Græcitatis.

o Ἀπεστάλκαμεν ὑμῖν] Ita ex Vet. Interpr. & 1 Macc. c. xi. v. 31. ἔγραψα in Editis Aliisque. non refragabor, si quis malit ἔγραψα & mox ἀπέσταλκα μὲν.

p Πατρὶ χαίρειν.] Solebant reges viros summæ auctoritatis *patres* vocare, ut & Romani postea *imperatores*.

q Νομοὺς,] Perperam antea νόμους.

r Ἀφαίρεμα καὶ Λύδδα καὶ Ραμαθὴ,] Ἀφαίρεμα in quibusdam MSS. ἀφαίρεμα in L. B. HUDS. Ἀφαίρεμα καὶ Λύδδαν (MS. Alex. Λύδδα) καὶ Ραμαθέμ. in MS. Alex. Ραθαμεὶν· Rufin. Afferema, Belscalidai vel Ramathe Lydda prima Samaritica Præfectura, iis adempta & Judæis data à Demetrio. Vid. infr. lib. 14. c. 10. § 6. SPANH.

s Λύδδα] Λύδδαν καὶ Ραμαθέμ Macc.

t Ἀπὸ τῆς Σαμαρείτιδος,] Synecdoche, pro ἀπὸ τῆς Σαμαρείτιδος καὶ Περαίας καὶ Γαλιλαίας. Grot. ad 1 Macc. c. x. v. 30. & Macc. c. xi. v. 34.

v Καὶ τὰ προσκυροῦντα τούτοις,] Καὶ πάντα τὰ συγκυροῦντα αὐτοῖς 1 Macc. c. xi. v. 34. προσκυρῶντα L. B. Vetus. his attinentia.

x Ἡμῖν,] Ita Hen. (L. B.) & Macc. ut & mox infra ἡμῖν male in Editis Aliisque.

y Τὰς λίμνας τῶν ἁλῶν,] Λίμνας τῶν ἁλῶν· sic 1 Maccab. xi. 35. τοῦ ἁλὸς λίμνας, salis stagna. Vulgat. areas Salinarum. SPANH.

z Παραβιασθήσεται τούτων] Παραβιασθήσεται Hen.

a Ἐπίοντα] L. B. ἐπιόντα.

b Καὶ ἐν ἐπισήμῳ τόπῳ] Καὶ τεθήτω ἐν τῷ ὄρει τῷ ἁγίῳ ἐν τόπῳ ἐπισήμῳ 1 Macc. c. xi. v. 37.

c Τοῦτον ἐχορήγει] Ita Bosh. & Hen. τοῦτον in Editis.

d Τοιγαροῦν αὐτῷ] Sic Bosh. & Hen. τῷ δὲ in cæteris.

e Μάλ-

ὑποπαρέχειν, οἱ δὲ πρὸ αὐτοῦ βασιλεῖς καὶ ἐπ' εἰρήνης χορηγοῦντες αὐτοῖς ὁμοίως διετέλουν, ἵν' εὐνοοῦντας ἔχωσιν καὶ ἐν τοῖς ὑπὲρ αὐτῶν ἀγῶσιν εἰ δεήσειέ ποτε προθύμους.

luit, reges vero ejus antecessores id ipsum etiam pacis tempore illis persolvebant, ut eos *sibi* benevolos haberent, & ad certamina pro illis, quoties opus esset, obeunda promptos paratosque.

ΚΕΦ. ι'.

Ὡς Τρύφων, καταπολεμήσας Δημήτριον, Ἀντιόχῳ τῷ Ἀλεξάνδρου υἱῷ παρέδωκε τὴν βασιλείαν, ποιησάμενος καὶ αὐτοῖς σύμμαχον Ἰωνάθην· οἷά τε ἔπραξε καὶ ἐπρέσβευσεν Ἰωνάθης.

CAP. V.

IX.

Quomodo Tryphon, post devictum Demetrium, Antiocho Alexandri filio regnum tradidit, Jonatha ab ipso in societatem recepto: & quas res gessit Jonathas bellis & legationibus.

Ἀμέλει ταύτην νοήσας τὴν δύσνοιαν τῶν στρατιωτῶν πρὸς Δημήτριον Ἀλεξάνδρου τις στρατηγός, Ἀπαμεὺς τὸ γένος, Διόδοτος, ὁ καὶ Τρύφων ἐπικληθείς, παραγίνεται πρὸς [e] Μάλχον τὸν Ἄραβα, ὃς ἔτρεφε τὸν [f] Ἀλεξάνδρου υἱὸν Ἀντίοχον· καὶ δηλώσας αὐτῷ τὴν δυσμένειαν τὴν τῶν στρατευμάτων πρὸς [g] τὸν Δημήτριον, ἔπειθεν αὐτῷ δοῦναι τὸν Ἀντίοχον, βασιλέα γὰρ αὐτὸν ποιήσειν, καὶ τὴν ἀρχὴν αὐτῷ τὴν τοῦ πατρὸς ἀποκαταστήσειν. ὁ δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἀντεῖχεν ὑπ' ἀπιστίας· ὕστερον δὲ πολλῷ χρόνῳ προσλιπαρήσαντος τοῦ Τρύφωνος ἐνικήθη τὴν προαίρεσιν εἰς ἃ Τρύφων παρεκάλει. καὶ τὰ μὲν περὶ τοῦτον [h] τὸν ἄνδρα ἐν τούτοις ὑπῆρχεν.

β. Ὁ δ' ἀρχιερεὺς Ἰωνάθης [i] ὑπεξελεῖν βουλόμενος τοὺς ἐν τῇ ἄκρᾳ τῶν Ἱεροσολύμων καὶ τοὺς Ἰουδαίων φυγάδας καὶ ἀσεβεῖς, καὶ [k] τοὺς ἐν ἅπασι τοῖς ἐν τῇ χώρᾳ φρουρίοις, πέμψας πρὸς Δημήτριον δῶρα καὶ πρεσβευτὰς παρεκάλει τοὺς ἐν τοῖς ὀχυρώμασι τῆς Ἰουδαίας ἐκβαλεῖν· ὁ δὲ οὐ ταῦτα μόνον αὐτῷ παρέξειν, ἀλλὰ καὶ μείζω τούτων ὑπισχνεῖται, μετὰ τὸν ἐν χερσὶ πόλεμον· [l] τούτῳ γὰρ νῦν ἀσχολεῖν. ἠξίου δ' αὐτὸν καὶ συμμαχίαν πέμψαι, δηλῶν ἀποστῆναι τὴν δύναμιν αὐτοῦ. καὶ Ἰωνάθης μὲν τρισχιλίους ἐπιλεξάμενος στρατιώτας, ἔπεμψεν.

γ. Ἀντιοχεῖς δὲ μισοῦντες τὸν Δημήτριον ὑπὲρ ὧν [m] πεπόνθεσαν ὑπ' αὐτοῦ κακῶς, ἀπεχθανόμενοι δ' αὐτῷ καὶ διὰ τὸν πατέρα Δημήτριον, πολλὰ εἰς αὐτοὺς [n] ἐξαμαρτόντα, καιρὸν ἐπιτήδειον λαβεῖν καθ' ὃν [o] ἐπιθοῖντο αὐτῷ. νοήσαντες δὲ συμμαχίαν παροῦσαν παρὰ Ἰωνάθου τῷ Δημητρίῳ, καὶ συμφρονήσαντες ὅτι πολλὴν ἀθροίσει δύναμιν εἰ μὴ φθάσαντες προκαταλάβοιεν αὐτόν, ἁρπάσαντες τὰ ὅπλα, καὶ περιστάντες τοῖς βασιλείοις αὐτοῦ τρόπῳ πολιορκίας, καὶ τὰς ἐξόδους διαλαβόντες, ἐζήτουν χειρώσασθαι τὸν βασιλέα. [p] ὁ δὲ τὸν δῆμον ὁρῶν τῶν Ἀντιοχέων ἐκπεπολεμωμένον πρὸς αὐτὸν [q] καὶ ἐν ὅπλοις ὄντα, παραλαβὼν τοὺς μισθοφόρους, καὶ τοὺς πεμφθέντας ὑπὸ [r] τοῦ Ἰωνάθου Ἰουδαίους, συμβάλλει τοῖς Ἀντιοχεῦσι· καὶ βιασθεὶς ὑπ' αὐτῶν, πολλαὶ γὰρ ἦσαν μυριάδες, ἡττᾶται. βλέποντες δὲ τοὺς Ἀντιοχεῖς κρατοῦντας [s] οἱ Ἰουδαῖοι, ἐπὶ τὰς στέγας τῶν βασιλείων ἀναβάντες, ἐκεῖθεν ἔβαλλον [t] αὐτούς, καὶ τοῦ μὲν αὐτοὶ τι πάσχειν ὑπ' αὐτῶν ὄντες πόρρωθεν διὰ τὸ ὕψος, ποιοῦντες δ' αὐτοὺς κακῶς διὰ τὸ ἄνωθεν μάχεσθαι, [v] τῶν συνεγγὺς αὐτοῖς οἰκιῶν ἀπώσαντο, καὶ ταύτας μὲν εὐθὺς πυρ

Verumenimvero cum illud militum in Demetrium odium intellexisset quidam ex Alexandri ducibus, genere Apamenus, Diodotus *nomine*, cui & Tryphon cognomen erat, Malchum Arabem adit, qui Antiochum Alexandri filium educabat: cumque eum docuisset quanto Demetrius apud milites odio flagraret, ei suadebat ut Antiochum sibi traderet; ut qui regem eum facturus esset, & in regnum paternum restituturus. Ille primum quidem se difficilem præbebat, quod non satis ei fideret; postea vero, cum Tryphon precibus eum urgere diu perseverasset, animo flectitur, ut ea quæ petebat Tryphoni concederet. Et quidem res hujus viri ita se habebant.

Tryphon à Demetrio ad Malchum Arabem deficit. 1 Maccab. c. 11.

2. Interea Jonathas pontifex, eos, qui arcem Hierosolymitanam tenebant, deduci volens, ut & Judæos transfugas & impios, quique erant in omnibus istius regionis præsidiis, missa cum muneribus legatione ad Demetrium, rogabat, ut eos, qui erant in Judææ munitionibus, ejiceret. Cui ille, se non hæc solum ei præstiturum, sed & his majora pollicetur, confecto quod ei in manibus erat bello: in hoc enim se jam totum occupari. ipsum autem, ut auxiliares mitteret copias orabat, indicans suos omnes defecisse milites. Et quidem Jonathas tria millia lectissimorum militum *ei* misit.

3. Cæterum Antiochenses, infensi Demetrio, quod ab eo male accepti fuerant, & cum eo inimicitias exercentes etiam propter Demetrium patrem qui multis injuriis eos affecerat, tempus observabant quo possent eum adoriri. Cumque animadvertissent auxilia ei à Jonatha suppetias venisse, secumque reputassent *brevi* fore ut magnas colligeret copias, nisi ipsum mature prævenirent, correptis armis regiam circumsteterunt, ac si eam oppugnaturi essent, exitibusque viarum occupatis, regem in potestatem suam redigere studebant. Ille vero videns populum Antiochensem sibi hostem factum, & in armis esse, assumptis mercenariis militibus & Judæis auxiliaribus cum Antiochensibus acie congreditur; atque ubi vim illorum ferre non potuit, (nam multæ erant myriades) *ingruentibus* cessit. Judæi autem, cum cernerent Antiochenos pugna esse superiores, in tectum regiæ ascenderunt, & inde *missilibus* ipsos feriebant, atque longius quidem ab illis distantes propter *loci* eminentiam quam ut læderentur, iis vero multum damni inferentes quod è sublimi pugnarent, facile eos

Jonathas cum suis Demetrium Antiochia in seditione tuetur. 1 Maccab. c. 11.

e Μάλχον τὸν Ἄραβα,] Μαλχοῦλον mallit Grotius ad 1 *Macc.* c. xi. v. 39.

f Ἀλεξάνδρου υἱὸν Ἀντίοχον] Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 2. §. 1. πρὸς τε τὸν Ἀντίοχον &c. item ἐπιτροπεύοντα τὸν Ἀντιόχου παιδὸς &c. ibid. SPANH.

g Τὸν Δημήτριον,] Illud τὸν ex *MSS.*

h Τὸν ἄνδρα ἐν τούτοις ὑπῆρχεν.] Τὸ ἀνδρὸς *Hen.*

i Ὑπεξελεῖν] Ita rescripsi, sensu id postulante. ὑπεξελθεῖν in *Editis* ἐξελεῖν *Basb.* eraso θ. ἐλεῖν juxta *Vet. Interpr.* HUDS. ὑπεξελθεῖν est *persequi*, *ulcisci*, *punire*, qui sensus huic loco optime convenit. IBBETSON.

k Τοὺς ἐν ἅπασι] Ita fere in 1 *Macc.* c. xi. v. 41. καὶ τοὺς ἐν ἁπάσῃ τῇ χώρᾳ φρουροὺς *Basb. Hen.* & *Epiphan.*

l Τούτῳ γὰρ νῦν ἀσχολεῖν.] Ita cum *Basb.* τούτου γὰρ νῦν ἀσχολεῖν *Hen.* τοῦτο γὰρ νῦν ἀσχολεῖν in *Editis*, τοῦτο γὰρ νῦν ἀσχολεῖν *Lugd. Bat.*

m Πεπόνθεσαν ὑπ' αὐτοῦ κακῶς,] Ita *Hen.* πεπόνθεισαν *Basb.* πεπόνθεσαν in *Editis*. Vide supra c. 4. §. 3.

n Ἐξαμαρτόντα,] Ita *Basb.* (*L.B.*) & *Epiphan.* ἐξαμαρτάνοντα in *Editis Aliisque.*

o Ἐπιθοῖντο αὐτῷ.] Ἐπιθῶνται *Basb.*

p Ὁ δὲ τὸν δῆμον ὁρῶν τῶν Ἀντιοχέων] Ὁ δὲ τοὺς Ἀντιοχεῖς ὁρῶν ἐκπεπολ. *Basb.* ὁ δὲ τὸν δῆμον ὁρῶν ἐκπ. juxta *Epiphanium.*

q Καὶ ἐν ὅπλοις ὄντα,] Illud καὶ non agnoscunt *Hen.* & *Basb.*

r Τοῦ Ἰωνάθου Ἰουδαίους,] Articulum insertum dedimus è *Cod. Hen.*

s Οἱ Ἰουδαῖοι,] Illud οἱ è *Cod. Basb.*

t Αὐτούς,] Ita *Basb.* & *Vet. Interpr.* τοὺς Ἀντιοχεῖς in *Editis Aliisque.*

v Τῶν συνεγγὺς αὐτοῖς οἰκιῶν] Τῶν συνεγγὺς οἰκιῶν αὐτοῖς ἀνάπτουσι *Hen.* & *Basb.*

eos repulerunt à propinquis ædibus, illisque mox ignem injecerunt. At flamma totam urbem pervagata, utpote frequentem domibus, è ligno maxima ex parte constructis, universam *fere* depascebatur. Antiochenses vero, cum non potuissent opem ferre, aut incendium exstinguere, in fugam vertuntur. Cumque Judæi ab uno tecto in aliud transilirent, atque ita eos persequerentur, contigit ut incredibilis esset insectationis atrocitas. Rex autem cum videret Antiochenos in servandis liberis & conjugibus occupatos, atque adeo non amplius pugnantes, per alios angiportus eos adoritur, pugnaque inita magnam adeo illorum stragem edidit, ut cogerentur arma abjicere, seque Demetrio tradere: qui, cum illis facinorum veniam dedisset, seditionem compescuit. Judæos autem spoliis locupletatos, gratiisque iis quasi auctores ei victoriæ exstiterant relatis, Hierosolyma ad Jonatham remisit, auxilii *opportune* lati testimonium ei tribuens. At postea maligne in eum se gessit, & promissa fefellit, bellumque ei minatus est, nisi tributa omnia ei redderet, * quæ Judæorum gens debuit à primis *Syriæ* regibus. Atque ista peregisset, nisi Tryphon eum inhibuisset, fecissetque ut copias in Jonatham paratas ad sui curam *tutelamque* avocaret. nam ex Arabia in Syriam reversus cum puero Antiocho (adhuc enim erat adolescentulus admodum) diadema ei imposuit; & deficientibus ad se omnibus militibus, qui Demetrium deseruerant ob stipendia non soluta, aperto bello Demetrium adoritur; prælioque commisso eum superat, & tum elephantos in suam potestatem redigit, tum Antiochenorum urbem.

Demetrius Jonathæ fidem fallit. 1 Maccab. c. 11.

4. Demetrius itaque victus in Ciliciam se recepit: puer vero Antiochus, missis ad Jonatham legatis literisque, *illum* amicum sibi sociumque adscivit, & pontificatum ei confirmavit, cessitque quatuor præfecturis, quæ adjectæ erant Judæorum regioni. Ad hæc vasa aurea & pocula vestemque purpuream, data illis utendi potestate, ad eum misit. Quin & eum aureo donat monili, interque primos ejus amicos referri *jubet*. Simonem etiam ejus fratrem imperatorem constituit à Scala Tyriorum usque ad Ægyptum. Jonathas vero, lætus iis quæ in eum contulerat Antiochus, missis ad eum simul & Tryphonem legatis, promittebat se illi amicum fore sociumque, & cum ipso arma juncturum adversus Demetrium; commemorans, quod pares ei gratias non retulisset, commoda multa, quibus illi opus erat, ab eo consequutus, sed maleficia pro beneficiis reposuisset.

Antiochus Alexandri filius, victo Demetrio, Jonatham sibi conciliat. 1 Maccab. c. 11.

5. Cum igitur Antiochus ei concessisset, ut, magno exercitu, è Syria & Phœnice coacto, bellum gereret contra Demetrii duces, statim profectus obibat urbes. Et nonnullæ quidem cum splendide exceperunt, sed milites ei dare distulerunt. Cum autem illinc ad urbem Ascalonem se contulisset, & Ascalonitæ certatim cum muneribus ei occurrissent, & hos ipsos hortabatur & singulas Cœles-Syriæ urbes, ut à Demetrio deficerent &

Jonathas urbes obibat, ut eas Antiochi in potestatem redigeret. 1 Maccab. c. 11.

[x] ἔθηκαν. ἡ δὲ φλὸξ ἐφ' ὅλην διανεμηθεῖσα τὴν πόλιν, πυκνῶν τῶν οἰκιῶν οὐσῶν, καὶ τὰ πλεῖστα ἐκ ξύλων ᾠκοδομημένων, πᾶσαν αὐτὴν ἐνέπρησεν. οἱ δὲ Ἀντιοχεῖς, μὴ δυνάμενοι [y] βοηθῆσαι μηδὲ κρατῆσαι τοῦ πυρὸς, εἰς φυγὴν ἐτράπησαν. τῶν δὲ Ἰουδαίων ἀπὸ δώματος ἐπὶ δῶμα διαπηδώντων, καὶ τοῦτον αὐτοὺς διωκόντων τὸν τρόπον, παράδοξον συνέβη γίνεσθαι τὴν δίωξιν. ὁ δὲ βασιλεὺς ὁρῶν τοὺς Ἀντιοχεῖς, σώζειν τὰ τέκνα καὶ τὰς γυναῖκας ἐσπουδακότας, καὶ διὰ τοῦτο μηκέτι μαχομένους, δι' ἄλλων αὐτοῖς στενωπῶν ἐπιτίθεται, καὶ συμβαλὼν πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἀπέκτεινεν, ὡς ἀναγκασθῆναι ῥίψαι τὰς πανοπλίας, καὶ παραδοῦναι αὐτοὺς τῷ Δημητρίῳ. συγγνοὺς δὲ αὐτοῖς τῶν τετολμημένων, κατέπαυσε τὴν στάσιν. δωρησάμενος δὲ τοὺς Ἰουδαίους τῆς ἐκ τῶν σκύλων ὠφελείας, καὶ [z] ὡς αἰτίοις αὐτῷ τῆς νίκης γεγενημένοις εὐχαριστήσας, ἀπέπεμψεν εἰς Ἱεροσόλυμα πρὸς Ἰωνάθην, μαρτυρῶν αὐτῷ τῆς συμμαχίας. ὕστερον δὲ πονηρὸς εἰς αὐτὸν ἐγένετο, καὶ τὰς ὑποσχέσεις διεψεύσατο, καὶ πόλεμον ἠπείλησεν, εἰ μὴ τοὺς φόρους αὐτῷ πάντας ἀποδοίη, ὡς ὤφειλε τὸ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος ἀπὸ τῶν πρώτων βασιλέων. καὶ ταῦτα ἐποίησεν ἄν, εἰ μὴ Τρύφων αὐτὸν ἐπέσχεν, καὶ τὴν ἐπὶ τὸν Ἰωνάθην αὐτῷ παρασκευὴν ἀντιμετέστησεν εἰς [a] τὰς περὶ αὐτοῦ φροντίδας. ὑποστρέψας γὰρ ἐκ τῆς Ἀραβίας εἰς τὴν Συρίαν μετὰ τοῦ παιδὸς Ἀντιόχου· μειράκιον δὲ ἦν ἔτι [b] ἐπὶ τὴν ἡλικίαν· περιτίθησιν αὐτῷ τὸ διάδημα. καὶ προσχωρήσαντος τοῦ στρατιωτικοῦ παντὸς, [c] ὃ καταλελοίπει τὸν Δημήτριον διὰ τὸ μὴ τυγχάνειν μισθῶν, πόλεμον ἐκφέρει πρὸς τὸν Δημήτριον· καὶ συμβαλὼν αὐτῷ, κρατεῖ τῇ μάχῃ, καὶ τούς τε ἐλέφαντας, καὶ τὴν τῶν Ἀντιοχέων πόλιν λαμβάνει.

δ'. Δημήτριος μὲν οὖν ἡττηθεὶς ἀνεχώρησεν εἰς Κιλικίαν· ὁ δὲ παῖς Ἀντίοχος, πέμψας πρὸς Ἰωνάθην πρεσβευτὰς καὶ γράμματα, φίλον τε καὶ σύμμαχον αὐτὸν [d] ἐποίησεν, καὶ τὴν ἀρχιερωσύνην [e] ἐβεβαίου, καὶ τῶν τεσσάρων συνεχώρει νομῶν, οἳ [f] τῇ χώρᾳ τῶν Ἰουδαίων προσετέθησαν. ἔτι γε μὴν σκεύη χρυσᾶ καὶ ἐκπώματα, καὶ πορφυρᾶν ἐσθῆτα, χρῆσθαι τούτοις ἐπιτρέψας, ἀπέστειλε. καὶ [g] πόρπῃ δὲ αὐτὸν δωρεῖται [h] χρυσέᾳ, καὶ [i] τῶν πρώτων αὐτοῦ καλεῖσθαι φίλων. τὸν ἀδελφὸν δὲ αὐτοῦ Σίμωνα, στρατηγὸν τῆς στρατιᾶς [k] ἀπὸ Κλίμακος Τυρίων ἕως Αἰγύπτου καθίστησιν. Ἰωνάθης δὲ, [l] ἐπὶ τούτοις παρ' Ἀντιόχου γεγενημένοις εἰς αὐτὸν ἡσθεὶς, πέμψας πρὸς αὐτόν τε καὶ Τρύφωνα πρεσβευτὰς, εἶναί τε φίλος ὡμολόγει καὶ σύμμαχος, καὶ πολεμήσειν σὺν αὐτῷ πρὸς Δημήτριον, διδάσκων ὡς οὐδὲ αὐτῷ χάριτας ἀποδοίη, πολλῶν παρ' αὐτοῦ χρηστῶν ἐν οἷς ἐδεῖτο τυχὼν, ἀλλὰ προσαδικήσειεν ἀνθ' ὧν εὖ πάθοι.

ε'. Συγχωρηθεὶς οὖν παρ' Ἀντιόχου δύναμιν αὐτῷ συναγαγεῖν πολλὴν ἔκ τε Συρίας καὶ Φοινίκης τοῖς Δημητρίου πολεμῆσαι στρατηγοῖς, εὐθὺς ὥρμησεν [m] εἰς τὰς πόλεις. αἱ δὲ λαμπρῶς μὲν [n] αὐτὸν ἐξεδέξαντο, στρατιὰν δὲ οὐκ ἔδοσαν. παραγενόμενος δὲ ἐκεῖθεν εἰς Ἀσκάλωνα πόλιν, καὶ τῶν Ἀσκαλωνιτῶν φιλοτίμως αὐτῷ μετὰ δώρων [o] ὑπαντησάντων, αὐτούς τε τούτους παρεκάλει, [p] καὶ τῶν ἐν τῇ Κοίλῃ Συρίᾳ πόλεων ἑκάστην,

ἀπο-

x Ἔθηκαν.] Ita Bosb. (Lugd. Bat.) & Hen. ἔθηκαν in Editis.
y Βοηθῆσαι μηδὲ κρατῆσαι τοῦ πυρὸς,] Illa βοηθῆσαι μηδὲ desunt Bosb. & Vet. Interpr.
z Ὡς αἰτίοις] Ὡς αἰτιωτάτοις L. B.
* *Quæ Judæorum gens debuit à primis* Syriæ *regibus.*] Quæ Judæorum gens prioribus Syriæ regibus solvebat, *Epiphan.* & *Gelen.*
a Τὰς περὶ αὐτοῦ φροντίδας.] Τὰς ἑαυτοῦ φροντίδας *Hen.*
b Ἔτι τὴν ἡλικίαν·] Illud ἔτι è *MSS.*
c Καταλελοίπει] Καταλελοίπει *Bosb.*
d Ἐποίησεν,] Ita è *Cod. Hen.* ἐποιήσατο *Bosb.* ποιεῖται in *Editis.*
e Ἐβεβαίου,] Ἐβεβαίωσε *Bosb.*
f Τῇ χώρᾳ τῶν Ἰουδαίων] Sic *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *Vet. Interpr.* convenienter iis quæ habemus 1 *Macc.* c. 10. v. 30. quæque supra emendata dedimus c. 2. §. 3. ubi χώρᾳ τῶν Ἰουδαίων οὖσιν. in *Editis Aliisque.*
g Πόρπῃ —— φίλων.] Conf. supr. c. 4. §. 2. SPANH.
h Χρυσέᾳ,] Χρυσῇ solus *Hen.*

i Τῶν πρώτων αὐτοῦ καλεῖσθαι φίλων.] Καὶ εἶναι τῶν φίλων τοῦ βασιλέως 1 *Macc.* c. 11. v. 57. τῶν πρώτων αὐτοῦ καλεῖσθαι φίλων *Hen.* & *Lugd. Bat.*
k Ἀπὸ Κλίμακος Τυρίων ἕως Αἰγύπτου] Ita è *Cod. Hen.* nisi quod (ex *Josepho*, l. 1. de *Bello Jud.* c. 9. & 1 *Macc.* c. 11. v. 59.) Κλίμακος pro Κλίματος reposuerim. Ἀπὸ τοῦ κλίματος τῶν Τυρίων ἕως τῆς Αἰγύπτου in *Editis Aliisque.* HUDS. A Regione Tyri usque ad Ægyptum *Rufin.* Lege κλίμακος. sic alias. lib. 2. c. 10. §. 2. τῷ δὲ ὑψηλοτάτῳ, κατ' ἀρκτον, ὃ καλοῦσι Κλίμακα Τυρίων οἱ ἐπιχώριοι· SPANH. Κλίμακος lego. Κλίμαξ Τυρίων est scala Tyriorum. REL.
l Ἐπὶ τούτοις] Illud ἐπὶ è *Codd. MSS.*
m Εἰς τὰς πόλεις.] Ἐπὶ τὰς πόλεις *Bosb.* & *Hen*
n Αὐτὸν ἐξεδέξαντο,] Ita *Bosb. Hen* & *Vet. Interpr.* αὐτὸν deest *Editis.*
o Ὑπαντησάντων,] Ἀπαντησάντων *Bosb.* & *Hen.*
p Καὶ τῶν ἐν τῇ Κοίλῃ Συρίᾳ πόλεων] Καὶ ἐκ τῶν ἐν τῇ K. *Bosb.* & *Hen.*

q Εἰς

ἀποστάντας Δημητρίου, προσθέσθαι μὲν Ἀντιόχῳ, σὺν αὐτῷ δὲ πολεμήσαντας πειρᾶσθαι παρὰ Δημητρίου δίκας λαμβάνειν ὧν ἡμάρτοι ποτὲ εἰς αὐτούς. εἶναι δ' αὐτοῖς βουλομένοις ταῦτα φρονεῖν πολλὰς αἰτίας. πείσας δ' ὁμολογῆσαι πρὸς τὸν Ἀντίοχον συμμαχεῖν τὰς πόλεις εἰς Γάζαν παρεγένετο, προσαξόμενος καὶ τὴν παρὰ τούτων εὔνοιαν Ἀντιόχῳ. πολὺ δ' εὗρε τῆς προσδοκίας τοὺς Γαζαίους ἀλλοτριώτερον ἔχοντας. ἀπέκλεισαν γὰρ αὐτῷ τὰς πύλας, καὶ τὸν Δημήτριον ἐγκαταλιπόντες, οὐκ ἔγνωσαν Ἀντιόχῳ προσχωρῆσαι. τοῦτο παροξῦναν [q] εἰς πολιορκίαν τὸν Ἰωνάθην καὶ τῆς χώρας τὴν κάκωσιν· [r] μέρος γὰρ τῆς στρατιᾶς περικαθίσας τῇ Γάζῃ, τῷ λοιπῷ τὴν γῆν αὐτῶν ἐπιὼν διέφθειρε καὶ ἐνεπίμπρα. ταῦτα δὲ πάσχοντας αὐτοὺς ὁρῶντες οἱ Γαζαῖοι, καὶ μηδεμίαν ἀπὸ Δημητρίου βοήθειαν αὐτοῖς γινομένην, ἀλλὰ τὸ μὲν λυποῦν ἤδη παρὸν, τὸ δ' ὠφελῆσον μακρὰν ἔτι, καὶ ἄδηλον εἰ παραγένοιτο, [s] σῶφρον ἔκριναν [t] τὸν αὐτὸν ἀφέντες περιμένειν [u] ἐκεῖνον θεραπεύειν. πέμψαντες οὖν πρὸς τὸν Ἰωνάθην, φιλίαν τε ὡμολόγουν καὶ συμμαχίαν. οἱ μὲν γὰρ ἄνθρωποι, πρὸ πείρας τῶν δεινῶν, οὐ συνιᾶσι τὸ συμφέρον, ἀλλ' ὅταν ἔν τινι κακῷ γενόμενοι τύχωσι, τότε γνωσιμαχήσαντες, ἃ μηδ' ὅλως βλαβέντας ἄμεινον ἦν ποιεῖν, ταῦτα ὕστερον ζημιωθέντες αἱροῦνται. ὁ δὲ συνθέμενος πρὸς αὐτοὺς φιλίαν, καὶ λαβὼν ὁμήρους τούτους μὲν ἀπέστειλεν εἰς Ἱεροσόλυμα, αὐτὸς δὲ τὴν χώραν ἅπασαν [x] μετῆλθεν ἄχρι Δαμασκοῦ.

ϛʹ. [y] Τῶν δὲ Δημητρίου [z] στρατηγῶν ἀκουσθέντων αὐτῷ προσελθεῖν εἰς [a] Κέδασαν πόλιν σὺν πολλῇ στρατιᾷ, [b] μεταξὺ δ' ἐστὶν αὕτη τῆς τε Τυρίων γῆς καὶ τῆς Γαλιλαίας, ἀπάξειν γὰρ αὐτὸν ἐκ τῆς Συρίας ὑπέλαβον [c] ἐπὶ τὴν Γαλιλαίαν ὡς σύμμαχον, τοὺς γὰρ Γαλιλαίους ὄντας αὐτοῦ οὐ περιόψεσθαι πολεμουμένους, [d] ὑπηντίαζεν αὐτοῖς, τὸν ἀδελφὸν Σίμωνα καταλιπὼν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ. ὃς [e] τὴν στρατιὰν ἐκ τῆς χώρας συναγαγὼν, ὡς ἐδύνατο ἱκανωτάτην, τὴν [f] Βεθσούραν πολιορκῶν προσεκάθητο, χωρίον τῆς Ἰουδαίας ὀχυρώτατον. κατεῖχε γὰρ αὐτὸ [g] φρουρὰ Δημητρίου. δεδήλωται δὲ ἡμῖν τοῦτο καὶ πρότερον. [h] ὡς δὲ, χώματα μὲν ἐγείραντος τοῦ Σίμωνος, [i] μηχανήματα [k] δ' ἐστῶτος, καὶ πολλῇ σπουδῇ χρωμένου περὶ τὴν τῆς Βεθσούρας πολιορκίαν, ἔδεισαν οἱ φρουροὶ, μὴ κατὰ κράτος ἐξαιρεθέντος τοῦ χωρίου διαφθαρῶσι, πέμψαντες πρὸς τὸν Σίμωνα, ἠξίουν ὅρκους λαβόντες, ὥστε μηδὲν ὑπ' αὐτοῦ παθεῖν, [l] καταλιπεῖν τὸ χωρίον καὶ πρὸς Δημήτριον ἀπελθεῖν. ὁ δὲ, δοὺς τούτους αὐτοῖς τὰς πίστεις, ἐκβάλλει μὲν ἐκείνους ἐκ τῆς πόλεως, αὐτὸς δὲ φρουρὰν καθίστησιν ἰδίαν.

ζʹ. Ἰωνάθης δὲ, ἄρας ἐκ τῆς Γαλιλαίας ἀπὸ τῶν ὑδάτων

Antiocho se adjungerent, unaque cum eo belligerantes pœnas à Demetrio repetere eniterentur ob injurias ab eo quondam acceptas. illisque volentibus causas multas esse cur ista facere in animum inducerent. Cum autem civitatibus persuasisset, ut pollicerentur cum Antiocho belli societatem inire, Gazam pervenit, ut ejus etiam civium benevolentiam Antiocho conciliaret. Verum Gazæos longe alieniore in ipsum animo esse invenit quam expectabat. nam portas ei occluserunt, relictoque Demetrio noluerunt sese Antiocho adjungere. id quod Jonatham adeo irritavit, ut urbem oppugnaret & regionem infestaret: nam urbe ab una exercitus parte obsessa, cum reliqua, excursionibus factis, terram vastavit & incendit. Tum Gazæi, cum viderent se ista pati, nullumque à Demetrio illis venire auxilium, quodque eos male habet præsens esse, quod vero adjumento foret longe abesse, spemque ejus adventus esse incertam, bene ac sapienter se facturos judicarunt, si illo deserto Jonatham obsequiis demererentur. Missis igitur ad Jonatham *nunciis* & amicitiam & *armorum* societatem *ei* promittebant. nam ita comparatum est ut homines, antequam mala *subeant* & experiantur, quid è re sua futurum sit non intelligant, sed ubi in calamitatem aliquam inciderunt, tunc mutata sententia, quæ priusquam læderentur facere præstitisset, illa demum male mulctati expetunt. Atqui is, pacto cum illis amicitiæ fœdere, obsidibusque acceptis, istos quidem Hierosolyma misit, ille vero totam regionem ad Damascum usque peragravit.

Gazæi à Jonatha male mulctati.

6. Cum autem audivisset Demetrii duces cum magnis copiis profectos esse ad urbem Cedasam, quæ Tyriorum agrum & Galilæam interjacet, (nam fore putabant ut eum è Syria extraherent in Galilæam, quasi *suis* opem laturum, Galilæos enim suæ ditionis homines, cum bello premerentur, non neglecturum esse) illis obviam ivit, fratre *suo* Simone in Judæa relicto. Qui exercitu è regione coacto, eoque tam magno quam comparari potuit, admotis ad Bethsuram castris eam oppugnavit; locum *totius* Judææ munitissimum. is enim *valido* tenebatur præsidio à Demetrio. id quod à nobis jam ante memoratum est. Cum autem, postquam Simon aggeres excitasset, machinasque *ei* adhibuisset, & ingenti studio obsidionem urgeret, veriti essent custodes, ne, loco vi expugnato, exitio darentur, missis ad Simonem nunciis, obsecrarunt, ut, fide jurejurando accepta, ne quid mali ab eo paterentur, liceret regionem relinquere & ad Demetrium concedere. Atque is, cum in ea jurasset, illos urbe ejicit, suoque eam præsidio firmavit.

Demetrii ducibus obviam eunte Jonatha, Simon Bethsuram oppugnat, eaque potitur. 1 Maccab. c. 11.

7. Interim Jonathas, castris motis è Galilæa ab * aquis

Jonathæ prælium cum Demetrii ducibus & victoria. 1 Maccab. c. 11.

q Εἰς πολιορκίαν] Πολιορκίαν αὐτῶν legisse videtur *Epiphan.*
r Μέρος —— Γάζῃ,] Ergo non adeo ἔρημος Gaza à tempore Alexandri. REL.
s Σῶφρον —— θεραπεύειν.] Optimum esse decreverunt, hunc dimittentes, illi obedire *Rufin.* SPANH.
t Εἰ' αὐτῷ ἀφέντες] *L. B.* εἶναι ταῦτα ἀφέντες περιμένειν ἐκεῖνον &c. Forte εἶναι τὸ αὐτῷ ἀφέντας περιμένειν ἐκεῖνον &c. COCC.
u Ἐκεῖνον θεραπεύειν.] Ita *Hen.* (*Lugd. Bat.*) ἐκεῖνο in reliquis.
x Μετῆλθεν ἄχρι Δαμασκοῦ.] Ἐπῆλθεν *Hen.*
y Τῶν δὲ Δημητρίου] Τῶν Δημ. *Hen.* & *Bas.* HUDS. Totum locum ita concipit *L. B.* Τῶν δὲ Δημητρίου στρατηγῶν αὐτῷ προσελθόντων εἰς Κέδασαν σὺν πολλῇ στρατιᾷ· μεταξὺ δ' ἐστὶν αὕτη τῆς τε Τυρίων γῆς καὶ Γαλιλαίας. HAV.
z Στρατηγῶν ἀκουσθέντων αὐτῷ προσελθεῖν] Ita ex *Hen. Bas.* & *Epiphan.* qui vertit, *cum* (al. *dum*) *Demetrii duces audisset* (al. *audissent*) *ad Cedessam cum multa manu venisse.* quo fere modo 1 *Macc.* xi. v. 63. καὶ ἤκουσε Ἰωνάθαν ὅτι παρῆσαν οἱ ἄρχοντες Δημητρίου &c. στρατηγῶν αὐτῷ προσελθόντων εἰς K. in *Editis.*
a Κέδασαν] 1 *Macc.* c. xi. v. 63. Κάδης & Κέδες in *Cod. Alex.* Κέδες *Josh.* c. xix. v. 37. HUDS. Κέδασαν τὴν Τυρίων· ὁ *Auct.* lib. 2. c. 18. §. 1. ἐπὶ Κέδασαν τὴν Τυρίων Κάδες τὴν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ 1 Maccab. xi. 63. *MS. Alex.* Κάδης. SPANH.
b Μεταξὺ] Sic *Hen.* & *Vet. Interpr.* μεταξὺ ὄντα τῆς τε T. *Bas.* πλησίον δ' ἐστὶν αὕτη τῆς Τυρίων γῆς καὶ τῆς Γαλιλαίας in *Editis.*
c Ἐπὶ τὴν Γαλιλαίαν ὡς σύμμαχον,] Ἐπὶ τῆς Γαλιλαίων συμμαχίαν *Hen.* (ut & *L. B.* qui addit τὴν post ἐπὶ) ὡς τὴν Γαλιλαίαν, cæteris omissis, legisse videtur *Epiphan.*
d Ὑπηντίαζεν αὐτοῖς,] Ὑπηντίαζεν ἐν αὐτοῖς *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *Bas.*
e Τὴν στρατιὰν] Καὶ στρατὸν *Hen.*
f Βεθσούραν] Βεθσοῦραν ἐπολιόρκει, χωρίον *Bas.* HUDS. Conf. supr. c. 2. §. 1. SPANH.
g Φρουρὰ Δημητρίου.] Ita *Hen. Bas.* & *Vet. Interpr.* φρουρὰ Δημήτριος in *Editis.*
h Ὡς δὲ, —— ἑστῶτος,] Sic *Hen.* & *Bas.* ὡς δὲ χ. λ. ἐγείραντος τοῦ Σίμωνος, μηχανήματα δ' ἐστήσατο in *Editis.* Mallem sane, quo modo legisse visus est *Epiphanius*, rescribere, ὡς δὲ χώματα μὲν ἐγείραντος τοῦ Σίμωνος, μηχανήματα (vel μηχανήματα) δ' ἐστάντα, κ. π. σ. χρώμενον. atque ita recte sequeretur (prout in *Cod. Hen.* favente *Epiphanio*, qui vertit, *intererant. Et mittentes* &c.) πέμψαντες εἰς τὸν Σίμωνα.
i Μηχανήματα δ' ἐστῶτος,] *Gen.* μηχανήματος.
k Δ' ἐστῶτος.] *L. B.* δ' ἱστάντος.
l Καταλιπεῖν τὸ χωρίον] Illa καταλιπεῖν τὸ χωρίον κ. π. Δ. ἀπελθεῖν desunt *Hen.* & *Epiphanii codicibus.*

m Τῶν

[*] aquis Gennesaris, ut vocantur, ibi enim cum exercitu consedisset, ad campum Asor appellatum processit, ignorans illic hostes esse. Demetrii vero duces, qui pridie ejus diei Jonatham contra eos venire præsenserant, cum insidias ei posuissent & homines in monte *delitescentes* collocassent, ipsi cum exercitu *ex adverso* ei in planitie occurrebant. Quos conspicatus Jonathas paratos ad prælium, & ipse cum suis militibus, quoad potuit, aciem instruit. Verum cum ii qui à Demetrii ducibus in insidiis locati erant, à tergo adorirentur Judæos, *illi* veriti ne *ab hostibus* circumdati perirent, in fugam se conjecerunt: atque alii fere omnes Jonatham reliquere, pauci vero, numero circiter quinquaginta, substiterunt, & *cum iis* Mattathias Absalomi filius & Judas Chapsæi filius, exercitus totius ductores. qui cum audacter & quasi *de salute* desperantes in hostes irruissent, & animis intrepidi in consternationem eos egerunt, & manibus fortes in fugam verterunt. Ubi vero Jonathæ milites, qui fugerant, viderunt inclinatam hostium aciem, è fuga collecti impetum cepere eos persequendi; & id fecerunt usque ad Cedasa, ubi castra erant hostium.

Jonathas mittit qui cum Romanis & Spartiatis amicitiam renovent.

8. Jonathas itaque, victoria egregia potitus, & duobus hostium millibus cæsis, Hierosolyma reversus est. Cumque videret omnia, providentia Dei, sibi ex voto succedere, legatos Romam misit, eo animo ut amicitiam, quæ Judæis olim intercesserat cum ea gente, renovaret. Suis etiam legatis in mandatis dedit, ut in reversione sua à Roma Spartanos adirent, illisque in memoriam revocarent *veterem* cum ipsis amicitiam & cognationem. Illi vero, cum Romam venissent, & in Senatum ingressi ea exposuissent, quæ illis mandaverat Jonathas pontifex, ut *scilicet* illos misisset ad priorem societatem confirmandam, postquam Senatus rata habuerat quæ olim de amicitia cum Judæis colenda decreverat, eisque literas dederat ad reges omnes Asiæ Europæque & civitatum principes deferendas, ut hoc modo incolumes in patriam reverterentur, *suo* in reditu ad Spartam pervenerunt, & literas quas à Jonatha acceperant Spartiatis tradiderunt. Earum autem exemplum est hoc.

Jonathæ litera ad Lacedæmonios.

"JONATHAS GENTIS Judæorum "Pontifex & Senatus & Commune Judæorum, "Lacedæmoniorum Ephoris & Senatui Populoque fratribus *suis* salutem. Si valetis, & res vestræ publicæ privatæque prospere cedunt, erunt "omnia ex voluntate nostra: nam nos quoque valemus. Superioribus temporibus cum perlata esset ad Oniam pontificem nostrum ab Ario rege "vestro missa per Demotelem epistola, de cognatione quam nobiscum habetis, cujus exemplum "infra positum est, & literas eas cupide accepi-

[m] τῶν Γεννησάρων λεγομένων, ἐκεῖ γὰρ ἐτύγχανεν ἐστρατοπεδευκὼς, εἰς τὸ καλούμενον [n] Ἀσὼρ πεδίον προῆλθεν, οὐκ εἰδὼς ὄντας ἐν αὐτῷ τοὺς πολεμίους. μαθόντες δὲ πρὸ μιᾶς ἡμέρας οἱ τοῦ Δημητρίου μέλλειν [o] Ἰωνάθην ἐπ' αὐτοὺς βαδίζειν, ἐνέδραν αὐτῷ καὶ τοὺς [p] λοχήσοντας ἐν τῷ ὄρει καθίσαντες, αὐτοὶ μετὰ τῆς στρατιᾶς ἀπήντων εἰς τὸ πεδίον. οὓς ἰδὼν ὁ Ἰωνάθης ἑτοίμους πρὸς μάχην, παρεσκεύαζεν καὶ αὐτὸς τοὺς ἰδίους στρατιώτας πρὸς τὸν ἀγῶνα, ὡς ἠδύνατο. τῶν δὲ εἰς τὴν ἐνέδραν ὑπὸ τῶν Δημητρίου στρατηγῶν κατασταθέντων κατὰ νώτου τοῖς Ἰουδαίοις γενομένων, δείσαντες μὴ μέσοι [q] ληφθέντες ἀπόλωνται, φεύγειν ὥρμησαν· καὶ οἱ μὲν ἄλλοι πάντες, τὸν Ἰωνάθην κατέλιπον, ὀλίγοι δέ τινες, [r] ὡς περὶ πεντήκοντα τὸν ἀριθμὸν, ὑπέμειναν, καὶ [s] Ματταθίας ὁ Ἀψαλώμου, καὶ Ἰούδας ὁ [t] Χαψαίου, τῆς ἁπάσης δυνάμεως ἡγεμόνες ὄντες. [v] οἱ τολμηρῶς δὲ καὶ μετὰ ἀπογνώσεως εἰς τοὺς πολεμίους ὠσάμενοι, τῷ τε [x] θάρσει κατέπληξαν αὐτοὺς, καὶ ταῖς χερσὶν ἀπέστρεψαν εἰς φυγήν. οἱ δὲ ἀναχωρήσαντες τῶν Ἰωνάθου στρατιωτῶν, ὡς εἶδον τοὺς πολεμίους τραπέντας, ἐπισυλλεγέντες ἐκ τῆς φυγῆς, ὥρμησαν αὐτοὺς διώκειν· καὶ τοῦτ' ἐποίησαν μέχρι Κεδασῶν, οὗ τὸ στρατόπεδον ἦν [y] τῶν πολεμίων.

η'. Κρατήσας οὖν Ἰωνάθης τῇ μάχῃ λαμπρῶς, καὶ [z] δισχιλίους τῶν ἐχθρῶν ἀποκτείνας ὑπέστρεψεν εἰς Ἱεροσόλυμα. ὁρῶν δὲ ὅτι πάντ' αὐτῷ κατὰ νοῦν προνοίᾳ Θεοῦ χωρεῖ, πρὸς Ῥωμαίους πρεσβευτὰς ἀπέστειλεν, ἀνανεώσασθαι [a] βουλόμενος τὴν γενομένην τῷ ἔθνει πρὸς αὐτοὺς ἔμπροσθεν φιλίαν. τοῖς δὲ αὐτοῖς πρεσβευταῖς ἐπέστειλεν ἀπὸ τῆς Ῥώμης ἀναστρέφουσι πρὸς [b] τοὺς Σπαρτιάτας ἀφικέσθαι, καὶ τὴν πρὸς αὐτοὺς ὑπομνῆσαι φιλίαν [c] καὶ συγγένειαν. οἱ δὲ ὡς [d] ἦλθον εἰς τὴν Ῥώμην, παρελθόντες εἰς τὴν βουλὴν αὐτῶν, καὶ τὰ παρὰ Ἰωνάθου τοῦ ἀρχιερέως εἰπόντες, ὡς πέμψειεν αὐτοὺς [e] ἐπὶ τὴν τῆς συμμαχίας βεβαίωσιν, τῆς βουλῆς ἐπικυρωσάσης τὰ πρότερον αὐτῇ περὶ τῶν Ἰουδαίων [f] φιλίας ἐγνωσμένα, καὶ δούσης ἐπιστολὰς πρὸς ἅπαντας τοὺς βασιλεῖς τῆς Ἀσίας καὶ Εὐρώπης καὶ τῶν πόλεων ἄρχοντας αὐτοῖς κομίζειν, ὅπως [g] ἀσφαλοῦς τῆς εἰς τὴν [h] οἰκείαν κομιδῆς δι' αὐτῶν τύχωσιν, ἀναστρέφοντες εἰς τὴν Σπάρτην παρεγένοντο, καὶ τὰς ἐπιστολὰς, ἃς ἔλαβον παρὰ Ἰωνάθου, αὐτοῖς ἀπέδοσαν. τὸ δὲ ἀντίγραφον ἦν τόδε. "ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΙΩ"ΝΑΘΗΣ τοῦ ἔθνους τῶν Ἰουδαίων καὶ ἡ γερουσία καὶ τὸ κοι"νὸν [i] τῶν Ἰουδαίων, Λακεδαιμονίων ἐφόροις καὶ γερουσίᾳ "καὶ [k] δήμῳ τοῖς ἀδελφοῖς χαίρειν. Ἐρρωμένοις ὑμῖν "καὶ τὰ κοινὰ καὶ τὰ ἴδια χωρεῖν κατὰ νοῦν, οὕτως ἂν ἔχοι "ὡς βουλόμεθα· ἐρρώμεθα δὲ καὶ ἡμεῖς. [l] ἐπὶ τοῖς ἔμ"προσθεν χρόνοις [m] κομισθείσης Ὀνίᾳ, τῷ γενομένῳ ἀρ"χιερεῖ παρ' ἡμῖν, παρὰ Ἀρείου τοῦ [n] βασιλεύσαντος ὑμῶν "ἐπιστολῆς διὰ Δημοτέλους, περὶ τῆς ὑπαρχούσης ἡμῖν "πρὸς

m Τῶν Γεννησάρων] Eo modo *Hen.* Γεννησαρίτων in *cæteris.* Videsis *Cellarium* in *Geogr. Antiq.* lib. 3. c. 13. & *Relandum* in *Palæstina* S. HUDS. Aqua τοῦ Γεννησάρ· Ὕδωρ Γεννησάρ 1 Maccab. XI. v. 67. SPANH.

* *Aquis Gennesaris*,] *Id est*, lacu Genesaret.

n Ἀσὼρ πεδίον] Conf. supr. lib. 9. c. XI. §. 1. SPANH.

o Ἰωνάθην] Τὸν Ἰωνάθην *Hen.* & mox Ἰωνάθης sine articulo.

p Λοχήσοντας] Λοχέσοντας *Bosh.*

q Ληφθέντες ἀπόλωνται,] Ita *Bosh.* (*Lugd. Bat.*) & *Hen.* λειφθέντας in *Editis.*

r Ὡς περὶ πεντήκοντα τὸν ἀριθμὸν,] Sic *Bosh.* & *Hen.* ὑπέμειναν ὡς περὶ ν'. τὸν ἀριθμὸν in *Editis.*

s Ματταθίας.] Ita *MSS.* Ματθίας in *Editis.*

t Χαψαίου,] Ὁ Χαλφὶ, 1 *Macc.* c. XI. v. 70. unde forsan hic loci Χαλφαίου scribendum, ut notavit *Grotius.*

v Οἱ τολμηρῶς δὲ] Ita *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *Bosh.* οἱ deëst *cæteris.*

x Θάρσει κατέπληξαν αὐτοὺς,] Θράσει *Bosh.* (*Lugd. Bat.*) & *Hen.*

y Τῶν πολεμίων.] Τοῖς πολεμίοις *Hen.*

z Δισχιλίους τῶν ἐχθρῶν] Sic in *libris* omnibus tam *Lat.* quam *Gr.* Verum in 1 *Macc.* c. XI v. 74. τρισχιλίους habemus. unde forsan & *Josephum* ita scripsisse conjicit *Grotius.*

a Βουλόμενος τὴν γενομένην] Βουλόμενος deëst *Bosh.* agnoscitur tamen ab *Epiphanio Aliisque.*

b Τοὺς —— συγγένειαν.] Conf. *Antiq.* lib. 1. c. 15. §. 1. SPANH.

c Καὶ συγγένειαν.] Ita *Hen.* & *Bosh.* καὶ τὴν συγγένειαν in *Editis Aliisque.*

d Ἦλθον εἰς τὴν Ῥώμην,] Sic in iisdem *MSS.* & *Vet. Interpr.* εἰσῆλθον in *Editis.*

e Ἐπὶ τὴν τῆς συμμαχίας βεβαίωσιν,] Ἐπὶ τῷ τὴν συμμαχίαν βεβαιῶσαι *Hen.*

f Φιλίας ἐγνωσμένα,] Vide supr. lib. 12. c. 4. §. 10. & *Seldenum* in lib. 2. de *Synedriis*, c. 3. §. 6. & *Grotium* ad 1 *Macc.* c. 12. v. 7.

g Ἀσφαλοῦς] *Gen.* ἀσφαλείας.

h Οἰκείαν κομιδῆς] *L. B.* interserit χώραν. quod satis tuto abesse potest. HAV.

i Τῶν Ἰουδαίων] *Lugd. Bat.* ἱερέων.

k Δήμῳ τοῖς ἀδελφοῖς χαίρειν.] Καὶ δημόταις (τοῖς ἀδελφοῖς addit *L. B*) χαίρειν. Εἰ ἐρρωμένοις κ. α. τ. κ. κ. τ. ἴ. χωρεῖ *Hen.* nec aliter, ut videtur, *Vet. Interpr.*

l Ἐπὶ τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις,] Ἐπειδὴ *Hen.*

m Κομισθείσης Ὀνίᾳ, τῷ γενομένῳ ἀρχιερεῖ παρ' ἡμῖν,] Conf. supr. lib. 12. c. 4. §. 9. SPANH.

n Βασιλεύσαντος ὑμῶν] Ita *Bos.* (*L. B.*) & *Hen.* Βασιλεύοντος *Gen. Aliique.*

* Non

"πρὸς ὑμᾶς συγγενείας, ἧς ὑποτέτακται τὸ ἀντίγραφον, "τήν τε ἐπιστολὴν ἐδεξάμεθα προθύμως, καὶ τῷ Δημοτέλει καὶ τῷ Ἀρείῳ φιλοικείως διετέθημεν, [o] οὐ δεόμενοι τῆς "τοιαύτης ἀποδείξεως, διὰ τὸ ἐκ [p] τῶν ἱερῶν ἡμῶν [q] πεπεῖσθαι γραμμάτων. τὸ μὲν οὖν προκατάρχειν τῆς ἀναγνωρίσεως οὐκ ἐδοκιμάζομεν, μὴ [r] καὶ προαρπάζειν δοκῶμεν τὴν παρ' ὑμῶν [s] δεδομένην δόξαν. πολλοῦ δὲ χρόνου "διαγεγενημένου ἀπὸ τῆς ἐξ ἀρχῆς [t] ἀνανεωθείσης ἡμῖν "οἰκειότητος, ἐν ταῖς ἱεραῖς καὶ ἐπωνύμοις ἡμέραις θυσίας τῷ "Θεῷ προσφέροντες, καὶ ὑπὲρ τῆς ὑμετέρας σωτηρίας τε καὶ "νίκης αὐτὸν παρακαλοῦμεν. πολλῶν δ' ἡμᾶς πολέμων "περιστάντων διὰ τὴν τῶν γειτνιώντων πλεονεξίαν, οὔθ' "ὑμῖν οὔτ' [v] ἄλλοις τῶν προσηκόντων ἡμῖν ἐνοχλεῖν ἐκρίναμεν. καταγωνισάμενοι δὲ τοὺς [x] πολεμίους, πέμποντες "πρὸς Ῥωμαίους Νουμήνιον τὸν [y] Ἀντιόχου καὶ Ἀντίπατρον τὸν "Ἰάσονος, τῶν ἀπὸ τῆς γερουσίας ὄντων [z] παρ' ἡμῖν ἐν τιμῇ, ἐδώκαμεν αὐτοῖς καὶ πρὸς ὑμᾶς ἐπιστολάς, ὅπως "ἀνανεώσωνται τὴν πρὸς ὑμᾶς [a] ὑπάρχουσαν ἡμῖν φιλίαν. καλῶς οὖν ποιήσετε καὶ αὐτοὶ γράφοντες ἡμῖν, καὶ "περὶ ὧν ἂν δέησθε ἐπιστέλλοντες, ὡς εἰς ἅπαντα προτεθυμημένοις ὑπὲρ τῆς ὑμετέρας προαιρέσεως." [b] οἱ "μὲν οὖν Λακεδαιμόνιοι τούς τε πρεσβευτὰς φιλοφρόνως ὑπεδέξαντο, καὶ ψήφισμα ποιησάμενοι περὶ φιλίας καὶ συμμαχίας πρὸς αὐτοὺς ἀπέστειλαν.

θ'. [c] Κατὰ δὲ τὸν χρόνον τοῦτον [d] τρεῖς αἱρέσεις [e] τῶν Ἰουδαίων ἦσαν, αἳ περὶ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων διαφόρως ὑπελάμβανον. [f] ὧν ἡ μὲν Φαρισαίων ἐλέγετο, ἡ δὲ Σαδδουκαίων, ἡ τρίτη δὲ Ἐσσηνῶν. οἱ μὲν οὖν [g] Φαρισαῖοί τινα καὶ οὐ πάντα τῆς εἱμαρμένης εἶναι λέγουσιν ἔργον, τινὰ δ' [h] ἐφ' ἑαυτοῖς ὑπάρχειν, συμβαίνειν τε [i] καὶ οὐ γίνεσθαι. τὸ δὲ τῶν Ἐσσηνῶν γένος, πάντων τὴν εἱμαρμένην κυρίαν ἀποφαίνεται, καὶ μηδὲν ὃ μὴ κατ' ἐκείνης ψῆφον ἀνθρώποις ἀπαντᾷ. Σαδδουκαῖοι δὲ, τὴν μὲν εἱμαρμένην ἀναιροῦσιν, οὐδὲν εἶναι ταύτην ἀξιοῦντες, οὔτε κατ' αὐτὴν τὰ [k] ἀνθρώπινα τέλος λαμβάνειν, ἅπαντα δὲ ἐφ' ἡμῖν αὐτοῖς τίθενται, ὡς καὶ τῶν ἀγαθῶν αἰτίους ἡμᾶς [l] αὐτοὺς γινομένους, καὶ τὰ χείρω παρὰ τὴν ἡμετέραν ἀβουλίαν λαμβάνοντας. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἀκριβεστέραν [m] πεποίημαι δήλωσιν ἐν τῇ δευτέρᾳ βίβλῳ [n] τῆς Ἰουδαϊκῆς πραγματείας.

"mus & Demoteli atque Ario summam benevo-"lentiam exhibuimus; * non egentes hujusmodi "testimonio, quod nobis ea de re persuasum esset "ex sacris libris nostris. Et quidem nos non con-"sultum esse judicabamus ut recognitionis initium "primi faceremus, † ne præripere etiam videre-"mur gloriam à vobis concessam. Cum autem "multum temporis intercesserit, ex quo primum "‡ nobiscum renovata fuerit hæc necessitudo, in "sacris *tamen* festisque diebus rem sacram Deo fa-"cientes, ipsi supplicamus ut & salutem vobis im-"pertiat & victoriam. Et cum multa nos circum-"stetissent bella ex nimia in vicinis habendi cupi-"dine, noluimus *tamen* vobis aut aliis ex propin-"quis *nostris & amicis* graves esse. Nunc vero, "hostibus debellatis, cum ad Romanos miserimus "Numenium Antiochi & Antipatrum Jasonis "filium, viros ex ordine Senatorio apud nos ho-"noratos, illis etiam dedimus literas ad vos, ut mu-"tuam inter nos amicitiam renovarent. Quare "recte facietis, si vos quoque nobis rescripseritis, "atque significaveritis ecqua re *nostra* opus habea-"tis, persuasi nos in omnibus vestræ voluntati "prompte obsequuturos esse." Et quidem Lace-"dæmonii tum legatos benigne exceperunt, tum decretum de amicitia & societate factum ad illos miserunt.

Pharisæorum, Essenorum & Sadducæorum secta.

9. Sub hoc autem tempus tres erant Judæorum sectæ, quæ de rebus humanis diverse sentiebant, quarum una Pharisæorum dicebatur, altera Sadducæorum, tertia vero Essenorum. Et quidem Pharisæi dicunt, quædam *eorum quæ fiunt*, non omnia, fati esse opera, esse enim & quædam in nostra potestate, ut fiant aut non fiant. Esseni vero omnia in fati potestate esse affirmant, nec quidquam hominibus præter fati decretum accidere. At Sadducæi fatum omnino tollunt, illud nihil esse existimantes, neque ista quæ hominibus eveniunt ei accepta deberi, sed omnia etiam nostro arbitrio subjiciunt, adeo ut tum bonorum nobis ipsis auctores simus, tum mala nobismet per stultitiam nostram accersamus. Verum ista plenius & accuratius indicavi in secundo rerum Judaïcarum libro.

10. Cæ-

* *Non egentes hujusmodi testimonio*,] Non egentes hujus rei approbatione, quia per sacras nostras literas hoc esse credidimus, *Epiphan.* Jam ante hoc non ignorabamus, nimirum docti è sacris nostris scripturis, *Gelen.* Non egentes hujusmodi declaratione, quod sacræ literæ nostræ huic rei fidem fecerint. *Huetius* in *Dem. Evang.* prop. IV. §. 10. &c.

o Οὐ δεόμενοι] Vid *Seldenum* in lib. 2. *de Synedriis*, c. 3. §. 5. & *Huetium* in *Demonstr. Evangel.* prop. IV c. 8. §. 10, 11, 12.

p Τῶν ἱερῶν ἡμῶν] In quibus scilicet de *Cethura* scriptum est posteris. Nam *Dores*, quorum pars *Spartiatæ*, ex *Pelasgis*: illi vero *Pelasgi*, sive *exsules*, ex Arabiæ & Syriæ confiniis, in quibus *Abrahami* & *Cethuræ* posteri sedes fixerant. *Grotius.* Vel potius ex S. Libris (*Gen.* XI. 17, 18.) ubi dicitur *Phalegum* fuisse filium *Ebri* è quo ortus *Abrahamus.* Nam *Pelasgi*, ex quibus *Spartiatæ*, originem duxere à *Phalego*: Ideoque cognationem habuere cum *Judæis*, qui ab *Abrahamo* oriundi filio *Ebri*, cujus filius etiam *Phalegus.* Vide *Stillingfleeti* Origines Sacr. lib. 3. c. 4.

q Πεπεῖσθαι γραμμάτων.] Ita cum Cod. *Hen.* (& *Lugd. Bat.*) πεπιστεῦσθαι in *reliquis.*

r Καὶ προαρπάζειν] Illud καὶ non agnoscunt *Hen.* & *Vet. Interpr.*

† *Ne præripere etiam videremur gloriam à vobis concessam.*] Ne præripere videamur gloriam vestram, *Epiphan.* ne videremur vobis captandæ amicitiæ occasionem præripere, *Gelen.*

s Δεδομένην δόξαν.] Διδομένην *Hen.*

t Ἀνανεωθείσης ἡμῖν οἰκειότητος,] Ἀνανεωθείσης *Hen.* Est qui ἀνανεωθείσης scribendum conjicit. HUDS. Sophocl. Philoctet. v. 1270. καὶ τρὶς ἀνακαλεῖν μ' ἔπη. SPANH.

‡ *Nobiscum renovata fuerit hæc necessitudo*,] Ita cum *Gelenio*, cujus versionem firmant ista ex *Sophocle* in *Philoct.* v. 1270. *Δὶς ταῦτα βούλῃ καὶ τρὶς ἀνακαλεῖν μ' ἔπη. Bis me eundem ac ter vis iterare sermonem.* ubi notat, *Scholiastes*, ἀνακαλεῖν, τὰ αὐτὰ λέγειν, ἀπὸ τῆς ἄνωθεν ἀνακαλοῦντος τὴν προειρημένην γῆν.

v Ἄλλοις τῶν προσηκόντων ἡμῖν] Ita *Hen.* ut & mox (cum *Lugd. Bat.*) ἡμῖν. quo modo legisse visus est *Epiphan.* ὑμῖν & ὑμῖν in *cæteris.*

x Πολεμίους,] Iterum cum *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *Vet. Interpr.* πολεμίους in *reliquis.*

y Ἀντιόχου] Ita ex *Epiphanii* libris, & 1 *Macc.* c. 12. v. 16. in *Græcis Flavii* Ἀντιμάχου.

z Παρ' ἡμῖν ἐν τιμῇ,] Ista παρ' ἡμῖν è Cod. *Hen* (*Lugd. Bat.*) *Vet. Interpr.* desunt in *Editis Aliisque.*

a Ὑπάρχουσαν ἡμῖν φιλίαν.] Ita *Hen.* ὑπάρχουσαν abest *cæteris.*

b Οἱ μὲν οὖν Λακεδαιμόνιοι] Οἱ δὲ Λακ. *Hen.* & *Busb.* & forsan *Epiphan.*

c Κατὰ δὲ τὸν χρόνον τοῦτον] Annos circiter viginti post Hasidæos exstinctos [de quibus vide *Scaligerum* contra *Serrarium* c. 22.] ut dicit *Jac. Cappellus* ad *A. M.* 3891.

d Τρεῖς αἱρέσεις,] De tribus istis Sectis vide lib 2. ἁλώσεως, ut & *Scholtetum* in *Exercit. Evangel.* l. 1. c. 20. & *Bullum* in *Harmon. Apostol. Dissert. poster.* c. XV.

e Τῶν Ἰουδαίων ἦσαν,] Τοῖς Ἰουδαίοις *Busb.*

f Ὧν ἡ μὲν —— Ἐσσηνῶν.] Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 5. §. 1. item inf. lib. 17. c. 15. §. 2. SPANH.

g Φαρισαῖοί τινα] Φαρισαῖοι λέγουσί τινα καὶ οὐ π. τ. εἱ. ἔργον εἶναι *Hen.* τῆς εἱμαρμένης λέγουσιν εἶναι, τινὰ &c *Busb.*

h Ἐφ' ἑαυτοῖς ὑπάρχειν,] Cum l. 18. c. 2. dicat, πράττεσθαι εἱμαρμένῃ τὰ πάντα ἀξιοῦσι, & l. 2. de *Bello Jud.* c. 12. εἱμαρμένῃ τε καὶ Θεῷ προσάπτουσι πάντα, illa καὶ οὐ è margine in textum irrepsisse suspicatur *S. Petitus*, (Tom. 3. *Animadv. ineditor.* p. 546.) & quidem corrupta, ex hisce, τί; καὶ οὐ; *quid? etiam & non?* quæ studiosus aliquis oræ libri adscripserat, existimans *Josephum* modo affirmare modo negare, omnia fato regi atque temperari. At *Casaubonus*, in *Exercit.* 1. contra *Baronium*, ab inconstantia liberat *Josephum*, docens Pharisæos, mediam inter Essenos & Sadducæos viam ingressos, ita fato tribuisse omnia, ut hominum liberum arbitrium non tollerent. Ἐφ' ἑαυτοῖς αὐτοῖς *Hen.* & *Busb.*

i Καὶ οὐ γίνεσθαι.] Cl. *Lowthius* mallet ἢ οὐ γ. *Lugd. Bat.* καὶ μὴ γ.

k Ἀνθρώπινα τέλος λαμβάνειν] Ἀνθρώπινα *Busb.* & *Hen.*

l Αὐτοὺς] Αὐτοὺς pro αὐτοῖς rescripsi è Cod. *Hen.*

m Πεποίημαι —— πραγματείας.] Vid. ἁλωσ. lib. 2. c. 8. §. 2. SPANH.

n Τῆς Ἰουδαϊκῆς πραγματείας.] Justusne פרגמטיא librorum de bello titulus? Ἰουδαϊκῆς πραγματείας. REL.

Demetrii milites, cum Jonatha dimicare non ausi, fugiunt. 1 Maccab. c. 12.

10. Cæterum Demetrii duces, cladem acceptam resarcire cupientes, pluribus quam antea copiis coactis, contra Jonatham eas eduxerunt. Ille vero, audito eorum adventu, repente illis obviam processit in regionem Amathitim. cessando enim noluit spatium illis dare irruptionem faciendi in Judæam. atque ubi ad quinquaginta stadia ab hostibus consedisset, mittit qui castra illorum explorarent & *perspicerent* quo modo ea se haberent. Cum autem speculatores ei omnia nunciassent, & aliquos noctu comprehendissent, qui *ei* indicabant hostibus in animo esse eum aggredi; hoc præcognito securitati suæ prospexit, & procubias extra castra habendo, & faciendo ut milites sui omnes tota nocte in armis vigilarent, imperandoque ut animo essent forti, atque ita mente affecti, ut etiam nocte si opus fuerit pugnaturi, * ne illis fraudi sit *callidum* eorum consilium. Demetrii vero duces, ubi audiverunt Jonatham *rem* intellexisse, non amplius animis valebant, sed *territi* erant & perturbati, quod in re ipsa deprehensi essent ab hostibus; nullaque illis superesset spes alio modo vincendi, postquam insidiæ male adeo ceciderant: nam si aperto Marte certaminis aleam subirent, se Jonathæ nequaquam pares fore credebant. Fugam igitur meditati sunt, & multis *per castra* ignibus incensis, ut hostes his visis ipsos arbitrarentur *illic* manere, *clam* discesserunt. Jonathas autem, cum prima luce sese illorum castris admovisset, eaque deserta esse deprehendisset, cognito hostes aufugisse, illos insequebatur: non tamen eos assequutus est. jam enim fluvium Eleutherum trangressi, in tuto erant. Tum *Jonathas*, converso illinc in Arabiam itinere, fusisque Nabatæis, & multa præda abacta captivisque abductis, Damascum profectus, illic omnia vendidit. Sub idem autem tempus Simon ejus frater, Judæa omni peragrata & Palæstina usque ad Ascalonem, castella munivit: cumque ea & ædificiis & custodiis firmasset, Joppen se contulit, eaque occupata validum ei præsidium imposuit. audiverat enim Joppenses *magnopere* velle Demetrii militibus urbem tradere.

Nabatæi fusi. 1 Maccab. c. 12.

Jonathas Hierosolyma & Judæam communit. 1 Maccab. c. 12.

11. Itaque cum has res *gessissent* & ordinassent Jonathas & Simon, Hierosolyma reversi sunt. atque Jonathas, populo universo in templum convocato, cum eis statuit Hierosolymorum mœnia instaurare, & templi septum, quod dirutum erat, reficere, locaque circumcirca turribus præaltis munire. ad hæc, muro etiam per mediam urbem ducto, præsidiarios in arce foro excludere, eosque hoc modo commeatuum copia prohibere: ac præterea castella per regionem, multo quam ante validiora, facere. Cum autem hæc sententia etiam populo visa fuisset se recte habere, ille quidem urbem mœnibus & ædificiis excolebat, Simonem vero in regionem dimisit ut eam operibus firmaret. Cæterum Demetrius flumine trajecto Mesopotamiam pervenit, eo animo ut hanc simul &

χαλάσαι δι' αὐτὴν, ἀλλὰ [g] πολὺ πλεῖον ὀργῆς χρώμενον ἑλεῖν σπουδάσαι τὸ χωρίον, καὶ τὸν ἐχθρὸν [h] ὑπ' αὐτῷ ποιήσοντα τιμωρῆσαι τοὺς φιλτάτους. [i] ἡδὺν γὰρ αὐτῇ τὸν μετ' αἰκίας εἶναι θάνατον, εἰ δίκην ὑπόσχοι τῆς εἰς αὐτοὺς παρανομίας ὁ ταῦτα ποιῶν πολέμιος. τὸν δ' Ὑρκανὸν, ταῦτα μὲν λεγούσης τῆς μητρὸς, ὁρμή τις ἐλάμβανε πρὸς τὴν αἵρεσιν τοῦ φρουρίου. ὁπότε δ' αὐτὴν τυπτομένην ἴδοι καὶ σπαραττομένην, ἐξελύετο, καὶ τῆς ἐπὶ τοῖς εἰς τὴν μητέρα πραττομένοις συμπαθείας ἥττων [k] ἐγίνετο. ἑλκομένης δ' οὕτως εἰς χρόνον τῆς πολιορκίας ἐνίσταται τὸ ἔτος ἐκεῖνο, [l] καθ' ὃ συμβαίνει [m] τοῖς Ἰουδαίοις ἀργεῖν. [n] καὶ γὰρ ἑπτὰ ἔτη τοῦτο παρατηροῦσιν, ὡς ἐν ταῖς ἐν ἑβδομάσιν ἡμέραις. καὶ Πτολεμαῖος, ὑπὸ ταύτης ἀνεθεὶς τῆς αἰτίας τοῦ πολέμου, ἀποκτείνει τοὺς ἀδελφοὺς τοῦ Ὑρκανοῦ καὶ τὴν μητέρα· καὶ τοῦτο δράσας πρὸς Ζήνωνα φεύγει, τὸν ἐπικληθέντα Κοτυλᾶν, τυραννοῦντα τῆς [o] Φιλαδελφέων πόλεως.

β. [p] Ἀντίοχος δὲ, χαλεπῶς ἔχων ἐφ' οἷς ὑπὸ Σίμωνος ἔπαθεν, εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἐνέβαλε, [q] τετάρτῳ μὲν ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ, πρώτῳ δὲ τῆς Ὑρκανοῦ ἀρχῆς, [r] Ὀλυμπιάδος ἑκατοστῇ καὶ ἑξηκοστῇ καὶ δευτέρᾳ· δῃώσας δὲ τὴν χώραν, τὸν Ὑρκανὸν εἰς αὐτὴν ἐνέκλεισε τὴν πόλιν. ἣν ἑπτὰ στρατοπέδοις περιλαβὼν, ἤνυε μὲν οὐδὲν ὅλως τὸ πρῶτον, διά τε τὴν τῶν τειχῶν ὀχυρότητα, καὶ δι' ἀρετὴν τῶν [s] ἔνδον πολιορκουμένων, [t] ἔτι γε μὴν ὕδατος ἀπορίαν, ἧς αὐτοὺς ἀπέλυσεν ὄμβρος καταρραγεὶς πολὺς δυομένης πλειάδος. κατὰ δὲ τὸ [v] βόρειον μέρος τοῦ τείχους, καθ' ὃ συνέβαινεν αὐτὸ καὶ ἐπίπεδον εἶναι, πύργους ἀναστήσας ἑκατὸν [x] τριωρόφους, ἀνεβίβασεν ἐπ' αὐτοὺς στρατιωτικὰ τάγματα. καὶ προσβολὰς ὁσημέραι ποιούμενος, τάφρον τε βαθεῖαν καὶ πολλὴν τὸ εὖρος καὶ [y] διπλῆν [z] τεμόμενος, [a] ἀπετείχισε τοὺς ἐνοικοῦντας. οἱ δὲ, πολλὰς ἐκδρομὰς ἀντεπινοοῦντες, εἰ μὲν ἀφυλάκτοις που προσπέσοιεν τοῖς πολεμίοις, πολλὰ ἔδρων αὐτοὺς, [b] αἰσθομένοις δὲ, ἀνεχώρουν [c] εὐχερῶς. ἐπεὶ δὲ βλαβερὰν κατενόησεν Ὑρκανὸς τὴν πολυανθρωπίαν, ἀναλισκομένων τε τῶν ἐπιτηδείων τάχιον ὑπ' αὐτῆς, καὶ μηδενὸς οἷον εἰκὸς [d] ἐκ πολυχειρίας ἔργου γινομένου, τὸ μὲν ἀχρεῖον αὐτῆς ἀποκρίνας ἐξέβαλεν, ὅσον δ' ἦν ἀκμαῖον καὶ μάχιμον τοῦτο μόνον κατέσχεν. Ἀντίοχος μὲν οὖν τοὺς ἀποκλεισθέντας ἐξελθεῖν ἐκώλυεν· οἱ δὲ, ἐν τοῖς μεταξὺ τείχεσι πλανώμενοι καὶ προσαναλισκόμενοι [e] τῷ λιμῷ, ἀπ-

sua causa remollesceret, quin eo majori indignatione commotus operibus instaret, ad locum expugnandum & hostem in potestatem suam redigendum, ut sibi charissimos ulcisceretur. Ipsi enim suave esse cum cruciatibus necari, dummodo pœnas scelerum in ipsos editorum luat hostis eorum auctor. Hæc dicente matre, Hyrcanus ad munitionem capiendam fortius animabatur. Sed cum primum eam verberari lacerarique videret, *mox* elanguescebat, vincente misericordia, ex malis matri illatis orta. Ita durante diutius obsidione, annus ille instat, in quo Judæis ociari mos est. nam per *singulos* annos septenos hoc ipsum observant, sicuti septimo quoque die. Et Ptolemæus, hac de causa levatus bello, Hyrcani fratres & matrem interficit: eoque facto ad Zenonem se recipit, cognomento Cotylam, Philadelphensium urbis tyrannum.

Annus Jubilæus.

Ptolemæus fuga dilabitur ad Zenonem.

2. Antiochus vero, Simonis adversum se facta ægre ferens, Judæam invasit anno regni sui quarto, principatus vero Hyrcani primo, Olympiade centesima sexagesima secunda: vastatisque agris Hyrcanum in urbem ipsam compulit. quam cum septenis castris cinxisset, principio quidem nihil omnino proficiebat, tum propter murorum firmitatem, tum propter obsessorum virtutem, accedente etiam aquæ penuria; qua *tamen* eos liberavit delatus sub occasum vergiliarum multus imber. A parte autem muri septentrionali, qua ex parte etiam locus erat planus, excitatis centum turribus trinûm contabulationum, cohortes militares in eis collocavit. Cumque quotidie impressionem *in mœnia* fecisset, atque altam & valde latam fossam duxisset, eamque duplicem, incolas conclusit. Illi vero, multis viis excogitatis, quibus excursiones facerent, sicubi hostes imparatos offenderent, magnas eis clades inferebant, sin sentirent, facile se in tutum recipiebant. Hyrcanus vero, postquam animadvertit suorum multitudinem sibi detrimento esse, propterea quod & necessaria *ad victum* ab eis celerius absumerentur, & verisimile esset nihil à multis manibus quod sit operæpretium fieri, inutilem turbam secrevit & ejecit; quodque roboris erat & ad pugnandum idoneum, id solum retinuit. Et quidem Antiochus exclusos prohibet exitu: illi vero, * inter muros oberrantes & fame confecti,

XVI.
Antiochus Demetrii frater oppugnat Hierosolyma.

g Πολὺ πλεῖον ὀργῆς] Sic *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *Bosb.* πολλῇ πλείονι ὀργῇ in *Editis*.

h Ὑπ' αὐτῷ ποιήσοντα τιμωρῆσαι] Ὑφ' ἑαυτῷ *Bosb.*

i Ἡδὺν γὰρ αὐτῇ τὸν μετ' αἰκίας εἶναι θάνατον,] Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 2. § 4. SPANH.

k Ἐγίνετο.] Ἐγένετο *Hen.*

l Καθ' ὃ συμβαίνει τοῖς Ἰουδαίοις ἀργεῖν.] Hic *Josephum* erroris arguit *Salianus* (ad *A. M.* 3919.) recteque monet, anno Sabbatico belli administrationem, aut obsidionem urbium, aut propugnationem, nusquam in lege Judæis fuisse prohibitam. Cui & nos hoc addimus: præsentem quidem annum revera fuisse Sabbaticum, non tamen post, sed quatuor mensibus ante Simonis cædem illum cœpisse. *Usserius* ad *A. M.* 3869. Verum hoc tantum voluisse videatur, obsidionem esse solutam propter annum Sabbaticum, ne commeatus exercitui deesset, ob incultos agros. HUDS. Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 2. §. 4. SPANH.

m Τοῖς Ἰουδαίοις ἀργεῖν.] Τοῖς Ἰουδαίοις *Hen.* & *Bosb.*

n Καὶ —— ἡμέραις.] Hoc de soluta obsidione annô Sabbaticô refellit è 1 Maccab. c. xv. 10. Petav. de D. Temp. lib. 11. p. 154. SPANH.

o Φιλαδελφέων] Φιλαδελφηνῶν infra lib. 20. c. 1. §. 1. SPANH.

p Ἀντίοχος —— ἔπαθεν] In Arabicis additis Maccabæorum libris in Polyglot. Anglic. c. xxi. & ἁλωσ. lib. 1. c. 2. §. 4. πολιορκεῖ τὸν Ὑρκανὸν στρατοπεδευσάμενος τοῖς Ἱεροσολύμοις. SPANH.

q Τετάρτῳ μὲν ἔτει] Anno Antiochi quarto desinente (inquit *Usserius*) Hyrcani primo ineunte.

r Ὀλυμπιάδος ἑκατοστῇ καὶ ἑξηκοστῇ καὶ δευτέρᾳ·] Ita in *Editis* *Aliisque*. Ὀλυμπιάδι ἑκατοστῇ καὶ ἑξηκοστῇ δευτέρᾳ *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *Bosb.* Certe hic (inquit *Scalig.* in *Animad.* ad *Euseb.* p. 134, 135.) dormitabat *Josephus*. nam mendum in codice non esse ex *Epiphanio* colligimus. itaque mendum est in Olympiade, si non in annis Sideræ & Hyrcani. Ὀλυμπιάδος ρ'. καὶ ξα'. τῷ β'. *Jac. Cappellus* ad *A. M.* 3865. Ὀλυμπιάδος ρ'. καὶ ξ'. καὶ α' β'. olim scriptum fuisse existimat *S. Petitus*, (in *Eclog. Chron.* p. 23.) id est, Olymp. centesimæ sexagesimæ primæ β'. ἔτει, *scilicet* anno secundo. imperitos autem librarios in errorem induxit repetitus digitalis numerus, quare τὸ α'. expunxerunt. Ὀλυμπιάδος ρ' καὶ ξα' ἔτει β'. etiam scribendum contendit *Is. Vossius* in *Chron. S.* c. 12. p. 154.

s Ἔνδον πολιορκουμένων,] Ita etiam legisse & distinxisse videtur *Epiphan.* ἐμπολιορκουμένων. ἔτι γε μὴν ὕδατος ἀπορίαν, ἐκ αὐτοὺς ἀπ. in *Editis*. ἐμπολιορκουμένων. ἔτι γε μὴν ἀπορίᾳ, αὐτοὺς *Hen.* Quod si mavis, verte. *Adde quod aquæ penuria eos liberavit* &c. ἀπορίαν, ἣ τῆς ἐνδείας αὐτοὺς ἀπέλυσεν &c. *Bosb.* καὶ ὕδατος ἀπορίας, ἐξ ἧς ὀμβρίας ἀπηλλάγησαν *Zonar.* HUDS. Ita restitui ex *Lugd. Bat.* pro ἐμπολιορκουμένων, quod alii omnes habent. HAV.

t Ἔτι γε μὴν ὕδατος ἀπορίαν,] Ita etiam *Lugd. Bat.* & verti potest: *quantum enim ad aquæ penuriam, eam exemit iis* &c. Dubium vero est, utrum ista aquæ penuria obsessi, an obsidentes (ut ego puto) pressi fuerint. HAV.

v Βόρειον μέρος τοῦ τείχους,] Sic *MSS.* & *Zonaras*. βόρρειον perperam in *Editis*.

x Τριωρόφους.] Ita *MSS.* *Al.* τριωρόφων. *Gen.* τριωρόφους. HUDS. F. τριωρόφους· sic τριώροφα LXX. Gen. vi. *Hesych.* τριώροφα τρίστεγα· *Rufinus* verò hic turres &c. numero centum tres, rectè quoque &c. Editio *Basil.* quam postea inspexi itidem, ut emendarem, τριωρόφους. SPANH.

y Διπλῆν] Διὰ πλάτους solus *Hen.*

z Τεμόμενος,] Θέμενος *Hen.* & *Bosb.*

a Ἀπετείχισε τοὺς ἐνοικοῦντας.] Ita *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *Bosb.* ἀπετείχισε in *Editis*.

b Αἰσθομένοις δὲ,] Ita scribendum esse existimo. αἰσθομένους in libris omnibus quod ferri nequit, nisi suppleatur καταλαβόντες, aut simile verbum. HUDS. Forte αἰσθομένων COCC.

c Εὐχερῶς.] Εὐμαρῶς *Hen.* & *Vet. Int.*

d Ἐκ πολυχειρίας,] Forte ἐν πολυχειρίᾳ. COCC.

* *Inter muros oberrantes & fame confecti,*] *Al.* circa pomœria.

e Τῷ λιμῷ,] Τοῖς βαρύνοις *Hen.* & *Vet. Int.*

f Ex-

cti, miserabiliter perierunt. Sed ubi umbraculorum festum instaret, qui erant in urbe, eos, miseratione commoti, rursum intro receperunt. Cumque Hyrcanus misisset ad Antiochum & petiisset inducias in septem dies propter festum, ille, pietati in Deum cedens, eas paciscitur, ac præterea magnificum sacrificium intromisit, tauros auratis cornibus, &, cum omni genere aromatum, pocula aurea & argentea. Et quidem sacrificium à ferentibus acceperunt qui ad portas erant, & in templum adduxerunt. Antiochus vero exercitum convivio excipiebat, multum dissimilis Antiocho Epiphani, qui capta urbe sues super altari mactabat, & jure carnium earum ædem aspergebat, violatis Judæorum legibus patriaque eorum pietate: quibus rebus fiebat, ut gens illa in bellum exarserit & nunquam in gratiam cum eo redierit. Hunc autem Antiochum propter singularem ejus religionem omnes Pium nuncuparunt.

Antiochi pietas: ex qua cognomen adeptus est.

Antiochi Epiphanis flagitia.

3. Quamobrem Hyrcanus, ejus æquitate approbata, cognitoque ejus erga Deum studio, legatos misit ad eum, petitum ut ipsis concederet ex patriis legibus & institutis vivere. Atque ille, cum repudiasset eorum consilium qui gentem utpote nullam cum aliis vitæ consuetudinem habentem, delendam suadebant, hac de re non deliberabat: sed illud sibi persuadens ut ex pietate omnia faceret, legatis respondit, ut obsessi arma traderent, & sibi Joppes reliquarumque urbium, circa Judæam, vectigalia penderent, ac præterea præsidium acciperent, atque hac conditione bello liberarentur. Atque illi quidem in cætera consentiebant, præsidium vero non admittebant, propter insociabilitatem suam, ut qui cum aliis vitæ commercium non haberent. Verum pro præsidio obsides dabant, atque argenti talenta quingenta, quorum trecenta in præsentia dederunt, etiam cum Antiocho regi placuisset obsides accipere, quos inter erat & Hyrcani frater. Atqui vero * murorum urbis pinnas dejecit. Et his quidem factis, Antiochus soluta obsidione discessit.

Hyrcanus immunitatem petit ab Antiocho Pio.

Antiochus, acceptis obsidibus & talentis ccc. init cum Hyrcano societatem.

4. Hyrcanus vero aperto sepulchro Davidis, qui divitiis reges omnes anteibat, tria millia talentorum argenti inde extulit: & his opibus fretus Judæorum primus cœpit externum militem alere. Iniit & cum Antiocho amicitiam & societatem: eoque in urbem accepto, omnia exercitui abunde & † magnifice subministravit. Cumque ille in Parthos expeditionem faceret, cum comitatus est Hyrcanus. De his vero testimonium nobis perhibet Nicolaus Damascenus, ista narrans. "At Antiochus, erecto trophæo ad Lycum fluvium, cum Indatem Parthorum ducem superasset, illic per biduum substitit, ad preces Hyrcani Judæi, quod forte inciderat patrium quoddam festum, in quo Judæis non licebat iter facere." Et hæc quidem dicendo non fallitur habetur. nam instabat Pentecoste post Sabbatum: atque nobis non licet

Hyrcanus aperit sepulchrum Davidis.

Comitatur Antiochum in expeditione contra Parthos.

Nicolaus Damascenus.

θρησκον εἶναί φασι. [f] Ἐπιστάσης γε μὴν τῆς σκηνοπηγίας ἑορτῆς, ἐλεοῦντες αὐτοὺς οἱ ἐντὸς, πάλιν εἰσεδέξαντο. πέμψαντος δὲ Ὑρκανοῦ πρὸς Ἀντίοχον, καὶ σπονδὰς ἡμερῶν ἑπτὰ διὰ τὴν ἑορτὴν ἀξιώσαντος γενέσθαι, [g] τῇ πρὸς τὸ θεῖον εὐσεβείᾳ εἴξας συνέθετο, καὶ προσέτι θυσίαν εἰσέπεμψε μεγαλοπρεπῆ, ταύρους [h] χρυσοκεράτας, [i] καὶ μετὰ παντοίων ἀρωμάτων, ἐκπώματα χρυσᾶ τε καὶ ἀργυρᾶ. καὶ τὴν μὲν θυσίαν δεξάμενοι παρὰ τῶν κομιζόντων, οἱ πρὸς ταῖς πύλαις ὄντες, ἄγουσιν εἰς τὸ ἱερόν. Ἀντίοχος δὲ τὴν στρατιὰν εἱστία, πλεῖστον Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφανοῦς διενέγκας, ὃς τὴν πόλιν ἑλὼν, ὗς μὲν κατέθυεν ἐπὶ τὸν βωμὸν, τὸν ναὸν δὲ τῷ ζωμῷ τούτων περιέρραινε, συγχέας τὰ Ἰουδαίων νόμιμα καὶ τὴν πάτριον αὐτῶν εὐσέβειαν· ἐφ' οἷς ἐξεπολεμώθη τὸ ἔθνος, καὶ ἀκαταλλάκτως εἶχε. τοῦτον μέντοι τὸν Ἀντίοχον δι' ὑπερβολὴν τῆς θρησκείας Εὐσεβῆ πάντες ἐκάλεσαν.

γ'. Ἀποδεξάμενος δὲ αὐτοῦ τὴν ἐπιείκειαν Ὑρκανὸς, καὶ μαθὼν τὴν περὶ τὸ θεῖον σπουδὴν, ἐπρεσβεύσατο πρὸς αὐτὸν, ἀξιῶν τὴν πάτριον αὐτοῖς πολιτείαν ἀποδοῦναι. ὁ δὲ, ἀπωσάμενος [k] τὴν συμβουλὴν τῶν [l] παραινούντων ἐξελεῖν τὸ ἔθνος διὰ τὴν πρὸς [m] ἄλλους αὐτῶν τῆς διαίτης ἀμιξίαν, οὐκ ἐφρόντιζε· [n] πεπεισμένος δὲ κατ' εὐσέβειαν πάντα ποιεῖν, τοῖς πρεσβευταῖς ἀπεκρίνατο, παραδοῦναι μὲν τὰ ὅπλα τοὺς [o] πολιορκουμένους, καὶ δασμὸν αὐτῷ τελεῖν Ἰόππης, καὶ τῶν ἄλλων [p] πόλεων, τῶν πέριξ τῆς Ἰουδαίας, φρουράν τε δεξαμένους ἐπὶ τούτοις ἀπηλλάχθαι τοῦ πολέμου. οἱ δὲ τἄλλα μὲν [q] ὑπέμενον, τὴν δὲ φρουρὰν οὐχ ὡμολόγουν, διὰ τὴν ἀμιξίαν [r] οὐκ ἐπιμισγόμενοι πρὸς ἄλλους. ἀντὶ μέντοι γε τῆς φρουρᾶς ὁμήρους ἐδίδοσαν καὶ τάλαντα ἀργυρίου πεντακόσια· ὧν εὐθὺς τὰ τριακόσια, καὶ τοὺς ὁμήρους προσδεξαμένου [s] Ἀντιόχου τοῦ βασιλέως, ἔδοσαν, ἐν οἷς ἦν καὶ Ὑρκανοῦ ἀδελφός. καθεῖλε δὲ καὶ τὴν στεφάνην τῆς πόλεως. ἐπὶ τούτοις μὲν οὖν Ἀντίοχος, τὴν πολιορκίαν λύσας, ἀνεχώρησεν.

δ'. Ὑρκανὸς δὲ [t] τὸν Δαυίδου τάφον ἀνοίξας, ὃς πλούτῳ τοὺς πώποτε βασιλεῖς ὑπερέβαλλε, τρισχίλια μὲν [v] ἀργυρίου τάλαντα ἐξεκόμισεν. ὁρμώμενος δὲ [x] ὑπὸ τούτων [y] πρῶτος Ἰουδαίων ξενοτροφεῖν ἤρξατο. γίνεται δὲ αὐτῷ καὶ πρὸς Ἀντίοχον φιλία καὶ συμμαχία· καὶ δεξάμενος αὐτὸν εἰς τὴν πόλιν, ἀφθόνως πάντα τῇ στρατιᾷ καὶ φιλοτίμως παρέσχε. καὶ ποιουμένῳ τὴν ἐπὶ Πάρθους αὐτῷ στρατείαν συνεξώρμησεν Ὑρκανός. μάρτυς δὲ τούτων ἡμῖν ἐστι καὶ Νικόλαος ὁ Δαμασκηνὸς, οὕτως ἱστορῶν. "τρόπαιον δὲ στήσας Ἀντίοχος ἐπὶ τῷ Λύκῳ ποταμῷ, νικήσας [z] Ἰνδάτην τὸν Πάρθων στρατηγὸν, αὐτόθι ἔμεινεν ἡμέρας δύο· δεηθέντος Ὑρκανοῦ τοῦ Ἰουδαίου διά τινα ἑορτὴν πάτριον, ἐν ᾗ τοῖς Ἰουδαίοις οὐκ ἦν νόμιμον ἐξοδεύειν." καὶ ταῦτα μὲν οὐ ψεύδεται λέγων. ἐνέστη γὰρ ἡ Πεντηκοστὴ ἑορτὴ μετὰ τὸ Σάββατον· [a] οὐκ ἔστιν δὲ

f Ἐπιστάσης —— εἰσεδέξαντο.] Eadem in *Arab.* SPANH.

g Τῇ πρὸς τὸ θεῖον εὐσεβείᾳ εἴξας συνέθετο,] Τῇ πρὸς τὸ θεῖον αἰδοῖ εἴκων, ἴσα συνθέσθαι, καὶ π. *Busb.* Ut & Margo *Lugd. Bat.*

h Χρυσοκεράτας,] Mos boum mactandorum cornua deaurandi ex Poetis & Historicis notus.

i Καὶ, μετὰ παντοίων ἀρωμάτων,] Καὶ μετὰ π. *Hen.* & *Vet. Interpr.*

k Τὴν συμβουλὴν] Τὴν ἐπιβουλὴν *Hen.* *pessimum consilium* in versione *Epiphanii.*

l Παραινούντων] Παρορμώντων *Hen.* Hac de re videsis *Diodorum Siculum* in *Excerptis* (apud *Photium*) ex libro xxxiv

m Ἄλλους αὐτῶν] Ita, ut mox infra hac §. è Cod. *Busb.* legere placuit.

n Πεπεισμένος] Ita *Hen. Busb.* & *Vet. Interpr.* πεπεισμένος in Editis *Aliisque*

o Πολιορκουμένους,] Vocem λέγων post πολιορκουμένους adjicit *Busb.*

p Πόλεων, τῶν πέριξ] Ita *Hen. Lugd. Bat.* & *Epiphan.* πόλεων, πέριξ τῆς Ἰουδ. in *Editis Aliisque.* ἐκτὸς τῆς Ἰουδαίας *Zonar.*

q Ὑπέμενον,] Iterum cum *Busb.* (*Lugd. Bat.*) & *Hen.* ὑπέμενον in *Editis.*

r Οὐκ ἐπιμισγόμενοι πρὸς ἄλλους.] Ἐπιμισγόμενοι *Busb.* & *Hen.*

s Ἀντιόχου τοῦ βασιλέως,] Ἀντιόχου insertum dedimus ex *Hen.* & *Vet. Interp.*

* *Murorum urbis pinnas dejecit.*] *Al.* loricam urbis.

t Τὸν Δαυίδου τάφον ἀνοίξας,] Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 2. §. 5. SPANH.

v Ἀργυρίου τάλαντα ἐξεκόμισεν·] Sic *Hen. Busb. Vat. Epiphan.* & *Zonar.* ἀργυρίου deest *Editis.*

x Ὑπὸ τούτων] Ἐπὶ τούτων solus *Hen.* HUDS. Forte διὰ τούτων. COCC.

y Πρῶτος Ἰουδαίων ξενοτροφεῖν ἤρξατο.] Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 2. §. 5. SPANH.

† *Magnifice subministravit.*] *Al.* cupide.

z Ἰνδάτην] In Chronico Eusebii est Σινδὰν τινα στρατηγὸν p. 71. REL.

a Οὐκ ἔστιν δὲ ἡμῖν] Οὐκ ἔξεστι δ' ἡμῖν *Hen.* & *Lugd. Bat.*

b Σάβ-

ἡ ἡμῖν οὔτε ἐν τοῖς [b] Σάββασιν οὔτε ἐν τῇ ἑορτῇ ὁδεύειν. [c] συμβαλὼν δὲ Ἀντίοχος Ἀρσάκῃ τῷ Πάρθῳ, πολλήν τε [d] τῆς στρατιᾶς ἀπέβαλε, καὶ αὐτὸς [e] ἀπόλλυται. τὴν δὲ τῶν Σύρων βασιλείαν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ διαδέχεται Δημήτριος, Ἀρσάκου αὐτὸν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας ἀπολύσαντος, καθ' ὃν χρόνον Ἀντίοχος εἰς τὴν [f] Παρθυηνὴν ἐνέβαλεν, ὡς καὶ πρότερον [g] ἐν ἄλλοις δεδήλωται.

aut Sabbato aut festo *patrio* iter suscipere. Antiochus autem, commisso prælio cum Arsace Partho, & magnam exercitus sui partem amisit, & ipse mortuus est. Ei vero in regnum Syriæ successit ejus frater Demetrius, per Arsacem liberatus à captivitate, quo tempore Antiochus in Parthorum regionem impressionem fecerat, ut alibi jam ante dictum est.

Antiochus in prælio cadit.

ΚΕΦ. θ'.

Ὡς μετὰ τὸν Ἀντιόχου θάνατον Ὑρκανὸς στρατεύεται ἐπὶ Συρίαν, καὶ φιλίαν ποιεῖται πρὸς Ῥωμαίους. περὶ τῆς τελευτῆς Δημητρίου βασιλέως καὶ Ἀλεξάνδρου.

CAP. IX.

XVII.

Quomodo, post Antiochi mortem, Hyrcanus expeditionem facit in Syriam, & amicitiam init cum Romanis. De obitu Demetrii regis & Alexandri.

Ὑρκανὸς δὲ, ἀκούσας τὸν Ἀντιόχου θάνατον, εὐθὺς ἐπὶ τὰς ἐν Συρίᾳ πόλεις ἐξεστράτευσεν, οἰόμενος αὐτὰς [h] εὑρήσειν, ὅπερ ἦν, ἐρήμους τῶν μαχίμων καὶ ῥύεσθαι δυναμένων. [i] Μήδαβαν μὲν οὖν, πολλὰ τῆς στρατιᾶς αὐτοῦ ταλαιπωρηθείσης, ἕκτῳ μηνὶ εἷλεν· ἔπειτα καὶ [k] Σαμεγὰν, καὶ τὰ πλησίον [l] αὐτῆς αἱρεῖ, Σίκιμά τε πρὸς τούτοις καὶ Γαριζεὶν, τό τε Χουθαίων γένος, ὅπερ ᾤκει τὸν εἰκασθέντα τῷ ἐν Ἱεροσολύμοις ἱερῷ ναὸν, ὃν Ἀλέξανδρος ἐπέτρεψεν οἰκοδομῆσαι Σαναβαλλέτῃ τῷ στρατηγῷ, διὰ τὸν γαμβρὸν [m] Μανασσῆν τὸν Ἰαδδοῦ τοῦ ἀρχιερέως ἀδελφὸν, [n] ὡς καὶ [o] πρότερον δεδηλώκαμεν. συνέβη δὲ τὸν ναὸν τοῦτον ἔρημον γενέσθαι μετὰ ἔτη διακόσια. Ὑρκανὸς δὲ καὶ τῆς Ἰδουμαίας αἱρεῖ πόλεις [p] Ἄδωρα, καὶ [q] Μάρισαν· καὶ, ἅπαντας τοὺς Ἰδουμαίους ὑποχειρίους ποιησάμενος, ἐπέτρεψεν αὐτοῖς μένειν ἐν τῇ χώρᾳ, εἰ [r] περιτέμνοιντό τε τὰ αἰδοῖα καὶ τοῖς [s] Ἰουδαίων νόμοις χρῆσθαι θέλοιεν. οἱ δὲ πόθῳ τῆς πατρίου γῆς καὶ [t] τὴν περιτομὴν καὶ τὴν ἄλλην τοῦ βίου δίαιταν ὑπέμειναν τὴν αὐτὴν Ἰουδαίοις ποιήσασθαι. [v] κἀκεῖνος αὐτοῖς χρόνος ὑπῆρχεν, ὥστε εἶναι τὸ λοιπὸν Ἰουδαίους.

Cæterum Hyrcanus, audita Antiochi morte, confestim in urbes Syriæ expeditionem suscipit: ratus (id quod erat) inventurum vacuas à propugnatoribus & defensoribus. Et quidem Medabam magno cum exercitus sui labore sexto *demum* mense cepit: deinde Samegam & finitima loca capit; itemque Sicima & Garizim, Chuthæorumque gentem, quæ templum accolebat Hierosolymitani simile, quod Alexander permisit Sanaballetæ duci ædificare, in gratiam generi ipsius Manassis, qui frater erat Jaddi pontificis, ut jam ante memoravimus. Contigit autem hoc templum vastari, postquam ducentos duravit annos. Hyrcanus etiam Idumææ urbes capit, Adora & Marissam: subactisque omnibus Idumæis, permisit in regione *sua* manere, si pudenda circumcidere, Judæisque legibus uti vellent. Illi vero patriæ *suæ* amore tum circumcisionem admiserunt, tum vitam in cæteris similiter ac Judæi agere sustinuerunt. Atque eo tempore ipsis contigit, ut deinceps Judæi essent.

Hyrcani expeditio in Syriam.

Templum Garizitanum deletum.

Idumæi fiunt Judæi.

β. Ὑρκανὸς δὲ ὁ ἀρχιερεὺς, ἀνανεώσασθαι τὴν πρὸς Ῥωμαίους φιλίαν βουλόμενος, πέμπει πρὸς αὐτοὺς πρεσβείαν. καὶ ἡ σύγκλητος, δεξαμένη τὰ παρ' αὐτοῦ γράμματα, ποιεῖται πρὸς αὐτὸν φιλίαν τοῦτον τὸν τρόπον. "ΦΑΝΙΟΣ ΜΑΡΚΟΥ "ΥΙΟΣ ΣΤΡΑΤΗΓΟΣ βουλὴν συνήγαγε πρὸ ὀκτὼ [x] εἰ-"δῶν Φεβρουαρίων ἐν [y] Κομετίῳ, παρόντος Λουκίου [z] Μαν-"λίου Λουκίου υἱοῦ [a] Μεντινᾶ, καὶ Γαΐου Σεμπρωνίου [b] Γαΐου υἱοῦ "Φαλερνᾶ, περὶ ὧν ἐπρέσβευσαν Σίμων Δοσιθέου, καὶ Ἀπολλώ-"νιος Ἀλεξάνδρου, καὶ Διόδωρος Ἰάσονος, ἄνδρες καλοὶ "κἀγαθοὶ, πεμφθέντες ὑπὸ δήμου τοῦ Ἰουδαίων, οἳ καὶ διελέ-"χθησαν περὶ φιλίας τῆς ὑπαρχούσης τούτοις καὶ συμμαχίας "πρὸς Ῥωμαίους, καὶ περὶ τῶν δημοσίων πραγμάτων, ὅπως τε Ἰόππη "καὶ λιμένες, καὶ [c] Γάζαρα καὶ [d] πηγαὶ, καὶ ὅσας πόλεις αὐτῶν "ἄλλας καὶ [e] χώρας πολεμῶν [f] ἔλαβεν Ἀντίοχος παρὰ τὸ τῆς

2. Hyrcanus autem summus sacerdos, amicitiam volens cum Romanis *olim factam* renovare, mittit ad eos legationem. Et Senatus, acceptis quas dederat literis, amicitiam cum eo paciscitur in hunc modum: "FANIUS MARCI FILIUS PRÆ-"TOR Senatum convocavit ante diem octavum "Iduum Februarii in Comitio, præsente Lucio "Manlio Lucii filio Mentina, & Cajo Sempro-"nio Caji filio Falerna, propter eas res quas *Ju-"dæorum* legati retulerunt, Simon Dosithei *filius*, "atque Apollonius Alexandri, & Diodorus Jaso-"nis, viri honesti & boni, missi à populo Judæo-"rum, qui etiam egerunt de amicitia & societate "quæ eis cum Romanis intercedit, & de publicis "negotiis, ut Joppe & portus, & Gazara & fon-"tes, & quascunque alias eorum urbes & loca bel-"lo

Romanorum senatusconsultum pro Judæis.

b Σάββασι] L. B. Σαββάτοις.
c Συμβαλὼν δὲ Ἀντίοχος Ἀρσάκῃ τῷ Πάρθῳ,] Conf. supr. c. 5. §. 11. SPANH.
d Τῆς στρατιᾶς] L. B. στρατιᾶς.
e Ἀπόλλυται.] Ἀπώλετο Busb. & forsan Epiph. Videsis *Usserium* ad *A. M.* 3874.
f Παρθυηνὴν] Παρθυλαίαν Busb. Παρθυηνὴν (*Lugd. Bat.*) *Hen.*
g Ἐν ἄλλοις δεδήλωται.] Supr. c. 5. §. 11.
h Εὑρήσειν,] Ita *Hen.* αἱρεῖν in *cæteris.*
i Μήδαβαν] Μηδαβὰ *Hen.* Vide supr. c. 1. §. 2. & 4. HUDS. Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 2. §. 6. SPANH.
k Σαμεγὰν,] Σαμαίαν l. 1. de *Bello Judaico* c. 2. Σαμογὰν *Hen.* (*L. B.*) & *Epiphan.* HUDS. Pro Σαμεγὰν ἁλωσ. lib. 1. c. 2. §. 6. Σαμαίαν. SPANH.
l Αὐτῆς αἱρεῖ,] Εὐθὺς αἱρεῖ *Vat.*
m Μανασσῆν τὸν Ἰαδδοῦ] Ita *Hen.* Μανασσῆ in *aliis.*
n Ὡς καὶ πρότερον δεδηλώκαμεν.] Vid. lib. xi. c. 8. §. 2. & 4. SPANH.
o Πρότερον δεδηλώκαμεν.] *Sc.* lib. xi. c. 8 § 4.
p Ἄδωρα, καὶ Μάρισαν] In *Epiphanii* libris *Abora*, aut *Aboracum.* Vide *Annot.* ad super. c. 6. §. 4. HUDS. Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 2. §. 6. SPANH.
q Μάρισαν.] Μάρησαν *Hen.* HUDS. Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 13. §. 9. SPANH.
r Περιτέμνοιντό τε τὰ αἰδοῖα] Περιτέμνοντο Busb. & *Hen.* Hac de re videsis *Ammonium* in libello de *Differ. Verb.* v. Ἰδουμαῖοι. *Montacutium* in *Originibus*, p. 56. *Seldenum* lib. 2. de *Synedriis*, p. 96. *Eundemque* de *Jure Nat. & Gent.* p. 151. *Hilperum* de *Præadamitis*, p. 105. & *Usserium* ad A. M. 3875.
s Ἰουδαίων νόμοις χρῆσθαι] Ἰουδαίων νομίμοις *Hen.* & *Busb.*
t Τὴν περιτομὴν] Idumæi tum circumcisi, ac inter Judæos relati. Hinc una cum iisdem Judæis accedunt ad Pentecosten. seq. lib. 15. c. 7. §. 9. & lib. 17. c. 12. §. 2. vid. & ἁλωσ. lib. 2. c. 3. §. 1. SPANH.
v Κἀκεῖνος αὐτοῖς χρόνος ὑπῆρχεν,] Κἀκείνοις αὐτοῖς χρόνος ἦρχεν *Hen* & *Lugd. Bat.*
x Εἰδῶν Φεβρουαρίων] Ἰδῶν Φεβρουαρίων *Hen.*
y Κομετίῳ,] Ita rescripsi cum *Brissonio.* ἐν κομιτίῳ in libris omnibus, literis ει in ι coalescentibus. *in campo* etiam vertit *Epiphanius.* Sed ubi lectum, aut cui unquam fando auditum, Senatum in campo habitum? Plura vide in *lib.* 2. de *Formulis*, p. 238. *Edit Francof.*
z Μανίου Λουκίου] Μανλίου υἱοῦ M. *Hen.*
a Μεντινᾶ,] Μεντινᾶ & mox Φαλερνᾶ mallit *Pighius*, in *Annal. Rom.* lib. 13. p. 59.
b Γαΐου υἱοῦ Φαλερνᾶ,] Πεντιναίου υἱοῦ *Hen. Vat.* & *Gall. L. B.* Πεντιναίου & in Marg. πενίας.
c Γάζαρα] Γάζαρα *Hen.* & *Vat.* in *Epiphanii* libris *Abora.* Vide *Annot.* ad cap. sup. 6. § 6
d Πηγαὶ,] Conf. supr. lib. 8. c. 8. §. 4. SPANH.
e Χώρας πολεμῶν] Χωρία *Hen.* in *Epiphanii* versione *villas.*
f Ἔλαβεν Ἀντίοχος] Vox ἔλαβεν deest *Hen.* qui mox legit, δόγμα ἐφύλαττο ταῦτα ἀποκατασταθῆναι.

"lo cepit Antiochus citra Senatus decretum, hæc "eis reddantur, neve regiis militibus liceat per i- "psorum aut subditorum fines iter facere. Item, "ut quæ per id bellum ab Antiocho attentata "sunt præter Senatus sententiam, irrita fiant: ut- "que missis legatis curent eis reddenda quæ per "Antiochum ablata sunt, & regionem æstiment, "quæ ab eo bello vastata est: utque eis ad reges "& liberos populos dentur literæ ad redeundum "tuto domum. Igitur de his rebus decreta sunt "hæc, renovari amicitiam & societatem cum viris "bonis, & à bono amicoque populo missis." De literis autem *allatis* responderunt se deliberaturos esse, cum Senatui per sua negotia vacaverit; operamque daturos ut in posterum nulla ejusmodi afficiantur injuria; mandatumque esse prætori Fanio, ut eis pecuniam suppeditet ex ærario ad domum reditionem. Et quidem Fanius *prætor* ita Judæorum legatos dimisit, data eis pecunia ex ærario, necnon senatusconsulto ad eos, qui deducere & tutum iter domum usque eis præstare deberent.

Demetrius rex militibus invisus. 3. Et Hyrcani quidem pontificis rerum status hic erat. Demetrius autem rex, Hyrcano bellum inferre cupiens, tempus & opportunitatem non habuit, quod tum Syris esset tum militibus invisus. nam improbus *admodum* erat. Cumque illi misissent ad Ptolemæum, cui Physcon cognomen erat, legatos, *petitum* ut sibi daret aliquem de Seleuci genere, qui regnum acciperet, & Ptolemæus *Alexander Zebinas Demetrium vincit, & regnum adipiscitur.* misisset Alexandrum cognomine Zebinam cum exercitu, & pugna cum Demetrio iniretur, ille quidem prælio victus ad Cleopatram uxorem confugit Ptolemaidem; atque ab uxore non admissus, inde Tyrum profectus capitur, multaque passus ab osoribus suis diem supremum obiit: Alexander vero, regnum adeptus, amicitiam init cum Hyrcano pontifice; deinde bello petitus à Demetrii filio Antiocho, cui Grypus cognomen erat, acie debellatus occubuit.

"συγκλήτου δόγμα, τοῦτο ἀποκατασταθῇ, ἵνα τε τοῖς στρα- "τιώταις τοῖς βασιλικοῖς μὴ ἐξῇ διὰ τῆς χώρας [g] τῆς αὐτῶν "καὶ τῶν ὑπηκόων αὐτῶν διέρχεσθαι, καὶ ὅπως τὰ κατὰ τὸν πόλεμον "ἐκεῖνον [h] ψηλαφηθέντα ὑπ' Ἀντιόχου παρὰ τὸ τῆς συγκλή- "του δόγμα, ἄκυρα γένηται, ἵνα τε πρέσβεις πέμψαντες "ἀποδοθῆναί τε αὐτοῖς ποιήσωσι τὰ ὑπ' Ἀντιόχου ἀφαιρε- "θέντα, καὶ τὴν χώραν διατιμήσωνται, τὴν ἐν τῷ πολέμῳ "διεφθαρμένην, ὅπως τε αὐτοῖς πρός τε βασιλεῖς καὶ δήμους "ἐλευθέρους γράμματα δῶσιν εἰς ἀσφάλειαν τῆς εἰς οἶκον "ἐπανόδου. ἔδοξεν οὖν περὶ τούτων ταῦτα, ἀνανεώσασθαι φι- "λίαν καὶ συμμαχίαν πρὸς ἄνδρας ἀγαθοὺς, καὶ ὑπὸ δήμου "πεμφθέντας ἀγαθοῦ καὶ φίλου." [i] περὶ μέντοι γραμμάτων, ἀπεκρίναντο [k] βουλεύσεσθαι, ὅταν ἀπὸ τῶν ἰδίων ἡ σύγκλητος εὐσχολήσῃ, σπουδάσειν τε τοῦ λοιποῦ μηδὲν εἰς αὐτοὺς ἀδίκημα τοιοῦτο γενήσεσθαι, δοῦναί τε αὐτοῖς τὸν στρατηγὸν Φάννιον χρήματα ἐκ τοῦ δημοσίου, ὅπως ἂν εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανέλθοιεν. Φάννιος μὲν οὖν οὕτως ἀποπέμπει τοὺς τῶν Ἰουδαίων πρέσβεις, χρήματα δοὺς αὐτοῖς ἐκ τοῦ δημοσίου, καὶ δόγμα συγκλήτου πρὸς τοὺς [l] διαπέμψοντας, καὶ ἀσφαλῆ παρεξομένους τὴν οἴκαδε παρουσίαν.

γ'. Τὰ μὲν οὖν [m] περὶ Ὑρκανὸν τὸν ἀρχιερέα ἐν τούτοις ὑπῆρχε. Δημητρίῳ δὲ τῷ βασιλεῖ προθυμουμένῳ στρατεύειν ἐπὶ Ὑρκανὸν, οὐκ ἐξεγένετο καιρὸς οὐδ' ἀφορμὴ, τῶν τε Σύρων καὶ τῶν στρατιωτῶν πρὸς αὐτὸν ἀπεχθανομένων. πονηρὸς γὰρ ἦν. καὶ πεμψάντων πρὸς Πτολεμαῖον τὸν Φύσκωνα ἐπικληθέντα πρέσβεις, ὅπως τινὰ τῶν ἐκ τοῦ Σελεύκου γένους παραδῷ αὐτοῖς ἀποληψόμενον τὴν βασιλείαν, τοῦ δὲ Πτολεμαίου πέμψαντος Ἀλέξανδρον [n] μετὰ στρατοῦ τὸν [o] Ζεβινᾶν ἐπιλεγόμενον, καὶ μάχης πρὸς τὸν Δημήτριον γενομένης, ὁ μὲν, ἡττηθεὶς τῇ μάχῃ, φεύγει πρὸς Κλεοπάτραν τὴν γυναῖκα εἰς Πτολεμαΐδα, καὶ μὴ δεξαμένης αὐτὸν τῆς γυναικὸς, ἐκεῖθεν εἰς Τύρον ἀπελθὼν ἁλίσκεται, [p] καὶ πολλὰ παθὼν ὑπὸ τῶν μισούντων ἀπέθανεν. Ἀλέξανδρος δὲ, τὴν βασιλείαν παραλαβὼν, φιλίαν ποιεῖται πρὸς Ὑρκανὸν τὸν ἀρχιερέα. [q] ἔπειτα πολεμήσαντος αὐτῷ τοῦ Δημητρίου παιδὸς Ἀντιόχου τοῦ Γρυποῦ ἐπικληθέντος, ἡττηθεὶς τῇ μάχῃ [r] διαφθείρεται.

CAP. X.

Quomodo Hyrcanus, duobus fratribus Antiocho Grypo & Antiocho Cyziceno pro regno bellum gerentibus, Samariam captam penitus delevit: utque Hyrcanus, a Pharisæis avulsus, in Sadducæorum sententiam concessit.

Duobus Antiochis inter se dissidentibus, pace fruitur Hyrcanus, & opibus augetur. CÆterum Antiochus, regno Syriæ potitus, in Judæam exercitum ducere reformidabat, audito suum ex matre fratrem (cui & ipsi Antiocho nomen erat) contra se apud Cyzicum habere delectum. Itaque intra fines suos se continens, statuit in fratris sui incursum semet præparare, qui Cyzicenus à Cyzico urbe, in qua nutritus esset, cognominatus est. patre autem erat Antiocho Sotere, qui in Parthis occubuit: eratque is frater

ΚΕΦ. ι'.

Ὡς, δύο ἀδελφῶν, Ἀντιόχου Γρυποῦ καὶ Ἀντιόχου Κυζικηνοῦ, περὶ τῆς βασιλείας μαχομένων, Ὑρκανὸς τὴν Σαμάρειαν ἑλὼν πάμπαν ἠφάνισε· καὶ ὡς Ὑρκανὸς τῇ τῶν Σαδδουκαίων προσετέθη μοίρᾳ, τῶν Φαρισαίων ἀπορραγείς.

ΠΑραλαβὼν δὲ τὴν τῆς Συρίας βασιλείαν [s] Ἀντίοχος, ἐπὶ μὲν τὴν Ἰουδαίαν στρατεύειν εὐλαβὴς ἦν, τὸν ἀδελφὸν [t] ἀκούων [v] τὸν ὁμομήτριον, Ἀντίοχος δὲ κἀκεῖνος ἐκαλεῖτο, δύναμιν ἐπ' αὐτὸν ἀπὸ Κυζίκου συλλέγειν. μένων δὲ κατὰ χώραν, ἔγνω παρασκευάζειν αὐτὸν ἐπὶ τὴν ἔφοδον τὴν τἀδελφοῦ, [x] ὃς Κυζικηνὸς μὲν ἐκλήθη, διὰ τὸ τραφῆναι ἐν ταύτῃ τῇ πόλει. πατρὸς δ' ἦν [y] Ἀντιόχου τοῦ Σωτῆρος ἐπικληθέντος, ὃς ἐν Πάρθοις ἀπέθανεν· [z] οὗτος δὲ ἀδελφὸς ἦν

g Τῆς αὐτῶν καὶ τῶν ὑπηκόων] Τῆς αὐτῶν ὑπηκόων ὄντων *Hen.* quo modo forsan & *Epiphanius*, qui vertit, *per terram eorum cum subjecti sint, transeant.*

h Ψηλαφηθέντα] Ψηφισθέντα *Hen.* HUDS. LXX. *Gen.* xxvii. 12. ψηλαφήσῃ & *Exod.* x. v. 21. ψηλαφητόν. SPANH.

i Περὶ μέντοι γραμμάτων,] Περὶ μέντοι τῶν γραμμάτων *Hen.*

k Βουλεύσεσθαι.] Ita *Hen.* βουλεύσασθαι in *cæteris.*

l Διαπέμψοντας,] Sic *Hen.* διαπεμψαντας in *reliquis.*

m Περὶ Ὑρκανὸν τὸν ἀρχιερέα] Immo ab eo tempore Hyrcanum Regem etiam appellatum tradit Arabic. Append. Maccab. c. xxii. SPANH.

n Μετὰ στρατοῦ] Μετὰ στρατιᾶς *Busb.* & *Hen.*

o Ζεβινᾶν] Infra c. 10. §. 1. dicitur Ἀλέξανδρος ὁ Ζεβινναῖος. Zabinas apud *Diodorum Sic.* in *Excerptis* ex libro xxxiv. Videsis *Usserium* ad *A. M.* 3877. HUDS. Alexander Ζεβινᾶς Diod. Exc. Peiresk. p. 378. inf. c. 10. §. 1. Ζεβινναῖος. SPANH.

p Καὶ πολλὰ παθὼν] Aliter *Justinus* l. 39. c. 2. & *Porphyrius* in *Græcis Eusebii*, p. 227. Vide *Usserium* ad *A. M.* 3882. & ex eo *Pagi* in *Apparatu* ad *Crit. Baron.* p. 9.

q Ἔπειτα πολεμήσαντος αὐτῷ] Ἔπειτα δὲ πολ. αὐτῷ Δημ. *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *Busb.*

r Διαφθείρεται.] *Al.* ἐκδιαφθείρεται.

s Ἀντίοχος,] Ὁ Ἀντίοχος *Hen.* & *Busb.*

t Ἀκούων —— συλλέγειν.] Antiochus Cyzicenus ejus frater Antiochi Soteris filius seu Eusebii item supr. c. 5. §. 11. εὐσεβὴς dictus ἁλωσ. lib. 1. c. 2. §. 7. SPANH.

v Τὸν ὁμομήτριον,] Τὸν deëst *Hen.*

x Ὃς Κυζικηνὸς μὲν ἐκλήθη,] Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 2. §. 7. SPANH.

y Ἀντιόχου τοῦ Σωτῆρος ἐπικληθέντος,] Conf. supr. c. 5. §. 11. SPANH.

z Οὗτος δὲ ἀδελφὸς ἦν Δημητρίου τοῦ Γρυποῦ πατρός.] Scilicet *Antiochus Soter.* quo subintellecto nec opus est ut πατρὸς ejiciatur, aut παῖς ante Δημητρίου addatur, aut ut ista omnia οὗτος δὲ ἀδελφὸς ἦν τοῦ Δημητρίου τοῦ Γρυποῦ πατρὸς tollantur. HUDS. Hæc corrupta sunt, & ut puto glossa, quæ è Margine in textum irrepsit,

τὴν Δημητρίου τοῦ Γρυποῦ πατρός. συνέβη μὲν γὰρ [a] μίαν τοῖς δυσὶν ἀδελφοῖς γῆμαι Κλεοπάτραν, ὡς καὶ ἐν ἄλλοις [b] ἱστορήκαμεν. ὁ δὲ Κυζικηνὸς Ἀντίοχος παραγενόμενος [c] εἰς Συρίαν, [d] πολλοῖς ἔτεσι πρὸς τὸν ἀδελφὸν πολεμῶν διετέλει. Ὑρκανὸς δὲ πάντα τὸν χρόνον ἐκεῖνον ἐν εἰρήνῃ διῆγε. καὶ γὰρ αὐτὸς μετὰ τὴν Ἀντιόχου τελευτὴν τῶν Μακεδόνων ἀπέστη, καὶ οὔτε ὡς ὑπήκοος, οὔτε ὡς φίλος, αὐτοῖς οὐδὲν ἔτι παρεῖχεν· ἀλλ' ἦν αὐτοῦ τὰ πράγματα ἐν ἐπιδόσει πολλῇ καὶ ἀκμῇ κατὰ τοὺς Ἀλεξάνδρου τοῦ [e] Ζεβιναίου καιρούς, καὶ μάλιστα ἐπὶ τούτοις τοῖς ἀδελφοῖς. ὁ γὰρ πρὸς ἀλλήλους αὐτοῖς πόλεμος σχολὴν Ὑρκανῷ καρποῦσθαι [f] Ἰουδαίαν ἐπ' ἀδείας παρέχειν, ὡς ἄπειρόν τι πλῆθος χρημάτων συναγαγεῖν. οὐ μήν γε Κυζικηνοῦ τὴν γῆν κακοῦντος, φανερῶς καὶ αὐτὸς τὴν [g] ἑαυτοῦ προαίρεσιν ἐνεδείκνυτο· [h] καὶ τὸν ἀπ' Αἰγύπτου συμμάχων ἔρημον ὁρῶν τὸν Ἀντίοχον, καὶ αὐτόν τε πράττοντα κακῶς καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἐν τοῖς πρὸς ἀλλήλους ἀγῶσιν, ἀμφοτέρων [i] κατεφρόνησεν.

β'. Καὶ στρατεύει μὲν ἐπὶ Σαμάρειαν πόλιν ὀχυρωτάτην, περὶ ἧς ὅτι καλεῖται νῦν [k] Σεβαστὴ κτισθεῖσα ὑπὸ Ἡρώδου, κατὰ [l] χώραν δηλώσομεν. περιβαλὼν δ' αὐτῇ φιλοπόνως ἐπολιόρκει, μισοπονηρῶν τοῖς Σαμαρεῦσιν, ὑπὲρ ὧν [m] Μαρισηνοὺς, ἀποίκους ὄντας Ἰουδαίων καὶ συμμάχους, ἠδίκησαν, ὑπακούοντες τοῖς τῶν Σύρων βασιλεῦσι. περιβαλὼν οὖν τάφρον περιτειχισθῆναι τῇ πόλει, καὶ διπλοῦν τεῖχος ἀπὸ σταδίων ὀγδοήκοντα, τοὺς υἱοὺς ἐφίστησιν, Ἀντίγονον καὶ Ἀριστόβουλον. ὧν [n] ἐπικειμένων, εἰς τοσαύτην ἀνάγκης ὑπὸ λιμοῦ προαχθῆναι τοὺς Σαμαρεῖς συνέπεσεν, ὡς [o] ἅψασθαι μὲν τῶν ἀήθων, ἐπικαλέσασθαι δὲ βοηθὸν Ἀντίοχον τὸν Κυζικηνόν. ὃς, ἑτοίμως ἐπὶ τὴν συμμαχίαν ἀφικόμενος, ὑπὸ τῶν περὶ Ἀριστόβουλον ἡττᾶται· διωχθεὶς δ' ἄχρι [p] Σκυθοπόλεως ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν, διέφυγεν. οἱ δ' ἐπὶ τοὺς Σαμαρεῖς ὑποστρέψαντες, συγκλείουσι πάλιν εἰς τὸ τεῖχος αὐτούς, ὡς καὶ δεύτερον ἐπικαλέσασθαι σύμμαχον, πέμψαντας [q] πρὸς τὸν αὐτὸν Ἀντίοχον. ὃς, παρὰ Πτολεμαίου τοῦ [r] Λαθούρου μεταπεμψάμενος ἄνδρας εἰς ἑξακισχιλίους, οὓς ἄκοντος τῆς μητρὸς ἐκεῖνος, καὶ ὅσον οὔπω τῆς ἀρχῆς αὐτὸν ἐκβεβληκυίας, [s] ἐξαπέστειλε, τὸ μὲν πρῶτον ἐπιὼν ἐπόρθει τὴν Ὑρκανοῦ χώραν μετὰ τῶν Αἰγυπτίων λῃστρικῶς, μάχεσθαι μὲν αὐτῷ κατὰ πρόσωπον [t] οὐ τολμῶν, οὐ γὰρ ἦν ἀξιόχρεως ἡ δύναμις αὐτοῦ, νομίζων δὲ τῇ κακώσει τῆς γῆς, ἀναγκάσειν Ὑρκανὸν λῦσαι τὴν [v] ἐπὶ τὴν Σαμάρειαν πολιορκίαν. ἐπεὶ δὲ πολλοὺς τῶν στρατιωτῶν ἀπώλλυεν ἐνέδραις περιπίπτων, ἀπῆρεν εἰς Τρίπολιν, Καλλιμάνδρῳ καὶ Ἐπικράτει τὸν πρὸς τοὺς Ἰουδαίους πόλεμον ἐπιτρέψας.

γ'. Καλλίμανδρος μὲν οὖν, θρασύτερον τοῖς πολεμίοις [x] προσενεχθεὶς, εἰς φυγὴν τραπόμενος [y] παραχρῆμα διεφθάρη. Ἐπικράτης δὲ, [z] ὑπὸ φιλοχρηματίας, τήν τε Σκυθόπολιν, καὶ τἆλλα [a] πρὸς ταύτην χωρία, προὔδωκε φανερῶς τοῖς Ἰουδαίοις· τὴν δὲ Σαμαρείας πολιορκίαν διαλῦσαι οὐκ ἠδύνατο. Ὑρκανὸς μὲν οὖν τὴν πόλιν ἑλὼν, ἐνιαυτῷ πολιορκήσας, οὐκ ἠρκέσθη μόνῳ

Demetrii, patris Grypi. accidit enim ut duobus fratribus nuberet Cleopatra, ficut & alibi narravimus. Cyzicenus vero Antiochus in Syriam profectus, multos annos contra fratrem bellum gerebat. At Hyrcanus toto eo tempore in pace degebat. Etenim poſt obitum Antiochi à Macedonibus defecerat; nec quidquam eis jam nec ut ſubditus nec ut amicus præſtabat: quin rebus ſecundis admodum & florentibus utebatur Alexandri Zebinæ temporibus, & maxime ſub his fratribus. Bellum etiam, quod inter eos gerebatur, facultatem Hyrcano præbebat fruendi Judæa ſecure, ita ut pecuniæ vim innumerabilem congeſſerit. Tamen Cyziceno agros vaſtante, ipſe quoque voluntatem ſuam aperte oſtendebat: & deſertum ab Ægypti auxilio videns Antiochum, ac tum ipſum tum ejus fratrem mutuis certaminibus affligi, utrumque contemnebat.

XVIII. *Hyrcanus expeditionem facit in Samariam.*

2. Hinc fit ut expeditionem faceret adverſus Samariam, urbem munitiſſimam, de qua, utpote nunc Sebaſte vocata ab Herode *iterum* condita, ſuo loco dicemus. Hanc autem adortus magna vi oppugnabat, Samaritanis infenſus propter injurias quas Mariſſenis Judæorum colonis & ſociis intulerant juſſu regum Syriæ. Cum igitur urbem foſſa undique & duplici muro per octoginta ſtadia cinxiſſet, filios ſuos *eis* præfecit Antigonum & Ariſtobulum. quibus prementibus in eam famis neceſſitatem adducti ſunt Samaritæ, ut etiam inſuetis veſcerentur, & Antiochi Cyziceni opem implorarent. Qui, cum libenter eis opitulatum ſe contuliſſet, ab Ariſtobulo vincitur; & Scythopolim uſque fugatus à fratribus, effugit. Illi vero, in Samaritas converſi, eos iterum intra muros compellunt, ita ut, mittendo ad eundem Antiochum, cum denuo acceſſiverint in auxilium. qui, accitis à Ptolemæo Lathuro hominum ad ſex millia, quos ille, invita matre, * & ab ea principatu propemodum deturbatus, miſit, primum Hyrcani regionem cum illis Ægyptiis latrocinando depopulabatur, cum eo quidem aperto Marte congredi non audens, (neque enim viribus par erat) ſed fore ſperans, ut agrorum vaſtatione Hyrcanum cogeret ſolvere obſidionem Samariæ. Verum poſtquam delatus in hoſtium inſidias multos ſuorum militum amiſit, Tripolim ſe recepit, cum Callimandrum & Epicratem bello *gerendo* contra Judæos præfeciſſet.

Samaritæ fame vexati.

Antiochus Cyzicenus, Samaritis auxilium ferens, victus aufugit.

3. Et quidem Callimander, dum *audacius* in hoſtes invehitur, in fugam verſus ſtatim occubuit. Epicrates vero, † quippe quod pecuniæ avidus, & Scythopolin & alia finitima loca prodidit manifeſte Judæis, neque Samariam obſidione levare potuit. Et quidem Hyrcanus urbem, uno anno obſeſſam, cepit: nec eo ſolo contentus erat, ‡ ſed & eam funditus delevit, inductis eò torrentibus.

Samariæ excidium.

eam

pſit, paullo ante *Antiochus Grypus Demetrii filius* dictus, unde aut tollenda hæc, aut legendum *ad.* τὴν Ἀντιόχου τοῦ Γρυποῦ, παῖς Δημητρίου πατρός· Idem error in *Rufino: frater erat Demetrii Criſpi* (l. Grypi) *Patris.* SPANH.

a Μίαν τοῖς δυσὶν ἀδελφοῖς γῆμαι Κλεοπάτραν,] Conf. ſupr. c. 7. §. 1. SPANH.

b Ἱστορήκαμεν.] Δεδηλώκαμεν *Hen.*

c Εἰς Συρίαν,] Εἰς τὴν Συρίαν *Busb.* & *Hen.*

d Πολλοῖς] Vid. infr. c. 12. §. 2. SPANH.

e Ζεβιναίου] Ζεβιναίου *Busb.* Ζαβιναίου *Vat.* HUDS. Vid. ſup. c. 9. §. 3. SPANH.

f Ἰουδαίαν ἐπ' ἀδείας παρέχειν,] Τὴν Ἰουδαίαν *Hen. Vat.* & *Busb.* & mox παρέσχεν *Hen.*

g Ἑαυτοῦ προαίρεσιν ἐνεδείκνυτο·] Αὐτοῦ *Busb.* & *Hen.*

h Καὶ τὸν ἀπ' Αἰγύπτου συμμάχων] Καὶ τόν τε *Busb.* & *Hen.*

i Κατεφρόνησεν.] Κατεφρόνησεν ὁ Ὑρκανὸς *Busb.* & *Hen.*

k Σεβαστὴ] Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 2. §. 7. SPANH.

l Χώραν δηλώσομεν.] Ita *Hen.* & *Epiphan.* χώρα in *Editis Aliisque*

m Μαρισηνοὺς] Μαρισηνοὺς *Hen.* Μαρισσηνοὺς *Vat.*

n Ἐπικειμένων,] Ἐγκειμένων *Hen.* & *Busb.*

o Ἅψασθαι μὲν τῶν ἀήθων,] Ἅψασθαι καὶ τῶν *Hen. Vat.* & *Busb.*

p Σκυθοπόλεως] Σκυθόπολις antea Βεθσὰν vel Βαιθσὰν ſupr. lib. VI. c. 14. §. 8. & lib. XIII. c. 6. §. 1. SPANH.

q Πρὸς τὸν αὐτὸν Ἀντίοχον.] Ita *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *Busb.* quo modo legendum eſſe conjecerat *Cl. Lowthius.* πρὸς deeſt *Editis.*

r Λαθούρου] Vide *Uſſerium* ad A. M. 3888.

* *Et ab ea principatu propemodum deturbatus,*] Nam necdum eum à principatu depulerat, *Epiphan.*

s Ἐξαπέστειλε,] Ἐξαπέστειλεν· ὡς τὸ μὲν πρ. *Hen.* & *Busb.*

t Οὐ τολμῶν,] Μὴ τολμῶν *Busb.*

v Ἐπὶ τὴν Σαμάρειαν πολιορκίαν,] Ἐπὶ τῆς Σαμαρείας *Hen.* & *Busb.*

x Προσενεχθεὶς,] Συμπεσὼν *Busb.*

y Παραχρῆμα διεφθάρη.] Ita *Hen. Busb.* & *Epiphan.* παραχρῆμα deeſt *Editis.*

† *Quippe quod pecuniæ avidus,*] *Al.* pecunia corruptus.

z Ὑπὸ φιλοχρηματίας,] Ὑπὸ χρημάτων *Hen.* & *Busb.* *Epiphanius* habet *pecuniis ſeductus.*

a Πρὸς ταύτην χωρία,] Πρὸς ταύτῃ *Busb.* (*Lugd. Bat.*) & *Vat.*

‡ *Sed & eam funditus delevit,*] *Al.* ſed & torrentibus inundatam totam funditus delevit, eam enim effoſſam in alveos torrentis injecit, ut ne &c.

eam enim effodiendo ita subruit, ut in cavernas delaberetur, & ne vestigium quidem urbis ullum retineret. Incredibile autem quiddam narratur de Hyrcano pontifice, quemadmodum Deus in *congressum* ejus & colloquium venerit. Fertur enim, quo die ejus filii cum Cyziceno dimicarunt, cum ille solus in templo pontifex thura adoleret, vocem audivisse, quæ significaret superatum modo ab ejus pueris Antiochum. id quod ipse egressus ex templo toti populo indicavit. atque ita factum contigit. Et hoc quidem in statu erant res Hyrcani.

Hyrcanus vates.

4. Accidit autem eodem tempore, ut non solum qui Hierosolymis, & in ea regione erant Judæi, bene agerent: sed etiam qui Alexandriæ & in Ægypto atque Cypro degebant. Cleopatra enim regina à filio suo Ptolemæo, cognomine Lathuro, diffidens, duces constituit Chelciam & Ananiam, Oniæ filios, ejus qui templum in Heliopolitana præfectura Hierosolymitani simile construxerat, prout alibi narravimus. Cum autem istis exercitum tradidisset Cleopatra, nihil absque eorum sententia faciebat, sicut & nobis testimonio est Strabo Cappadox, ita dicens. "Plerique enim, & qui "nobiscum se contulerunt Cyprum, & qui postea "à Cleopatra eò missi sunt, confestim deficiebant "ad Ptolemæum: soli vero ex Oniæ factione Ju"dæi *fidi* permanebant, eo quod cives eorum Chel"cias & Ananias maxima essent in gratia apud Re"ginam." Et hæc quidem Strabo dicit.

Cleopatra duces constituit Chelciam & Ananiam, Oniæ filios.

Strabo Cappadox.

5. Cæterum Hyrcano invidiam Judæorum commoverunt res secundæ: & maxime Pharisæi erant in eum male animati, una quidem Judæorum secta, ut superius memoravimus. Tantæ autem sunt auctoritatis apud plebem, ut si quid vel contra regem vel contra pontificem dicant, continuo credatur. Horum discipulus & Hyrcanus erat, eisque in primis charus. Cumque aliquando eos ad convivium vocasset, & opipare accepisset, postquam animadvertit *eos* vehementer delectari, cœpit eis dicere. ut *illi* quidem norint, sese velle esse justum, & omnia facere quibus Deo placere possit; id quod ipsi quoque Pharisæi profiterentur: petere tamen si quid peccare se & de via deflectere viderent, ut se in eam revocarent atque corrigerent. Cum vero illi *amplum* virtuti ejus testimonium dedissent, is quidem laudibus eorum delectatus est. sed convivarum quidam, nomine Eleazarus, homo ingenii pravi & seditionis amans, quoniam, inquis, verum scire expetis, si vis esse justus, pontificatu tete abdica, & solo populi principatu contentus esto. Cum autem causam is quæreret, cur deberet pontificatum deponere; quia, inquit, audimus à natu majoribus, captivam fuisse tuam matrem regnante Antiocho Epiphane. Falsum autem erat id quod dixerat: eoque Hyrcanus exacerbatus, neque non Pharisæi omnes graviter offensi sunt.

Pharisæorum in Hyrcanum odii causa.

τούτῳ, ἀλλὰ καὶ πάσαν αὐτὴν ἠφάνισεν, ἐπικλύσας τοῖς χειμάρροις ποιήσας. διασκάψας γὰρ αὐτὴν ὥστε εἰς [b] χαράδρας μεταπεσεῖν, τὰ σημεῖα τοῦ γενέσθαι ποτὲ πόλιν αὐτὴν [c] ἀφείλετο. παράδοξον δέ τι περὶ τοῦ ἀρχιερέως Υρκανοῦ λέγεται, τίνα τρόπον αὐτῷ τὸ θεῖον εἰς λόγους ἦλθε. φασὶ γὰρ ὅτι κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν, καθ' ἣν οἱ παῖδες αὐτοῦ τῷ Κυζικηνῷ συνέβαλον, αὐτὸς ἐν τῷ ναῷ θυμιῶν, μόνος ὢν [d] ὁ ἀρχιερεύς, ἀκούσειε φωνῆς, ὡς οἱ παῖδες αὐτοῦ [e] νενικήκασιν ἀρτίως τὸν Ἀντίοχον. καὶ τοῦτο, προελθὼν ἐκ τοῦ ναοῦ, παντὶ τῷ πλήθει φανερὸν ἐποίησε. καὶ συνέβη οὕτως γενέσθαι. καὶ τὰ μὲν [f] περὶ Υρκανοῦ ἐν τούτοις ἦν.

δ'. Κατὰ δὲ τοῦτον ἔτυχε τὸν καιρὸν μὴ μόνον τοὺς ἐν Ἱεροσολύμοις καὶ τῇ χώρᾳ Ἰουδαίους εὐπραγεῖν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κατοικοῦντας καὶ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Κύπρῳ. Κλεοπάτρα γὰρ ἡ [g] βασίλισσα πρὸς τὸν υἱὸν στασιάζουσα Πτολεμαῖον, τὸν Λάθουρον ἐπιλεγόμενον, κατέστησεν ἡγεμόνας, [h] Χελκίαν, καὶ Ἀνανίαν υἱοὺς ὄντας Ὀνίου τοῦ οἰκοδομήσαντος [i] τὸν ναὸν ἐν τῷ Ἡλιοπολίτῃ [k] νομῷ πρὸς τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις, ὡς καὶ [l] ἐν ἄλλοις δεδηλώκαμεν. παραδοῦσα δὲ τούτοις ἡ Κλεοπάτρα τὴν στρατιάν, οὐδὲν δίχα τῆς τούτων γνώμης ἔπραττεν, ὡς μαρτυρεῖ καὶ Στράβων ἡμῖν ὁ Καππάδοξ, λέγων οὕτως. "οἱ γὰρ "[m] πλείους, οἵ τε συνελθόντες ἡμῖν καὶ οἱ ὕστερον ἐπιπεμ"πόμενοι παρὰ τῆς Κλεοπάτρας εἰς Κύπρον, μετέβαλλον "παραχρῆμα πρὸς τὸν Πτολεμαῖον· μόνοι δὲ οἱ ἐκ τῆς Ὀνίου "λεγόμενοι συνέμενον Ἰουδαῖοι, διὰ [n] τὸ τοὺς πολίτας αὐ"τῶν εὐδοκιμεῖν μάλιστα παρὰ τῇ βασιλίσσῃ Χελκίαν τε "καὶ Ἀνανίαν." ταῦτα μὲν οὖν ὁ Στράβων φησίν.

ε'. Υρκανῷ δὲ [o] φθόνον [p] ἐκίνησεν ἡ εὐπραγία παρὰ τῶν Ἰουδαίων· μάλιστα δὲ [q] οἱ Φαρισαῖοι κακῶς πρὸς αὐτὸν εἶχον, αἵρεσις ὄντες μία τῶν Ἰουδαίων, ὡς [r] καὶ ἐν τοῖς ἐπάνω δεδηλώκαμεν. τοσαύτην δὲ ἔχουσι τὴν ἰσχὺν παρὰ τῷ πλήθει, ὡς καὶ κατὰ βασιλέως τι λέγοντες καὶ κατὰ ἀρχιερέως, εὐθὺς πιστεύεσθαι. μαθητὴς δὲ [s] αὐτῶν ἦν καὶ Υρκανός, καὶ σφόδρα ὑπ' αὐτῶν ἠγαπᾶτο. καὶ δὴ καλέσας αὐτοὺς [t] ἐφ' ἑστίασιν, καὶ φιλοφρόνως ὑποδεξάμενος, [v] ἐπεὶ σφόδρα ἡδομένους ἑώρα, λέγειν ἤρξατο πρὸς αὐτούς. ὡς ἴσασι μὲν αὐτὸν βουλόμενον εἶναι δίκαιον, καὶ πάντα ποιοῦντα ἐξ ὧν ἀρέσειεν ἂν τῷ Θεῷ, [x] καὶ αὐτοὶ δὲ Φαρισαῖοι φιλοσοφοῦσιν· [y] ἠξίου γε μήν, [z] εἴ τι βλέπουσιν αὐτὸν ἁμαρτάνοντα, καὶ τῆς ὁδοῦ τῆς δικαίας ἐκτρεπόμενον, εἰς αὐτὴν [a] ἐπανάγειν καὶ ἐπανορθοῦν. τῶν δὲ μαρτυρησάντων αὐτῷ πᾶσαν ἀρετήν, ὁ μὲν ἥσθη [b] τοῖς ἐπαινοῦσιν. εἷς δέ τις τῶν κατακειμένων Ἐλεάζαρος ὄνομα, κακοήθης ὢν φύσει καὶ στάσει χαίρων, ἐπεί, φησίν, ἠξίωσας γνῶναι τὴν ἀλήθειαν, [c] εἰ θέλεις εἶναι δίκαιος, τὴν ἀρχιερωσύνην ἀπόθου, καὶ μόνον ἀρκεῖται σοι τὸ ἄρχειν τοῦ λαοῦ. τὴν δ' αἰτίαν αὐτοῦ πυθομένου, δι' ἣν ἀποθεῖτο τὴν ἀρχιερωσύνην, ὅτι, φησίν, [d] ἀκούομεν παρὰ τῶν πρεσβυτέρων, [e] αἰχμάλωτόν σου γεγονέναι τὴν μητέρα βασιλεύοντος Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφανοῦς. ψευδὴς δὲ ὁ λόγος ἦν· καὶ πρὸς αὐτὸν Υρκανὸς παρωξύνθη, καὶ πάντες δ' οἱ Φαρισαῖοι [f] σφοδρῶς ἠγανάκτησαν. ς'. Τῶν

b Χαράδρας μεταπεσεῖν,] Χαράδραν *Hen.* & *Busb.*
c Ἀφείλετο.] Ita cum *Busb.* & *Hen.* ἀπώλεσε in *cæteris.*
d Ὁ ἀρχιερεύς,] Articulus abest *Busb.* & *Vat.*
e Νενικήκασιν ἀρτίως τὸν Ἀντίοχον·] Νενικήκασι *Busb.*
f Περὶ Υρκανοῦ ἐν τούτοις ἦν.] Περὶ Υρκανοῦ *Hen.*
g Βασίλισσα] Βασιλὶς *Busb.*
h Χελκίαν,] Et hic & infra mox hac ead. §. Χαλκίαν *Gall.* nobiscum faciunt *Epiphanii* libri.
i Τὸν ——— Ἱεροσολύμοις,] Conf. sup. lib. 12. c. 9. §. 7. SPANH.
k Νομῷ] *L. B.* νομῷ.
l Ἐν ἄλλοις δεδηλώκαμεν.] Προείρηται *Hen. St.* supr. lib. 12. c. 8. §. 7.
m Πλείους,] Πλείους συγκατελθόντες κ' οἱ ὕσ. *Hen.*
n Τὸ τοὺς πολίτας] Illud τὸ abest *Hen.*
o Φθόνον ——— Ἰουδαίων·] Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 2. §. 8. SPANH.
p Ἐκίνησεν ἡ εὐπραγία] Ἐκίνησε παρὰ τῶν Ἰουδαίων ὑπὸ αὐτοῦ καὶ τῶν υἱῶν εὐπραγία *Hen.*
q Οἱ Φαρισαῖοι] Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 5. § 2. SPANH.
r Καὶ ἐν τοῖς ἐπάνω δεδηλώκαμεν.] Καὶ προεῖπον ἤδη *Busb.*

s Αὐτῶν ἦν] Αὐτῶν καὶ Υρκανὸς ἐγεγόνει *Hen. Busb. Zonar.* & forsan *Epiphan.*
t Ἐφ' ἑστίασιν,] Ita *Hen.* ἐφ' ἑστιάσεις *Busb.* πρὸς ἑστίασιν in *Editis.*
v Ἐπεὶ σφόδρα ἡδομένους ἑώρα,] Ἐπεὶ σφόδρα *Hen.*
x Καὶ αὐτοὶ δὲ Φαρισαῖοι φιλοσοφοῦσιν·] Καὶ αὐτοὶ γὰρ Φαρισαῖοι φιλοσοφοῦσι *Busb.* (*Lugd. Bat.*) & *Hen.* verba ista non agnoscit *Epiphan.*
y Ἠξίου γε μήν.] Ἠξίου *Hen.* forsan pro ἀξιῶν.
z Εἴ τι βλέπουσιν αὐτὸν ἁμαρτάνοντα.] Ita *Busb. Hen.* & *Epiphan.* εἰ βλέποιεν in *Editis Aliisque.*
a Ἐπανάγειν καὶ ἐπανορθοῦν.] Illa ἐπανάγειν κ' è *MSS.*
b Τοῖς ἐπαινοῦσιν.] Τοῖς ἐπαίνοις *Busb.* & *Hen.*
c Εἰ θέλεις εἶναι δίκαιος,] Εἰ θέλεις *Busb.* & *Hen.*
d Ἀκούομεν παρὰ τῶν πρεσβυτέρων,] Ἀκούομεν *Hen.*
e Αἰχμάλωτόν σου] Captam fuisse in monte Modiith, tradit *David Ganz* in *Chronolog.* 3. *Pr.* p. 77. in *versione Vorstii*, quem videsis in *Annott.* & *Relandum* in *Palæstina* 5. p. 901.
f Σφοδρῶς ἠγανάκτησαν.] Σφόδρα ἠγανάκτησαν *Busb.*

ς'. Τῶν δ' ἐκ τῆς Σαδδουκαίων αἱρέσεως, [g] οἱ τὴν ἐναντίαν τοῖς Φαρισαίοις προαίρεσιν ἔχουσιν, [h] Ἰωνάθης τις ἐν τοῖς μάλιστα φίλος ὢν Ὑρκανῷ, τῇ κοινῇ πάντων Φαρισαίων γνώμῃ, πεποιῆσθαι τὰς βλασφημίας τὸν Ἐλεάζαρον ἔλεγε· καὶ τοῦτ' ἔσεσθαι φανερὸν αὐτῷ πυθομένῳ παρ' ἐκείνων, τίνος ἄξιός ἐστιν ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις κολάσεως. τοῦ δ' Ὑρκανοῦ τοὺς Φαρισαίους [i] ἐρομένου, τίνος αὐτὸν ἄξιον ἡγοῦνται τιμωρίας· πεισθήσεσθαι γὰρ οὐ μετὰ τῆς ἐκείνων γνώμης γεγονέναι τὰς βλασφημίας, τιμησαμένων αὐτὸν τῷ μέτρῳ τῆς δίκης· πληγῶν ἔφασαν καὶ δεσμῶν. [k] οὐ γὰρ ἐδόκει λοιδορίας ἕνεκα θανάτῳ ζημιοῦν· ἄλλως τε καὶ φύσει πρὸς τὰς κολάσεις ἐπιεικῶς ἔχουσιν οἱ Φαρισαῖοι. πρὸς τοῦτο λίαν [l] ἐχαλέπηνε, καὶ πρὸς τὸ δοκοῦν ἐκείνοις πεποιῆσθαι τὰς βλασφημίας τὸν ἄνθρωπον ἐνόμισε. μάλιστα δ' αὐτὸν ἐπιπαρώξυνεν Ἰωνάθης, καὶ διέθηκεν οὕτως, ὥστε [m] τῇ Σαδδουκαίων [n] ποιῆσαι προσθέσθαι μοίρᾳ, τῶν Φαρισαίων ἀποστάντα, καὶ τά τε ὑπ' αὐτῶν κατασταθέντα νόμιμα τῷ δήμῳ καταλῦσαι, καὶ τοὺς φυλάττοντας αὐτὰ κολάσαι. μῖσος οὖν ἐντεῦθεν αὐτῷ τε καὶ τοῖς υἱοῖς παρὰ τοῦ πλήθους [o] διεγένετο. περὶ μέντοι τούτων αὖθις ἐροῦμεν. νῦν δὲ δηλῶσαι βούλομαι ὅτι νόμιμα πολλά τινα παρέδοσαν τῷ δήμῳ [p] οἱ Φαρισαῖοι ἐκ πατέρων διαδοχῆς, ἅπερ οὐκ ἀναγέγραπται ἐν τοῖς Μωϋσέως νόμοις, καὶ διὰ τοῦτο ταῦτα τὸ Σαδδουκαίων γένος ἐκβάλλει, λέγον ἐκεῖνα δεῖν ἡγεῖσθαι νόμιμα τὰ γεγραμμένα, τὰ δ' ἐκ παραδόσεως τῶν πατέρων μὴ τηρεῖν. καὶ περὶ τούτων ζητήσεις αὐτοῖς καὶ διαφορὰς γίνεσθαι συνέβαινε μεγάλας, [q] τῶν μὲν Σαδδουκαίων τοὺς εὐπόρους μόνον πειθόντων, τὸ δὲ δημοτικὸν οὐχ ἑπόμενον αὐτοῖς ἐχόντων, τῶν δὲ Φαρισαίων τὸ πλῆθος σύμμαχον ἐχόντων. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων τῶν δύο καὶ [r] τῶν Ἐσσηνῶν, ἐν τῇ δευτέρᾳ μου τῶν Ἰουδαϊκῶν ἀκριβῶς [s] δεδηλώκαμεν.

ζ'. Ὑρκανὸς δὲ, παύσας τὴν στάσιν, καὶ μετ' αὐτὴν βιώσας εὐδαιμόνως, καὶ τὴν ἀρχὴν διοικησάμενος τὸν ἄριστον τρόπον [t] ἔτεσιν ἑνὶ καὶ τριάκοντα, τελευτᾷ, καταλιπὼν υἱοὺς πέντε· [v] τριῶν τῶν μεγίστων ἄξιος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κριθεὶς, [x] ἀρχῆς τοῦ ἔθνους, καὶ τῆς ἀρχιερατικῆς τιμῆς, καὶ προφητείας. συνῆν γὰρ αὐτῷ τὸ θεῖον καὶ τὴν τῶν μελλόντων πρόγνωσιν παρεῖχεν αὐτῷ τε εἰδέναι, καὶ προλέγειν οὕτως, ὥστε καὶ περὶ [y] τῶν δύο τῶν πρεσβυτέρων αὐτοῦ παίδων, ὅτι μὴ μενοῦσι τῶν πραγμάτων κύριοι, προεῖπεν. ὧν τὴν καταστροφὴν εἰς τὸ μαθεῖν ὅσον τῆς τοῦ πατρὸς ἀπέβησαν εὐτυχίας, ἄξιον ἀφηγήσασθαι.

6. Tum Jonathas quidam de secta Sadducæorum, qui contrarium tenent Pharisæis institutum, Hyrcani cum primis amicus, dicebat de communi omnium Pharisæorum sententia conviciatum esse Eleazarum: idque ipsi fore manifestum, si ab illis quærat quanam pœna dignus sit Eleazarus ob illud dictum. Cumque Hyrcanus a Pharisæis sciscitaretur, quam pœnam illum commeritum esse censeant, (se enim persuasum habiturum non ex illorum sententia sibi factum esse convicium, si illum pœna, quam postulat flagitium, affecerint) responderunt illi, verberibus & vinculis dignum esse. neque enim videbatur eis convicii gratia capite plectendus: & alioquin ita Pharisæi à natura comparati, ut in pœna irroganda clementes sint. Ea re graviter adeo offensus est *Hyrcanus*, ut hominem ex illorum sententia contumeliam dixisse existimaverit. Et maxime Jonathas insuper incendit, & ita affecit, ut suaderet ei à Pharisæis deficere, & ad Sadducæorum partes transire, & præscripta à Pharisæis populo jura antiquare, atque in eos qui ea servarint animadvertere. Itaque hinc natum est multitudinis tum in eum tum in ejus filios odium. Verum de his postea dicemus. In præsentia autem demonstrare volo, Pharisæos multa instituta populo * tradidisse à patribus accepta, quæ in Moysis leges non relata sunt. ideoque ea Sadducæorum genus repudiat, dicitque ea pro institutis habenda quæ scripta sunt, quæ autem à patribus tradita sunt non esse servanda. Atque accidit ut de his quæstiones eis gravesque contentiones orirentur, Sadducæis locupletes solum in suas partes pertrahentibus, Pharisæis autem multitudinis favore nitentibus. Sed de his duabus *sectis* & Essenorum *tertia* accurate tractavimus in secundo quem scripsimus de rebus Judaïcis libro.

Jonathas Sadducæus Hyrcanum in Pharisæos irritat.

De Pharisæorum institutis.

7. Cæterum Hyrcanus, sedata contentione, cum post eam feliciter vixisset, & imperio optime annos unum & triginta præfuisset, obiit, relictis quinque filiis; tria maxima consequutus à Deo, principatum gentis, pontificalem honorem, & vaticinationem. Aderat enim ei numen, futurorumque præsensionem & prædictionem ei ita præbebat, ut de duobus suis filiis natu majoribus prædixerit, non diu in imperio mansuros. De quorum interitu operæpretium est narrationem facere, ut intelligamus quantum eos pater felicitate supergressus est.

Hyrcani mors, & elogium.

ΚΕΦ. ια'.

Ὡς Ἀριστόβουλος, τὴν ἀρχὴν παραλαβὼν, διάδημα πρῶτος ἐπιτίθησι· καὶ τῆς ἐσχάτης ὠμότητος περὶ τῆς μητρὸς καὶ τῶν ἀδελφῶν οὐδὲν ἀπολείπει. καὶ ὡς μετὰ τὴν Ἀντιγόνου ἀναίρεσιν αὐτὸς τελευτᾷ.

Τελευτήσαντος γὰρ αὐτοῖς τοῦ πατρὸς, ὁ [z] πρεσβύτατος [a] Ἀριστόβουλος [b] τὴν ἀρχὴν εἰς βασιλείαν

CAP. XI. XIX.

Quomodo Aristobulus imperio suscepto diadema sibi primus imponit; & nihil ad extremam crudelitatem in matrem fratresque reliqui facit. atque ut ipse post Antigoni cædem vitam finit.

Defuncto enim eorum patre Aristobulus ejus filiorum natu maximus, * cum sibi visum fuisset

Aristobulus ex pontifice primus rex Judæorum.

g Οἱ τὴν ἐναντίαν] Ita Hav. οἱ τὴν in Editis. οἵ τινες Bas.

h Ἰωνάθης] Ἰωάννης in nonnullis MSS. HUDS. Ut & Lugd. Bat. at Jonathas, quoque est apud Epiphan. Inferius etiam idem nomen olim scriptum fuerat, sed mutatum est in Ἰωνάθην. HAV.

i Ἐρομένου,] Τοῦ ἐρομένου· om. Bas.

k Οὐ γὰρ —— Φαρισαῖοι.] Conf. infr. lib. 20. c. 8. §. 1. SPANH.

l Ἐχαλέπηνε,] Ἐχαλέπαινε Hav. & Bas.

m Τῇ Σαδδουκαίων] Τῇ τῶν Σαδδ. Hav. & Bas. ut & mox infra.

n Ποιῆσαι] Ποιῆσαι deëst Bas. ἐποίησε Hav.

o Διεγένετο.] Ἀεὶ ἐγένετο Hav. & Lugd. Bat.

p Οἱ Φαρισαῖοι] Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 5. §. 2. SPANH.

* *Tradidisse*] Vel, *ex patrum continuata traditione*. IBBETS.

q Τῶν μὲν —— ἐχόντων.] Ditiores à parte Sadducæorum, plebs pro Pharisæis. vid. infr. c. 15. §. 5. SPANH.

r Τῶν Ἐσσηνῶν, —— δεδηλώκαμεν.] Conf. ἁλωσ. lib. 2. c. 8. per tot. & Antt. lib. 15. c. 10. §. 4. SPANH.

s Δεδηλώκαμεν.] Δεδήλωται Hav. & Bas.

t Ἔτεσιν ἑνὶ καὶ τριάκοντα,] Ἐν καὶ τριάκοντα ἔτη πλήρη legit *Scalig. in Animadv.* ad *Euseb.* p. 145. vel 147. Joannem Hyrcanum mortuum esse, cum per annos XXIX summo functus fuisset sacerdotio, ex *Josepho* refert *Eusebius*, l. 8. *Demonstrat. Evang.* c. 2. ut & *Hieronymus* ad *Danielis* cap. 11. licet in nostris libris & in *Epiphanii* versione, nunc anni XXXIII. (ut in lib. 1. *de Bello Jud.*) nunc XXXI, ut hic loci, & lib 20. *Usserius* ad *A. M.* 3898. Verum (inquit *Vossius* ad *Chronol. Davidis Ganz*, p. 277.) in *lib. de Bello* censendus est loqui rotundo numero, ut partes primi & ultimi anni sumpserit pro integris annis. Videsis *Is. Vossium* in *Chronol. S.* c. 12. p. 154, 155.

v Τριῶν τῶν μεγίστων ἄξιος] Καὶ τριῶν Hav.

x Ἀρχῆς —— προφητείας.] Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 2. §. 8. SPANH.

y Τῶν δύο τῶν πρεσβυτέρων αὐτοῦ παίδων,] Τῶν deëst Hav.

z Πρεσβύτατος] Πρεσβύτερος Bas. & Epiphan.

a Ἀριστόβουλος] Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 3. §. 1. SPANH.

b Τὴν ἀρχὴν εἰς βασιλείαν] Alio nomine Judas dictus & Philellen.

* *Cum sibi visum fuisset*] *Aut*, cum in regium imperium tran-

isset (nam ita ipsi constitutum erat) principatum in regnum commutare, diadema sibi primus imponit, post annos numero quadringentos octoginta & unum, mensesque tres, quam populus Babylonica servitute liberatus in proprias sedes revenerat. cumque Antigonum fratrum suorum sibi *ætate* proximum amaret, hunc quidem pari honore dignabatur, cæteros vero in vinculis habebat. Matrem etiam conjecit in carcerem, quod ea cum ipso de principatu contenderit (eam enim Hyrcanus omnium dominam reliquerat) eoque crudelitatis processit, ut vinctam fame necârit. Addidit & matri fratrem Antigonum, quem amare videbatur, & in primis regni socium habebat, calumniis abalienatus ab eo. quibus primum non credebat, tum quia eum amabat *male* dicentibus animum non advertens, tum quod ea maledicta ab invidia proficisci putabat. Sed cum aliquando Antigonus ab exercitu magnifice reverteretur, & tunc in eo essent ut festum agerent, quo Deo erigunt tabernacula, accidit ut Aristobulus quidem propter morbum decumberet, Antigonus vero ascenderet splendidissime ornatus in templum, ad festum celebrandum, una cum suis militibus armatis, potissimumque ad vota pro fratris salute facienda: utque tum homines mali & concordiæ eorum dirimendæ cupidi, occasionem nacti ex hoc Antigoni apparatu rebusque ab eo feliciter gestis, regem adirent, eique festi apparatum, rem malitiose in majus augentes, exponerent, quasi singula quæ ab illo fierent non essent hominis privati, sed pro animi regii argumentis habenda quæ fecerat, foretque ut illum interficeret cum eo venerit valida armatorum manu stipatus, quod stultum existimet, cum regnare liceat, communicato honore sibi videri *fas* magna assequutus.

Crudelis in fratres Matremque.

Antigonus calumniis petitus.

2. Aristobulus autem his ægre inductus, quo & fratris suspicionem vitaret, & simul saluti suæ prospiceret, satellites suos in obscuro quodam loco subterraneo collocavit (decumbebat enim in turri quadam, quæ nominabatur Antonia) eisque imperavit, ut neminem, qui veniret inermis, tangerent; sed & Antigonum, si armatus intraret ad se, interficerent: ipse tamen ad Antigonum misit qui rogaret ut sine armis accederet. Sed Regina, & qui cum ea Antigono insidiabantur, nuncio persuadent ut contraria diceret, fratrem *scilicet*, quoniam eum arma ornatumque bellicum parasse audierit, rogare ut ad se veniat armatus, quo cum apparatum videat. Antigonus vero, nihil mali fraudisve suspicans, sed fratris benevolentiæ con-

Regina Aliique Antigono necem machinantur.

[c] μεταθεῖναι δόξας, ἐκεῖνον γὰρ οὕτως, διάδημα [d] πρῶτος ἐπιτίθεται μετὰ [e] τετρακοσίων ἀριθμὸν ἐτῶν, καὶ ὀγδοήκοντα καὶ ἑνὸς, καὶ μηνῶν τριῶν, ἀφ' οὗ τῆς ἀπὸ Βαβυλῶνος δουλείας ἀπαλλαγεὶς ὁ λαὸς, εἰς τὴν οἰκείαν [f] ἐπανῆλθε. στέργων δὲ [g] τῶν ἀδελφῶν τὸν μετ' αὐτὸν [h] Ἀντίγονον, τοῦτον μὲν τῶν ὁμοίων ἠξίου, τοὺς δ' ἄλλους εἶχεν ἐν δεσμοῖς. εἶρξε δὲ καὶ τὴν μητέρα περὶ τῆς ἀρχῆς αὐτῷ διενεχθεῖσαν· ἐκείνην γὰρ Ὑρκανὸς [i] τῶν ὅλων κυρίαν καταλελοίπει· καὶ μέχρι τοσαύτης ὠμότητος προῆλθεν, ὡς αὐτὴν καὶ λιμῷ [k] διαφθεῖραι δεδεμένην. προστίθησι δὲ τῇ μητρὶ καὶ τὸν ἀδελφὸν Ἀντίγονον, [l] ὃν στέργειν ἐδόκει, μάλιστα δὲ καὶ κοινωνὸν [m] εἶχε τῆς βασιλείας, ἐκ διαβολῶν ἀπαλλοτριωθεὶς πρὸς αὐτόν. αἷς τὸ μὲν πρῶτον οὐκ ἐπίστευε, τὰ μὲν ὑπὸ τοῦ φιλεῖν αὐτὸν οὐ προσέχων τοῖς λεγομένοις, τὰ δὲ καὶ φθονούμενον ἡγούμενος διαβάλλεσθαι. [n] τοῦ δὲ Ἀντιγόνου ποτὲ λαμπρῶς ἀπὸ [o] στρατιᾶς ἐπανελθόντος, καὶ τῆς ἑορτῆς καθ' ἣν σκηνοπηγοῦσι τῷ Θεῷ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἐνστάσης, [p] ἔτυχε τὸν μὲν Ἀριστόβουλον εἰς νόσον καταπεσεῖν, τὸν δὲ Ἀντίγονον ἐπιτελοῦντα [q] τὴν ἑορτὴν ἀναβῆναι λαμπρῶς σφόδρα κεκοσμημένον, μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν ὁπλιτῶν, εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ τὰ πλεῖω περὶ τῆς τἀδελφοῦ σωτηρίας εὔχεσθαι· τοὺς δὲ πονηροὺς καὶ διαστῆσαι τὴν ὁμόνοιαν αὐτῶν ἐσπουδακότας, ἀφορμῇ χρησαμένους τῇ τε πρὸς τὴν πομπὴν τοῦ Ἀντιγόνου φιλοτιμίᾳ, καὶ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ κατορθουμένοις, ἐλθεῖν πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ κακοήθως ἐπὶ τὸ μεῖζον ἐξαίροντας τὰ περὶ τὴν πομπὴν τὴν ἐν τῇ ἑορτῇ, καὶ ὡς οὐ κατ' ἰδιώτην ἕκαστον ἦν τῶν γενομένων, ἀλλὰ φρονήματος ἔνδειξιν ἔχειν βασιλικοῦ τὰ πραττόμενα, καὶ ὡς κτείνων αὐτὸν μέλλοι μετὰ στίφους ἐληλυθὼς καρτεροῦ, [r] λογιζόμενον εὐήθως αὐτὸν, βασιλεύειν ἐξὸν, τιμῆς μεταλαμβάνοντα δοκεῖν μεγάλων τυγχάνειν.

β'. Ἀριστόβουλος δὲ [s] τούτοις ἄκων πειθόμενος, καὶ τοῦ ἀνύποπτος εἶναι τἀδελφῷ προνοῶν, καὶ τῆς ἀσφαλείας ἅμα φροντίζων, [t] διίστησι τοὺς σωματοφύλακας ἔν τινι τῶν ὑπογείων ἀφωτίστῳ· κατέκειτο δὲ [v] ἐν τῇ βάρει, μετονομασθείσῃ δὲ Ἀντωνίᾳ· καὶ προσέταξεν ἀνόπλου μὲν ἀπέχεσθαι [x] μηδενὸς, κτείνειν δὲ τὸν Ἀντίγονον ἂν ὡπλισμένος πρὸς αὐτὸν εἰσίοι. πέμπει μέντοι πρὸς τὸν Ἀντίγονον αὐτὸς ἄνοπλον αὐτὸν ἀξιῶν ἥκειν. ἡ δὲ Βασίλισσα καὶ [y] οἱ συνεπιβουλεύοντες αὐτῇ κατ' Ἀντιγόνου, πείθουσι [z] τὸν πεμφθέντα τὰ ἐναντία λέγειν, [a] ὡς ἀδελφὸς ἀκούσας ὅτι κατασκευάσαιτο ὅπλα καὶ κόσμον [b] πολεμικὸν, παρακαλεῖ πρὸς αὐτὸν ὡπλισμένον, ὅπως [c] ἴδοι τὴν κατασκευήν. ὁ δ' Ἀντίγονος μηδὲν [d] ὑπιδόμενος κακοῦργον,

transferendum (ita enim ipsi placuit) suum statuisset principatum.

c Μεταθεῖναι δόξας,] Μεταθεῖναι Bock. Hen. & Zonar.

d Πρῶτος ἐπιτίθεται] Alexandrum illius fratrem & successorem primum hoc fecisse dicit *Strabo* non habita ratione Aristobuli, quod is fortasse post assumptum diadema parum vixerit. *Usserius* ad A. M. 3892.

e Τετρακοσίων ——— ἑνὸς] Ita etiam apud *Zonaram*. Verum lib. *de Bello Jud.* annos tantum CCCCLXXI huic intervallo tribuit: & sic scripsisse *Josephum* contendit *Vossius*, demonstratque in *Chronol. S.* c. 12. p. 154. Neutrum verum ait *Cappellus* ad *A. M.* 3891. Sed ab ultima captivitate Babylonica ad Aristobuli principatum sunt anni CCCCLXXXI. Hoc forte voluit is à quo hæc mutuatus est *Josephus*. υπθ'. *Nicephorus* in *Eclogis*. Videsis *Scalig.* in *Animadv.* ad *Euseb.* p. 137.

f Ἐπανῆλθε.] Κατῆλθε *Hen.* & *Bock.* Ita etiam *Zonar.*

g Τῶν ἀδελφῶν] Τὸν ἀδελφὸν τὸν μετ' αὐτὸν Ἀντίγονον legisse videtur *Epiphan.* τὸν δὲ μετ' αὐτὸν Ἀντιγ. *Zonar.*

h Ἀντίγονον,] Id quod πρῶτος ἀνθ' ἱερέως ἀνέδειξε ἑαυτὸν βασιλέα de Alexandro Aristobuli fratre & successore dicit Strabo lib. XVI. p. 762. G. H. Unde Josephum redarguit Harduin. de Num. Herod. p. 24. SPANH.

i Τῶν ὅλων κυρίαν καταλελοίπει·] Τῶν ὅλων κυρίαν *Hen.*

k Διαφθεῖραι δεδεμένην.] Διέφθειρεν *Hen.*

l Ὃν στέργειν ἐδόκει, μάλιστα δὲ καὶ κοινωνὸν] Levicula mutatio nescio quomodo commodiorem reddit sensum, ὃν στέργειν ἐδόκει μάλιστα δὴ, καὶ κοινωνόν. IBBETS.

m Εἶχε τῆς βασιλείας,] Ἔχων *Hen.* & *Epiphan.*

n Τοῦ δὲ] *Gen.* τε δὲ, Vel τοῦ δὲ Ita etiam *editio Basil.* SPANH.

o Στρατιᾶς ἐπανελθόντος] Στρατείας *Bock.* (*Coccejus*) *Epiphan.* & *Zonar.*

p Ἔτυχε τὸν μὲν Ἀριστόβουλον] Ἔτυχεν ὄντα τὸν *Bock.*

q Τὴν ——— κεκοσμημένον,] Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 3. §. 2. SPANH.

r Λογιζόμενον εὐήθως αὐτὸν, βασιλεύειν ἐξὸν,] *Lugd. Bat.* λογιζόμενον εὐήθεις &c. Malebat *Coccejus* λογιζόμενος. Si quid mutandum esset, ita scribi posset: λογιζόμενον, εὐήθως αὐτὸν βασιλεύειν ἐξὸν, ἢ τιμῆς &c. i. e. reputante illo secum, melius esse ut solus regnaret, quam participato imperio credere, sese satis magna esse assecutum. Verum satis proba est vulgata lectio. εὐήθως enim conjungi debet cum δοκεῖν, atque hic illam animi significat facilitatem & segnitiem, quæ stultitiæ vitium incurrit. HAV.

s Τούτοις ἄκων πειθόμενος,] Τούτων ἀκούων καὶ πειθ. solus *Hen.* HUDS. *Lugd. Bat.* similiter. sed καὶ πειθ. non agnoscit. HAV.

t Διίστησι τοὺς σωματοφύλακας] Διέστησε *Hen. Vat.* & *Bock.*

v Ἐν τῇ βάρει, μετονομασθείσῃ δὲ Ἀντωνίᾳ·] Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 3. §. 3. SPANH.

x Μηδενὸς,] Ita *Hen. Bock.* & *Vat. Interpr.* μηδένα in *Editis*.

y Οἱ συνεπιβουλεύοντες] Illud οἱ ex *MSS.*

z Τὸν πεμφθέντα τὰ ἐναντία λέγειν,] Τὸν ἀγγελιαφόρον *Hen.* & *Bock.*

a Ὡς ἀδελφὸς ἀκούσας] Ita etiam l. 1. de *Bello Jud.* ὡς ὁ ἀδελφὸς *Bock. Vat.* (*Lugd. Bat.*) & *Hen.*

b Πολεμικὸν,] Ita *Bock. Hen.* & l. 1. *de Bello Jud.* πολέμου in *Editis*.

c Ἴδοι τὴν κατασκευήν.] Sic *Bock.* & *Hen.* ἴδῃ *Bas.* εἴδῃ *Gen.*

d Ὑπιδόμενος] Forte ὑπιδόμενος. COCC.

e Ka-

γον, ἀλλὰ θαρρῶν τῇ παρὰ τἀδελφοῦ διαθέσει, ὡς εἶχεν ἐνδεδυμένος τὴν πανοπλίαν [e] παρεγίνετο πρὸς τὸν Ἀριστόβουλον, ἐπιδείξων αὐτῷ τὰ ὅπλα. γενόμενον δ' αὐτὸν κατὰ τὸν Στράτωνος καλούμενον πύργον, οὗ συνέβαινεν ἀφώτιστον εἶναι σφόδρα τὴν πάροδον, ἀποκτείνουσιν οἱ σωματοφύλακες. διέδειξε γε μὴν ὁ τούτου θάνατος, ὅτι μηδὲν μήτε φθόνου μήτε διαβολῆς ἰσχυρότερον, μηδ' ὅ τι μᾶλλον εὐνοίας καὶ φυσικῆς οἰκειότητος διίστησιν ἢ ταῦτα τὰ πάθη. μάλιστα δ' ἄν τις θαυμάσειε καὶ [f] Ἰούδαν τινά, [g] Ἐσσαῖον μὲν τὸ γένος, οὐδέποτε δ' ἐν οἷς προεῖπε διαψευσάμενον τἀληθές. οὗτος [h] γάρ, ἰδὼν τὸν Ἀντίγονον παριόντα τὸ ἱερόν, ἀνεβόησεν ἐν τοῖς ἑταίροις αὐτοῦ καὶ γνωρίμοις, οἳ διδασκαλίας ἕνεκα τοῦ προλέγειν τὰ μέλλοντα παρέμενον, ὡς ἀποθανεῖν αὐτῷ καλὸν [i] διεψευσμένῳ ζῶντος Ἀντιγόνου, ὃν σήμερον τεθνήξεσθαι προειπὼν ἐν τῷ καλουμένῳ Στράτωνος πύργῳ [k] παριόντα ὁρᾷ. [l] καὶ τοῦ μὲν χωρίου σταδίους ἀπέχοντος ἑξακοσίους, ἔνθα φονευθήσεσθαι προεῖπεν αὐτόν, τῆς δ' ἡμέρας ἤδη τοῦ πλείονος ἠνυσμένου, ὥστ' αὐτῷ κινδυνεύειν τὸ μάντευμα ψευδὲς εἶναι. [m] ταῦτ' οὖν λέγοντος αὐτοῦ καὶ κατηφοῦντος, ἀγγέλλεται τεθνεὼς Ἀντίγονος ἐν τῷ ὑπογείῳ, [n] ὃ καὶ αὐτὸ Στράτωνος πύργος ἐκαλεῖτο, [o] ὁμώνυμον τῇ παραλίῳ Καισαρείᾳ. τὸν μὲν οὖν μάντιν τοῦτο διετάραξεν.

γ'. Ἀριστόβουλον δὲ τῆς ἀδελφοκτονίας εὐθὺς εἰσῆλθε μετάνοια, καὶ νόσος [p] ἐπ' αὐτῇ, τῆς διανοίας ὑπὸ τοῦ [q] μύσους κεκακωμένης, ὡς, διαφθαρέντων αὐτῷ ὑπὸ ἀκρασίας τῆς ὀδύνης τῶν ἐντός, αἷμα ἀναφέρειν. ὃ τῶν διακονουμένων τις παίδων, κατὰ [r] δαιμόνιον οἶμαι πρόνοιαν, εἰς τὸν αὐτὸν τόπον, οὗ σφαγέντος Ἀντιγόνου σπίλους ἔτι τοῦ αἵματος ἐκείνου συνέβαινεν εἶναι, κομίζων, [s] ὀλισθὼν ἐξέχει. γενομένης δὲ βοῆς παρὰ τῶν ἰδόντων, ὡς τοῦ παιδὸς ἐξεπίτηδες ἐκχέαντος ἐκεῖ τὸ αἷμα, ἀκούσας Ἀριστόβουλος, τὴν αἰτίαν ἐπύθετο. καὶ μὴ λεγόντων, ἔτι μᾶλλον [t] ἐπεπόνει μαθεῖν, φύσει τῶν ἀνθρώπων ὑπονοούντων ἐν τοῖς τοιούτοις εἶναι χείρονα τὰ σιγώμενα. ὡς δ' ἀπειλοῦντος καὶ βιαζομένου τοῖς φόβοις, τἀληθὲς εἶπον, προχέεται μὲν αὐτῷ πληγέντι τὴν διάνοιαν ὑπὸ τοῦ συνειδότος πολλὰ δάκρυα, βύθιον δὲ ἀνοιμώξας, "οὐκ ἄρα, εἶπε, λή-
"σειν ἐπ' ἀσεβέσιν οὕτω καὶ μιαροῖς τολμήμασι τὸν Θεὸν "ἔμελλον, ἀλλά με ταχεῖα ποινὴ συγγενοῦς φόνου με-"τελήλυθε. καὶ μέχρι τίνος, ὦ σῶμα ἀναιδέστατον, "ψυχὴν ὀφειλομένην [v] ἀδελφῶν καὶ μητρὸς καθέξεις "δαίμοσι; τί δ' οὐκ [x] ἀθρόαν αὐτὴν ταύτην ἀποδί-"δως, κατὰ μέρος δ' [y] ἐπισπένδω τοὐμὸν αἷμα τοῖς μιαι-"φονηθεῖσι;" ταῦτ' εἰπὼν ἐπαποθνήσκει τοῖς λόγοις, βασιλεύσας ἐνιαυτόν, χρηματίσας μὲν φιλέλλην, πολλὰ δ' εὐεργετήσας τὴν πατρίδα, πολεμήσας [z] Ἰτουραίαν, καὶ πολλὴν αὐτῶν τῆς χώρας τῇ Ἰουδαίᾳ προσκτησάμενος, ἀναγκάσας τε τοὺς ἐνοικοῦντας εἰ βούλονται μένειν ἐν τῇ χώρᾳ περιτέμνεσθαι, καὶ κατὰ τοὺς Ἰουδαίων νόμους ζῆν. [a] φύ-

fidens, sicut erat toto corpore armatus, adit Aristobulum, arma ei ostensurus. At postquam venit ad turrim, quæ Stratonis appellabatur, qua valde obscurus erat aditus, occiditur à satellitibus. Hujus sane mors ostendit, nihil livore & calumnia esse fortius, nec quidquam citius benevolentiam naturæque conjunctionem dirimere quam istas perturbationes. Maxime autem alicui subeat mirari Judam quendam, genere Essenum, qui in prædictionibus suis nunquam à vero aberraverat. Is, Antigonum conspicatus præter templum euntem, exclamavit apud socios familiaresque suos, qui discendæ futurorum prædictionis gratia assiduo cum eo erant, sibi *quidem* mortem esse optandam, postquam falsum dixisset, vivente Antigono: quem, cum prædixisset moriturum eo die in turri Stratonis, nunc prætereuntem videret. cum is quidem locus, in quo cum occisum iri prædixisset, *illinc* stadiis sexcentis abesset, & diei jam major pars præterita esset: adeo ut periculum subeat, ne falsum sit suum oraculum. Hæc itaque dum loquitur mœretque, nunciatur mortuus Antigonus in subterraneo loco, qui & ipse Stratonis turris appellabatur, eodem nomine quo maritima Cæsarea. Et quidem hæc res vatem *non mediocriter* perturbabat.

Antigonus occisus.

Ejus mors à Juda Esseno prædicta.

3. Aristobulum autem continuo cepit necis fraternæ pœnitentia, & ex ea morbus, animo sceleris conscientia cruciato, ut, corruptis immodico dolore partibus interioribus, sanguinem emiserit. quem dum quidam puerorum, qui ei ministrabant, divina ut opinor providentia, exportat usque ad locum, qui ex Antigoni cæde adhuc ejus cruore decoloratus erat, prolapsus effudit. Hic orto clamore ab iis qui viderunt, quasi puer data opera sanguinem illic effudisset, eo audito Aristobulus causam sciscitatus est. Atque illis non dicentibus, eo magis scire avebat, quod natura ita comparatum sit, ut homines, cum quid ejusmodi accidit, quæ silentio premuntur deterrima esse suspicentur. Tandem ubi minis & terroribus veritatem ab illis extorsit, ex conscientiæ stimulis animo vulneratus multum lachrymarum profudit, & cum alte ingemuerat, "ergo, inquit, fieri non poterat, "ut mea tam impia & conscelerata facinora Deum "laterent, quin me celeris pœna cognati cædis invasit. Et quousque, ô corpus impudentissimum, "retinebis deditam fratrum matrisque manibus "animam? Cur vero non universam simul reddis, "sed paulatim meum sanguinem iis libo, quos ne-"farie interfeci." Hæc fatus, moritur inter loquendum, cum unum *duntaxat* annum regnasset, Græcorum amator dictus, patriâ ab eo multis beneficiis auctâ, Ituriâ debellatâ, & multâ ejus regionis parte Judææ additâ, coactisque incolis, si in sua regione manere vellent, circumcidi, & ad Judæorum leges vivere. Natura autem æquus erat &

Fratris interitum dolet Aristobulus.

Aristobulus diem obit.

e Παρεγίνετο πρὸς τὸν Ἀριστόβουλον,] Παρεγίνετο Bush. παρεγένετο *Hen.* & *Vat.*

f Ἰούδαν τινά, Ἐσσαῖον μὲν τὸ γένος,] Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 3. §. 5. & infr. lib. 17. c. 15. § 3 SPANH.

g Ἐσσαῖον μὲν τὸ γένος,] Ἐσσαῖον *Bush.* & *Hen.* atque ita in lib. 1. de *Bello Jud.*

h Γάρ, ἰδών] Illud γὰρ ἐ *MSS.* & *Vet. Interpr.*

i Διεψευσμένῳ] Διαψευσαμένῳ *Hen.* HUDS. ■ melius mihi inquit mori, quam si mortem fuero mentitus Antigoni *Rufin.* SPANH.

k Παριόντα ὁρᾷ.] Ita *Hen. Bush.* & *Vet. Interpr.* περιόντα in *Editis.* HUDS. Editorum περιόντα multum antepono huic lectioni, quæ forsan ex superioribus παριόντα τὸ ἱερὸν, irrepsit. Hominem prophetam male habuit, quod Antigonum *superstitem* i. e. περιόντα, nec, ut prædixerat, fato functum videret. IPBETSON.

l Καὶ τοῦ μὲν χωρίου] Ita *Bush.* & *Vat.* quo modo & *Vet. Interpr.* & *Josephus* ipse l. 1. de *Bello Jud.* καὶ τοῦ χωρίου μὲν σταδίους ἀπέχοντος τοὺς χ. in *Editis Aliisque*: juxta *Pseudogorionidem* stadiis distantes φ'. Existimo per notam numeralem χ non significari stadiorum *sexcentorum* numerum, sed mille, χ posito pro χιλίων. *Petavius* in *Animadv.* ἀνωδότους tom. 3. p. 719. Videsis *Relandum* in *Palæstina* S. p. 443.

m Ταῦτ' οὖν λέγοντος αὐτοῦ] Ταῦτα λέγοντος αὐτοῦ *Hen.* & *Bush.*

n Ὁ καὶ ——— Καισαρείᾳ.] Illud ὁ non agnoscit *Hen.* reperitur tamen & in l. 1. de *Bello Jud.* HUDS. Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 3. §. 5. SPANH.

o Ὁμώνυμον] Ὁμωνύμως *Hen.* & in l. 1. de *Bello Jud.*

p Ἐπ' αὐτῇ,] Ἐπ ταύτης τῆς δ. *Bush.*

q Μύσους κεκακωμένης,] Ita *Bush.* (*Caesarius*) & in lib. de *Bello Jud.* μύσους perperam in *Editis Aliisque.*

r Δαιμόνιον] *Lugd. Bat.* δαιμονίαν.

s Ὀλισθὼν] In Marg. *L. B.* ὀλισθάνων.

t Ἐπεπόνει μαθεῖν,] Ἐπέτεινε τοῦ μαθεῖν *Bush.* & *Lugd. Bat.*

v Ἀδελφῶν καὶ μητρός,] Ἀδελφοῦ *Bush. Hen. Vat.* & in l. 1. de *Bello Jud.*

x Ἀθρόαν αὐτὴν ταύτην ἀποδίδως,] Ἀθρόον *Hen.* & *Bush.* HUDS. Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 3. §. 6 SPANH.

y Ἐπισπένδω τοὐμὸν αἷμα] Ἐπισπένδεις *Bush.*

z Ἰτουραίαν,] Ἰτουραίους *Bush.* Ἰτουραίους *Hen.* & *Vat.*

a Φύσει δ' ἐπιεικεῖ κέχρητο,] Φύσει δὲ ἐπιεικεῖ ἐκέχρητο *Hen.* (& *Lugd. Bat.*) ἐχρῆτο *Bush.* Dubium an hoc de Aristobulo ex sua sententia dixerit *Josephus*, an ex auctoritate *Timagenis*, pro *Jo-*

Strabo & Timagenes.

& admodum verecundus, ita attestante Strabone ex auctoritate Timagenis, hisce verbis. "æquum "etiam sese ostendebat hic vir, valideque Judæis "utilem, quippe qui & ditionem eorum ampliasset, & partem gentis Ituræorum, circumcisionis "fœdere devinctam, illis adjunxisset.

ἐπιεικείᾳ κέχρητο, καὶ σφόδρα ἦν αἰδοῦς [b] ἥττων, ὡς μαρτυρεῖ τούτῳ καὶ [c] Στράβων ἐκ τοῦ Τιμαγένους [d] ὀνόματος λέγων οὕτως. "Ἐπιεικής τε ἐγένετο οὗτος ὁ ἀνὴρ, καὶ πολλὰ "τοῖς Ἰουδαίοις χρήσιμος· χώραν τε γὰρ αὐτοῖς προσεκτή-"σατο, καὶ τὸ μέρος τοῦ τῶν Ἰτουραίων ἔθνους [e] οἰκειώσατο, "δεσμῷ συνάψας [f] τῇ τῶν αἰδοίων περιτομῇ.

XX.

CAP. XII.

Quomodo Alexander, principatum adeptus, expeditionem facit in Ptolemaïdem, & metu Ptolemæi Lathuri obsidionem solvit: utque ipsi, quod Cleopatram adversus Ptolemæum accersit & cum eo amicitiam simulat, bellum infert Ptolemæus, & Judæos pugna superat.

ΚΕΦ. ιβ΄.

Ὡς Ἀλέξανδρος, τὴν ἀρχὴν παραλαβὼν, στρατεύει ἐπὶ τὴν Πτολεμαΐδα, καὶ ὑπὸ δέους Πτολεμαίου τοῦ Λαθύρου πολιορκίαν λύει· καὶ ὡς ἐκεῖνος, ὅτι Κλεοπάτραν ἐπὶ τὸν Πτολεμαῖον διεπέμψατο, καὶ φιλίαν πρὸς αὐτὸν ὑπεκρίνατο, πολεμεῖ Πτολεμαῖος, καὶ Ἰουδαίους μάχῃ νικᾷ.

Salome quæ & Alexandra. Alexander Jannæus Judæorum rex.

Aristobulo autem vita defuncto, Salome ejus uxor, quæ à Græcis Alexandra dicitur, solutis ejus fratribus (eos enim in vinculis ut jam diximus, habebat Aristobulus) Jannæum, qui *idem est* Alexander, regem creavit, qui & ætate & moderatione præstabat: cui accidit, ut, simulatque natus est, patri esset invisus, nec unquam, dum ille viveret, in ejus conspectum veniret. Odium autem ex hujusmodi causa fuisse perhibetur. Cum maxime amaret Hyrcanus filiorum suorum grandiores, Antigonum & Aristobulum, interrogavit Deum, (qui ei *aliquando* in somnis apparuit) quisnam filiorum sibi futurus esset successor? Cumque Deus ei hujus Alexandri formam ostendisset, ægre ferens, eum sibi omnium bonorum hæredem fore, * in Galilæa ubi natus est educandum curavit. neque tamen Deus Hyrcanum fefellit. Igitur hic *Alexander*, post Aristobuli interitum regnum adeptus, alterum quidem fratrum regnum affectantem peremit, alterum vero vitam quietam agere instituentem, in honore habuit.

Τελευτήσαντος δὲ Ἀριστοβούλου, [g] Σαλώμη ἡ γυνὴ αὐτοῦ, λεγομένη δὲ ὑφ' Ἑλλήνων Ἀλεξάνδρα, λύσασα τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, δεδεμένους γὰρ [h] αὐτοὺς εἶχεν Ἀριστόβουλος, ὡς προειρήκαμεν, [i] Ἰανναῖον τὸν Ἀλέξανδρον βασιλέα καθίστησι, [k] τὸν καθ' ἡλικίαν προύχοντα καὶ μετριότητα· ᾧ καὶ συνέβη γεννηθέντα εὐθὺς μισηθῆναι ὑπὸ τοῦ πατρὸς, καὶ μέχρι τῆς τελευτῆς αὐτοῦ μηδέποτ' εἰς ὄψιν ἀφικέσθαι. τὸ δ' αἴτιον τοῦ μίσους τοιόνδε λέγεται γενηθῆναι. [l] στέργων μάλιστα τῶν παίδων Ὑρκανὸς τοὺς πρεσβυτέρους, Ἀντίγονον καὶ Ἀριστόβουλον, φανέντα κατὰ τοὺς ὕπνους αὐτῷ τὸν Θεὸν ἐπηρώτα, τίς αὐτοῦ τῶν παίδων μέλλει ἔσεσθαι διάδοχος. τοῦ δὲ Θεοῦ τοὺς τούτου χαρακτῆρας δείξαντος, λυπηθεὶς, ὅτι τῶν ἀγαθῶν αὐτοῦ πάντων οὗτος ἔσται κληρονόμος, γενόμενον εἴασεν ἐν τῇ [m] Γαλιλαίᾳ τρέφεσθαι. ὁ μέντοι Θεὸς οὐ διεψεύσατο τὸν Ὑρκανόν. τὴν δὴ βασιλείαν, μετὰ τὴν Ἀριστοβούλου τελευτὴν, οὗτος παραλαβὼν, τὸν μὲν τῶν ἀδελφῶν ἐπιχειροῦντα τῇ βασιλείᾳ διεχρήσατο· [n] τὸν δ' ἕτερον, ἀπραγμόνως ζῆν προαιρούμενον, εἶχεν ἐν τιμῇ.

Alexander in Ptolemaïdenses expeditionem facit.

2. Composito deinde principatu *ejus*, quo modo sibi conducere putabat, expeditionem facit in Ptolemaïdem: civesque prælio victos compellit intra urbem, & admoto exercitu obsidet. nam maritimarum urbium Ptolemaïs ei & Gaza solæ subigendæ restabant, necnon Zoïlus tyrannus qui Stratonis turrim Doraque tenebat. Ac dum Philometor Antiochus ejusque frater Antiochus, qui Cyzicenus vocabatur, inter se bellum gerunt, suasque vires atterunt, erat nullum Ptolemaïdensibus ab eis auxilium: verum cum premerentur obsidione, aderat Zoïlus, qui Stratonis turrim Doraque occupaverat, † legionem militum alens, &, quod propter regum mutuum certamen tyrannidem affectaret, paululum Ptolemaïdensibus auxilii ferebat. Nam neque reges eis ita favebant, ut ab eis sperari aliquid subsidii posset. Idem enim utrique accidebat quod athletis, ut qui, viribus de-

β΄. Καταστησάμενος δὲ τὴν ἀρχὴν, ὃν ᾤετο συμφέρειν αὐτῷ τρόπον, στρατεύει ἐπὶ Πτολεμαΐδα· τῇ δὲ μάχῃ κρατήσας, ἐνέκλεισε τοὺς ἀνθρώπους εἰς τὴν πόλιν, καὶ περικαθίσας αὐτοὺς ἐπολιόρκει. τῶν γὰρ ἐν τῇ παραλίᾳ Πτολεμαῒς αὐτῷ καὶ Γάζα μόναι χειρωθῆναι ἀπελείποντο, καὶ Ζώϊλος δὲ ὁ κατασχὼν τὸν Στράτωνος πύργον τύραννος καὶ Δῶρα. [o] τοῦ δὲ [p] Φιλομήτορος Ἀντιόχου, καὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Ἀντιόχου, ὃς ἐπεκαλεῖτο Κυζικηνὸς, πολεμούντων ἀλλήλους, καὶ τὴν αὐτῶν δύναμιν ἀπολλύντων, ἦν οὐδεμία τοῖς Πτολεμαεῦσι βοήθεια παρ' αὐτῶν. ἀλλὰ πονουμένοις τῇ πολιορκίᾳ, Ζώϊλος, ὁ τὸν Στράτωνος πύργον κατεσχηκὼς καὶ τὰ Δῶρα, παρῆν σύνταγμα τρέφων στρατιωτικὸν, καὶ τυραννίδι ἐπιχειρῶν, διὰ τὴν τῶν βασιλέων πρὸς ἀλλήλους ἅμιλλαν, μικρὰ τοῖς Πτολεμαεῦσι παρεβοήθει. οὐδὲ γὰρ οἱ βασιλεῖς οὕτως οἰκείως εἶχον πρὸς αὐτοὺς ὥς ἐλπίσαι τινὰ παρ' αὐτῶν ὠφέλειαν. ἑκάτεροι γὰρ ταυτὸ τοῖς ἀθληταῖς ἐπε-

Josepho tamen responderi potest, cum dixisse Aristobulum fuisse natura mitem & modestum, non in vita vel rebus gestis. nam sæpe fit ut plurima contra naturam fiant, ex necessitate, aut timore urgente. *Montacut.* in *Apparatu* p. 229

b Ἥττων,] Ita cum *Bodl. Vat.* (*Lugd. Bat.*) & *Hen.* & *MSS.* quibus usus est *Petitus.* κρείττων in *Editis.* Quo modo legerit *Epiphanius*, qui vertit *natura valde modesta erat & pudoris ingenui*, aliis conjiciendum relinquo.

c Στράβων] Timagenem quidem laudat *Strabo.* Sed in iis quæ supersunt *Strabonis* hic locus non reperitur. Suspicor tamen potius Timagenem Syrum fuisse quam Milesium, quem laudat *Josephus.*

d Ὀνόματος] ἐν τῷ ὀνόματι, בשם. REL.

e Οἰκειώσατο.] Lege ᾠκειώσατο. COCC.

f Τῶν αἰδοίων περιτομῇ.] Τῇ τῶν *Vat.* & *Lugd. Bat.*

g Σαλώμη ἡ] Ita in omnibus libris, quibus usi sumus, tam *Lat.* quam *Gr.* præter *MSS Gall.* & *Vat.* qui habent Σαλίνα cum *Eusebio Aliisque.* ut videre est apud *Scalig.* in *Animadv. Euseb.* p. 139. Sed Salinam à Salome diversam facit *Usserius* ad *A. M.* 3892. Videsis *Jac. Cappellum* ad *A. M.* 3897. HUDS. Judæi in Megillath Taanith hoc nomen scribunt שלציון, & id nomen dant uxori Regis Jannæi. Sic μήτηρ αὐτῶν Σαλαμίνα appellatur mater 7 fratrum, in MSto codice libri quarti de Machabæis. REL.

h Αὐτοὺς εἶχεν] Αὐτοὺς non agnoscit *Hen.*

i Ἰανναῖον τὸν Ἀλέξανδρον βασιλέα καθίστησι,] Ἰανναῖον *Hen. Bodl. Nicephor.* in *Eclogis* & *Zonar.*

k Τὸν καθ' ἡλικίαν] Τὸν καὶ καθ' ἡλ. & mox ᾧ συνέβη *Hen.*

l Στέργων] *Lugd. Bat.* στέργων οὖν. Adscripsit Codici meo *Cocceius*, Forte ἐστέργεν. HAV.

* *In Galilæa ubi natus est educandum curavit.*] Genitum in Galilæa nutriri dimisit, *Epiphan.*

m Γαλιλαίᾳ] Nam Galilæa non adeo felix habita & exculta ac reliqua Judæa, ut constat ex *Actis* c. 2. v. 7. *Joan.* c. 7. v. 52. & *Matth.* c. 26. v. 73.

n Τὸν δ' ἕτερον,] Qui Absalomus dictus est.

o Τοῦ δὲ —— ἀλλήλους,] Antiochus Philometor & Antiochus Cyzicenus *Philometor* idem qui *Grypus* in Exc. Scalig. p. 227. vid. de mutuis eorum bellis supra c. 10. §. 1. SPANH.

p Φιλομήτορος] Ἐκαλεῖτο δὲ Γρυπὸς καὶ Φιλομήτωρ. in Græcis *Eusebii*, p. 227.

† *Legionem militum alens*,] *Al.* una cum legione militum quam alebat.

ὑπεῖχον, εἰ τῇ δυνάμει μὲν ἀπηγορευκότες, αἰσχυνόμενοι δὲ παραχωρῆσαι διετέλουν, ἀργίᾳ δὲ ἀναπαύσει διαφέροντες τὸν ἀγῶνα. λοιπὴ δ' αὐτοῖς ἐλπὶς ἦν ἡ παρὰ τῶν Αἰγύπτου βασιλέων, καὶ τὸν Κύπρον ἔχοντος Πτολεμαίου τοῦ Λαθούρου, ὃς ὑπὸ τῆς μητρὸς Κλεοπάτρας τῆς ἀρχῆς ἐκπεσὼν εἰς Κύπρον παρεγένετο. πέμψαντες οὖν πρὸς τοῦτον οἱ Πτολεμαεῖς, παρεκάλουν ἐλθόντα σύμμαχον ἐκ τῶν Ἀλεξάνδρου χειρῶν αὐτοὺς ῥύσασθαι κινδυνεύοντας. ἐμπλησάντων δ' αὐτὸν τῶν πρέσβεων, ὡς διαβὰς εἰς Συρίαν ἕξει Γαζαίους [q] ἑστῶτας μετὰ τῶν Πτολεμαέων καὶ Ζωίλον, ἔτι γε μὴν Σιδωνίους καὶ πολλοὺς ἅμα αὐτῶν συλλήψεσθαι λεγόντων, ἐπαρθεὶς [r] πρὸς τὸν ἔκπλουν ἐσπούδαζεν.

γ'. Ἐν τούτῳ δὲ τοὺς Πτολεμαεῖς [s] Δημαίνετος, πιθανὸς ὢν αὐτοῖς τότε καὶ δημαγωγῶν, μεταβαλέσθαι τὰς γνώμας [t] ἔπεισεν, "ἄμεινον εἶναι φάσκων ἐπ' ἀδήλῳ τῷ [v] γενησομένῳ διακινδυνεύειν πρὸς τοὺς Ἰουδαίους, μᾶλλον ἢ φανερὰν [x] εἰσδέξασθαι δουλείαν, δεσπότῃ παραδόντας αὐτούς, καὶ πρὸς τούτῳ μὴ τὸν παρόντα μόνον ἔχειν πόλεμον, ἀλλὰ καὶ πολὺ μείζονα τὸν ἀπ' Αἰγύπτου. τὴν γὰρ Κλεοπάτραν οὐ περιόψεσθαι δύναμιν αὐτῷ [y] κατασκευαζόμενον Πτολεμαῖον ἐκ γειτόνων, ἀλλ' ἥξειν ἐπ' αὐτοὺς μετὰ μεγάλης στρατιᾶς· σπουδάσειν γὰρ αὐτὴν ὥστε καὶ τῆς Κύπρου τὸν υἱὸν ἐκβαλεῖν. εἶναι δὲ Πτολεμαίῳ μὲν [z] διαμαρτόντι τῆς ἐλπίδος ἀποφυγεῖν πάλιν εἰς τὴν Κύπρον· αὐτοῖς δὲ [a] κίνδυνον τὸν ἔσχατον." ὁ μὲν οὖν Πτολεμαῖος [b] κατὰ τὸν πόρον μαθὼν τὴν τῶν Πτολεμαέων [c] μεταβολήν, οὐδὲν ἧττον ἔπλευσε, καὶ καταχθεὶς εἰς τὴν λεγομένην Συκάμινον, ἐνταῦθα τὴν δύναμιν ἐξεβίβασεν. ἦν δὲ ὁ πᾶς στρατὸς [d] αὐτοῦ [e] πεζοῖς τε ἅμα καὶ ἱππεῦσι περὶ τρισμυρίους· οὓς προσαγαγὼν πλησίον τῆς Πτολεμαΐδος, καὶ στρατοπεδευσάμενος, ἐπεὶ μήτε τοὺς παρ' αὐτοῦ πρέσβεις ἐδέχοντο μήτε τῶν λόγων ἠκροῶντο, μεγάλως ἐφρόντιζεν.

δ'. Ἐλθόντων δὲ πρὸς αὐτὸν Ζωίλου τε καὶ τῶν Γαζαίων, καὶ δεομένων συμμαχεῖν αὐτοῖς πορθουμένης [f] αὐτῶν τῆς χώρας ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων καὶ Ἀλεξάνδρου, λύει μὲν τὴν πολιορκίαν δείσας τὸν Πτολεμαῖον ὁ Ἀλέξανδρος· ἀπαγαγὼν δὲ τὴν στρατιὰν εἰς τὴν οἰκείαν ἐστρατήγει τὸ λοιπόν, λάθρα μὲν τὴν Κλεοπάτραν ἐπὶ τὸν Πτολεμαῖον μεταπεμπόμενος, φανερῶς δὲ φιλίαν καὶ συμμαχίαν πρὸς αὐτὸν ὑποκρινόμενος. καὶ τετρακόσια δὲ ἀργυρίου τάλαντα δώσειν ὑπέσχετο, χάριν ἀντὶ τούτων αἰτῶν Ζωίλον ἐκποδὼν ποιήσασθαι τὸν τύραννον, καὶ τὴν χώραν τοῖς Ἰουδαίοις προσνεῖμαι. τότε μὲν οὖν ὁ Πτολεμαῖος ἡδέως τὴν [g] πρὸς Ἀλέξανδρον ποιησάμενος φιλίαν χειροῦται τὸν Ζωίλον· ὕστερον δὲ ἀκούσας λάθρα [h] διαπεμπόμενον αὐτὸν πρὸς τὴν μητέρα αὐτοῦ Κλεοπάτραν, λύει τοὺς γεγενημένους πρὸς αὐτὸν ὅρκους, καὶ προσβαλὼν ἐπολιόρκει τὴν Πτολεμαΐδα, μὴ δεξαμένην αὐτόν. καταλιπὼν δ' ἐπὶ τῆς πολιορκίας στρατηγοὺς καὶ μέρος τι τῆς δυνάμεως, αὐτὸς [i] τῷ λοιπῷ [k] τὴν Ἰουδαίαν καταστρεψόμενος ὥρμησεν. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος, τὴν τοῦ Πτολεμαίου διάνοιαν μαθών, συνήθροισε καὶ αὐτὸς περὶ πέντε μυριάδας τῶν ἐγχωρίων, ὡς δ' ἔνιοι συγγραφεῖς εἰρήκασιν, ὀκτώ· καὶ ἀναλαβὼν τὴν δύναμιν [l] ἀπήντα τῷ Πτολεμαίῳ. Πτολεμαῖος δ' ἐξαίφνης ἐπιπεσὼν [m] Ἀσωχεῖ τῆς Γαλιλαίας πόλει, Σάββασιν αἱρεῖ κατὰ κράτος αὐτήν, καὶ περὶ μυρία σώματα καὶ πολλὴν ἑτέραν ἔλαβε λείαν.

fecti & lassati, cedere tamen erubescentes, perseverarent, atque quiescentes & respirantes pugnam differrent. Supererat autem illis una spes ab Ægypti regibus & Ptolemæo Lathuro, Cyprum tenente, qui à matre Cleopatra imperio dejectus Cyprum se contulerat. Igitur hunc oratum miserunt Ptolemaïdenses, ut sibi suppetias ferret, ipsosque periclitantes ex Alexandri manibus liberaret. Cumque ei spem fecissent legati, quod in Syriam trajectus habiturus esset Gazæos & Zoilum à Ptolemaïdensibus stantes, atque Sidonios dicerent & multos una cum eis in auxilium accessuros, his rebus ille elatus navigationem adornare festinabat.

Ptolemæum Lathurum in auxilium accersunt Ptolemaïdenses.

3. Interea autem Demænetus, homo popularis eloquentiæ, & qui tum auctoritate apud Ptolemaïdenses valebat, fecit ut sententiam illi mutarent, dicens "præstare incerto eventu periclitari cum "Judæis, quam manifestam accipere servitutem, "domino se tradendo: & insuper non modo præ-"sens habere bellum, sed etiam multo majus ab "Ægypto *exspectare*. Non enim rerum suarum "adeo negligentem fore Cleopatram ut permissu-"ra esset Ptolemæum vires sibi comparare ex vi-"cinis, sed eos magna manu aggressuram esse: "quippe quæ filium etiam ex Cypro dejicere co-"netur. Esse autem Ptolemæo, si sua spe dejectus "sit, receptum rursus in Cyprum; ipsis vero ex-"tremum periculum *adeundum*." Et quidem Ptolemæus, cognito dum proficisceretur, quod Ptolemaïdenses consilium mutarint, nihilominus navigavit; & in eam quæ Sycaminus dicitur appulsus, ibi cum copiis suis exscensionem fecit. Erat autem in universum ejus exercitus, qua peditum qua equitum, circiter triginta millia: quibus prope Ptolemaïdem ductis factisque castris, cum *cives* neque ipsius legatos admitterent neque verba audirent, valde anxius erat & æstuabat.

Demænetus suadet Ptolemaïdensibus, ut Ptolemæum in urbem non recipiant.

4. Postquam vero Zoilus & Gazæi ad eum venissent, orassentque ut sibi auxilium ferret, agris eorum vastatis à Judæis & Alexandro, obsidionem quidem, præ metu Ptolemæi, solvit Alexander: atque abducto domum exercitu, deinceps astu rem gerebat, clanculum Cleopatram adversus Ptolemæum accersens, aperte vero amicitiam & societatem cum eo simulans. Quinetiam quadringenta argenti talenta daturum se promisit, ea lege ut Zoilus tyrannus è medio tolleretur, & regio Judæis attribueretur. Et tum quidem Ptolemæus, libenter inita cum Alexandro amicitia, Zoilum in potestatem suam redigit: verum postea, ubi audivit Alexandrum clam ad matrem suam Cleopatram nuncios mittere, solvit quod ei præstiterat jusjurandum, & Ptolemaïdem, quæ cum non admiserat, adgressus obsidet: atque relictis in obsidione ducibus & parte copiarum, ipse cum reliquis ad Judæam populandam profectus est. Alexander autem, intellecta mente Ptolemæi, coëgit & ipse ad quinquaginta incolarum millia, aut, ut scriptores quidam tradiderunt, octoginta; & assumptis copiis Ptolemæo obviam proficiscitur. Ptolemæus vero Asochin Galilææ urbem Sabbato de improviso adortus expugnat; & circiter decem corporum millia, multamque aliam prædam capit.

Ptolemaïdis obsidionem solvit Alexander.

Fœdus inter Ptolemæum Lathurum & Alexandrum.

Quòd Alexander dolo malo egerit, fœdus frangit Ptolemæus.

Asochim expugnat.

5. Dein-

q Ἑστῶτας μετὰ τῶν Πτολεμαέων] *Lugd. Bat.* συνεστῶτας μετὰ τῶν Πτολεμαέων.

r Πρὸς τὸν ἔκπλουν ἐσπούδαζε.] Τὰ πρὸς τὸν ἔκπλουν *Bash.* & *Hen.*

s Δημαίνετος,] Δημήτριος juxta quosdam *Epiphanii* libros.

t Ἔπεισεν,] Ἔπειθεν *Bash.* & *Hen.*

v Γενησομένῳ διακινδυνεύειν] Γενησομένῳ διακινδυνεύσειν *Vat.*

x Εἰσδέξασθαι δουλείαν,] Ita *Bash.* (*Lugd. Bat.*) & *Hen.* & forsan *Epiphan.* qui vertit *suscipere.* ἐνδέξασθαι in *Editis Aliisque.* Forsan ἐκδέξασθαι legendum.

y Κατασκευαζόμενον] *L. B.* κατασκευαζόμενον.

z Διαμαρτόντι τῆς ἐλπίδος] Διαμαρτοῦσι *Hen.*

a Κίνδυνον τὸν ἔσχατον.] Κινδυνεύειν *Hen.*

b Κατὰ τὸν πόρον μαθὼν] Καθ' ὃν πορίον *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *Bash.*

c Μεταβολήν.] *L. B.* μεταβουλήν.

d Αὐτοῦ] Αὐτῷ *Hen* & *Vat.*

e Πεζοῖς τε ἅμα καὶ ἱππεῦσι] *L. B.* πεζοί τε ἅμα σὺν ἱππεῦσι.

f Αὐτῶν τῆς χώρας] Ita *Gen.* αὐτοὶ *Bas.* αὐτοῖς *Vat.*

g Πρὸς Ἀλέξανδρον ποιησάμενος φιλίαν] Πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον *Bash.*

h Διαπεμπόμενον αὐτὸν] Διαπεμψάμενον *Vat.*

i Τῷ λοιπῷ] Μετὰ τοῦ λ. *Hen.* τὸ λοιπὸν *Bash.*

k Τὴν Ἰουδαίαν] Ita *MSS.* τῶν Ἰουδαίων in *Editis.*

l Ἀπήντα τῷ Πτολεμαίῳ.] Ita *Bash. Hen.* & *Vat.* ἀπαντᾷ in *Editis.*

m Ἀσωχεῖ] Hæc urbs alibi *Josepho* dicitur Ἀσωχὶς & Ἀσῶχις. *Epiphanio* autem *Aschiten* aut *Asceron.* at *Sichan* appellat *Pseudegesionides.* Ἀσωχεῖτα τῆς Γαλ. in *Cod. Vat.* HUDS. Conf. de Vita §. 41. SPANH.

n Συν-

XXI. *Ptolemæus & Alexander pugna se petunt.*

5. Deinde Sepphorim tentavit, quæ ab ea quam populatus erat prope aberat: multisque ibi amissis Ptolemaïdem abiit, conflicturus cum Alexandro. Ei autem occurrit Alexander apud Jordanem fluvium, ad locum quendam nomine Asophum, non longe à Jordane fluvio; & prope hostes castra metatur. Cæterum habebat in prima acie octo pugnatorum millia, quos Hecatontomachos appellabat, qui scutis ære tectis utebantur. itemque Ptolemæi prima acies tectos ære clypeos gestabat. Veruntamen cæteris quidem rebus inferiores erant Ptolemæani, eoque timidius periculum subierunt: sed non parum eis audaciæ addidit Philostephanus aciei ordinandæ præfectus, jubens transire fluvium qui inter castra positus erat. Alexander vero eos exitu prohibendos non existimavit. nam facilius hostes, si fluvium à tergo haberent, se superaturum esse credidit; quod ex prælio fugere nequirent. Et principio quidem inter eos anceps erat & manibus & animis prælium; magnaque utriusque exercitûs facta erat cædes. Cumque superiores evaderent Alexandri milites, Philostephanus, partitus copias *suas*, cedentibus commode subsidia mittebat; ac nemine inclinanti Judæorum parti succurrente, fiebat ut isti fugerent, qui in proximo erant *illis* non subvenientibus, sed simul cum eis in fugam se conjicientibus, at Ptolemæani contra ac illi faciebant. Nam Judæis instantes, eos occidebant: & ad extremum omnes in fugam actos persequebantur, tanta strage edita, ut eis & ferrum obtunderetur & manus delassarentur. quippe triginta hominum millia *in eo prælio* occisa retulerunt: (at Timagenes dixit quinquaginta millia *cecidisse*) atque alios partim captos, partim domum fuga dilapsos.

Acies quomodo ordinata. *Alexandri copia fusa fugataque.* *Timagenes historicus.*

6. Ptolemæus vero, post victoriam regionem populatus, vespere mansit in quibusdam Judææ pagis: quos feminarum & infantum plenos nactus, militibus imperavit ut eos jugularent & frustatim dissecarent, & cum membratim in ferventia ahena eos conjecissent, libamenta facerent. Hoc autem *illis* mandavit, ut qui ex prælio elapsi fuerint & ad eos venerint, hostes humana carne vesci arbitrarentur; & ea re illos qui viderent magis perterrefacerent. Imo & Strabo refert & Nicolaus, quod eos hoc modo acceperit ut memoravi. Ad hæc Ptolemaïdem vi expugnavit, ut etiam alibi indicavimus.

Ptolemæi Lathuri crudelitas. *Strabo & Nicolaus Damascenus.*

έ. Πειράσας δὲ καὶ [n] Σέπφωριν μικρὸν ἄπωθεν τῆς πεπορθημένης, πολλοὺς ἀποβαλὼν ᾔει πολεμήσων Ἀλεξάνδρῳ. [o] ὑπηντίαζε δ' αὐτῷ πρὸς τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ Ἀλέξανδρος, περί τινα τόπον λεγόμενον [p] Ἀσωφὼν, οὐ πόῤῥωθεν τοῦ Ἰορδάνου ποταμοῦ· καὶ βάλλεται στρατόπεδον πλησίον τῶν πολεμίων. εἶχε μέντοι τοὺς [q] προμαχομένους ὀκτακισχιλίους, οὓς Ἑκατοντομάχους προσηγόρευεν, ἐπιχάλκοις χρωμένους τοῖς θυρεοῖς. ἦσαν δὲ καὶ τοῖς τοῦ Πτολεμαίου [r] προμαχοῦσιν ἐπίχαλκοι αἱ ἀσπίδες. τοῖς μέντοιγε ἄλλοις ἔλαττον ἔχοντες οἱ τοῦ Πτολεμαίου, εὐλαβέστερον συνῆψαν εἰς τὸν κίνδυνον· θάρσος δὲ αὐτοῖς οὐκ ὀλίγον [s] ἐποίησεν ὁ τακτικὸς Φιλοστέφανος, διαβῆναι κελεύσας τὸν ποταμὸν, ὃ μεταξὺ ἦσαν ἐστρατοπεδευκότες. Ἀλεξάνδρῳ δὲ κωλύειν αὐτῶν τὴν διάβασιν οὐκ ἔδοξεν. [t] ἐνόμισε γὰρ εἰ κατὰ νώτου λάβοιεν τὸν ποταμὸν, ῥᾷον αἱρήσειν τοὺς πολεμίους, φεύγειν ἐκ τῆς μάχης οὐ δυναμένους. [v] κατ' ἀρχὰς μὲν οὖν παρ' ἀμφοτέρων ἦν ἔργα χειρῶν καὶ προθυμίας παραπλήσια, καὶ πολὺς ἐγένετο φόνος ἐξ ἑκατέρων [x] τῶν στρατευμάτων. ὑπερτέρων δὲ τῶν Ἀλεξάνδρου γενομένων, Φιλοστέφανος, διελὼν τὴν δύναμιν, δεξιῶς τοῖς ἐνδιδοῦσιν ἐπεκούρει· μηδενὸς δὲ τῷ κλιθέντι μέρει τῶν Ἰουδαίων προσβοηθοῦντος, [y] τούτοις μὲν συνέβαινε φεύγειν, μὴ βοηθούντων [z] τῶν πλησίον, ἀλλὰ κοινωνούντων τῆς φυγῆς, οἱ δὲ τοῦ Πτολεμαίου τἀναντία τούτων ἔπραττον. ἑπόμενοι γὰρ ἔκτεινον τοὺς Ἰουδαίους, καὶ τὸ τελευταῖον τρεψάμενοι αὐτοὺς ἅπαντας ἐδίωκον οἱ φονεύοντες, ἕως οὗ καὶ ὁ σίδηρος [a] αὐτοῖς ἠμβλύνθη κτείνουσι, καὶ αἱ χεῖρες παρείθησαν. τρισμυρίους γοῦν ἔφασαν [b] ἀνδρῶν ἀποθανεῖν· Τιμαγένης δὲ, πεντακισμυρίους εἴρηκε· τῶν δὲ ἄλλων, τοὺς μὲν αἰχμαλώτους ληφθῆναι, τοὺς δ' εἰς τὰ οἰκεῖα διαφυγεῖν χωρία.

ς'. Πτολεμαῖος δὲ μετὰ τὴν νίκην [c] προκαταδραμὼν τὴν χώραν, ὀψίας [d] ἐπιγενομένης ἔν [e] τισι κώμαις τῆς Ἰουδαίας κατέμεινεν· ἃς γυναικῶν εὑρὼν μεστὰς καὶ νηπίων, ἐκέλευσε τοὺς στρατιώτας, ἀποσφάττοντας αὐτοὺς καὶ κρεουργοῦντας, ἔπειτα εἰς λέβητας ζέοντας ἐνιέντας τὰ μέλη ἀπάρχεσθαι. τοῦτο δὲ προσέταξεν, ἵν' οἱ διαφυγόντες ἐκ τῆς μάχης, [f] καὶ πρὸς αὐτοὺς ἐλθόντες, σαρκοφάγους ὑπολάβωσιν εἶναι τοὺς πολεμίους, καὶ διὰ τοῦτο ἔτι μᾶλλον αὐτοὺς [g] καταπλαγῶσι ταῦτ' ἰδόντες. [h] λέγει δὲ καὶ Στράβων καὶ Νικόλαος, ὅτι τοῦτον αὐτοῖς ἐχρήσαντο τὸν τρόπον, καθὼς κἀγὼ προείρηκα. [i] ἔλαβε δὲ καὶ τὴν Πτολεμαΐδα κατὰ κράτος, ὡς καὶ ἐν ἄλλοις φανερὸν πεποιήκαμεν.

n Σεπφώριν] Ita *Hen.* & *Vat.* & recte, cum ΣΕΠΦΟΡΗΝΩΝ habeant Nummi. Σιπφώριν in *Editis Aliisque*. Videsis *Cellarium* in *Geogr. Antiq.* l. 3. c. 13. p. 304 & *Relandum* in *Palæstina* S. p. 999. HUDS. *Gen.* Σιμφώριν, vel Σίπφωριν. malè etiam *Gen.* Σαμφώριν seq. lib. 14. c. 5. §. 3. Vel Σεπφωρις lib. 17. c. 12. §. 5. Σιπφώριν, ubi *Gen.* Σίπφωριν & alii. lib. 2. c. 4. §. 1. Nummi ΣΕΠΦΩΡΗΝΩΝ. SPANH.

o Ὑπηντίαζε δ' αὐτῷ] Ὑπηντίασε *Bosh.* (*Lugd. Bat.*) & *Hen.*

p Ἀσωφὼν,] Σαφὼν veram scripturam esse existimat *Petitus* in *Animadv. misc.*, tom. 3. p. 724. eundemque locum esse credit, qui *Hieronymo* dicitur *Saphon*.

q Προμαχομένους ὀκτακισχιλίους,] Μαχομένους legisse videtur *Epiphan.* unde nonnihil firmari videtur, quod loco jam citato asserit *Petitus*, scilicet, eos non fuisse qui in prima acie pugnant, *velites*, sed *triarios*, in quibus totius exercitus spes, quorum singuli *centum hominum* impetum sustinere poterant.

r Προμαχοῦσιν] Ita cum *Hen.* προμαχοῦσιν in *cæteris*.

s Ἐποίησεν] Ἐνεποίησεν *Hen.* & *Vat.*

t Ἐνόμισε γὰρ] Ἐνόμιζε *Vat.*

v Κατ' ἀρχὰς] [illegible] κατ' ἀρχὰς μὲν παρ' ἀμφοτέρων ἦν ἔργα χειρῶν καὶ προθυμία παραπλησία, καὶ πολὺς [illegible] φόνος ἐξ ἑκατ. *Bosh.*

x Τῶν στρατευμάτων.] Illud τῶν ex *MSS.*

y Τούτοις μὲν συνέβαινε φεύγειν,] Τούτοις *Hen.* & *Bosh.*

z Τῶν πλησίον,] Μηδὲ τῶν πλ. *Hen.* & *Lugd. Bat.*

a Αὐτοῖς ἠμβλύνθη κτείνουσι,] Αὐτῶν *Vat.*

b Ἀνδρῶν ἀποθανεῖν.] Ita *Hen.* ἄνδρας *Bosh.* αὐτῶν in *Editis*.

c Προκαταδραμὼν] Προκαταλαβὼν *Vat.*

d Ἐπιγενομένης] Ita *Bosh. Hen.* & *Vat.* γενομένης in *Editis*.

e Τισι κώμαις τῆς Ἰουδαίας] Hoc modo *Hen.* & *Vat.* ταῖς in reliquis. & χώραις pro κώμαις *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *Bosh.*

f Καὶ πρὸς αὐτοὺς ἐλθόντες,] Καὶ abest *Hen.* & *Bosh.*

g Καταπλαγῶσι ταῦτ' ἰδόντας.] Καταπλαγῶσι *Vat. Hen.* & *Bosh.* καταπλαγῶσι in *Editis*. mox ταῦτα ἰδόντες *Hen.* quod una cum καταπλαγῶσι ferri potest, si αὐτοὶ pro αὐτοὺς scriberetur.

h Λέγει δὲ καὶ Στράβων καὶ Νικόλαος,] Illi λέγει δὲ καὶ & cætera usque ad ἔλαβε desunt in *Epiphanii* libris.

i Ἔλαβε δὲ καὶ τὴν Πτολεμαΐδα κατὰ κράτος,] Ita *Hen. Bosh.* (*Lugd. Bat.*) & *Epiphan.* ἔλαβον in *Editis*.

ΚΕΦ. ιγ'.

Ως Αλέξανδρος, Κλεοπάτρας συμμαχίαν πρὸς αὐτὸν πεποιημένης, στρατεύεται ἐπὶ τὴν Κοίλην Συρίαν, καὶ τὴν Γαζαίων πόλιν κατασκάπτει· καὶ ὡς πολλὰς Ιουδαίων κατ' αὐτοῦ στασιασάντων μυριάδας ἀναιρεῖ. Περὶ Αντιόχου Γρυποῦ, Σελεύκου, Αντιόχου Κυζικηνοῦ καὶ Εὐσεβοῦς, καὶ ἄλλων.

Κλεοπάτρα δὲ ὁρῶσα τὸν υἱὸν αὐξανόμενον, καὶ τήν τε Ιουδαίαν ἀδεῶς πορθοῦντα, καὶ τὴν Γαζαίων πόλιν ὑπήκοον ἔχοντα, περιιδεῖν οὐκ ἔγνω τοῦτον ἐπὶ ταῖς πύλαις ὄντα, καὶ ποθοῦντα τὴν τῶν Αἰγυπτίων ἀρχὴν μείζω γινόμενον· ἀλλὰ [k] παραχρῆμα καὶ μετὰ ναυτικῆς καὶ [l] πεζικῆς δυνάμεως ἐπ' αὐτὸν ἐξώρμησεν, ἡγεμόνας τῆς ὅλης στρατιᾶς ἀποδείξασα [m] Χελκίαν καὶ Ανανίαν τοὺς Ιουδαίους. τὰ δὲ πολλὰ τοῦ [n] πλούτου, καὶ τοὺς υἱωνοὺς καὶ διαθήκας πέμψασα [o] Κώοις [p] παρέθηκεν. κελεύσασα [q] δὲ τὸν υἱὸν Αλέξανδρον στόλῳ μεγάλῳ [r] περιπλεῖν εἰς Φοινίκην ἡ Κλεοπάτρα, μεταστάσης αὐτῆς ἧκεν εἰς Πτολεμαΐδα· μὴ δεξαμένων δὲ αὐτὴν τῶν [s] Πτολεμαέων [t] ἐπολιόρκει τὴν πόλιν. Πτολεμαῖος δὲ ἀπελθὼν ἐκ τῆς Συρίας [v] εἰς Αἴγυπτον ἔσπευδεν, αἰφνιδίως αὐτὴν οἰόμενος κενὴν οὖσαν στρατιᾶς καθέξειν. ἀλλὰ διημάρτανε τῆς ἐλπίδος. κατὰ [u] τοῦτον δὴ τὸν χρόνον, συνέβη καὶ Χελκίαν, τὸν ἕτερον τῶν τῆς Κλεοπάτρας ἡγεμόνων, ἀποθανεῖν περὶ Κοίλην Συρίαν, [y] διώκοντα Πτολεμαῖον.

β'. Ακούσασα δὲ ἡ Κλεοπάτρα τὴν ἐπιχείρησιν τοῦ παιδὸς υἱοῦ, καὶ ὅτι τὰ περὶ τὴν Αἴγυπτον οὐχ ὃν προσεδόκα τρόπον [z] προκεχώρηκεν αὐτῷ, πέμψασα μέρος τι τῆς στρατιᾶς ἐξέβαλεν αὐτὸν [a] ἀπὸ τῆς χώρας. καὶ ὁ μὲν, ἐκ τῆς Αἰγύπτου πάλιν ὑποστρέψας, τὸν χειμῶνα [b] διέτριβεν ἐν Γάζῃ. Κλεοπάτρα δὲ ἐν τούτῳ τὴν ἐν Πτολεμαΐδι φρουρὰν ἐκ πολιορκίας [c] λαμβάνει καὶ τὴν πόλιν. Αλεξάνδρου δὲ αὐτῇ μετὰ δώρων προσελθόντος, καὶ θεραπείας ὁποίας ἄξιον ἦν, [d] πεπονθότος μὲν κακῶς ὑπὸ Πτολεμαίου, καταφυγῆς δὲ οὐκ ἄλλης ἢ ταύτης εὐποροῦντος, τινὲς μὲν τῶν φίλων καὶ ταῦτα συνεβούλευον [e] αὐτὴν λαβεῖν, καὶ τὴν χώραν ἐπελθοῦσαν κατασχεῖν, καὶ μὴ περιιδεῖν ἐπὶ ἑνὶ ἀνδρὶ τοσοῦτον πλῆθος ἀγαθῶν Ιουδαίων κείμενον. Ανανίας δὲ συνεβούλευε τούτοις [f] ἐναντία, λέγων "ἄδικα ποιήσειν αὐτὴν, εἰ "σύμμαχον ἄνθρωπον [g] ἀφαιρήσεται τῆς ἰδίας ἐξουσίας, καὶ "ταῦτα συγγενῆ ἡμέτερον. οὐ γὰρ ἀγνοεῖν σε βούλομαι, φησὶν, ὅτι "τὸ πρὸς τοῦτον ἄδικον ἐχθροὺς ἅπαντας ἡμᾶς σοι τοὺς Ιουδαίους "[h] κατασκευάσει." ταῦτα δὲ [i] Ανανίου παρακαλέσαντος, ἡ Κλεοπάτρα πείθεται μηδὲν ἀδικῆσαι τὸν Αλέξανδρον, ἀλλὰ συμμαχίαν πρὸς αὐτὸν ἐποιήσατο ἐν Σκυθοπόλει τῆς Κοίλης Συρίας.

γ'. Ο δὲ, τοῦ ἐκ Πτολεμαίου φόβου ἐλευθερωθεὶς, στρατεύεται μὲν εὐθὺς ἐπὶ τὴν Κοίλην Συρίαν· [k] αἱρεῖ δὲ Γάδαρα πολιορκήσας δέκα μησίν. αἱρεῖ δὲ καὶ Αμαθοῦντα μέγιστον ἔρυμα τῶν [l] ὑπὲρ τοῦ Ιορδάνου κατῳκημένων, ἔνθα καὶ τὰ

CAP. XIII.

Quomodo Alexander, postquam Cleopatra cum ipso societatem iniisset, expeditionem facit in Cœlen-Syriam, & Gazæorum urbem funditus evertit: utque multas Judæorum myriadas, ob motam in ipsum seditionem, occidit. De Antiocho Grypo, Seleuco, Antiocho Cyziceno & Pio, aliisque.

Cleopatra autem videns filium crescere, & Judæam arbitratu suo vastare, urbemque Gazæorum in sua potestate habere, statuit non adeo sui negligens esse ut eum pateretur, cum jam ad portas esset, majorque factus Ægypti imperium cuperet: sed confestim cum navalibus pedestribusque copiis adversus eum proficiscitur, mandata totius exercitûs cura Chelciæ & Ananiæ Judæis. magnam autem facultatum suarum partem, nepotesque & testamentum ad Coos depositum misit: jussoque filio suo Alexandro in Phœnicen ingenti cum classe navigare, Cleopatra, cum ea *regio* deditionem fecisset, ad Ptolemaïdem venit: & à Ptolemaïdensibus non admissa, urbem obsidebat. Ptolemæus vero, à Syria profectus, Ægyptum properavit, existimans ab exercitu vacuam posse de improviso opprimi. Sed eum spes fefellit. Eodem tempore accidit, ut Chelcias alter Cleopatræ dux moreretur in Cœle-Syria, dum Ptolemæum persequitur.

Cleopatra contra Ptolemæum proficiscitur.

Cleopatra Ptolemaum obsidet.

2. At Cleopatra, audito filii conatu, & ut in Ægypto non qualem sperabat successum res habuissent, missa exercitus parte eum è regione *ista* expulit. Atque ille quidem, ab Ægypto iterum reversus, Gazæ hyemabat. Cleopatra interea Ptolemaidis præsidium urbemque obsidione capit. Cum autem eam Alexander adiisset cum muneribus & quali decebat cultura, quippe qui à Ptolemæo male multatus esset, & aliud perfugium nullum haberet, quidam amicorum Cleopatræ ei suadebant ut & dona acciperet, & regionem impetu in eam facto occuparet: neque permitteret ut tanta strenuorum Judæorum multitudo uni viro pareret. Verum Ananias longe aliter consulebat, dicens, "injuste facturam si socium hominem sua "potestate privaret, idque cognatum nostrum. "Non enim ignorare te volo, inquit, si huic facta "fuerit injuria, nos omnes Judæos tibi habebis "hostes." Cum autem ista *eam* admonuisset Ananias, adducta est Cleopatra ut Alexandrum non violaret; quin societatem cum eo fecit Scythopoli in Cœle-Syria.

Ptolemaïdem capit.

Cum Alexandro societatem facit.

3. Ille vero, Ptolemæi metu liberatus, continuo exercitum ducit in Cœlen-Syriam: & Gadara decem mensium obsidione expugnat. Insuper & Amathuntem capit, munitionem omnium quæ ad Jor-

Alexander, expeditione facta, multas urbes in potestatem suam redigit.

k Παραχρῆμα καὶ μετὰ ναυτικῆς] Παραχρῆμα μετὰ καὶ ναυτ. Vat. παρ. μετὰ ν. Busb. & Hen.

l Πεζικῆς δυνάμεως] Πεζῆς Hen. & Busb.

m Χελκίαν καὶ Ανανίαν] Vide supr. c. 10. §. 4.

n Πλούτου,] Πλοῦτον αὐτῆς Hen. & Busb. τοῦ αὐτῆς L. B.

o Κώοις] *Apud Côn insulam commendans* in Editis Epiphanii, In MSS. vero *apud Coos commendans*. Κῶς πόλις Αἰγύπτου Steph. Byzant. Κῶς νομὸς Ægypti, apud Ptolemæum.

p Παρέθηκεν.] Παρέθετο Hen. Vat. (Lugd. Bat.) & Busb.

q Δὲ τὸν υἱὸν] L. B. τὸν υἱόν.

r Περιπλεῖν ——— Πτολεμαΐδα] Παραπλεῖν, οἱ δὲ φασὶ προσ. Κλεοπάτρα δὲ μετὰ πάσης αὐτῆς τῆς δυνάμεως Hen (Lugd. Bat.) παραπλεῖν εἰς Φοιν. ἡ Κλ. μετὰ πάσης αὐτῆς τῆς δυνάμεως ἧκεν Vat. & Busb in Epiphanii libris, cumque jussisset filium suum Alexandrum cum maxima classe navium ad Phœnicen navigare propter refugia, omnem suam expeditionem Cleopatra in Ptolemaide deposuit.

s Πτολεμαέων] Πτολεμαιέων Busb. & Hen.

t Επολιόρκει τὴν πόλιν.] Πολιορκεῖ Vat.

v Εἰς Αἴγυπτον ἔσπευδεν,] Επὶ τὴν Αἴγυπτον Vat. & Hen. εἰς τὴν Αἴγυπτον Busb.

u Τοῦτον δὴ] L. B. τοῦτον γάρ.

y Διώκοντα Πτολεμαῖον.] Ita etiam Epiphan. διώκοντα τὸν Πτολ. solus Hen.

z Προκεχώρηκεν αὐτῷ,] Προσκεχωρηκότων Hen. satis recte, modo deleatur ὅτι in superioribus. προκεχώρηκεν Lugd. Bat.

a Από τῆς χώρας.] Ex τῆς χ. Hen. & Busb.

b Διέτριβεν ἐν Γάζῃ.] Ita Hen. & Busb. διέτριβεν in Editis.

c Λαμβάνει καὶ τὴν πόλιν.] Ita Hen. (& Lugd. Bat.) πολιορκίᾳ λαμβάνει Busb. λαβεῖν ἐκ πολιορκίας καὶ τὴν π. in Editis.

d Πεπονθότος μὲν κακῶς ὑπὸ Πτολεμαίου,] Καὶ ἀξιόνος ἱκετεύοντι πεπονθότι & mox εὐποροῦντι Busb.

e Αὐτὴν λαβεῖν,] Αὐτῇ & mox ἐπελθόντι Hen.

f Εναντία,] Τἀναντία Busb.

g Αφαιρήσεται τῆς ἰδίας ἐξουσίας,] Αφαιρεθήσεται Hen.

h Κατασκευάσει.] Κατασκευάσειν Busb.

i Ανανίου παρακαλέσαντος,] Ανανίου παρακαλέσαντος Busb. Ανανίου παραινέσαντος Hen.

k Αἱρεῖ δὲ Γάδαρα] Αἱρεῖ Hen.

l Υπὲρ τοῦ Ιορδάνου κατῳκημένων,] Υπὲρ τὸν Ιορδάνην Hen. Vat. atque l. 1. de Bello Jud. in MS. Lipsiensi ὑπὲρ Ιορδάνην, forsan pro περὶ Ιορδάνην. Vide Relandum in Palæstina S. p. 560. & Cellarium in Geogr. Antiq. p. 401.

m Θεό-

Jordanem sitæ erant maximam, ubi rerum suarum pulcherrimas & charissimas Theodorus Zenonis filius habebat. Is, Judæos nec opinantes aggressus, decem eorum millia interficit, & Alexandri impedimenta deprædatur. Tamen his Alexander non est attonitus, sed in maritimas oras Raphiam & Anthedonem (cui postea rex Herodes Agrippiadi nomen imposuit) expeditionem facit, quam & ipsam vi cepit. Cumque videret Ptolemæum à Gaza in Cyprum, ejusque matrem Cleopatram in Ægyptum recessisse, iratus Gazæis, quod Ptolemæi opem implorassent, urbem obsidebat agrumque eorum vastabat. Apollodotus vero Gazæorum dux, cum duobus peregrinorum millibus & decem millibus domesticorum noctu, Judæorum castra invasit; ac quamdiu nox erat vincebant Gazæi, (hostes in eam opinionem adducentes, ut crederent Ptolemæum esse qui ipsos adortus esset) verum orta die, animisque errore liberatis, ubi rei veritatem intellexerunt Judæi, sese in unum conglobant, factoque in Gazæos impetu eorum circiter mille interficiunt. Cum autem Gazæi resisterent, & nec ob *rei alicujus* inopiam nec ob cæsorum multitudinem cederent (nam vel quodvis potius perferre in animum inducebant, quam in hostis potestatem redigi) eis etiam animos & alacritatem addidit Aretas Arabum rex, quem sibi auxilio venturum sperabant, quod ita promiserat. Sed accidit, ut Apollodotus ante perimeretur. nam Lysimachus ejus frater, ei ex invidia obtrectans, quoniam apud cives gratia valeret, eum interfecit, & collecto milite urbem Alexandro tradidit. Atqui ille statim ut ingressus est placide se gerebat; verum postea milites in Gazæos immisit, & eos ulcisci permisit. Illi autem alii aliò versi Gazæos interficere: quanquam ne Gazæi quidem segnes animos præbuerunt, quin in se irruentibus ita restiterunt, ut Judæorum non pauciores occiderint quam quot erant ipsi. Nonnulli vero deserti domos incenderunt, ne ulla ex eis spolia superessent quibus potirentur hostes. Erant etiam qui liberos uxoresque *suas* suis manibus perimebant, coacti eos hostium servitute ita liberare. erant autem consiliariorum omnino quingenti qui in Apollinis fanum confugerunt: (nam accidit, ut, dum capta urbs est, senatus haberetur) eos vero etiam interfecit Alexander, & urbe in illos diruta revertit Hierosolyma, postquam eam unum annum obsederat.

Gazam obsidet.

Gazæi fortiter se gerunt.

Gaza capta.

Magna strages Gazæorum & Judæorum.

6. "CAIUS CÆSAR, imperator iterum, statuit, ut † propter urbem Hierosolymorum tributa pendat tota Judæorum ditio, excepta Joppe, idque singulis annis, nisi sit annus septimus, quem Sabbaticum appellant, quod mos est in eo neque fructus arborum legere neque seminare. utque in Sidone secundo quoque anno tributum reddant quartam satorum partem; ac præterea Hyrcano ejusque filiis decimas solvant, quas eorum etiam majoribus solvebant. utque nemo vel Præses vel dux vel legatus in finibus Judæorum auxilia colligat: neve militibus liceat pecunias ab his exigere ad hybernandum, aut alio quocunque nomine, sed ubique sint injuriâ immunes. quæcunque etiam postea habuerint & possederint, aut emerint, his omnibus fruantur. Joppen civitatem præterea, quam ab initio habuerunt Judæi, cum societatem cum Romanis facerent, illorum esse, quemadmodum & antea, nobis placere: tributa quoque hujus civitatis nomine habere Hyrcanum Alexandri filium ejusque filios ab agri cultoribus, propter frumentum è regione & portu quotannis in Sidonem exportatum, modios viginti mille sexcentos septuaginta quinque,

"συγκεχωρημένα, προσκεκριμένα, ἐστὶν οὕτως ἔχοντα. ὅπως τὰ τέκνα αὐτοῦ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἄρχῃ, καὶ τοῖς δεδομένοις τόποις καρπίζωνται, καὶ ὁ ἀρχιερεὺς αὐτὸς καὶ ἐθνάρχης τῶν Ἰουδαίων [y] προΐστηται τῶν ἀδικουμένων. πέμψαι δὲ πρὸς Ὑρκανὸν Ἀλεξάνδρου υἱὸν ἀρχιερέα τῶν Ἰουδαίων, πρεσβευτὰς τοὺς περὶ φιλίας καὶ συμμαχίας διαλεξομένους· ἀνατεθῆναι δὲ καὶ χαλκῆν δέλτον ταῦτα περιέχουσαν, ἔν τε τῷ Καπετωλίῳ, καὶ Σιδῶνι καὶ Τύρῳ, καὶ ἐν Ἀσκάλωνι, καὶ ἐν τοῖς ναοῖς, ἐγκεχαραγμένην [z] γράμμασι Ῥωμαϊκοῖς τε καὶ Ἑλληνικοῖς, ὅπως τε τὸ δόγμα τοῦτο πᾶσι τοῖς κατὰ πόλιν ταμίαις καὶ τοῖς τόπων ἡγουμένοις, εἴς τε τοὺς φίλους ἀνενέγκωσι, καὶ ξένια τοῖς πρεσβευταῖς παρασχεῖν, καὶ διατάγματα πέμψαι πανταχοῦ.

δ'. "ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ, αὐτοκράτωρ, [a] δικτάτωρ, ὕπατος, τιμῆς καὶ ἀρετῆς καὶ φιλανθρωπίας ἕνεκεν, συνεχώρησεν ἐπὶ συμφέροντι τῆς συγκλήτου καὶ τοῦ δήμου τοῦ Ῥωμαίων, Ὑρκανὸν Ἀλεξάνδρου υἱὸν, αὐτόν τε καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ, ἀρχιερεῖς τε καὶ ἱερεῖς Ἱεροσολύμων καὶ τοῦ ἔθνους εἶναι ἐπὶ τοῖς δικαίοις καὶ τοῖς νομίμοις, οἷς καὶ οἱ πρόγονοι αὐτῶν τὴν ἱερωσύνην [b] κατέσχον.

ε'. "ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ, [c] ὕπατος τὸ πέμπτον, ἔκρινε, τούτους ἔχειν καὶ τειχίσαι τὴν Ἱεροσολυμιτῶν πόλιν, καὶ κατέχειν αὐτὴν Ὑρκανὸν Ἀλεξάνδρου, ἀρχιερέα Ἰουδαίων καὶ ἐθνάρχην, ὡς ἂν αὐτὸς [d] προαιρῆται· ὅπως τε Ἰουδαίοις [e] ἐν τῷ δευτέρῳ τῆς μισθώσεως ἔτει τῆς προσόδου [f] κόρον ὑπεξέλωνται, καὶ μήτε [g] ἐργολαβῶσί τινες, μήτε φόρους τοὺς αὐτοὺς τελῶσι.

ϛ'. "ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ, αὐτοκράτωρ τὸ δεύτερον, ἔστησε κατ' ἐνιαυτὸν ὅπως τελῶσιν [h] ὑπὲρ τῆς Ἱεροσολυμιτῶν πόλεως, Ἰόππης ὑπεξαιρουμένης, χωρὶς τοῦ ἑβδόμου ἔτους, ὃν [i] Σαββατικὸν ἐνιαυτὸν προσαγορεύουσιν, ἐπειδὴ ἐν αὐτῷ μήτε ἀπὸ τῶν δένδρων καρπὸν λαμβάνουσι μήτε σπείρουσι· καὶ ἵνα ἐν Σιδῶνι τῷ δευτέρῳ ἔτει τὸν [k] φόρον ἀποδιδῶσι, τὸ τέταρτον τῶν σπειρομένων· πρὸς τούτοις ἔτι καὶ Ὑρκανῷ καὶ τοῖς τέκνοις αὐτοῦ τὰς δεκάτας τελῶσιν, ἃς ἐτέλουν καὶ τοῖς προγόνοις αὐτῶν. καὶ ὅπως μηδεὶς μήτε ἄρχων μήτε στρατηγὸς ἢ πρεσβευτὴς ἐν τοῖς ὅροις τῶν Ἰουδαίων [l] ἐνιστᾷ συμμαχίαν, καὶ [m] στρατιώταις [n] ἐξείη, ἢ τὰ χρήματα τούτων εἰσπράττεσθαι, ἢ εἰς παραχειμασίαν, ἢ ἄλλῳ τινὶ ὀνόματι, ἀλλ' εἶναι πανταχόθεν ἀνεπηρεάστους. ὅσα τε μετὰ ταῦτα ἔσχον [o] καὶ [p] ἐνεμήθησαν, ἢ ἐκτήσαντο, ταῦτα πάντα αὐτοὺς ἔχειν. Ἰόππην δὲ πόλιν, ἣν ἀπ' ἀρχῆς ἔσχον Ἰουδαῖοι ποιούμενοι τὴν πρὸς Ῥωμαίους φιλίαν, αὐτῶν εἶναι καθὼς καὶ τὸ [q] πρότερον, ἡμῖν ἀρέσκει· φόρους τε ὑπὲρ ταύτης τῆς πόλεως Ὑρκανὸν [r] ἔχειν Ἀλεξάνδρου υἱὸν καὶ παῖδας αὐτοῦ, παρὰ τῶν τὴν γῆν νεμομένων, χώρας καὶ λιμένος ἐξαγωγίου κατ' ἐνιαυτὸν Σιδῶνι, μοδίους δισμυρίους [s] ἑξακισχιλίους καὶ ἑβδομήκοντα πέντε, ὑπεξαιρουμένου τοῦ

"[t] ἑ-

y Προΐστηται τῶν ἀδικουμένων.] Vim passis adesset *Rufin.* SPANH. *L. B.* π. τ. Ἰουδαίων.

z Γράμμασι Ῥωμαϊκοῖς τε καὶ Ἑλληνικοῖς,] Conf. infr. c. 12. §. 5. SPANH.

a Δικτάτωρ, ὕπατος.] Abest à *Lugd. Bat.*

b Κατέσχον.] *Lugd. Bat.* διακατέσχον.

c Ὕπατος τὸ πέμπτον,] Ὕπατος τὸ τρίτον rescribendum censet *Petitus* p. 61. quod Hyrcanus legatos Romam misit ad Cæsarem, eo quo in Africam expeditionem parabat tempore, eoque anno Cæsar, quo tertium consul, itemque tertium dictator fuit, in Africam movit.

d Προαιρῆται·] *L. B.* προαιρεῖται.

e Ἐν τῷ —— προσόδου] *Rufin.* in secundo anno locationis ex reditibus cori p. e. triginta modii subducantur, neque ut aliqui eis calumnientur, neque tributa ab eis exigant. SPANH.

f Κόρον ὑπεξέλωνται,] Κόρους malit Cl. *Lowthius*, suspicans numerum *corerum* librariorum negligentia excidisse. *Petitus* censet κόρον pro singulis *binis jugeribus* solutum fuiße.

g Ἐργολαβῶσί τινες,] Conf. ἀρχ. lib. 1. c. 24. §. 2. SPANH.

* *Et neque fiat* tributorum *redemptio,*] Immunesque sint ab angariis & vectigalibus, *Gelen.* neque ut aliqui eis calumnientur, neque tributa ab eis exigant, *Epiphan.*

h Ὑπὲρ τῆς Ἱεροσολυμιτῶν] *Epiphanius* legisse videtur, ὑπὲρ τῆς αὐτῆς πόλεως Ἰοππαῖοι, ὑπεξαιρουμένου τοῦ ἑβδόμου ἔτους. Sed male, ut arbitror. nam excipi debere Joppen ab hoc tributo licet colligere hac ead. §

† *Propter urbem Hierosolymorum tributa pendat tota Judæorum ditio,*] *Id est*, ad reficienda Hierosolymorum mœnia.

i Σαββατικὸν ἐνιαυτὸν προσαγορεύουσιν,] Confer mox infr. §. eadem & ἀρχ. lib. 3. c. 17. §. 1. SPANH.

k Φόρον] *Gen.* φόρων. SPANH.

l Ἐνιστᾷ συμμαχίαν] Ἀνιστᾷ *Vat.* & *Lugd. Bat.*

m Στρατιώταις ἐξείη,] Ita ex conjectura. prius erat στρατιῶται. dein μὴ ἐξεῖν legendum conjicit Cl. *Lowthius*. quod sane postulare videtur loci sententia.

n Ἐξείη,] *L. B.* ἐξῇ.

o Καὶ ἐνεμήθησαν, ἢ ἐκτήσαντο,] *L. B.* καὶ ἐκτήσαντο καὶ διακατέσχον, καὶ ἐνεμήθησαν.

p Ἐνεμήθησαν,] Cum alii existimarint ἐνεμήθησαν nulla significatione verbi νέμομαι huic loco convenire, non dubitavi ἐνεμήθησαν rescribere è *Cod. Vat.* Ἐνθυμάθησαν, levicula mutatione, voluit *Petitus*, ab ἐνθυμάζω *invado*, ex *Hesychio* voce ἐνθύμημα.

q Πρότερον, ἡμῖν ἀρέσκει·] *L. B.* πρῶτον ἡμῖν ἀρέσκει.

r Ἔχειν] Abest à *L. B.*

s Ἑξακισχιλίους καὶ ἑβδομήκοντα πέντε,] *L. B.* ἑξήκοντα ἑβδομήκοντα πέντε.

t E-

"" ἑβδόμυ ἔτυς ὃ ⁿ Σαββατικὸν καλῦσι, καθ' ὃ ˣ ὔτε ἀρῦσιν ὔτε τ̃ ἀπὸ τ̃ δένδρων καρπὸν λαμβάνυσι. τάς τε κώμας τὰς ἐν τῷ Μεγάλῳ πεδίῳ, ἃς Ὑρκανὸς Ϗ οἱ πρόγονοι αὐτῦ πρότερον διεκατέσχον, ʸ ἀρέσκειν τῇ συγκλήτῳ ταῦτα Ὑρκανὸν ἔχειν ϗ Ἰυδαίυς ἐπὶ τοῖς δικαίοις οἷς ϗ πρότερον εἶχον· μένειν ἣ Ϗ τὰ ἀπ' ἀρχῆς δίκαια, ὅσα πρὸς ἀλλήλυς Ἰυδαίοις Ϗ ᶻ τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἦν, ταῦτα φιλάνθρωπα, ὅσα τῦ τε δήμυ ψηφισαμένυ Ϗ τ̃ συγκλήτυ ἔσχον. ἐπὶ τύτοις τε τοῖς δικαίοις χρῆσθαι αὐτοῖς ἐξεῖναι ἐν ᵃ Λύδδοις. τύς τε τόπυς Ϗ χώρας καὶ ἐπαύλια, ὅσα βασιλεῦσι Συρίας Ϗ Φοινίκης συμμάχοις ὖσι Ῥωμαίων κτ̃ δωρεὰν ὑπῆρχε καρπῦσθαι, ταῦτα δοκιμάζει ἡ σύγκλητ☉ Ὑρκανὸν τ̃ ἐθνάρχην Ϗ Ἰυδαίυς ἔχειν. δίδοσθαί τε Ὑρκανῷ, ϗ παισὶ τοῖς αὐτῦ Ϗ πρεσβευταῖς τοῖς ὑπ' αὐτῦ πεμφθεῖσιν, ἔν τε ποσμαῖς μονομάχων Ϗ θηρίων καθεζομένυς μετ̃ τ̃ συγκλητικῶν θεωρεῖν· ᵇ ϗ αἰτησαμένυς παρὰ δικτάτορ☉ ἢ παρὰ ἱππάρχυ προελθεῖν, ὅταν εἰς τὴν σύγκλητον εἰσάγωσι, τὰ ᶜ ἀποκρίματα αὐτοῖς ἀποδίδοσθαι ἐν ἡμέραις δέκα τ̃ ἀπασῶν, ἀφ' ἧς ἂν τὸ δόγμα γένηται.

ζ. "ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ, ᵈ αὐτοκράτωρ, δικτάτωρ τὸ τέταρτον, ὕπατός τε τὸ πέμπτον, δικτάτωρ ἀποδεδειγμέν☉ διὰ βίυ, λόγυς ἐποιήσατο περὶ τ̃ δικαίων τ̃ Ὑρκανῦ τῦ Ἀλεξάνδρυ, ἀρχιερέως Ἰυδαίων ϗ ἐθνάρχυ, τοιύτυς. ᵉ Τῶν πρὸ ἐμῦ αὐτοκρατόρων ᶠ ἐν τ̃ ἐπαρχίαις μαρτυρησάντων Ὑρκανῷ ἀρχιερεῖ Ἰυδαίων ϗ Ἰυδαίοις, ἐπί τε συγκλήτυ ϗ δήμυ Ῥωμαίων, εὐχαριστήσαντός τε τῦ δήμυ ϗ τ̃ συγκλήτυ αὐτοῖς, ᵍ καλῶς ἔχει ϗ ἡμᾶς ἀπομνημονεύειν ϗ προνοεῖν ὅπως Ὑρκανῷ ϗ τῷ ἔθνει τ̃ Ἰυδαίων ϗ τοῖς Ὑρκανῦ παισὶν ὑπὸ συγκλήτυ καὶ δήμυ Ῥωμαίων ἄξια τ̃ πρὸς ἡμᾶς εὐνοίας αὐτῶν καὶ ὧν εὐεργέτησαν ἡμᾶς χάρις ἀνταποδοθῇ.

η. " ʰ ΙΟΥΛΙΟΣ ΓΑΙΟΣ, στρατηγὸς, ὕπατ☉ Ῥωμαίων, Παριανῶν ἄρχυσι, βυλῇ, ⁱ ϗ δήμῳ χαίρειν. ἐνέτυχόν μοι Ἰυδαῖοι ἐν Δήλῳ, καί τινες τ̃ παροίκων Ἰυδαίων, παρόντων ϗ τ̃ ὑμετέρων πρέσβεων· καὶ ἐνεφάνισαν ὡς ὑμεῖς τε ψηφίσματι κωλύετε αὐτὺς, τοῖς πατρίοις ἔθεσι καὶ ἱεροῖς χρῆσθαι. ἐμοὶ τοίνυν ὐκ ἀρέσκει κτ̃ τ̃ ἡμετέρων φίλων καὶ συμμάχων τοιαῦτα γίνεσθαι ψηφίσματα, καὶ κωλύεσθαι αὐτὺς ζῆν κτ̃ τὰ αὐτῶν ἔθη, ᵏ καὶ χρήματα εἰς σύνδειπνα καὶ τὰ ἱερὰ εἰσφέρειν, τῦτο ποιεῖν ˡ αὐτῶν μηδ' ἐν Ῥώμῃ κεκωλυμένων. καὶ γδ Γάι☉ Καῖσαρ, ὁ ἡμέτερ☉ στρατηγὸς καὶ ὕπατ☉, ἐν τῷ διατάγματι κωλύων θιάσυς συνάγεσθαι κτ̃ πόλιν, μόνυς τύτυς ὐκ ἐκώλυσεν, ὔτε χρήματα συνεισφέρειν, ὔτε σύνδειπνα ποιεῖν. ὁμοίως ἣ κἀγὼ τὺς ἄλλυς θιάσυς κωλύων,

"exceptο septimo anno quem Sabbaticum vocant, "in quo neque arant neque fructum ex arboribus "colligunt. vicos autem quos in Magno campo "Hyrcanus ejusque majores olim possederunt, Se-"natui placere istos habere Hyrcanum & Judæos, "eodem jure quo & prius habuerunt: manere "etiam jura quæ ab initio erant inter Judæos & "pontifices, ut & beneficia quæ à populo & senatu "concessa habuerunt. prætereaque eodem jure li-"cere uti & in Lyddis. loca etiam & agros & vil-"las, quæ fuerunt regum Syriæ & Phœniciæ so-"ciorum populi Romani, quorum usumfructum "ceperunt ex eorum donatione, placet senatui ut "Hyrcanus ethnarcha & Judæi habeant. item "Hyrcano licere ejusque filiis & legatis ab eo mis-"sis, ut in ludis Gladiatoriis & pugnis cum bestiis "inter senatores spectandi gratia sedeant: cumque "petiverint à dictatore aut magistro equitum ut "in publicum prodeant, illis, in senatum introdu-"ctis, responsum reddendum, intra decem in uni-"versum dies, ex quo factum fuerit senatusconsul-"tum.

7. "CAIUS CÆSAR, imperator, dictator "quartum, consul quintum, perpetuus dictator de-"claratus, hujusmodi verba fecit de jure Hyrcani "Alexandri filii, Judæorum pontificis & ethnar-"chæ. Quandoquidem imperatores, qui ante me "fuerunt, testimonium dederunt Hyrcano ponti-"fici Judæorum & Judæis, tam in provinciis quam "coram senatu populoque Romano, atque gratias "eis populus & senatus egerit, bonum factum, ut "nos quoque meminerimus & operam demus, ut "Hyrcano & Judæorum genti filiisque Hyrcani "à senatu populoque Romano debitæ eorum erga "nos benevolentiæ & beneficiis in nos collatis "gratiæ referantur.

C. Cæsaris postremum decretum.

8. "CAIUS JULIUS, prætor, consul Roma-"norum, Pariorum magistratibus, senatui, *ac* po-"pulo salutem. Convenerunt me Judæi in Delo, "& quidam ex Judæis *insulæ* inquilinis, præsenti-"bus etiam vestris legatis; & significarunt, quod "vos etiam decreto eos prohibetis patriis ritibus "& sacris uti. Quocirca mihi non placet ejusmo-"di decreta contra amicos & socios nostros fieri, "vetarique eos ex suis institutis vivere, & confer-"re pecunias in epulas & rem divinam, præsertim "cum nec Romæ ista facere prohibeantur. Nam "Cajus Cæsar, prætor noster & consul, cum edicto "vetaret ullas in urbe coitiones haberi, solum istæ "ne fierent, simulque ne pecuniam conferrent aut "convivia agitarent, non interdixit: similiter & "ego, alias coitiones prohibens, illis solis permit-"to

Caii Julii decretum.

t Ἑβδόμυ ἔτυς] Ita expresse è *Cod. Vat.* (*Lugd. Bat*) & *Vet. Interpr.* τ̃ ο'. ἔτος in *Editis Aliisque.* [illegible] *excepto illo orbis anno* legit *Petitus*, p. 41. ο pro κύκλῳ posito, cujus erat figura. nam orbis erat hebdomas annalis, recurrebat quippe in orbem. Sed pari jure rescribere liceret τ̃ ὅλυ ἔτυς, quod ο sit litera initialis vocis ὅλυ.

v Σαββατικὸν] Paullo antè §. ead. SPANH.

x Οὔτε ἀρῦσιν] Abest à Gen

y Ἀρέσκειν τῇ συγκλήτῳ] Ita ex præced. h. ejusd §. [illegible] ἀρέσκειν· si quis utroque loco malit ἀρέσκει, per me licet.

z Τοῖς ἀρχιερεῦσιν] Hisce etiam ϗ τοῖς ἱερεῦσιν addit *L. B.* HAV.

a Λύδδοις.] Λύδδα, Samaritica antea Præfectura, iis adempta & Judæis data à Demetrio. supra lib. 13. c. 4. § 9. SPANH.

b Καὶ αἰτησαμένυς] Locus antea sic se habebat, θεωρεῖν· αἰτησαμένυς παρὰ δικτάτορ☉ ἢ παρὰ ἱππάρχυ προελθεῖν ὅταν εἰς τὴν σύγκλητον εἰσάγωσι. ϗ τὰ ἀποκρίματα αὐτοῖς ἀποδίδοσθαι ἐν ἡμέραις δέκα τ̃ ἀπασῶν, ἀφ' ἧς ἂν τὸ δόγμα γένηται. aliter distinxi, ϗ transtuli ab hac voce ad αὐτοῖς ἀποδίδοσθαι, ἀποδίδοσθαι rescripsi, & ἀφ' ἧς restitui ex MSS.

c Ἀποκρίματα] *L. B.* ὑποκρίματα.

d Αὐτοκράτωρ,] Αὐτοκράτωρ τὸ τέταρτον juxta *Epiphanium*, voce δικτάτωρ omissa. Verum (inquit *Petitus*, p. 56.) licet recte expungatur δικτάτωρ, male se habet αὐτοκ. τὸ τέταρτον, nam imperator sextum dictus est in quinto consulatu, si nummis fides, in quibus, C. CAESAR. COS. QUINCT. IMP. SEXT. DICT. PERPETUO, ut & CAESAR. AUGUR. IMP. QUINCT. COS. QUART. DICT. QUART. PARENS. PATRIAE. Quare rescribendum αὐτοκράτωρ τὸ ς', ὕπατός τε τὸ ε'. δικτ. &c. Eadem fere habet *Petavius* (lib. X. *de Emend. Temp.* c. 57. p. 258.) qui suspicatur vel pro IMP. IV. legendum VI. vel duorum rescriptorum Cæsaris inscriptiones diversas in unam coaluisse, librariorum vitio. Præterea videsis *Petitum*, p. 57.

e Τῶν πρὸ ἐμῦ αὐτοκρατόρων] Imperatores hi videntur fuisse, *Pompejus, Scaurus, Gabinius.*

f Ἐν ταῖς ἐπαρχίαις] Ἐν τοῖς ἐπ' ἀρχῆς malit *Petitus*, ut sensus sit, *cum ii qui ante me fuerunt imperatores, quando verba fecerunt de rebus à se in magistratu gestis, in Senatu & apud populum Romanum testim. &c.*

g Καλῶς ἔχει] Quod autem dixit in hac oratione Cæsar, καλῶς ἔχει ϗ ἡμᾶς ἀπομνημονεύειν &c. eo monente præstitum fuisse à Senatu nullus dubito; videturque pars illius Senatusconsulti fuisse, quod legitur in hæc verba, Γαΐυ Καίσαρ☉ δόγματα &c. p. 628. v. 40. [de quibus vide *Annott.* ad imum paginæ.] *Petitus*, p. 58. & 59.

h Ἰύλιος Γάϊος,] Ἰύλιος Γάϊος, δικτάτωρ, ὕπατος juxta *Vet. Interpr.* Illud στρατηγὸς recte se habere, sed ὕπατος delendum esse censet *Petitus*, p. 64. Et quod ad nomen hujus Prætoris attinet, putat fuisse Ἰύλι☉ Γάϊος.

i Καὶ δήμῳ χαίρειν.] Illud ϗ additum ex *Lugd. Bat.* HAV.

k Καὶ —— εἰσφέρειν,] Conf. infr. § 12. SPANH.

l Αὐτῶν μηδ' ἐν Ῥώμῃ κεκωλυμένων.] *L. B.* αὐτοῖς μ. ε. Ρ. κεκωλυμένων.

m Τε

"to ex patriis moribus & institutis congregari &
"in eo persistere. Quare bonum factum *erit*, ut
"vos etiam, si quid contra amicos nostros & so-
"cios edixeritis, id *ipsum* abrogatum iretis, pro-
"pter illorum erga nos merita & benevolen-
"tiam.

Hyrcani legatos M. Antonius & P. Dolabella in senatum introducunt.

9. Post mortem autem C. Cæsaris, M. Antonius & P. Dolabella consules senatum convocabant, & introductis Hyrcani legatis de illorum postulatis retulerunt, & amicitiæ fœdus cum eis fecerunt: & omnia illis concedi senatus decrevit, quæcunque impetrare voluerunt. Appono autem etiam decretum, ut demonstrationem eorum quæ dicuntur ad manus habeant lectores hujus historiæ. Erat vero tale.

M. Antonii & P. Dolabellæ decretum.

10. "Senatusconsultum ex ærario descriptum
"ex tabulis publicis quæstoriis, Quinto Rutilio
"C. Cornelio quæstoribus urbanis, tabula secunda
"& ex primis. ANTE DIEM TERTIUM i-
"dus Apriles in æde Concordiæ scribendo adfue-
"runt Lucius Calpurnius *tribu* Menenia Piso,
"Servius Papinius Lemonia Potitus, Cajus Cani-

"τούτους μόνους ἐπιτρέψαι κατὰ τὰ πάτρια ἔθη καὶ νόμιμα
"συνάγεσθαί [m] τε καὶ ἑστιᾶσθαι. καὶ ὑμᾶς οὖν καλῶς ἔχει,
"εἴ τι κατὰ τῶν ἡμετέρων φίλων καὶ συμμάχων ψήφισμα
"ἐποιήσατε, τοῦτο [n] ἀκυρῶσαι διὰ τὴν περὶ ἡμᾶς αὐτῶν
"ἀρετὴν καὶ εὔνοιαν.

Θ. Μετὰ δὲ τὸν [o] Γαΐου θάνατον, Μάρκος Ἀντώνιος καὶ Πόπλιος Δολαβέλλας, ὕπατοι ὄντες, τήν τε σύγκλητον συνήγαγον, καὶ [p] τοὺς Ὑρκανοῦ πρέσβεις εἰσαγαγόντες, διελέχθησαν περὶ ὧν ἠξίουν, καὶ φιλίαν πρὸς αὐτοὺς [q] ἐποίησαν· καὶ πάντα συγχωρεῖν αὐτοῖς ἡ σύγκλητος ἐψηφίσατο, ὅσων [r] τυγχάνειν ἐβούλοντο. [s] Παρατίθημι δὲ καὶ τὸ δόγμα, ὅπως τὴν ἀπόδειξιν τῶν λεγομένων ἑτοίμην ἔχωσιν οἱ ἀναγινώσκοντες τὴν [t] πραγματείαν. ἔστι δὲ τοῦτο.

ι. "Δόγμα συγκλήτου [v] ἐκ τοῦ ταμιείου ἀντιγεγραμμέ-
"νον [x] ἐκ τῶν δέλτων τῶν δημοσίων τῶν ταμιευτικῶν, [y] Κοΐντῳ
"Ῥουτιλίῳ Κορνηλίῳ ταμίαις κατὰ πόλιν, [z] δέλτῳ δευτέρᾳ καὶ
"[a] ἐκ τῶν πρώτων. [b] ΤΗι ΠΡΟ ΤΡΙΩΝ εἰδῶν Ἀπριλλίων ἐν
"τῷ ναῷ τῆς Ὁμονοίας γραφομένῳ παρῆσαν, Λεύκιος [c] Καλ-
"πούρνιος Μενηνίᾳ Πείσων, Σερούιος Παπίνιος Λεμωνίᾳ
Πο-

[m] Τε καὶ ἑστιᾶσθαι.] Voces τε καὶ ἑστιᾶσθαι non interpretatur *Epiphan.* καὶ ἑστιᾶσθαι legendum esse conjicit *Petitus*, p. 66. nec mihi displicet conjectura.

[n] Ἀκυρῶσαι] *L. B.* ἀκυρῶσαι.

[o] Γαΐου θάνατον,] Καίσαρος *Busb.* Forsan Γαΐου Καίσαρος.

[p] Τοὺς Ὑρκανοῦ πρέσβεις εἰσαγαγόντες,] Τοὺς malui cum *Busb.* quam τῶν *Editorum Aliorumque.*

[q] Ἐποίησαν·] Ἐποιήσαντο *Busb.*

[r] Τυγχάνειν ἐβούλοντο.] Ita ex *Codd. Voss.* in *Vulgatis & cæteris* omnibus (quod sciam) libris *MSS.* τυγχάνειν ἐβούλοντο· καὶ Δολαβέλλας δὲ λαβὼν παρὰ Ὑρκανοῦ γράμματα ἐπέστειλε τοῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν ἅπασι, καὶ τῇ Ἐφεσίων πόλει, μητροπόλει τῆς Ἀσίας οὔσῃ. Δολαβέλλας αὐτοκράτωρ &c. reliquis omissis. Non ita tamen in codicibus *Latinis*, utpote plenioribus: quorum etiam defectus in sequentibus notare non gravabor.

[s] Παρατίθημι δὲ καὶ τὸ δόγμα,] Hic incipit ingentis lacunæ supplementum à *Jacobo Gronovio* sartum, cujus deinceps integras notas subjecimus. Dedicationem vero, atque Præfationem, inter similia Collectanea suis locis collocavimus. HAV.

[t] Πραγματείαν.] MS. πραγματείαν.

[v] Ἐκ τοῦ ταμιείου] Satis caute peculiarem hanc designationem loci vel ipse auctor addidit, vel istæ urbes, quibus id SCtum exhibitum fuit, & unde Josephus exscripsit ac reperiit, eas voces habuerunt adscriptas. Sic enim probabatur legitima ejus auctoritas, non tantum quod hinc patebat exstare, sed quoniam decretum tale vix ante posset vindicare aliquam vim, nisi postquam illuc delatum esset, quo spectat locus Taciti lib. III. Annal. cap. 51. & alia tam multa antiquorum verba, ut fere erubescendum sit recentiores fecisse, ut id ipsum adeo sæpe ab ipsis iteretur, ac denuo per typos moneretur, tanquam non unicuique patens. Inde ergo petitum est hoc fidei & probationis pignus, quo illa tum vigere incepit. GRONOV.

[x] Ἐκ τῶν δέλτων τῶν δημοσίων τῶν ταμιευτικῶν.] An non satis multa verba? & posset videri abundantia supervacua. Quum enim ærarium foret cura propria quæstorum, non tantum ratione pecuniarum sed etiam tabularum publicarum, ut per quos etiam consulta publica in id deferebantur, certe alterutrum suffecturum erat. Nimirum ita res se habuit, ut & tabulæ de pecuniis seu redactis ex provincia seu variorum redituum imperii, omnes illæ forent etiam publicæ & per quæstores conficerentur, ut hinc quum distincte loqui oporteret, videatur suffecisse ad has pecuniarias intelligendas, si dicerentur tabulæ publicæ, quod ab initio quæsturæ inceptum videtur continuavisse in perpetuum. Sed postea quum ad eosdem quæstores fuit delata etiam cura servandi Senatusconsulta & decreta, tabulas, quas de iis conficiebant, & ex quarum dispositione patebat singulorum locus, & ex delatione firmitas, videntur dixisse tabulas, ut erant, etiam quidem publicas, sed simul quæstorias, quod in ea potissimum parte ærarii servarentur, quæ in cura quæstorum esset. Quippe haud dubie ærarium sic fuit distinctum, ut conclave aliud (unum sive plura) inservierit custodiæ pecuniarum, aliud SCtis. Itaque quum Josephus supponi debeat hæc olim hausisse vel ex exemplo, quod patuit in templo Hierosolymitano, vel loco ærarii Saturni quo æra legum & SCtorum deferri & servari solebant, apparet unicum specimen præscriptionis, quæ solebat præponi apographis illis, quæ auctoritate publica ex authentico sumptæ & descriptæ erant, cui simile nullum memini legisse. GRON.

[y] Κοΐντῳ Ῥουτιλίῳ Κορνηλίῳ] Memorandi istius anni pcc1x quæstorum urbanorum nomina penitus interciderunt, ut patet ex Fastis per viros doctos collectis. Est quidem apud Pigium Cornelius Spinther, sed non alia ejus mentio, quam quod titulo Exquæstoris extra urbem & Italiam fuerit, ut hinc ea pars instaurari queat. Notabis tamen vocem Ῥουτιλίῳ tantum esse positam in margine, ut quædam quoque alia, sed tamen omnia egregia ad restitutionem hujus loci, ut videatur ea vir doctus in margine notavisse collecta ex pleniore codice Manuscripto, ut idcirco etiam de hoc nomine dubitare non sustineam & ideo posui suo ordine. Alioquin si res ita habuisset, facile & credibile erat auctorem scripsisse Καὶ Κορνηλίῳ ταμίαις, ut solent in his collegiis Romani per negligentiam copulativæ. GRON. In *Epiphanii* libris, *sub Quinto Rutilio ærarii custode; dum tertio idus Aprilis in templo Concordiæ conscriberentur, præsente Lucio Calphurnio & reliquo Senatu. Publius Dolabella & M.*

[z] Δέλτῳ δευτέρᾳ] Magis etiam notabilis est hæc designatio, nempe quod hoc SCtum fuerit tabula secunda & ex primis. Sic enim videmus in hoc specimine finiri velut ex more communi verba solita præmitti exemplis decretorum publicorum; quæ describerentur publico jussu, & descripta in alias mitterentur regiones aut provincias aut urbes, addito non tantum loco, quem in ærario obtinebant, sed etiam præpositis nominibus quæstorum, qui tunc erant, quum illa describerentur; prout nunc censeo considerari debere nomina quæstorum, quæ hic posita cernimus. Illud itaque ταμιεῖον τῶν δέλτων τῶν ταμιευτικῶν supponi oportet bene magni spatii, sive id haberi oporteat unum conclave, sive in plura diductum, ut illic tot æra, quæ fuerunt innumera in tanto & tanti temporis imperio, in manifesto penderent oculis statim exposita, & ibidem δέλτῳ δευτέρᾳ καὶ ἐκ τῶν πρώτων hanc fuisse, ut decretorum tabulæ illic fuerint fixæ numero facto & collecto ab ipso ingressu, ut diceretur tabula prima, secunda, tertia &c. prout propinqua esset ingressui: nec tantum, sed etiam primæ aut secundæ aut tertiæ pro ordine, in quem erant digestæ ab summo tabulato ad infimum solum, vel vice versa, ubi profecto potuerunt plures esse ordines, non secus ac hodie forulos librorum formamus. Est aliquid simile in tabernis veterum, quas ita depingit Martialis I, 18.

Hoc nomen dominus gerit tabernæ,
De primo dabit alteroque nido
Rasum pumice, purpuraque ditum.

Quinimo talis ordo tabularum in porticibus ornandis apud Cl. Sponium in Miscellan. pag 337. [illegible] ubi vir doctus reddidit *statuam ejus collocent juxta tabulas primas* (h. e. incipientis, & prope ingressum, ut ego explico) *porticus Dorica*, confundens tabulas & mensas. GRON.

[a] Ἐκ τῶν πρώτων.] Diversi, ut puto, foruli erant, Decretis adservandis destinati, signatique numeris, I. II. III. &c.

[b] Τῇ πρὸ τριῶν εἰδῶν Ἀπριλλίων] Itaque nec mensis integer prælapsus fuit ab Idibus Martiis occiso Cæsare inclitis, ut hinc pateat, quantopere urserint Judæi, homines ardenti fervidoque ingenio & præsertim in suis commodis, confirmationem favoris & privilegii ab Julio sperati; quum tantæ curarum moles confluerent de universi imperii lapsantis custodia, hi tamen de suis per Asiam sparsis civibus cupiverunt esse certi. Nempe ad id impetrandum ab utroque consule plurimum valuit imber aureus, ut palam de M. Antonio scribunt cum infamia ejus perpetua veteres scriptores. GRON.

[c] Καλπούρνιος Μενηνίᾳ.] Ita nisi fallor jure edidi, quum in MSto reperirem vitiosum καὶ παρνίνιος μενηνίᾳ, quum in eo sequerer exempla doctorum hominum, quibus in aliis scriptoribus occurrit idem error. Mox in MS. erat Σεργίνιος Παπίνιος Νεμωνίᾳ Πότιτος, ubi prima vox videbatur abundare duabus literis ιν, quas expuli. Certe id mihi probabilius visum fuit, ad similitudinem præcedentis decemius, (ubi etiam tamen poterat videri scripsisse Αὖλος Γαΐου υἱὸς Καλπ.) quam si vellem tentare Σεργ. Σεργ. υἱός, hoc est, *Servius Servii filius.* Falsa ista Nemonia tribus mox adhuc occurrit. Et recte spero mutavisse. GRON. Καὶ Καλπούρνιος Μενηνίᾳ Πείσων Σεργίνιος Παπίνιος Νεμωνίᾳ Πότιτος in *MSS. Voss.* Verum in textu exprimendo sequutus sum *Gronovium*, cui in notis non displicet ut legatur Αὖλος Γαΐου υἱὸς Καλπ.

d Te-

"Ποτίνος, Γάιος Κανίνιος [d] Τηρητίνα [e] Ῥεβίλιος, Πόπλιος [f] Τιδήτιος, Λεύκιος [g] Ἀπουλήιος Λευκίου υἱὸς Σεργία, [h] Φλάβιος Λευκίου Λεμωνία, Πόπλιος Πλάτιος Ποπλίου Παπειρία, Μάρκος [i] Ἀκύλιος Μάρκου Μαικία, Λεύκιος [k] Ἐρούκιος Λευκίου [l] Στελλατίνα, [m] Μάρκος Κουίντιος [n] Μάρκου υἱὸς Πολλία [o] Πλαγκίλλος, Πόπλιος Σέριος. Πόπλιος Δολαβέλλας, Μάρκος Ἀντώνιος ὕπατοι [p] λόγους ἐποιήσαντο. περὶ ὧν [q] δόγματι συγκλήτου Γάιος Καῖσαρ ὑπὲρ Ἰουδαίων ἔκρινε, καὶ εἰς τὸ ταμιεῖον οὐκ ἔφθασεν ἀνενεχθῆναι, περὶ τούτων ἀρέσκει ἡμῖν γενέσθαι, [r] ὡς καὶ Ποπλίῳ Δολαβέλλᾳ καὶ Μάρκῳ Ἀντωνίῳ τοῖς ὑπάτοις ἔδοξεν, ἀνενεγκεῖν τε ταῦτα εἰς δέλτους καὶ πρὸς τοὺς κατὰ πόλιν ταμίας, ὅπως φροντίσωσι καὶ αὐτοὶ ἐν δέλτοις ἀναθεῖναι διπτύχοις. [s] ἐγένετο πρὸ πέντε εἰδῶν Φεβρουαρίων ἐν τῷ ναῷ τῆς Ὁμονοίας. οἱ δὲ πρεσβεύοντες παρ᾽ Ὑρκανοῦ τοῦ ἀρχιερέως ἦσαν οὗτοι· Λυσίμαχος Παυσανίου, Ἀλέξανδρος Θεοδώρου, Πάτροκλος Χαιρέου, Ἰωνάθης Ὀνίου.

ια. Ἔπεμψε δὲ τούτων Ὑρκανὸς [t] τῶν πρεσβευτῶν ἕνα καὶ [v] πρὸς Δολαβέλλαν τὸν τῆς Ἀσίας τότε ἡγεμόνα, παρακαλῶν ἀπολῦσαι τοὺς Ἰουδαίους τῆς στρατείας, καὶ τὰ πάτρια τηρεῖν αὐτοῖς ἔθη, [x] ἐπιτρέπειν τε κατὰ ταῦτα ζῆν. [y] λαβὼν γὰρ ὁ Δολαβέλλας τὰ παρὰ τοῦ Ὑρκανοῦ γράμματα, μηδὲ βουλευσάμενος ἐπιστέλλει [z] τοῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν ἅπασι γράψας καὶ τῇ Ἐφεσίων πόλει [a] πρωτευούσῃ τῆς Ἀσίας, [b] περὶ τῶν Ἰουδαίων. ἡ δὲ ἐπιστολὴ τοῦτον περιεῖχε τὸν τρόπον.

"nius Terentina Rebilius, Publius Tidetius, Lucius Apulinus Lucii *filius* Sergia, Favius Lucii *filius* Lemonia, Publius Platius Publii *filius* Papiria, Marcus Acilius Marci *filius* Mæcia, Lucius Erucius Lucii *filius* Stellatina, Marcus Quintius Marci filius Pollia Plancillus, Publius Serius. Publius Dolabella, Marcus Antonius consules verba fecerunt. In quibus rebus senatusconsulto Cajus Cæsar pro Judæis decrevit, neque ante curavit in ærarium deferri, de his placet nobis fieri, sicut etiam Publio Dolabellæ & Marco Antonio consulibus visum fuit, & deferre ista in tabulas, & ad quæstores urbanos, ut & ipsis curæ sit ea in tabulis duplicibus reponere. Factum est ante diem quintum idus Februarias apud ædem Concordiæ. Legati autem ab Hyrcano pontifice erant isti: Lysimachus Pausaniæ *filius*, Alexander Theodori, Patroclus Chæreæ, Jonathas Oniæ.

11. Sed & ad Dolabellam, qui tunc Asiæ præerat, Hyrcanus unum ex his legatis misit, obsecrans ut dimitteret Judæos à militia, & servaret eis patria instituta, sineretque ex illis vitam agere. Dolabella vero post acceptas ab Hyrcano literas, nulla adhibita deliberatione, tum omnibus Asiaticis epistolam misit, tum etiam Ephesiorum urbi, quæ prima erat Asiæ, de Judæis. Atque epistola illa erat hoc exemplo.

Legatum ad Dolabellam mittit Hyrcanus.

12. "PRY-

d Τηρητίνα Ῥεβίλιος,] Id quoque probatum iri spero, quum sic repono pro τηρητίνα ῥεβίλιος, etsi potuit Josephus, & in prima voce literam ν omisisse quocunque casu. Nam ultimam partem cognominis etiam extulerit per λιος, ut sæpe Græci, & infra adest Κυίντιος. sed quum non sit credibile etiam sic exstitisse in primigenio, opinor recte etiam me vertisse. GRON.

e Ῥεβίλιος, Πόπλιος] Sic *Gronov.* Ῥεβίλιος in *MSS.* Forsan Τερητίνα Ῥεγίλιος

f Τιδήτιος, Λεύκιος], Mallem Τιδίτιος.

g Ἀπουλήιος Λευκίου υἱὸς Σεργία,] Forsan Ἀπουλίιος.

h Φλάβιος Λευκίου Λεμωνία,] Huic nomini præreptum est suum prænomen, quod videtur fuisse ei antepositum, forsan interceptum ab voce præcedente Σεργία, quasi fuerit *Aulus Flavius.* GRON. Α. Φλάβιος legendum recte conjicit *Gronov.* prænomine forsan absorpto à litera finali in voce præcedente.

i Ἀκύλιος Μάρκου Μαικία,] Nomen valde dubium ad Latine exprimendum, utrum fuerit *Acilius*, an *Aquilius.* GRON. Ita edidit *Gronov.* Ἀκούλιος in *MSS.* an pro Ἀκίλιος vel Ἀκύλιος, aliorum esto judicium.

k Ἐρούκιος Λευκίου Τηλατίνα.] Sic erat in MS. plana aberratione, ut mihi videbatur, pro Στελλατίνα. GRON.

l Στελλατίνα,] Non dubitavi Στελλατίνα in textum recipere, prout legendum esse conjecerat *Gronov.* Τηλατίνα corrupte in *MSS.*

m Μάρκος Κυίντος Μάρκου υἱὸς Πολλίᾳ] Verba ista sic exstant in MS. varie corrupta, quum secunda vox ut alterum prænomen tolerari nequeat, unde ad Quintios retuli. quorum quum sint talia cognomina jam olim, quæ deducuntur ex nominibus familiarum aut aliis cognominibus, ut Crispinus ab Crispus, Flamininus ab Flaminius, potest etiam tolerari Plancillus pro Plancillus ab Plancus vel Plancius, ut in Arriis est Balbillus, quamvis exstare hactenus hoc tantum loco novi Plancillum, cui valde affine est cognomen Pacilus jam in republica usurpatum. Tribum illi dedi, quæ proxima erat scripturæ corruptæ. GRON.

n Μάρκου υἱὸς Πολλίᾳ] Ita *Gronov.* Μάρκος Κύιντος Μάρκου υἱὸς Ποπλίᾳ in *MSS.* Ποπλίᾳ forsan pro Ποπλιλίᾳ vel Ποβλιλίᾳ.

o Πλαγκίλλος, Πόπλιος Σέριος.] Πλαγκίλλος in *MSS.* Πλαγκίλλος *Gronov.*

p Λόγους ἐποιήσαντο.] Sic *Gronov.* λόγοις & mox δόγματι in *MSS.* Sed in posteriori verbo sextæ literæ superscribitur Τ.

q Δόγματι —— ἔκρινε,] Sic loquitur, quasi plane ista res jam fuisset acta in senatu & consulto ejus firmata ante necem Julii. Quod si ita est, jam intelligimus interiorem causam, cur in cæterarum gentium multitudine necem Julii ejulante sic eminuerit insania Judæorum, ut diserte notat Suetonius, quod viri docti non satis perspiciunt, quum in hoc arcano ea res sita sit. Quid si tamen non videatur factum fuisse vivo Cæsare, sed universum hoc includi & pendere ab uno SCto de ratis habendis actis Cæsaris, ut sint verba plena doli & ex violentia ac jussu M. Antonii sic composita? Hactenus tamen sequimur quod scriptum est. GRON.

r Ὡς καὶ Ποπλίῳ Δολαβέλλᾳ] Ὡς καὶ συγκλήτῳ ἔδοξεν juxta *Epiphanium*, qui vertit, *sicut & Senatui visum est ut hæc in tabulis æreis deponantur, & per singulas civitates transmittantur, quatenus curent & illi in tabulis reponere quod decretum est. Quinto idus Februarias &c.*

s Ἐγένετο πρὸ πέντε εἰδῶν] Nempe ista delatio SCti in ærarium. Tantum scilicet temporis traxit ista ad plenissimam SCti confirmationem requisita nota, antequam posset peragi, sive ob molestias reipublicæ exortas, sive artibus utriusque Consulis capacissimi per annum suum, ut inde adhuc fieret hæc res Judæis pretiosa magis & carior, & per decem menses concursare debuerint ad impetrandam hujus rei consummationem, ac SCtum æri incidendum, & quidem ita, ut tabulæ essent duplices. Erant enim alioquin ἁπλαῖ. & hinc quoque talia inde sumpta exempla, ut notum satis. Sed nunc etiam id ipsum singulare est, tanquam SCta omnia in ærario non sint incisa uni & patenti tabulæ, sed multa duplicibus, ut haberentur plane δίπτυχα, atque unum per duas tabulas extensum complicari posset & sic dimidium loci tantum occupare, quam alioquin teneret. An vero pertinuit hoc ad SCta de provinciis & regionibus exteris, ut illis separatim destinatum fuerit conclave, idque juxta parietes habuerit suspensas δέλτους διπτύχους vel διθύρους, tam bene illustratas olim ab Salmasio, quam facinorose tractatas nuperrime ab clericato omnium librorum, quos non legit, editore. Ex hoc loco utique præclara antiquitatis illustratio non tantum ærarii Saturni, sed ubi illa δίπτυχα vel δίθυρα fuerint, notabiliter usurpata. GRON.

t Τῶν πρεσβευτῶν ἕνα] Quis ille speciatim fuerit exprimitur ab Josepho in sequentib. ex testimonio ipsius Dolabellæ ad civitatem Ephesinam, nempe Alexander Theodori filius. Sed pariter inde probatur illic scribi admodum minute Δολαβέλλας δὲ λαβὼν τὰ Ὑρκανοῦ γράμματα, sed quæ patet per fraudem quandam & astum ex pleniore historia fuisse repetita; item, quam absurde vertatur ibidem *Atque ita Dolabella Hyrcano per literas roganti gratificatus est.* locus ille Græcus καὶ ταῦτα μὲν Δολαβέλλας Ὑρκανῷ πρεσβεύσαντι πρὸς αὐτὸν ἐχαρίσατο. GRON.

v Πρὸς Δολαβέλλαν τὸν τῆς Ἀσίας τότε ἡγεμόνα,] Eximie [illegible] convenit cum historia, quæ dictat jam mense Junio Dolabellam has regiones petiisse & occupavisse. GRON.

x Ἐπιτρέπειν τε κατὰ ταῦτα ζῆν.] Ἐπιτρέπειν τε habui è *Cod. Bodl.* qui nisi in hoc loco convenit cum *Editis*, in quibus καὶ κατὰ τ. ζ.

y Λαβὼν γὰρ ὁ Δολαβέλλας] Voculas aliquot ante λαβὼν excidisse suspicor: eoque magis, quod in *Epiphanio* sit, *quod facilius impetravit. Siquidem Dolabella &c*

z Τοῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν ἅπασι γράψας καὶ τῇ Ἐφεσίων πόλει] Si inspexeris vulgatas editiones, agnosces alteram fraudem. Cæterum hæc urbs speciatim notanda erat velut caput omnium; in cujus titulo isto, quo dicitur πρωτεύουσα, quale resederit privilegium & quæ auctoritas, apparet ex fine epistolæ, ut nempe illa partim exemplo suo, partim dignitate aliis imperaret. Et certe in ea urbe multos fuisse Judæos etsi Acta Apostolorum non habuerint occasionem significandi, tamen ibi consedisse multitudinem discimus ex Suida in voce Ἰωσήπος, ubi legimus Τρύφωνος ἀρχηγοῦ τῶν ἐν Ἐφέσῳ Ἰουδαίων. Quin etiam Norbani Flacci epistola ad Ephesios memorat apud Philonem pag. 1036. GRON.

a Πρωτευούσῃ τῆς Ἀσίας,] Ita in *Apographis* nostris & *Editis Josephi.* Ἐφεσίων πρωτευούσῃ in *MSS.* ut dicit *Gronov.*

b Περὶ τῶν Ἰουδαίων.] Forsan ὑπὲρ τ. nisi περὶ hic idem valeat ac ὑπέρ.

Dolabella literæ ad Ephesios.

12. "PRYTANE ARTEMONE, die primo Lenæonis, Dolabella imperator senatui Ephesiorum & magistratibus & populo salutem. "Alexander Theodori filius, legatus Hyrcani, "filii Alexandri, pontificis Judæorum & ethnarchæ, mihi significavit non posse populares suos "militiæ nomen dare, idcirco quod nec arma ferre queant, nec iter illi facere diebus Sabbatorum, neque cibos patrios & quibus consueverant "seorsum comparare. Propterea ego do illis, sicut "etiam magistratus, qui ante me fuerunt, immunitatem à militia, permittoque ut utantur patriis "institutis, cum propter sacra & res divinas ex "more suo congregantur, & ad oblationes in sacrificia faciendas, & vos volo literas de istis per "urbes singulas dimittendas curare.

Decretum L. Lentuli consulis.

13. Et hæc quidem Dolabella, cum Hyrcanus ad eum legatos misisset, gratificatus est nostris. "LUCIUS vero Lentulus consul dixit; Cives "Romanos Judæos, * sacra Judaïca habentes iisque operantes in urbe Epheso, pro tribunali religionis ergo ab militia dimisi, ante diem duodecimum calendas Octobres, Lucio Lentulo "Cajo Marcello consulibus. Adfuerunt Titus Appius Titi filius Balgus Horatia legatus, Titus "Tongius Titi filius Crustumina, Quintus Ræsius Quinti *filius*, Titus Pompejus Titi *filius* "Longinus, Cajus Servilius Caji *filius* Terentina "Bracchus tribunus militum, Publius Clusius "Publii *filius* Veturia Gallus, Cajus Sentius Ca-

ιβ. "[c] ΕΠΙ ΠΡΥΤΑΝΕΩΣ [d] ΑΡΤΕΜΩΝΟΣ Ληναιῶνος πρώτῃ, Δολοβέλλας αὐτοκράτωρ Ἐφεσίων "βουλῇ καὶ ἄρχουσι καὶ δήμῳ χαίρειν. Ἀλέξανδρος Θεοδώρου, πρεσβευτὴς Ὑρκανοῦ τοῦ Ἀλεξάνδρου υἱοῦ ἀρχιερέως "καὶ ἐθνάρχου τῶν Ἰουδαίων, ἐνεφάνισέ μοι περὶ τοῦ μὴ δύνασθαι στρατεύεσθαι τοὺς πολίτας αὐτοῦ, διὰ τὸ [e] μήτε ὅπλα "βαστάζειν δύνασθαι, μήτε ὁδοιπορεῖν αὐτοὺς ἐν ταῖς ἡμέραις "τῶν Σαββάτων, μήτε τροφῶν τῶν πατρίων καὶ συνήθων [f] κατ' αὐτοὺς εὐπορεῖν. ἐγώ τε οὖν αὐτοῖς, καθὼς "καὶ οἱ πρὸ ἐμοῦ ἡγεμόνες, δίδωμι [g] τὴν ἀστρατείαν, καὶ "συγχωρῶ χρῆσθαι τοῖς πατρίοις ἐθισμοῖς, ἱερῶν ἕνεκα "καὶ ἁγίων συναγομένοις, καθὼς αὐτοῖς νόμιμον, καὶ "τῶν πρὸς τὰς θυσίας [h] ἀφαιρεμάτων, ὑμᾶς τε βούλομαι ταῦτα γράψαι κατὰ πόλεις.

ιγ'. Καὶ ταῦτα μὲν Δολοβέλλας [i] Ὑρκανοῦ πρεσβευσαμένου πρὸς αὐτὸν [k] ἐχαρίσατο τοῖς ἡμετέροις. "ΛΕΥΚΙΟΣ "δὲ Λέντλος ὕπατος [l] εἶπε· Πολίτας Ῥωμαίων Ἰουδαίους, "ἱερὰ Ἰουδαϊκὰ ἔχοντας καὶ ποιοῦντας ἐν Ἐφέσῳ, [m] πρὸ τοῦ βήματος [n] δεισιδαιμονίας ἕνεκα στρατείας ἀπέλυσα, [o] πρὸ "δεκαδύο καλανδῶν Ὀκτωβρίων, Λευκίῳ Λέντλῳ, Γαΐῳ "Μαρκέλλῳ ὑπάτοις. [p] παρῆσαν [q] Τίτος Ἄππιος Τίτου "υἱὸς Βάλγος Ὁρατία πρεσβευτής, Τίτος Τόγγιος Τίτου υἱὸς Κρουστομίνα, Κόιντος [r] Ῥαίσιος Κοΐντου, Τίτος "Πομπήιος Τίτου Λογγῖνος, Γάιος Σερουίλιος Γαΐου "[s] Τηρητίνα Βράκχος χιλίαρχος, Πόπλιος [t] Κλούσιος [v] Ποπλίου [x] Ἐρμείᾳ Γάλλος, Γάιος [y] Σέντιος "[z] Γα-

c Ἐπὶ Πρυτάνεως] Atqui ex nummis docent viri docti summos magistratus in urbe Epheso fuisse aut Ἀρχιερεῖς aut Γραμματεῖς, sicut Rhodo præfuisse Prytaneis tam ex nummis quam ex scriptoribus probant. Discamus igitur in urbe Epheso si non fuit magistratus, quia mox agnoscit ἄρχοντας, certe Prytanes usos hoc honore fuisse, ut præscriberentur in decretis; id quod jam pertractatum est. Cæterum ex instauratione hujus præscriptionis apparet violentia illorum, qui in Josepho dominari voluerunt sublata ista parte, quæ erat curiosissima. GRON.

d Ἀρτέμωνος] Ita juxta meliores *Epiphanii* libros, & in *Gronovii Editione*, & uno ex *Apographis* nostris: Ἀρτεμώνος in altero, & Ἀρτεμῶνος in *MSS. Voss.* teste *Gronovio*.

e Μήτε ὅπλα βαστάζειν δύνασθαι,] Vide simile Rescriptum nomine Augusti ad Ephesios pro Judæis apud Philon. Leg. ad Cajum p. 1036. A. B. & infra lib. 16. c. 6 §. 4. SPANH.

f Κατ' αὐτοὺς] Forte καθ' αὐτούς. COCC.

g Τὴν ἀστρατείαν,] Ita *Gronov.* τὴν ἀστρατίαν in *Apographis* nostris & *Editis Josephi.* τὴν στρατείαν in *MSS. Voss.* ut ait (in Var. Lect. in ima pagina subjectis) *Gronov.*

h Ἀφαιρεμάτων,] Retinui hanc vocem ex Josepho, quum in MS. legatur id quod subnotatum vides contextui ἀφερεμάτων, solita hæsitatione inter diphthongum αι & vocalem ε, unde & infra notabam in MSto ἱερατείας, item ἁγίων, & antea Μαίας. Sed miror cur hunc locum non annotaverit in Thesauro Stephanus, quum male in Josepho vertatur *& conferentes in offerenda templo sacrificia.* Video autem quid ex Christianis apportet idem Stephanus. Ego aliter censui. GRON. Sic etiam in *Apographis* nostris. ἀφερεμάτων in *MSS. Voss.* teste *Gronov.*

i Ὑρκανοῦ πρεσβευσαμένου] Ita *MSS. Voss.* & *Epiphan.* Ὑρκανῷ πρεσβευσαμένῳ sine τοῖς ἡμετέροις in *Editis Josephi.*

k Ἐχαρίσατο τοῖς ἡμετέροις.] Quanto rectius & mollius hoc ipsum occurrit tibi, mi lector, quam ista compilatio & mutatio nominis cum participio Ὑρκανῷ πρεσβευσαμένῳ? GRON.

l Εἶπε·] Forte tollendum. COCC.

* *Sacra Judaïca habentes iisque operantes in urbe Epheso*,] Judaicis sacris addictos, iisque operatos, *Gronov.*

m Πρὸ τοῦ —— ἀπέλυσα,] Plura hic sequuntur in *Rufino* cap. XXI. p. CXVI. Decreta Romanorum, Deliorum, Sardianorum &c. in gratiam Judæorum, quæ hic in Græco Josephi contextu aut Gelenii Versione non leguntur. Eadem omissa in postrema Versione Gallica. Vide etiam infra lib. 16. c. 6. §. 1. & 4. ubi similia Decreta Sardianorum, Cyrenæorum, Ephesiorum referuntur. SPANH.

n Δεισιδαιμονίας ἕνεκα] Non de se ita jactavit Lentulus, sed sic loquutus fuit respectu Judæorum, a quibus scrupulum omnem removere voluit, ut possent indulgere δεισιδαιμονίᾳ, qua esse obsessos Judæos & noverant & videbant quotidie Romani: unde in bonam partem accepi de religione, prout aptissime descriptio ejus huc convenit ex lapide, qui scribitur esse in urbe Pola, *Matri pientissimæ religioni Judaïcæ metuenti*, apud Gruterum p. 721., 11, quamvis meminerim Romanos ubique Judaicam superstitionem agitare. GRON.

o Πρὸ δεκαδύο καλανδῶν] Πρὸ δώδεκα καλανδῶν Ὀκτωβρίων. πολλὰ δ' ἐστὶ καὶ ἄλλα &c. in *Editis Josephi*, reliquis omnibus omissis usque ad c. 10. §. 25. v. 13. In *Epiphanii* libris: *duodecimo Kalendarum Octobris*, *L. Lentulo & C. Marcello Coss. præsente Senatu*, *Balbus Legatus & vicarius Ephesiorum &c.*

p Παρῆσαν Τίτος Ἄππιος] Satis clara diversitas est, qua nunc illud γραφομένῳ, vel ut Latini dicunt *scribendo*, omittit, quod supra addebat. Istic enim agebatur de legitimo SCto in urbe facto: nunc autem etsi præscribantur etiam Consulum duorum nomina, tamen illi cum Pompejo non tantum ex urbe fugerant, sed & ex Italia, ut tanquam in provincia hoc decernatur, ubi non licuit implere solennitatem Romæ usurpatam. Et sic habuerunt alia Collegia hinc quandam imitationem, sed ut abstinerent ab illo senatorio *scribendo*. Certe apud Sponium in Miscellaneis pag. 5. in decretis Fratrum Arvalium occurrit identidem *in collegio adfuerunt*, & *adstantibus fratribus Arvalibus.* Item pag. 69. *Nomina quæ adscripserunt decuria ea quæ i. s. s.* Ex quibus primum exstat etiam apud Brissonium libro 1. de Form pag. 104. in voto Fratrum Arvalium pro Nerone & Octavia. *In collegio adfuerunt Sulpicius &c.* Ea vero quæ recensentur deinceps octo nomina vere Romana sunt, eorum scil. qui adhærebant Pompeio & consulibus fugientibus, ut adversarii Cæsaris. quos idcirco satis magno numero oportuit illic fuisse, quocunque in oppido id decretum fuerit conceptum, ut plane hic sit eadem species, quam describit Tacitus 1. annal. 74. *Consultatum inde inter legatos, quique alii senatorum erant.* GRON.

q Τίτος Ἄππιος Τίτου υἱὸς Βάλγος] Retineo (quippe venerabile est antiquum) in hoc incerto lectionem in MS. positam, exponens more Romano de Appio Valgo, alioquin ignoto, quum etiam Valgus inter cognomina Romana ignoretur; attamen nihil vetat fuisse, perinde ut Varus, aut Vatia. Alioqui sunt Romana alia nomina his admodum vicina, sive Ampius Balbus, sive Atius Balbus: sed infra plane repetitur Ἄττιος Βάλβος, qui videtur non fuisse multum ab hoc remotus, etsi augeatur titulo ἀντιστρατήγου, ut multi tunc fuerunt. GRON.

r Ῥαίσιος Κοΐντου,] Ita *Gronov.* Ῥαίσιος in *MSS.* & mox Τηρητίνα.

s Τηρητίνα Βράκχος] Prius more sueto corruptum adjuvi, ut antea. Posterius quod rarissimum in Romanis, quum haberet sibi proximum Γράκχος, tamen non sustinens mutare, sibi reliqui, quamvis facile quarta litera transiret ad molliorem ac vicinam illi γ, ut fieret Βράγχος sumpto cognomine ex Mileti oraculo, Latine Branchus; tamen quia nec ■ invenio inter cognomina Romana, intactum transii. Sunt quidem Brochus, Broccus, Brocchus Furiorum cognomen, Broccius, Brocchius, Brocco, Barchius. Sed quis aliquid pro vero præstet? Etiam apud Reinesium est Julius Barneus. GRON.

t Κλούσιος] Κλούσιος in *Apographis* nostris.

v Ποπλίου Ἐρμείᾳ Γάλλος,] Optime conjicit *Gronovius* Ποπλίου Οὐετουρίᾳ legendum esse. Videsis *Sponii Itiner.* tom. 1. p. 409.

x Ἐρμείᾳ] Tali appellatione non memini censeri ullam tribum, nec in libris, nec in monumentis aliis. In hoc tamen fragmento bis occurrit. Idcirco nisi placuerit referre inter ignota inscriptionum nomina, quæ in tribubus passim causantur viri docti, fere correxeram Ὠφεντίνᾳ, quod tamen remotius est. Sed quum adverteram antecedere vocem Ποπλίου, credidi ultimam diphthongi formam non iteratam a scriba sic obumbravisse lectionem Josephi, qui scripserat Ποπλίου Οὐετουρίᾳ;

La-

"[z] Γαΐου * * υἱὸς Σαβατίνα. [a] Τίτος Ἄπλιος Τίτου υἱὸς Βάλβος, πρεσβευτὴς καὶ ἀντιστράτηγος, Ἐφεσίων ἄρχουσι, βουλῇ, δήμῳ χαίρειν. Ἰουδαίους τοὺς ἐν τῇ Ἀσίᾳ Λεύκιος Λέντλος ὕπατος, ἐμοῦ ἐντυγχάνοντος ὑπὲρ αὐτῶν, ἀπέλυσε τῆς στρατείας. [b] αἰτησάμενος δὲ μετὰ ταῦτα καὶ παρὰ Φαννίου τοῦ ἀντιστρατήγου καὶ παρὰ Λευκίου Ἀντωνίου τοῦ ἀντιταμίου ἐπέτυχον, ὑμᾶς τε βούλομαι φροντίσαι μή τις διενοχλῇ.

ιδ'. ΨΗΦΙΣΜΑ [c] ΔΗΛΙΩΝ. "Ἐπὶ ἄρχοντος Βοιωτοῦ μηνὸς Θαργηλιῶνος εἰκοστῇ, χρηματισμὸς στρατηγῶν. [d] Μάρκος Πείσων πρεσβευτής, ἐνδημῶν ἐν τῇ πόλει ἡμῶν, ὁ καὶ τεταγμένος ἐπὶ τῆς στρατολογίας, προσκαλεσάμενος ἡμᾶς καὶ ἱκανοὺς τῶν πολιτῶν, προσέταξεν, ἵνα, εἴ τινες [e] Ἰουδαῖοι πολῖται Ῥωμαίων, τούτοις μηδεὶς ἐνοχλῇ περὶ στρατείας, διὰ τὸ τὸν ὕπατον Κορνήλιον Λέντλον δεισιδαιμονίας ἕνεκα ἀπολελυκέναι τοὺς Ἰουδαίους τῆς στρατείας. διὸ πείθεσθαι ὑμᾶς δεῖ τῷ στρατηγῷ." ὅμοια δὲ τούτοις καὶ Σαρδιανοὶ περὶ ἡμῶν ἐψηφίσαντο.

ιε'. "[f] ΓΑΙΟΣ ΦΑΝΙΟΣ Γαΐου υἱός, στρατηγός, ὕπατος, Κῴων ἄρχουσι χαίρειν. Βούλομαι ὑμᾶς γνῶναι, ὅτι πρέσβεις Ἰουδαίων μοι προσῆλθον, ἀξιοῦντες λαβεῖν τὰ ὑπὸ τῆς συγκλήτου δόγματα περὶ αὐτῶν γεγονότα. ὑποτέτακται δὲ τὰ δεδογμένα. ὑμᾶς θέλω φροντίσαι καὶ προνοῆσαι τῶν ἀνθρώπων κατὰ τὸ συγκλήτου δόγμα, ὅπως διὰ τῆς ὑμετέρας χώρας εἰς τὴν οἰκείαν ἀσφαλῶς ἀνακομισθῶσι.

ιϛ'. "ΛΟΥΚΙΟΣ ΛΕΝΤΛΟΣ ὕπατος [g] λέγει, πολίτας Ῥωμαίων Ἰουδαίους, οἵτινές μοι ἱερὰ ἔχειν καὶ ποιεῖν Ἰουδαϊκὰ ἐν Ἐφέσῳ ἐδόκουν, δεισιδαιμονίας ἕνεκα ἀπέλυσα. τοῦτο ἐγένετο πρὸ [h] δεκαδύο καλανδῶν Ὀκτωβρίων.

ιζ'. "ΛΟΥΚΙΟΣ ΑΝΤΩΝΙΟΣ Μάρκου υἱός, [i] ἀντιταμίας καὶ ἀντιστράτηγος, Σαρδιανῶν ἄρχουσι, βουλῇ, δήμῳ χαίρειν. Ἰουδαῖοι πολῖται ἡμέτεροι προσελθόντες μοι ἐπέδειξαν ἑαυτοὺς σύνοδον ἔχειν ἰδίαν κατὰ τοὺς πατρίους νόμους ἀπ' ἀρχῆς, καὶ τόπον ἴδιον, ἐν ᾧ τά τε πράγματα καὶ τὰς πρὸς ἀλλήλους ἀντιλογίας κρίνουσι· τοῦτό τε αἰτησαμένοις, ἵν' ἐξῇ αὐτοῖς ποιεῖν, τηρῆσαι καὶ ἐπιτρέψαι ἔκρινα.

"ji * * filius Sabatina. Titus Atilius Titi filius Bulbus, legatus & proprætor, Ephesiorum magistratibus, senatui, populo salutem. Judæos qui in Asia sunt Lucius Lentulus consul, me pro illis intercedente, dimisit à militia. Postea vero cum idem petiissem à Fannio imperatore & à Lucio Antonio proquæstore *id ipsum* impetravi, vosque volo curare, ne quis *eis* molestiam creet.

Decretum Deliorum.

14. DECRETUM DELIORUM. "Archonte Bœoto mensis Thargelionis die vigesimo responsum prætorum. Marcus Piso legatus, cum in urbe nostra ageret, præessetque delectui habendo, nobis multisque civium advocatis imperavit, si qui Judæi cives Romani *essent*, eos ne quis vexaret propter militiam, idcirco, quòd consul Cornelius Lentulus religionis ergo Judæos à militia dimiserit. Quam ob causam vos oportet prætori obtemperare". Similia autem his etiam Sardiani de nobis decreverunt.

Decretum C. Fannii consulis.

15. "CAIUS FANNIUS Caji filius, imperator, consul, Coorum magistratibus salutem. Volo vos scire, legatos Judæorum ad me accessisse, orantes ut acciperent decreta senatus de ipsis facta. Ea vero consulta subjuncta sunt. Vos volo ex senatusconsulti sententia his hominibus curam adhibere & prospicere, ut per regionem vestram secure in suam revehantur.

L. Lentuli decretum.

16. "LUCIUS LENTULUS consul dicit, cives Romanos Judæos, qui mihi videbantur sacra habere & colere Judaïca in urbe Epheso, religionis ergo dimisi. Id factum est ante diem tertium decimum calendas Octobres.

L. Antonii litera ad Sardianos.

17. "LUCIUS ANTONIUS Marci filius, proquæstor & proprætor, Sardianorum magistratibus, senatui, populo salutem. Judæi cives nostri, cum ad me accessissent, ostenderunt, se suos habere cœtus ex legibus patriis jam inde ab initio, & locum proprium, in quo de negotiis & controversiis inter ipsos ortis judicium ferunt: cumque à me petiissent ut id ipsis facere liceret, eadem illis servari permittique decrevi.

18. MAR-

Latine *Vatinia*, quæ apud Sponium in Itiner. tom. 1. pag. 409. Οὐατινία. GRON.

y Σέντιος Γαΐου * * υἱὸς Σαβατίνα.] Ecce genus fraudis, quod perfrequens libris antiquis illatum est, ut vox aliqua, quoniam in proximo aut sequente illum versu iterabatur, traxerit oculos describentis ab suo loco ad illum, quem debebat differre paulisper, & sic aliqua iste omiserit, immo etiam falsa ad posteros propagaverit. Id fecit in hac parte vocabulum Γαΐου, quod prænomen quum fuisset hujus patri, eodemque usus fuisset ille Cajus Pompejus, ut infra scribitur, qui vere erat tribu Sabatina, eam false transfert scriba ad Sentium, qui censebatur tribu Æmilia, ut egregie & liquide in repetitione hujus consularis auctoritatis, quæ infra posita est, discimus; unde hunc locum in versione supplevi, Græca notavi lacuna paris spatii, ut oportebat. Hoc quidem opinor necessarium factu fuisse, quoniam falsa tribus adsignabatur Sentio. In eodem infra loco etiamnum in proxime sequentibus vides citari plures, quos hic locus prætermittit; quo casu aut jure, nescio, sed in illis nihil ausus fui. GRON.

z Γαΐου * * υἱὸς Σαβατίνα.] In nostris *Apographis*, Γαΐου υἱὸς Σαβατίνα, nullo intercedente hiatu. Lacunam hic in *Græcis* inter Γαΐου & υἱὸς Σαβατίνα reliquit *Gronovius*: supplevit tamen in *Latinis* ex seq. §. 19. Locum in versione eo modo repræsentavi ex *Gronovio*, quo legendum putat Vir Clarissimus.

a Τίτος Ἄπλιος Τίτου υἱὸς Βάλβος,] Erit Ἀτίλιος, si vetera monumenta sequimur, ubi Atilius Bulbus occurrit, & videtur ipsa corruptela huc ducere, idque exhibui in versione; sunt alioqui affines & Aufidius Balbus & Aurelius Balbus & super omnes notus Atius Balbus. Sed abstinere præstat. GRON. Erit Ἀτίλιος, si vetera monumenta sequimur, in quibus *Atilius Bulbus* occurrit; & videntur verborum corruptorum vestigia huc ducere, ait *Gronov.*

b Αἰτησάμενος δὲ] Ita in nostris *Apographis* pariter ac in *Editione Gronovii*. Αἰτησάμενος in *MSS. Voss.* teste *Gronovio*.

c Δηλίων] In quibus tum frequentes etiam fuisse Judæos patet ex ipso Josepho, ubi inter Cæsaris Julii decreta, hoc est, in ipsa fere hujus narrationis parte ac tempore refert verba hæc ex ejus edicto ad Parianos: *Ἐνέτυχόν μοι Ἰουδαῖοι ἐν Δήλῳ καί τινες τῶν παροίκων Ἰουδαίων.* Magnum profecto fuit in tam urgente necessitate Judæis remitti potuisse ab Pompejanis militandi vexationem, quum alios omnes ad eam compellerent nulla adhibita connivenia. Oppressit haud dubie Pisonem admiratio auri & argenti, quod in vicem ipsorum Judæorum cessit. GRON. Judæos multos fuisse in Delo constat supr. ex §. 8.

d Μάρκος Πείσων.] Admodum notabile indicium in Pompejanorum consiliis, qui quum versus omnia miserint ad colligendas copias, ad Cycladas hunc illustris nominis virum delegarunt tali muneri exsequendo: ut ita historia hujus Pisonis alioqui in toto bello civili non nominati, referri debeat ad libri III. de bello isto caput IV. apud Cæsarem, ubi ex Bœotia & Achaja magnus numerus supplementi nomine distributus legitur. Et hinc Cæsar III. Civil. cap. 4. ait Pompejum effecisse legiones duas ex Asia, quas Lentulus conscribendas curaverat. GRON. Historia hujus *Pisonis* (ut notavit Cl. *Gronovius*) referri debet ad lib. 3. *Comment. Cæsaris de Bello Civili*, c. 4.

e Ἰουδαῖοι] MS. Ἰουδαῖοι.

f Γάϊος Φάννιος Γαΐου υἱὸς στρατηγός, ὕπατος] Est hic ergo Fannius alius illo, quem ponit Josephus XIII, 17, ubi tractatur materia similis, sed quem ponit absque prænomine, & dicitur Μάρκου υἱός, & tantum στρατηγός. Itaque hæc est momentosa accessio ad consummandos fastos hujus temporis, si constaret quo anno titulum hunc usurpaverit. Certe enim inter Consules, ne quidem suffectos, occurrit quisquam Fannius consul. Itaque ut hoc nescimus, ita egregie evenit, ut hunc Fannium noscamus ex Cicerone, unde allegavit Pigius pag. 443 inter duces Cn. Pompeii eumque in Græciam sequutos C. Fannium C. F. Strabonem cognomine, quod ut inde accipimus, ita ex hoc loco haurimus patrem ei fuisse Cajum. Neque enim causa ulla nos monet de Cæpione cogitare. Interea consulatum hujus Fannii videbimus, quum exorietur notitia consulatus C. Rabilii, qui infra citatur. GRON. De hoc Fannio videsis *Pigium* in *Annalibus*, tom. 3. p. 442. de quo loco nos monuit *Gronov.*

g Λέγει,] Εἶπεν legisse videtur *Epiphan.*

h Δεκαδύο καλανδῶν Ὀκτωβρίων.] In *Epiphanii* libris *duodecimo Kalendarum Juliarum.*

i Ἀντιταμίας] *MSS.* ἀντὶ ταμίας.

M. Publii aliorumque testimonium.

18. "MARCUS PUBLIUS Spurii filius & "Marcus Marci & Publii filius Lucius dicunt. "Cum Lentulum proconsulem adiissemus, illum "edocuimus, de quibus rebus Dositheus Cleopa-"tridæ filius, Alexandrinus, verba fecit, ut Judæos "cives Romanos sacra Judaica celebrare solitos, "* siquidem ei videretur, religionis ergo dimitte-"ret; & dimisit ante diem tertium decimum ca-"lendas Octobres.

Senatus decretum.

19. "*Mense* QUINTILI Lucio Lentulo, Ca-"jo Marcello consulibus. Aderant Titus Appius "Titi filius Balbus Horatia legatus, Titus Ton-"gius Crustumina, Quintus Ræsius Quinti *filius*, "Titus Pompejus Titi filius, Cornelius Longi-"nus, Cajus Servilius Caji *filius* Terentina Brac-"chus tribunus militum, Publius Clusius Publii "filius Veturia Gallus, Cajus Teutius Caji *filius* "Æmilia tribunus militum, Sextus Atilius Sexti "filius Æsquilina Serranus, Cajus Pompejus Caji "filius Sabatina, Titus Appius Titi *filius* Menan-"der, Publius Servilius Publii filius Strabo, Lu-"cius Paccius Lucii *filius* Collina Capito, Aulus "Furius Auli filius Tertius, Appius Menas. His "præsentibus Lentulus decretum pronunciavit; "Judæos cives Romanos, qui sacra Judaica facere "consueverunt in urbe Epheso, pro tribunali re-"ligionis ergo dimisi.

Laodicensium literæ ad C. Rabilium.

20. "LAODICENSIUM magistratus Cajo "Rabilio Caji filio consuli salutem. Sopater Hyr-"cani pontificis legatus reddidit nobis à te episto-"lam, qua significabat nobis, ab Hyrcano Judæo-"rum pontifice quosdam profectos attulisse literas "de gente ipsorum scriptas, ut Sabbata Judæis li-

ιη'. "[k] ΜΑΡΚΟΣ ΠΟΠΛΙΟΣ ὁ [l] Σπορίου υἱὸς καὶ Μάρ-"κος Μάρκου καὶ Ποπλίου υἱὸς Λούκιος λέγουσι. Λέν-"τλῳ τῷ ἀνθυπάτῳ προσελθόντες ἐδιδάξαμεν αὐτὸν περὶ "ὧν [m] Δοσίθεος Κλεοπατρίδου Ἀλεξανδρεὺς λόγους ἐ-"ποιήσατο, ὅπως [n] πολίτας Ῥωμαίων [o] Ἰουδαίους ἱερὰ Ἰου-"δαϊκὰ ποιεῖν εἰωθότας, ἂν αὐτῷ φανῇ, δεισιδαιμονίας "ἕνεκα ἀπολύσῃ· καὶ [p] ἀπέλυσε πρὸ [q] δεκατριῶν κα-"λανδῶν Ὀκτωβρίων.

ιθ'. "[r] ΚΥΙΝΤΙΛΙΟΙΣ Λευκίῳ [s] Λέντλῳ, Γαΐῳ Μαρ-"κέλλῳ ὑπάτοις. παρῆσαν Τίτος Ἄππιος Τίτου υἱὸς "Βάλβος Ὁρατία πρεσβευτής, Τίτος Τόγγιος Κρουστο-"μίνα, Κόιντος [t] Ραίσιος Κοΐντου, Τίτος [v] Πηῖος "Τίτου υἱός, [x] Κορνήλιος Λογγῖνος, Γάιος Σερουί-"λιος Γαΐου Τηρητίνα Βράκχος χιλίαρχος, Πόπλιος "Κλούσιος Ποπλίου υἱὸς Ουετουρία Γάλλος, Γάιος [y] Τεύ-"τιος Γαΐου Αἰμιλλία χιλίαρχος, Σέξτος Ἀτίλλιος Σέξτου "υἱὸς [z] Αἰσυμία Σέσερανος, Γάιος [a] Πομπήιος Γαΐου υἱὸς Σα-"βατίνα, Τίτος Ἄππιος Τίτου Μένανδρος, Πόπλιος [b] Σε-"ρουίλιος Ποπλίου υἱὸς Στράβων, Λεύκιος Πάκκιος Λευκίου "Κολλίνα Καπίτων, [c] Αὖλος Φούριος Αὔλου υἱὸς Τέρτιος, "Ἄππιος Μηνᾶς. ἐπὶ τούτων ὁ Λέντλος δόγμα [d] ἐξή-"νεγκε· πολίτας Ῥωμαίων [e] Ἰουδαίους, οἵτινες ἱερὰ Ἰου-"δαϊκὰ ποιεῖν εἰώθασιν ἐν Ἐφέσῳ, πρὸ τοῦ βήματος δει-"σιδαιμονίας ἕνεκα ἀπέλυσα.

κ'. "ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ἄρχοντες Γαΐῳ Ραβελλίῳ Γαΐου υἱῷ "ὑπάτῳ χαίρειν. [f] Σώπατρος Ὑρκανοῦ τοῦ [g] ἀρχιερέως πρεσ-"βευτὴς ἀπέδωκεν ἡμῖν τὴν παρὰ σοῦ ἐπιστολήν, δι' ἧς ἐδή-"λου ἡμῖν παρὰ Ὑρκανοῦ τοῦ Ἰουδαίων ἀρχιερέως ἐληλυθότας "τινὰς γράμματα κομίσαι περὶ τοῦ ἔθνους αὐτῶν γεγραμμένα,

"ἵνα

k Μάρκος Πόπλιος] Quinam fuerint isti duo Marci cum tertio Lucio, quum in scripto nulla quidem sit nota dignitatis, sed varia habeant addita forsan ad distinctionem, tamen nihil ad eam nobis conferunt, & in Romanum morem admitti queunt. si statuamus eos ex plebe fuisse, & hinc Judaicis sacris addictos, ut præter prænomina de illis nihil dicatur; unde licet alia cogitari possint, judicavi tamen intacta relinqui. GRON.

l Σπορίου υἱός] Ita in nostris *Apographis*, prout edidit *Gronov.* (in V. L. Gronovii ἱερὰ ες πορίου. Sic MS. media sunt in margine) Ποπλίου juxta *Epiphanium*.

m Δοσίθεος Κλεοπατρίδου Ἀλεξανδρεύς] Ita ex *Vet. Interpr.* corrupte in *MSS. Voss.* δῶσι κλεοπατρίδου ἀλεξανδρεὺς λόγους.

n Πολίτας Ῥωμαίων Ἰουδαίους ποιεῖν] Hoc postremum verbum sic plane exstat in MSto, quum prorsus sit supervacuum nec ullum tueatur locum: non enim agitur de Judæis ut fiant cives Romani, sed ut illi, qui jam erant cives Romani, beneficio aliquo per eum adficerentur. Hinc satis mihi fuit id verbum uncis inclusisse, & in vertendo omisisse. GRON.

o Ἰουδαίους ἱερά] Verbum ποιεῖν (quod post Ἰουδαίους habent *MSS.* & uncis inclusum dedit *Gronov.*) omisi, præsertim cum illud non agnoscat *Epiphan.*

* *Siquidem ei videretur*,] *Vel*, si hoc ad eum deferatur.

p Ἀπέλυσε] Ita cum *Epiphan.* ἀπέλυσα in *MSS.*

q Δεκατριῶν καλανδῶν Ὀκτωβρίων.] *MSS.* δεκατριῶν ὀκτωβρίων.

r Κυιντιλίοις Λευκίῳ Λέντλῳ,] Prima vox continet Romanum nomen satis bene notum ubique, sed ut opinor, male huc conveniens, ut illud aberraverit forsan ad illudendum lectoribus, quippe destitutum voce antecedenti; ut hinc fere videatur jus sibi arrogare veniendi in censum propriarum appellationum sequentibus annectendum. Cæterum existimo vocem μηνὶ præcessisse, ut temporis titulus inter prima legeretur, etsi fatear eum aliter conceptum esse in antecedentibus. Ita certe egi in versione, & ideo signum defectus non apposui. GRON. Vox Κυιντιλίοις abest *Vet. Interpr.* Μηνὶ excidisse suspicatur *Gronov.* ideoque *Mense* ante *Quintili* posuit in versione. Hoc decretum, omissis senatorum nominibus, in *veteri versione* sic se habet. *L. Lentulo & C. Marcello Coss. L. Lentulus decretum protulit. Cives Rom. Jud. &c.*

s Λέντλῳ, Γαΐῳ] MS. Λεντλογαΐῳ.

t Ραίσιος Κοΐντου, Τίτος Πηῖος] En locum plenum nodi, & tantum ulceris, ut difficulter expurges. Immo hinc apparet scribam hujus codicis non esse laudandum ab doctrina, sed ab fide, qua persequutus est vestigia literarum in volumine, quod describebat. An noluerunt hic Ræsius cum Cornelio ostentare suam tribum, quum in inscriptionibus occurrant duo Ræsii, alter Palatina, alter Fabia, etiam cognominibus diversi? Quumque omnes gaudeant prænomine, an Cornelius Longinus id fuit aversatus solus? In MS. tamen non aliter habetur. Si placet nos exercere in appellatione Πηῖος quidem potuit latere aliquis Pedius, cujus familia bene clara. Sed ex loco superiore nequimus ambigere, quin istæ quinque literæ sint posterior pars vocis Πομπήιος, ut omnino significetur hic tres illos adfuisse Κόιντος Ραίσιος Κοΐντου, Τίτος Πομπήιος Τίτου υἱός, Κορνήλιος Λογγῖνος. Et quid opus est alia tentare? Mox pro Τεύτιος probabilius ante exstat nomen Σίλιος. GRON.

v Πηῖος Τίτου υἱός,] Ita *MSS.* Verum e super. §. 13. Πομπήιος legendum videtur. quod etiam monuit *Gronov.*

x Κορνήλιος Λογγῖνος,] Supra §. 13. deerat Κορνήλιος.

y Τεύτιος Γαΐου Αἰμιλλία] Pro Τεύτιος ante exstat Σίλιος, supr. §. 13. ei affines sunt Τίτιος & Τ-ιος.

z Αἰσυμία Σέσερανος.] Sic edidi omissa litera ς, quæ insuper in fine adhærebat. Vult enim exprimere nomen tribus, quæ quomodo vocata fuisse supponetur? Utique istud nomen est ignotum Romæ. Vicina sunt *Aesonia* itemque *Auximia* ab claro oppido *Auximum*, sane colonia quondam & municipio; etiam quandoque scriptum *Aasimum*, ut vides in Cluverio. Verum & has tanquam tribuum appellationes perinde illic insolitas animadvertimus, ut sic idem lusus fit. An vero dicemus aliquid in his contigisse, quod nos docent scholia in Luciani Vitam Demonactis? Οὐ γὰρ ἰδὲ τινὲς ὅτι τῇ Ῥωμαίων ἐτίμησέ με πολιτείᾳ. ἀλλ' ἠγνόηται γὰρ τοῦτο καὶ ἄδηλον, ποίᾳ τινι ἐνεγράφησαν αὐτοὶ φατρίᾳ ἐκ πολλῶν φατριῶν τῆς Ῥωμαίων πολιτείας συγκειμένης, οἷον Οὐετίνων, Φλαβίων, καὶ ἄλλων πλείστων. Cæterum meditanti varia visum fuit latere illic nomen tribus Esquilinæ, quomodocunque illud fuerit editum, & forsan Αἰσκυλίνα. Notant diversitatem ab Græcis admissam in hoc Latino ad suam linguam concinnando tutores Dionysii Halicarnassei, ut modo Ισκ, modo Εσκ, incipere, sed & occurrere Αἰσκυλῖνοι deprehenderint. Nam quod statim sequebatur nomen Πολυπώιος in MS. codice, non existimo me peccasse, dum celebratissimum supposui. GRON Αἰσυμία Σέσερανος, pro quibus verisimiliter Αἰσκυλίνα vel Αἰμιλίᾳ Σέῤῥανος reponendum censuit *Gronov.*

a Πομπήιος Γαΐου υἱός] Πομπήιος pro Πολυπώιος substitui cum *Gronovio.*

b Σερουίλιος Ποπλίου υἱός] Οὐιλίων in *Apographis* nostris.

c Αὖλος Φούριος Αὔλου.] Ita firmus reparavi simpliciter morem & nomen Romanum, quum in MS. vitiaretur Αὖλος Φρέριος Παύλου. GRON. Ita *Gronov.* Αὖλος Φρέριος Παύλου υἱὸς in *MSS.*

d Ἐξήνεγκε· πολίτας Ῥωμαίων Ἰουδαίους, εἶναι] Hæc optime cohærere possunt, si modo sola possent in se considerari, & non sequentia deberent his annecti; unde apparet non egisse Lentulum de eo, si Judæi tales forent cives Romani, sed si illi Judæi, qui sacra sua Ephesi colerent, ac cives Romani essent, immunitatem haberent aut habituri essent ab militia. Hinc clare colligis verbum εἶναι ex supervacuo his insertum esse, idque omisi in versione. GRON

e Ἰουδαίους,] Ἰουδαίους εἶναι in *MSS.* sed εἶναι (quod non agnoscit *Epiphan.* & in versione sua omisit *Gronov.*) facessere jussi.

f Σώπατρος Ὑρκανοῦ τοῦ] Σωσίπατρος juxta *Epiphanium.*

g Ἀρχιερέως] *MSS.* ἀρχιερείας sed correctum.

h Συν-

"ἵνα τὰ Σάββατα τοῖς Ἰουδαίοις ἐξῇ καὶ τὰ λοιπὰ ἱερὰ ἐπι-
"τελεῖν κατὰ τοὺς πατρίους νόμους, ὅπως τε μηδεὶς αὐτοῖς
"[h] ἐπιτάσσῃ, [i] διὰ τὸ φίλους αὐτοὺς ἡμετέρους εἶναι καὶ συμ-
"μάχους, ἀδικήσῃ τε μηδεὶς αὐτοὺς ἐν τῇ ἡμετέρᾳ ἐπαρχίᾳ,
"ὡς Τραλλιανῶν τε [k] ἀντειπόντων κατὰ πρόσωπον μὴ ἀρέσκεσθαι
"τοῖς περὶ αὐτῶν δεδογμένοις [l] ἐπιτάξας ταῦτα οὕτως γίνεσθαι·
"παρακεκλῆσθαι δέ γε, ὥστε καὶ ἡμῖν ταῦτα γράψαι περὶ αὐτῶν.
"ἡμεῖς οὖν, κατακολουθήσαντες τοῖς ἐπεσταλμένοις ὑπὸ σοῦ,
"τήν τε ἐπιστολὴν τὴν ἀποδοθεῖσαν ἐδεξάμεθα καὶ κατεχω-
"ρίσαμεν εἰς τὰ δημόσια ἡμῶν γράμματα· καὶ περὶ τῶν ἄλ-
"λων ὧν ἐπέσταλκας, προνοήσομεν ὥστε μηδὲν μεμφθῆναι.

κα'. "ΠΟΠΛΙΟΣ Σερουίλιος Ποπλίου υἱὸς [m] Γάλβας
"ἀνθύπατος Μιλησίων ἄρχουσι, βουλῇ, καὶ δήμῳ χαίρειν.
"Πρύτανις Ἑρμοῦ υἱὸς, πολίτης ὑμέτερος, προσελθών μοι
"ἐν Τράλλεσιν ἄγοντι τὴν [n] ἀγόραιον, ἐδήλου παρὰ τὴν ἡμε-
"τέραν γνώμην Ἰουδαίοις ὑμᾶς [o] προσφέρεσθαι, καὶ κω-
"λύειν αὐτοὺς τά τε Σάββατα ἄγειν, καὶ τὰ ἱερὰ τὰ πά-
"τρια τελεῖν, καὶ τοὺς καρποὺς μεταχειρίζεσθαι, [p] καθὼς
"ἔθος ἐστὶν αὐτοῖς, αὐτόν τε κατὰ τοὺς νόμους τεθεικέναι τὸ
"ψήφισμα. βούλομαι οὖν ὑμᾶς εἰδέναι, ὅτι ἀκούσας ἐγὼ
"[q] λόγων ἐξ ἀντικαταστάσεως γινομένων, ἐπέκρινα μὴ κω-
"λύεσθαι Ἰουδαίους τοῖς αὐτῶν ἔθεσι χρῆσθαι.

κβ'. "ΨΗΦΙΣΜΑ [r] ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. [s] Ἐπὶ Πρυτάνεως
"Κρατίππου [t] Δαισίου πρώτῃ γνώμη στρατηγῶν. Ἐπεὶ οἱ Ῥω-
"μαῖοι, κατακολουθοῦντες τῇ τῶν [v] προγόνων ἀγωγῇ, τοὺς
"ὑπὲρ τῆς κοινῆς ἁπάντων ἀνθρώπων ἀσφαλείας κινδύνους
"ἀναδέχονται, καὶ φιλοτιμοῦνται [x] τοὺς συμμάχους καὶ φίλους
"ἐν εὐδαιμονίᾳ καὶ βεβαίᾳ [y] καταστῆσαι εἰρήνῃ, πέμψαν-
"τος πρὸς αὐτοὺς τοῦ ἔθνους τῶν Ἰουδαίων καὶ Ὑρκανοῦ τοῦ ἀρ-
"χιερέως αὐτῶν πρέσβεις, Στράτωνα Θεοδότου, Ἀπολ-
"λώνιον Ἀλεξάνδρου, Αἰνείαν Ἀντιπάτρου, Ἀριστόβουλον
"Ἀμύντου, Σωσίπατρον Φιλίππου, ἄνδρας καλοὺς κἀγα-
"θοὺς, καὶ περὶ τῶν κατὰ μέρος ἐμφανισάντων, ἐδογμάτισεν ἡ
"σύγκλητος, περὶ ὧν ἐποιήσαντο τοὺς λόγους, ὅπως μηδὲν
"ἀδικῇ Ἀντίοχος ὁ βασιλεὺς Ἀντιόχου υἱὸς Ἰουδαίους συμ-
"μάχους Ῥωμαίων, ὅπως τε φρούρια καὶ λιμένας καὶ χώ-
"ραν, καὶ εἴ τι ἄλλο ἀφείλετο αὐτῶν, ἀποδοθῇ, [z] καὶ
"ἐξῇ αὐτῶν ἐκ τῶν λιμένων ἐξάγειν, ἵνα τε μηδεὶς
"ἀτελὴς [a] ἢ τῆς Ἰουδαίων χώρας ἢ τῶν λιμένων αὐ-
"τῶν ἐξάγειν βασιλεὺς ἢ δῆμος, ἢ μόνος Πτολε-
"μαῖος ὁ Ἀλεξανδρέων βασιλεὺς, διὰ τὸ εἶναι σύμ-
"μαχος ἡμέτερος καὶ φίλος, καὶ τὴν ἐν Ἰόππῃ δὲ
"φρουρὰν ἐκβαλεῖν, καθὼς ἐδεήθησαν, τῆς τε βου-
"λῆς ἡμῶν [b] Λεύκιος Πέττιος ἀνὴρ καλὸς κἀγα-
"θὸς προσέταξεν, ἵνα [c] φροντίσωμεν ταῦτα οὕτως γε-
"νέσθαι, καθὼς ἡ σύγκλητος ἐδογμάτισε, προνοῆ-
"σαί τε τῆς ἀσφαλοῦς εἰς οἶκον τῶν πρεσβευτῶν [d] ἀνακο-
"μιδῆς. ἀπεδεξάμεθα δὲ καὶ εἰς τὴν βουλὴν καὶ τὴν

"ceret ac reliqua sacra peragere ex patriis legibus,
"& ut nullus eis imperet, quia amici nostri sunt
"& socii, ac nemo eos injuria afficiat in nostra
"provincia, utpote qui & Trallianis coram con-
"tradicentibus non placere hæc de illis decreta,
"imperaris illa sic fieri: sed insuper hoc se roga-
"tum esse, ut nobis quoque ista de illis scriberes.
"Nos igitur, præceptis tuis obsequentes, episto-
"lam traditam accepimus & in publicas nostras
"tabulas reposuimus; & cætera *omnia*, quæ in
"mandatis dedisti, nobis curæ erunt, ne quid re-
"prehendatur.

21. "PUBLIUS Servilius Publii filius Galba
"proconsul Milesiorum magistratibus, senatui,
"& populo salutem. Prytanes Hermæ filius ci-
"vis vester, cum ad me venisset in *urbe* Tralli-
"bus, ubi conventum agebam, significabat vos
"præter sententiam nostram tractare Judæos, &
"prohibere illos tum Sabbata celebrare, tum sa-
"cra patria facere, & fructus pro sua consuetu-
"dine administrare, ipsumque se ex legibus au-
"ctorem fuisse hujus decreti. Volo igitur vos
"scire, me, verbis auditis quæ ultro citroque ha-
"bita sunt, tandem decrevisse, non prohibendos
"Judæos uti suis moribus.

P. Servilii literæ ad Milesios.

22. "DECRETUM PERGAMENO-
"RUM. Prytane Cratippo, primo Dæsii men-
"sis die decretum prætorum. Quoniam Roma-
"ni, majorum institutis obsequentes, pericula
"pro communi omnium hominum securitate su-
"scipiunt, & certatim id agunt ut socios ami-
"cosque in felicitate & firma pace constituant,
"cum ad illos misisset natio Judæorum & Hyrca-
"nus eorundem pontifex legatos, Stratonem
"Theodoti, Apollonium Alexandri, Æneam
"Antipatri, Aristobulum Amyntæ, Sosipatrum
"Philippi *filium*, viros bonos & probos, atque
"hi præcipua quæque negotiorum significassent,
"decrevit senatus, de quibus rebus verba fece-
"runt, ne qua injuria Antiochus rex Antiochi fi-
"lius Judæos socios Romanorum afficiat, utque
"præsidia & portus & regionem & si quid aliud
"ab eis abstulit, id reddatur, atque liceat *illis suis*
"ex portubus exportare *quodcunque volunt*, & ne
"quis sine vectigalibus ex Judæorum regione aut
"ex portubus eorum quidquam exportet, *sive*
"rex sive populus, præter solum Ptolemæum
"Alexandrinorum regem, quia est socius noster
"& amicus; immo & præsidium quod est Joppe
"expellendum esse, sicuti petiverunt, & sena-
"tus nostri *unus* Lucius Pettius, vir bonus &
"probus, mandavit, ut nobis curæ esset illa ita
"fieri quemadmodum senatus decrevit, atque
"provideremus ut legati in patriam salvi & inco-
"lumes redeant. Quin etiam admisimus in sena-
"tum

Pergamenorum decretum.

h Ἐπιτάσσῃ.] Ἐμποδίζῃ forsan in *suo codice* habuit *Epiphan.* nam vertit, *ne quis eos quicquam impediat.*

i Διὰ τὸ φίλους αὐτοὺς ἡμετέρους εἶναι] Sic *Gronov.* διὰ τῶν in *MSS.*

k Ἀντειπόντων] *MSS.* ἀντεχόντων.

l Ἐπιτάξαι ταῦτα οὕτως γίνεσθαι·] Ita in *Apographis* nostris. ἐπιτάξας in *Editione Gronovii.* forsan *Typothetarum* errore.

m Γάλβας ἀνθύπατος] Eo modo *Epiphan.* & *Gronov.* Γάλλιας in *MSS.*

n Ἀγόραιον.] *MSS.* ἀγόρον sed correctum.

o Προσφέρεσθαι.] Sic apud *Ælianum*, l. 12. c. 27. προσφέρεσθαι τοῖς πολεμίοις ἡμερώτατα *hostes mitissime tractare.*

p Καθὼς ἔθος ἐστὶν αὐτοῖς.] Ita scribitur in MSto, quod quum sit manifeste vitiosum, ita interpretatus sum, ut minima mutatione unius tantum literæ ε in ω defungerer, ut simplex sit usurpatum pro composito ἔξεσι. Utrum id sufficit? an apparet etiam satis clare coaluisse in unum voces καθὼς ἔθος ἐστὶν αὐτοῖς? prout hic sensus aliquoties ante occurrit. GRON. Ita ex *Epiphanio*, qui vertit, *& fructus sua consuetudine colligere.* καθὼς ἔσιν in *MSS.* quod in καθὼς ἔσιν mutavit *Gronov.* ut ἔσι acciperetur pro ἔξεσι, quo modo & supra, p. 583. v. 30.

q Λόγων ἐξ ἀντικαταστάσεως γινομένων,] Sic *Gronov.* λόγων in *MSS.*

r ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ] Forte ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ. HUDS. In *Add.* Inde, opinor, id putat *Hudsonus*, quod in fine hujus §. dicant majores suos amicos Judæis Abrahami fuisse temporibus, verum (ut ex Josepho *Ant.* l. 12. c. 4. §. 10. & *de Bello* l. 2. c. 25. §. 1. patere potest) Lacedæmoni non modo de amicitia, sed & propinquitate generis cum Abrahamo & Judæis gloriabantur. HAV.

s Ἐπὶ Πρυτάνεως Κρατίππου Δαισίου] Verba illa Ἐπὶ Πρ. Κρατ. in textum recepi, quod ita legerit *Epiphan.* & in margine extent *MSS. Voss.*

t Δαισίου] *MSS.* Περγαμηνῶν δισίου.

v Προγόνων] *MSS.* προγενῶν.

x Τοὺς συμμάχους] *MSS.* τοὺς ὁμαίχμους.

y Καταστῆσαι] *MSS.* Καταστῆναι.

z Καὶ ἐξῇ αὐτοῖς] Καὶ μὴ ἐξῇ edidit *Gronovius.* in *Apographis nostris*, καὶ μὴ ἐξῇ. unde καὶ ἐξῇ rescripsi, fretus auctoritate *Epiphanii*, qui vertit, *& liceat &c.*

a Ἢ τῆς Ἰουδαίων χώρας] In *MSS.* ἐκ. atque ita edidit *Gronov.* verum ἐκ expunxi, quod ἐξῇ in superiori versiculo detractum voculæ μὴ adhæsisse suspicor.

b Λεύκιος Πέττιος] *Lucius Peticus* in *Editis Epiphanii.* at *Lucius Petitus* in *MSS*

c Φροντίσωμεν] *MSS.* φροντίσωμεν μὲν, unde tres literæ μεν postea fuerunt inductæ

d Ἀνακομιδῆς.] *MSS.* ἀνακομιδῆς.

e Ἀν-

"tum & in concionem Theodorum, cumque ab "ipso epistolam accepissemus & senatusconsultum, atque ipse magno studio verba fecisset, "& virtutem Hyrcani declarasset ac magnanimitatem, quod tam communiter universos quam "privatim singulos, qui ad ipsum veniunt, beneficiis afficiat, ideo & literas in publicis archivis nostris deposuimus, & nos quoque ipsi, utpote Romanorum socii, omnia etiam Judæis "præstare ex senatusconsulto decrevimus. Insuper Theodorus, qui epistolam nobis reddidit, "prætores nostros obsecravit, ut mitterent Hyrcano exemplum decreti, & legatos qui populi "nostri *erga illos* studium significarent, & hortarentur ad conservandam augendamque ipsorum "erga nos amicitiam, & ad novum aliquod beneficium conferendum, ut qui debitam gratiam "meritamque consequuturi sint, meminerintque "quemadmodum etiam Abrami temporibus, qui "pater erat omnium Hebræorum, majores nostri "fuerint illis amici, prout in * acta publica relatum invenimus.

"ἐκκλησίαν τὸν Θεόδωρον, ἐπιλαβόντες τε τὴν ἐπιστολὴν παρ' αὐτοῦ καὶ τὸ τῆς συγκλήτου δόγμα, καὶ ποιησαμένου μετὰ πολλῆς σπουδῆς [e] αὐτοῦ λόγους, καὶ τὴν Ὑρκανοῦ ἐμφανίσαντος ἀρετὴν καὶ μεγαλοψυχίαν, καὶ ὅτι κοινῇ πάντας εὐεργετεῖ, [f] καὶ κατ' ἰδίαν τοὺς πρὸς αὐτὸν ἀφικνουμένους, τά τε γράμματα εἰς τὰ δημόσια ἡμῶν ἀπεθέμεθα, καὶ αὐτοὶ πάντα ποιεῖν ὑπὲρ Ἰουδαίων, σύμμαχοι ὄντες Ῥωμαίων, κατὰ τὸ τῆς συγκλήτου δόγμα ἐψηφισάμεθα. ἐδεήθη δὲ καὶ ὁ Θεόδωρος, ὁ τὴν ἐπιστολὴν ἡμῖν ἀποδοὺς, τῶν ἡμετέρων στρατηγῶν, ἵνα πέμψωσι πρὸς Ὑρκανὸν τὸ ἀντίγραφον τοῦ [g] ψηφίσματος, καὶ πρέσβεις δηλώσοντας τὴν τοῦ ἡμετέρου δήμου σπουδὴν, καὶ παρακαλέσοντας συντηρεῖν καὶ αὔξειν αὐτῶν τὴν πρὸς ἡμᾶς φιλίαν, καὶ ἀγαθοῦ τινος αἴτιον γίνεσθαι, ὡς ἀμοιβάς τε τὰς πρεπούσας ἀποληψόμενον, μεμνημένον τε [h] ὡς καὶ ἐν τοῖς κατὰ Ἀβραμον καιροῖς, ὃς ἦν πάντων Ἑβραίων πατὴρ, οἱ πρόγονοι ἡμῶν ἦσαν αὐτοῖς φίλοι, καθὼς ἐν τοῖς δημοσίοις εὑρίσκομεν γράμμασι.

Decretum Halicarnassensium.

23. "DECRETUM HALICARNASSENSIUM. Sacerdote Memnone Oreitidæ *filio*, & "per adoptionem Euonymi, Anthesterionis die

κγ'. "ΨΗΦΙΣΜΑ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΝ. Ἐπὶ ἱερέως "Μέμνονος τοῦ [i] Ὀρεστίδου, κατὰ δὲ ποίησιν Εὐωνύμου, "[k] Ἀνθεστηριῶνος ... ἔδοξε τῷ δήμῳ, εἰσηγησαμένου "Μάρ-

e *Αὐτοῦ λόγους*,] Ita rescribendum censui. αὐτοῖς edidit *Gronovius ex MSS.*

f *Καὶ κατ' ἰδίαν*] *MSS.* καὶ κατιδίαν.

g *Ψηφίσματος*,] *MSS.* ψηφίσματος.

h *Ὡς καὶ ἐν τοῖς κατὰ Ἀβραμον καιροῖς*,] En Chronologiæ caput novum & incognitum, & fere deridendum ab unoquoque, qui Abrahamum, illum verum & priscum, cogitet, quem hi Phryges aut Pergameni statuunt quasi principem constitutæ reipublicæ fuisse, qui fœdera cum externis non tantum, sed & longissime remotis sanciverit, ut vel ipse Abrahamus vel propinquo gradu ab eo orti habuerint jam Phrygas amicos, idque signatum hi publice servaverint. Habes medii temporis testationem inconditam & fraudulente captatam ex veteris Ilii & veterrimorum Phrygum recordatione ad insinuandum, cui forsan occasionem dedit historia Herodoti, unde tradebatur Ægyptios etiam sub Psammiticho, aliis testantibus de Sesonchosi, inquirentes agnovisse tandem Phrygas fuisse ipsis vetustiores, quum sese antea jactavissent tales esse. GRON.

* *Acta publica*] Vide *Grotium* in 1 Maccab. cap. 12. & *Huet.* in D E. p 96. HUDS in *Add.*

i *Ὀρεστίδου*,] Ἀνεστίδου in *Apographis* nostris. Ἀρεστίδου edidit *Vossius* in notis ad *Catullum*, p. 313. contra fidem *MSS.* ut dicit *Gronov.*

k *Ἀνθεστηριῶνος*] Nihil amplius exhibetur in MS Sed spatii aliquid vacui sequitur, quod Vossius hanc partem edens in Observationibus ad Catullum corripuit ac plane abolevit, nescio an satis perite & licite, quum ipse opiner non frustra evenisse; sed esse locum, ubi posita fuerit nota diei in isto mense, forsan Ἀνθεστηριῶνος ε' id est, πέμπτῃ, nisi velis primam sequentis verbi excidisse ε, ut de quinta die intelligatur, ut solebat fieri in decretis Græcorum & sequitur infra in Ephesino. Sed ipse nihil prætento, quia lectori cuivis facile patet ex contextu hujus decreti aliqua excidisse, non tantum quia post ἔδοξε τῷ δήμῳ sequitur δεδόχθαι, sed etiam quia in fine dicitur τῷδε τῷ ζημιώματι, quod nullum deprehenditur in ipso decreto, nec aliquod nominatum est, forsan omittente ipso Josepho, qui tantum sectatus fuit verba ad Judæos pertinentia Etiam nosci oportet Vossium edidisse Ἀνθεστηρίωνος, quasi non statuisset appellationem mensis, sed viri, sed vane & contra MS. Insuper scias eundem Vossium dedisse in citando & describendo ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΝ & Ἀρεστίδου, item Ἰουδαίους τοὺς βουλομένους aliter quam in MS. exhibentur.

Neque tamen vel laudis vel necessitatis, cur publicari hæc decreta & istam operam Josephi in vitam velut revocari interrat, summa etiamnum mihi expressa fuit. Aliud commoditatis publicæ quasi cornu & inde enascentem magnæ hæsitationis dispulsionem prodere statuebam. Etenim inter ea, quæ tum me nondum nato, tum per meam ætatem agitavisse eruditas plurium horas deprehendi, fuit illud caput de Apostolo Paulo, unde illi nascenti adfuerit jus civitatis Romanæ. Quod quum distraheretur inter duas sententias, utrum contingeret ex natalis urbis Tarsi a Cæsaribus locupletatæ communi privilegio, an ex peculiari patriæ domus, quæ id sibi impetraverit, lætitia & successione in Paulum transgressu, non vidi ab ullo tale quid proferri, quo anxietas illa tollatur. Novissimus se ad eam causam exuit Conditor Romani Orbis, in quo magna pars capitis XVII. impenditur huic deliberationi velut summam manum impositura. In qua etsi denique vergat ad rectum, & ad Grotii opinionem, tamen sic quoque quam turbide & parum constanter pag. 145.? [ut nempe civitate Romana iidem (majores S. Pauli) quacunque tandem causa, sint donati: aut vero ut eam, quod de Pauli patre dicitur, pecunia, haut insolito maxime illa ætate more, iidem redemerint] Nihil ergo habuit in hoc bivio, quorsum flecteret; unde quamvis haberet Græcorum scholia clare hic testari ausa, tamen suspensus & vacillans suspicari maluit de *quacunque tandem causa*, quam esset nunquam repertus. Verissime scripserunt Græci. Neque pater S. Pauli aliam existimavit se inventurum viam ad tranquille & credule vivendum in urbe Tarso, quam tot alii Judæi per alias Asiæ minoris urbes constituerant & muniverant, nempe ex empto ab Romanis ducibus circa tempus belli civilis pecuniam solam spectantibus. Hinc alienam patet esse pronunciationem de ἰσοπολιτείᾳ Judæorum per Antiochiam, Alexandriam, Cyrenen & Cæsaream & quæ inde trahuntur privilegia huc non pertinentia. Judæi enim jam non curabant jus æquum cum aliis per illas urbes habere, sed obtrudebant se illis, quod clare apparet ex his decretis. Si quid tale proprium fuit in istis quatuor oppidis, certe id non desideraverunt obtinere per Asiam minorem, quum videmus invitis incolis urbium istarum ab Romanis imperari, ut tolerent Judæos, quorum sacra ante turbabantur ab iis: Romani ab eis fuerunt implorati, ut in hac & illa urbe nanciscerentur securitatem non solum vitæ, sed & religionis, non per aliam causam, quam quod uterentur titulo civitatis Romanæ, & dicere se possent Romanos, quod eis non adfuisset, nisi ab Romanis magistratibus per provinciam interventu pecuniæ unico impetravissent. Nihil ergo ad Judæos vel civitatis Laodiceæ aut Pergami & aliarum jus. Sed sicut Laodicea & Pergamum & omnes patebant civibus Romanis; hunc modum conati sunt in se transferre Judæi, ut quum essent facti cives Romani, irent habitatum ubique, nec tamen electi ad habitationem oppidi jura quidquam curarent, aut laborarent quoque dici cives Laodicenses aut Pergameni, quum essent cives Romani, & hoc titulo tuti contra insultationes. Aliquid sublimius adfectaverunt Judæi, ut in urbibus nequaquam jure civitatis Romanæ fruentibus ipsi viverent honore isto ipso decorati, & ex hoc capite cogerentur reliqui incolæ istarum urbium non tantum indulgere illis vitam disciplinæ, quam profitebantur, nempe Mosaicæ, convenientem, adeo ut & loca ad hanc rem eis adsignare & separare cogerentur; atque adeo sine molestia essent in iis, per quæ cultus inquinari videtur, ut loquuntur Digesta juris; sed etiam habere illos pro civibus Romanis, unde plura in eos derivabantur privilegia, quorum unum manifeste nunc innuit ipse Paulus Apostolus, qui non mittitur ad virgas, ut in eo cultus inquinaretur. Quo quid arrogantius poterat ab Romanis statui? quid magis recusandum ab Judæis postulari? quid intolerabilius illis, qui gentilismo ab majoribus addicti erant, imperari? Sed & insuper in ista ratiocinatione incongruum est, quod quum in principio paginæ 144. agat de Agrippa & Antipatro & Josepho, & mox adjiciat verba Philonis de Augusti ætate, atque inde sic ut dixi sermocinetur, mox id probet per Ulpianum & Modestinum in longe ulteriora sæcula post varias temporum mutationes & hinc edictorum diversitates delapsos, ut illorum verba nihil de isto anteriori tempore adfirmare possint, sed tantum ut appareat eos de eadem materia loqui.

Ex hoc igitur supplemento patet hanc vitam tunc Judæorum fuisse. Quum per expeditionem Alexandri Magni, certe ab ejus tempore contigerit, ut Judææ civitates magis magisque cœperint ab gentilibus simul incoli, (exemplum in Jamnia refert Philo pag. 1021.) etiam ipsi inde, avaritiæ dediti homines, excesserunt ad urbes gentilium, (patet ex loco Strabonis, quem

"Μάρκυ Ἀλεξάνδρυ. Ἐπεὶ τὸ πρὸς τὸ θεῖον εὐσεβὲς καὶ
"ὅσιον ἐν ἅπαντι καιρῷ διὰ σπυδῆς ἔχομεν, κατακο-
"λυθῦντες τῷ δήμῳ τ̃ Ῥωμαίων πάντων ἀνθρώπων ὄντι

"... placuit populo, relatione facta à Marco
"Alexandro. Quoniam pietatem erga Deum &
"religionem omni tempore studiose colimus, ve-
"li-

quem citat Josephus XIV, 12. pag. 479. atque item ex Philone pag. 1031.) præsertim ubi apparebant illecebræ & oportunitates ditescendi. Ad hanc rem usi diu regibus tum Syriæ, tum aliarum gentium, postquam viderunt ad Romanos fortunam declinare, præsertim in Asia minore, contemplati morem reipublicæ istius, viderunt statim illic adminiculum firmius, quam ab Regibus nancisci poterant. Hi enim ornare eos tantum solebant & poterant, quum nihil aliud haberent, jure civitatium earum, in quibus morari constituerant, ut insigni loco docet Hieronymus ex Eusebio: *Seleucus Babylonem obtinet, & in eas urbes, quas extruxerat, Judæos transfert, jus eis civium & municipalem ordinem cum Græcis æquali honore concedens.* At respublica Romana afferebat aliquid sanctius, & magis invictum, & antea inauditum, nempe jus civitatis Romanæ, per quod & libertate agendi & inviolata securitate eminebant ultra gradum incolarum illius urbis, in quam erant adsciti. Ad divitias autem maturandas perinde ut Romani fœneratores videbant satis nullam regionem Asia minore efficaciorem. Hinc eam nubes & examina Judæorum per singula fere oppida insederunt, ut non tantum ubique occurrant in Actis Apostolorum, sed diserte scribat Philo pag. 1027. Petronius ἐπιτετραμμένος τ̃ χώρας, ὅτι εἰσὶ Ἰυδαῖοι καθ' ἑκάστην πόλιν εἰσὶ παμπληθεῖς Ἀσίας τε καὶ Συρίας. Quem ipsum locum citat etiam Grotius ad Lucam VII, 5. ut habuerit eum ante oculos, & eo magis mirari oporteat notam ejus ad eundem Evangelistam XIX, 9. qua scribit aliquammultos Judæos fuisse donatos Romana civitate credibile esse. Qui enim in illis oppidis possent vivere, aut quod providendum erat, satisfacere palam sacris, nisi jure illo fruerentur? ut de omnibus fere id supponi debeat per Asiam minorem versantibus. In numero istarum urbium ab Judæis electarum ad habitandum fuit etiam hæc ipsa Tarsus, in eamque concesserunt majores Pauli, sive jam sub dominatione Regum Syriæ, sive demum prolato istuc imperio Romano, quando non solum id curarunt ut essent jure civium Tarsensium, (quippe quod nequaquam erat satis validum) sed ut, ne à gentilibus possent ludibrio haberi ac vexari, ipsum quoque jus civitatis Romanæ adipiscerentur, fruerenturque iis omnibus, quæ occasione hujus juris ab magistratibus provincialibus in eos conferri potuisse & fuevisse patet ex hoc Supplemento. Non erant ab hac donatione alieni isti magistratus; quippe quam statuo ab eis non contigisse, nisi expugnatis magnitudine mercedis. Non alia ratione id impetrabatur, quam qua Herodes ab Sexto Cæsare impetravit στρατηγίαν τ̃ κοίλης Συρίας, de quo scribit Josephus in hoc ipso nostro loco, χρημάτων ᵹ αὐτῷ τοῦτο ἀπέδοτο, & XIV, 4 Aristobulo & Hyrcano certantibus de pace apud Scaurum: ὑπισχνυμένων ᵹ Ἀριστοβύλυ μὲν ὐ δώσειν τάλαντα, τ̃ ᵹ Ὑρκανῦ τούτων οὐκ ἐλαττόνα. Immo vel unum exemplum Julii Cæsaris hic licet divulgare ad omnes, quem testatur Suetonius in administratione Galliarum pretio dedisse societates ac regna; multo enim facilius hi per Asiam sive Judæis sive aliis voluerunt civitatem Romanam dare, si quis pretio redimere cuperet. Tempestive in rem suam hoc commune jam inter Romanos proceres vitium traxerunt Judæi, quum & plus videantur offerre potuisse, quam alii, & causas graves habuisse, ut promptius ad id adspirarent. Hoc simplex & clarum est: hoc sequitur ex universa ratione hujus Supplementi, ut jejune iterans eadem scribat Orbis Romanus pag. 148. *quocunque demum titulo aut jure id majores ejus essent adepti.* Titulus fuit honestus & amicitia Hyrcani cum Romanis per legatos aliquoties commemorata: sed hic titulus in publico propositus non fuit nisi particulatim magno argenti vel auri pondere eum ante corroborante.

Hæc igitur quum sic conarer instaurare, debui tandem confirmari in eo, quod diu in ambiguo me suspenderat. Nam quum ipse Cl. Vossius in verbis, quæ citavi in præfatione, memoret de antiqua interpretatione, quæ locum hunc exhibeat, ut idcirco & ista extet, & ejus auctor in Græcis codicibus ipsum legerit: opinor miraturos plurimos, cur eam nunc non usurpaverim & Græcis apposuerim. Sed arcessitam inspectamque ut cœpi noscere, ut fidem Musarum imploravi! adeo credere nequivi talia unquam scribi posse, nedum ut implerent interpretationem Latinam. Secunda dubitatio fuit, an ista versio etiam hic publico esset exponenda conspectui, necne. Ut posterius censerem, faciebat fœditas ejus, quæ tanta est, ut merito instar obscœni monstri debeat removeri ab oculis nostris; atque ita huc usque pro certo constituebam. Nunc quum res venit ad ipsam ἀκμὴν, immutor, & fateor additam me volente, vel ob illam causam, ut quum gratulari Josepho conveniat de loco hoc certe aliquatenus restituto, etiam ex ipsa versionis fœditate ab tempore nostro abacta, rei literariæ gratulemur. Eheu! quæ fuit illius temporis ignorantia, quam foedida cœcitas? Cui amovendæ non parum contulit hæc ipsa Lugduno-Batava Academia, tot nævis in doctrina humana abstersis inclita, cui famæ utinam perpetim inserviat! & Christiani non pro vili negotio ducant intelligere Græca! Quin etiam quum editio ista non sit in omnium manibus, putabam oportune his admisceri, ut posset in tempore inspici. Denique id tertia causa exigebat, quo pluribus testibus præsentibus constaret fides ac veritas hujus Supplementi, non uni tantum innixa codici, sed simul huic nostro, simul alteri vel pluribus, quot adesse concinnatoribus versionis illius potuerunt.

Sumta est ex editione Coloniensi anni 1524. *Subjuncto etiam Senatusconsulto, quatenus probationem dictorum habeant qui hanc historiam relegunt, quod tale fuit senatusconsultum ab ærario transscriptum de tabulis publicis, sub Quinto Rutilio ærarii custode: dum tertio idus Aprilis, in templo Concordiæ conscriberentur, præsente Lucio Calphurnio, & reliquo senatu. Publius Dolabella & Marcus Antonius consules, dixerunt: De his quæ per senatus decretum Cajus Cæsar pro Judæis decernens in ærario deponere non meruit, sic placet nobis, sicut & senatui visum est, ut hæc in tabulis æneis deponantur, & per singulas civitates transmittantur, quatenus inveniant & illi in tabulis reponere quod decretum est; Quinto idus Februarias, in Templo Concordiæ. Legati autem principis sacerdotum fuerunt Lysimachus Pausania, Alexander Theodori, Patroclus Cerea, Jonathas Onia. Misit autem & ex his legatis unum Hyrcanus ad Dolabellam, tunc Asiæ proconsulem, petens eum solvere Judæos a militia, ut patriam custodirent consuetudinem, quod facillime impetravit. Siquidem Dolabella cum suscepisset literas Hyrcani, nihil remoratus scribit per totam Asiam Judæis, & ad Ephesinam civitatem, primam totius Asiæ, quæ hujusmodi legebant, sub judice Artemone, mensis Lenconis die prima: Dolabella imperator Ephesiorum curiæ & magistratibus vel populo salutem. Alexander Theodori, legatus Hyrcani, filii Alexandri principis Sacerdotum & rectoris Judæorum, intimavit mihi, quod non possent cives sui militare, dum nec arma portare possint, nec iter facere diebus sabbatorum, nec alimentorum secundum patrias leges copiam habere: itaque ego sicut prædecessores mei imperatores, præbeo eis militiæ remissionem, & concedo patriis uti legibus secundum solennes & sacras immolationes, & congregare sicuti solent pro sacrificiis pecunias, & volo vos hæc per singulas conscribere civitates. Hanc quidem Dolabella Hyrcano legationem mittente, nostris donavit licentiam. Lucius autem Lentulus consul dixit. Cives Romanos Judæos, templa habentes, Ephesi ante tribunal, religionis causa à militia dimisi duodecimo Kalendarum Octobris. Lucio Lentulo, & Caio Marcello consulibus, præsente senatu. Balbus legatus & vicarius, Ephesiorum magistratibus, curiæ, & populo salutem. Judæos per Asiam constitutos, Lucius Lentulus me pro ipsis petente, à militia dimisit. Postulans vero post hæc & Fannium tribunum plebis & Lucium Antonium ærarium, impetravi. Vos aut ispio curare, ne quis eis molestiam inferat. Decretum Deliorum sub præside Bæto: mense Thrageliove, vicesima die ad stipulationem judicum. Marcus Piso legatus, adveniens in civitatem nostram, pro delectu militum convocans nos, & multos civium, præcepit, ut si qui sunt Judæi cives Romani, nequaquam militare cogantur, eo quod Cornelio Lentulo consuli religionis causa Judæos dimittere placuit. Quapropter obedire consuli vos oportet. His similia Sardiani quoque de nobis decreverunt. Cajus Fannius Caii filius, Dux, consul, magistratibus Coorum salutem. Volo vos scire, quod legati Judæorum adierunt me, petendo accipere senatusconsulta pro ipsis constituta, quæ etiam subjuncta sunt. Igitur volo vos curare vel providere his hominibus secundum senatusconsultum, quatenus per vestram provinciam incolumes ad propria revertantur. Lucius autem Lentulus consul dixit. Cives Romanos Judæos qui templa Judaica habere Ephesi videntur, dicentur religionis causa dimissi. Hoc factum est duodecimo Kalendarum Juliarum. Lucius Antonius, Marci filius vicarius ærarii vel proconsul, Sardianorum magistratibus curiæ & populo, salutem. Judæi cives nostri adeuntes probaverunt nobis consilium habuisse proprium secundum patrias leges ab initio, & locum proprium, in quo negotia vel judicia invicem movent: & hoc petierunt, quatenus liceat illis hoc facere, quod custodiri vel permitti decrevi. Marcus Publius, filius Publii, & Marcus Lucius Marci Publii filius dicunt: Lentulum proconsulem adeuntes intimavimus ea, de quibus Dositheus Cleopatrida pilius Alexandrinus verba fecit, ut cives Romanos Judæos templa Judaica facere solitos, si illi visum fuerit religionis causa eos fecisse, dimittat: & dimisit duodecimo Kalendas Julias. Lucio Lentulo & Caio Marcello consulibus, Lentulus decretum protulit. Cives Romanos Judæos, sacraria Judaica facere solitos, Ephesi ante tribunal religionis causa dimisi. Laodicensium principes C. Rabilio Caji filio consuli salutem: Sosipater Hyrcani principis sacerdotum legatus, porrexit nobis epistolam tuam, per quam designavit nobis, ab Hyrcano principe & sacerdote Judæorum destinatos quosdam cum literis, pro sua gente conscriptis, quatenus sabbata Judæis liceat secundum patrias leges celebrare, ut ne quis eos quicquam impediat: quoniam amici & auxiliatores nostri probantur: aut ne quis eis violentiam inferat in nostra provincia: & licet Tralliani palam dicant, non sibi placuisse quæ pro his decreta sunt, tamen præcepisti hæc ita fieri. Postulamus autem itaque, ut & nobis scribas de his & eadem obsequentibus tuis præceptis. Epistolam autem porrectam suscepimus, quam reposuimus inter publica nostra monumenta: & de reliquis quæ præcepisti providemus, quatenus in nullo culpemur. Publius Servilius, Publii Galba filius, proconsul, Milesiorum magistratibus, curiæ & populo salutem. Pritanus Mercurii filius civis vester, dum in Trallibus negotia tractarem, insinuavit mihi præter nostram sententiam Judæis vos inquietudinem inferre, & prohibere eos sabbata celebrare, vel templa patria perficere, fructusque sua consuetudine colligere. Volo igitur vos scire, quomodo audiens verba ejus vel eorum qui contra eum disserebant, decrevi ne prohiberentur.*

Decretum Pergamenorum sub judice Cratippo mense Desio, sententia principum. Quod Romani sequentes suos majores, pro communi

"litigiis sequentes populum Romanum de hominibus omnibus bene meritum & respicientes ad "ea quæ de Judæorum amicitia & societate ad "*hanc* urbem scripserunt, *scilicet* ut illis liceat Dei "sacris operari, festa solennia & cœtus celebrare; "nobis placuit ut jus potestatemque habeant Judæorum quicunque volunt, sive viri sive mulieres, tum Sabbata observandi, tum sacra peragendi ex legibus Judaicis, & proseuchas faciendi ad "mare pro more patrio, quod si quis quidquam "eos impedierit, vel magistratus vel privatus, huic "mulcta esto & urbi debeto.

Decretum Sardianorum.

24. "DECRETUM SARDIANORUM. "Visum est senatui & populo, relatione facta à "prætoribus. Quoniam cives Judæi, urbem hanc "nostram incolentes, multis magnisque à populo "per omne tempus cumulati fuerunt beneficiis, & "nunc ingressi ad senatum & populum obsecrarunt, restitutis ipsis legibus & libertate à senatu "& populo Romano, ut more rituque à legibus "præscripto cœtus agitent, & nullam illis controversiam moveamus, locusque illis sit assignatus, in quo congregatis cum uxoribus & liberis

"εὐεργέτῃ, καὶ οἷς περὶ τῆς Ἰουδαίων φιλίας καὶ [l] συμμαχίας πρὸς τὴν πόλιν ἔγραψεν, ὅπως [m] συντελῶνται "αὐτοῖς αἱ εἰς τὸν Θεὸν [n] ἱεροποιίαι καὶ ἑορταὶ αἱ εἰθισμέναι καὶ σύνοδοι· [o] δέδοκται ἡμῖν Ἰουδαίων τοὺς βουλομένους [p] ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας τά τε Σάββατα ἄγειν "καὶ τὰ ἱερὰ συντελεῖν κατὰ τοὺς Ἰουδαϊκοὺς νόμους, καὶ "τὰς προσευχὰς ποιεῖσθαι πρὸς τῇ θαλάσσῃ κατὰ τὸ πάτριον ἔθος, ἂν δέ τις κωλύσῃ ἢ ἄρχων ἢ ἰδιώτης, "[q] ὅδε τῷ ζημιώματι ὑπεύθυνος ἔστω καὶ ὀφειλέτω τῇ "πόλει.

κδ΄. "ΨΗΦΙΣΜΑ ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ. Ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ "τῷ δήμῳ, στρατηγῶν [r] εἰσηγησαμένων. Ἐπεὶ οἱ κατοικοῦντες ἡμῶν ἐν τῇ πόλει Ἰουδαῖοι πολῖται, πολλὰ καὶ "μεγάλα φιλάνθρωπα ἐσχηκότες διὰ παντὸς ὑπὸ τοῦ "δήμου, καὶ νῦν εἰσελθόντες ἐπὶ τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον "παρεκάλεσαν, ἀποκαθισταμένων αὐτοῖς τῶν νόμων καὶ τῆς "ἐλευθερίας ὑπὸ τῆς συγκλήτου καὶ τοῦ δήμου τοῦ Ῥωμαίων, "ἵνα κατὰ τὰ νομιζόμενα ἔθη συνάγων), καὶ μὴ διαδικαζώμεθα πρὸς αὐτούς, [s] δοθῇ τε αὐτοῖς καὶ τόπος, εἰς "ὃν συλλεγόμενοι μετὰ γυναικῶν καὶ τέκνων ἐπιτελοῖεν τὰς "πα-

omnium hominum tutela pericula suscipiunt, & student auxiliatores & amicos suos in felicitate vel firma pace consistere, cum transmisisset ad eos Hyrcanus princeps sacerdotum gentis Judææ legatos, Stratonem Theodori, Apollonium Alexandri, Æneam Antipatri, Aristobulum Amintæ, Sosipatrum Philippi, viros optimos, & hi singula demonstrassent, decrevit senatus de his quæ postulaverunt, quatenus nequaquam rex Antiochus Antiochi filius lædat Judæos auxiliatores Romanorum, imò ut & castella & portus, vel provinciam, & si quod aliud ab eis abstulit redderet: & liceat eis à portulus Judæorum seu vectigalibus deportare quæ volunt, & ut nullus rex vel populus à portubus Judæorum seu vectigalibus aliquid auferat, excepto Ptolemæo rege Alexandrino, quia & ipse auxiliator hic & amicus noster existit, imò etiam custodiam à Joppe depelli, sicut petiverunt. Nostra vero curia Lucius Peticus vir optimus, jussit ut hæc fieri ita curemus, quemadmodum senatus decrevit, & provideamus, quatenus incolumes legati ad propria possint redire, nec non etiam Theodorum in curia, vel in conventu suscepimus: Qui cum nobis Epistolam ex senatusconsulto porrexisset, verba faciens, demonstravit Hyrcani virtutem & liberalitatem, quia publice vel privatim cunctis prodest, qui ad eum convenerint: Literas vero inter publica conscripta reposuimus, & nos quoque omnia pro Judæis agere, tanquam auxiliatores Romanorum secundum senatusconsultum decrevimus. Quippe etiam postulavit Theodorus dum epistolam nobis porrigeret, quatenus à magistratibus nostris mittatur ad Hyrcanum exemplar decreti, intimantes nostri populi sententiam, & petentes custodiri vel ampliari nostras cum eis amicitias: & ut meminerit, temporibus Abraham, qui omnium Judæorum pater extitit, nostros majores amicos ei fuisse, sicut & in publicis conscriptis invenimus. Decretum Halicarnassæorum, sub sacerdote Memnone Aristidis filio. Placuit populo, Marco Alexandro insinuante, quod Judæi pietatis studium omni tempore habent, populi Romani omnium hominum benefactores, pro Judæorum amicitiis vel auxiliis ad nostram civitatem præcepta miserunt, quatenus permittantur immolationes deo solennes efficere. Placuit igitur & nobis concedere Judæis viris vel mulieribus sabbata celebrare, vel sacrificia producere secundum leges Judaicas. Siquis vero hos prohibuerit, multæ reus & debitor civitatis existat. Decretum Sardianorum. Placuit curia, vel populo, ducibus intimantibus, quomodo nostram civitatem habitantes Judæi, multa vel maxima beneficia à populo sæpe meruerunt: nunc quoque cum ingressi fuissent in curiam populum petere, quatenus suis legibus, & libertate data à senatu populoque Romano secundum consuetudinem congregentur, & judicia sua disponant, datus est illis locus, in quo cum uxoribus vel filiis possint celebrare deo patrias orationes. Igitur visum est curia vel populo, concedere eis convenientibus certis diebus agere secundum suas leges: deputari etiam eis locum quem aptum ædificationibus vel habitaculis putaverint. Habeant etiam curatores annonæ civitatis diligentiam, ut si quæ opus habuerint alimenta, faciant eis introduci. Decretum Ephesiorum sub judice Menophilo, mense Arthemisio, prima die. Nicanor Euphimi dixit. Placuit populo intimantibus ducibus, quomodo interpellaverunt in civitate Judæi, Marco Julio Bruto proconsule, quatenus agerent sabbata, & omnia facerent secundum patrias leges, nemine penitus impediente, proconsul concessit. Placuitque populo propter Romanos, nullum prohiberi observare sabbatorum diem: imo concedere eis omnia facere, secundum Judaicas suas leges.

Ita habes, mi lector, non Josephum, præclara & justa Romanorum in variis locis decreta sic colligentem, ut inde cognosci queat mos eorum agendi in provinciis, si quid sine exceptione vellent illic admitti & peragi; atque unde simul veritas ipsarum rerum ita pellucet, ut mereatur fidem & ostendat Judæos illum titulum Romani civis affectantes; sed profecto aliquem multiplicem sonum velut bovis mugientis a capite ad ipsam calcem. Quid enim istam interpretationem perlegens solarii experiris, dum vel in Romano tempore vel in hac parte historiæ proficere cupiens illuc te confers? Et est tamen hoc splendidissimum tempus, quo ipsius DEI nomen ab Judæa sic paulatim tenebrosis idolorum ineptiis immixtum intra eadem mœnia audiri cœpit, quæ modo nihil nisi μάταια complectebantur; & Romani licet tunc perditissimi, illi tamen fuerunt, qui suis mandatis illum DEUM & cultum ejus, quo nihil mirabilius, propugnaverunt. Inprimis autem manifeste declaratur aut ignorantia aut malignitas interpretis, qui quum tot speciatim ex Romano more nomina proferrentur, ea consulto obscurare voluit ponendo *reliquo senatu*, quod ibi nequit intelligi. Et tamen postea ne tantillum quidem admonere voluit; plane ut in decreto peregre facto, ubi nomina consulum Lentuli & Marcelli adscribuntur, vides addi *præsente senatu* vice tot nominum. Non mens senatusconsulti bene percepta aut expressa, ut ad singulas civitates referantur, quæ proprie includebantur urbi Romæ. Sic Balbum vicarium, sic Fannium tribunum plebis, sic Antonium ærarium, sic adtitulationem judicum, sic Kalendas Julias circumfert Lentulus consul, plane obnubilante ipso sermone, cur toties nominetur Lentulus & decretum ejus iteretur. Quam mendax finis decreti Laodicensium, qui velint postulentque ut ipsis scribat Rabillius? Hic cernis Mercurii filium, negotia in Trallibus, Marcum Julium Brutum proconsulem, & talia infinita; quæ tamen omnia augentur in editione antecedente Veneti anni MCCCCXCIX. die XVIII. Octobris per Albertinum Vercellensem, ubi rubricæ dicuntur si non antiquitatum, certe belli Judaici factæ per magistrum Franciscum Macærata ordinis minorum, & in qua Hieronymus Squarzaficus scribit libros Josephi a Rufino in linguam Latinam translatos. Ibi longe graviora monstra deprehendes.

Quæ quum ita comparata sunt, tamen licet ex his tantis sordibus aliquid proficere. Nam per hæc confirmatur in principio nomen Rutilii, ut in Græco illud adscriptum ex alio MS. credi debeat: hinc Dositheus Cleopatridæ filius, ubi in Græco erat tumultus: hinc dum scribit *& dimisit duodecimo &c.* quasi pag. 710. v. 7. in suo MS. invenisset ἀπέλυσε: hinc ibid. v. 24. Σώπατρος Latine dicitur *Sosipater*, quasi idem nomen foret, quod in pag. 711. v. 42. Immo perquam notabile in decreto Pergamenorum quum id dicitur factum *sub judice Cratippo*, ut prorsus quoque obvia isti interpreti fuerint in MS. ἐπὶ Πρυτάνεως Κρατίππου, quæ sane extant etiam in MS. Lugdunensi, sed non in recto verborum & versiculi ordine, sed tantum adposita in margine, unde non sustinui pro mere legitimis inserere, quum tamen nunc hæc interpretatio plane istud exigat. Mox notabilis ille *Lucius Peticus*, quasi aliquem Sulpicium innuisset Josephus, cujus familia habuit istud cognomen. Prima autem editio exhibet plane *Halicarnassæorum*. GRON. Proculdubio legendum, Ἀνθεστηριῶνος ς΄. vel Ἀνθεστηριῶνος ι΄. prout monuit Gronov. qui ex contextu hujus Decreti nonnulla excidisse suspicatur, non tantum quia post ἔδοξε τῷ δήμῳ sequitur (hac ead. §.) in MSS. δεδόχθαι, sed etiam quia (in iisdem MSS.) in fine dicitur (hac §.) τῷδε τῷ ζημιώματι, cum nulla ζημιώματος facta sit mentio in decreto.

l Συμμαχίας] MSS. συμμαχίας.

m Συντελῶνται] Συντελῶν αὐτοῖς in MSS.

n Ἱεροποιίαι] MSS. ἱεροποιίαι.

o Δέδοκται ἡμῖν Ἰουδαίων τοὺς βουλομένους] Ita (infr. §. 24.) rescripsi pro δεδόχθαι, quod habent MSS.

p Ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας] MSS. ἄνδρας τε γυναῖκας, & super scr. καὶ.

q Ὅδε τῷ ζημιώματι] Ὅδε lego, sensu id postulante, pro τῷδε, quod exhibent MSS. Vide *Annot.* ad superiora hac ead. §.

r Εἰσηγησαμένων] MSS. ἐξηγησαμένων.

s Δοθῇ τε] Ita lego. δέδοται τε in MSS.

t Συν-

"πατρίους εὐχὰς καὶ θυσίας τῷ Θεῷ· δέδοκται οὖν τῇ "βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ συγκεχωρῆσθαι αὐτοῖς, [t] συνερχομένοις ἐν ταῖς [v] προαποδεδειγμέναις ἡμέραις, πράσσειν τὰ "κατὰ τοὺς αὐτῶν νόμους, ἀφορισθῆναι δ' αὐτοῖς καὶ τόπον "ὑπὸ τῶν [x] στρατηγῶν εἰς οἰκοδομίαν καὶ οἴκησιν αὐτῶν, ὃν "ἂν ὑπολάβωσι πρὸς τοῦτ' ἐπιτήδειον, ὅπως τε τοῖς τῆς "πόλεως ἀγορανόμοις ἐπιμελὲς ᾖ καὶ τὰ ἐκείνοις πρὸς τροφὴν ἐπιτήδεια ποιεῖν εἰσάγεσθαι.

"liceat patrias preces & sacra Deo facere; placuit "igitur senatui & populo, ut illis concessum sit "diebus præstitutis convenire, & perfungi omnibus prout leges postulant, insuper ut locus etiam "illis separetur à prætoribus ad ædificandum eisque habitandum, quem ad id accommodatum "existimaverint, utque ædilibus urbanis curæ sit, "etiam illa importare quæ ad victum ipsis idonea "habeantur.

κε'. "ΨΗΦΙΣΜΑ ΕΦΕΣΙΩΝ. Ἐπὶ Πρυτάνεως Μηνοφίλου, [y] μηνὸς Ἀρτεμισίου τῇ προτέρᾳ, ἔδοξε τῷ δήμῳ. Νικάνωρ Εὐφήμου εἶπεν, εἰσηγησαμένων τῶν στρατηγῶν. Ἐπεὶ ἐντυχόντων τῶν ἐν τῇ πόλει Ἰουδαίων Μάρκῳ "Ἰουλίῳ Πομπηΐῳ υἱῷ Βρούτου ἀνθυπάτῳ, ὅπως ἄγωσι τὰ "Σάββατα, καὶ πάντα ποιῶσι κατὰ τὰ πάτρια αὐτῶν ἔθη, "μηδενὸς αὐτοῖς ἐμποδὼν γινομένου, ὁ στρατηγὸς συνεχώρησε· [z] δέδοκται τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, τοῦ πράγματος "Ῥωμαίοις ἀνήκοντος, μηδένα κωλύεσθαι παρατηρεῖν "τὴν τῶν Σαββάτων ἡμέραν, μηδὲ πράσσεσθαι ἐπιτίμιον, "ἐπιτετράφθαι δ' αὐτοῖς πάντα ποιεῖν κατὰ τοὺς ἰδίους αὐτῶν νόμους.

25. "DECRETUM EPHESIORUM. Prytane Menophilo, die primo mensis Artemisii, "placitum est populo. Nicanor Euphemi filius "dixit, relatione à prætoribus facta. Quoniam "Judæis qui in urbe sunt, Marco Julio Pompejo "Bruti filio proconsule compellato, ut liceret illis "Sabbata observare, & omnia facere ex patriis "eorum institutis, nemine eos quidquam impediente, hoc ipsum prætor concessit; placuit senatui & populo, præsertim cum res ad Romanos pertineat, neminem prohiberi à die Sabbatorum celebrando, neque mulctam exigendam "esse, sed illis potestatem datum iri omnia ex propriis ipsorum legibus faciendi.

Decretum Ephesiorum.

κς'. Πολλὰ [a] μὲν οὖν ἐστι καὶ ἄλλα [b] τῇ συγκλήτου τοιαῦτα καὶ τοῖς αὐτοκράτορσι Ῥωμαίων δόγματα πρὸς Ὑρκανὸν καὶ τὸ ἔθνος ἡμῶν γεγενημένα, καὶ πόλεσι ψηφίσματα, καὶ γράμματα πρὸς τὰς [c] περὶ τῶν ἡμετέρων δικαίων ἐπιστολὰς ἀντιπεφωνημένα τοῖς ἡγεμόσι. περὶ ὧν ἁπάντων ἐξ ὧν [d] παρατεθείμεθα πιστεύειν τοῖς [e] ἀναγνωσομένοις οὐ βασκάνως ἡμῶν τὴν συγγραφὴν πάρεστιν. ἐπεὶ γὰρ ἐναργῆ καὶ βλεπόμενα τεκμήρια παρεχόμεθα τῆς πρὸς Ῥωμαίους ἡμῖν φιλίας γινομένης, ἐπιδεικνύντες αὐτὰ χαλκαῖς στήλαις καὶ δέλτοις ἐν τῷ Καπετωλίῳ μέχρι νῦν διαμένοντα καὶ διαμενοῦντα, τὴν μὲν πάντων παράθεσιν, ὡς περιττήν τε ἅμα καὶ ἀτερπῆ, παρῃτησάμην. οὐδένα δ' οὕτως ἡγησάμην σκαιὸν, ὃς οὐχὶ περὶ τῆς Ῥωμαίων ἡμῖν πιστεύσει φιλίας, ὅτι ταύτην καὶ διὰ πλειόνων ἐπεδείξαντο πρὸς ἡμᾶς δογμάτων, καὶ ἡμᾶς οὐχ ὑπολήψεται περὶ ὧν εἶναί φαμεν ἀληθεύειν ἐξ ὧν ἐπεδείξαμεν. τὴν μὲν οὖν πρὸς Ῥωμαίους φιλίαν καὶ συμμαχίαν, κατ' ἐκείνους τοὺς καιροὺς γινομένην, δεδηλώκαμεν.

magnos reditus atque opes quæsivisset) delectum habuit, apparatu accuratissimo, ut Antonio ferret auxilium. Verum Antonius ejus se subsidio egere negavit; eique mandavit ut Arabem (cujus perfidiam tum ab ipso Herode, tum à Cleopatra, audivisset) *bello* adoriretur. Hoc enim volebat Cleopatra, ut quæ existimaret è re sua esse, ut alter alterum læderent. Cum hæc ei relata fuissent ab Antonio, reversus Herodes exercitum retinuit, ut qui mox invasurus esset Arabiam. Cumque equestres pedestresque copias parasset, ad Diospolim pervenit, eò Arabibus illi obviam venientibus: (non enim eos latuit hæc expeditio) magnoque commisso prælio, Judæi victores evaserunt. Postea vero convenit ingens Arabum exercitus ad Cana, locum in Cœle-Syria. Qua re cognita, Herodes duxit in eos maximam suarum virium partem: atque ubi ad Cana appropinquavit, statuerat castra facere, eaque fossa valloque munire, ut cum opportunum esset prælia faceret. Sed hæc eo instituente, conclamat Judæorum multitudo, ut se in Arabes nulla interposita mora ducat. Quippe incesserat eos cupiditas, quod se pulchre ordinatos credebant: & omnes qui superiorem pugnam, ne ad manus quidem hostes venire passi, vicerant, ferociores erant. Cum itaque tumultuarentur & magnum præ se ferrent animi ardorem, decrevit rex multitudinis alacritate uti; præfatusque se eorum magnanimitati non defuturum, primus in armis agmen ducebat, omnibus cum ordine sequentibus. Statim autem terror Arabes invasit. quippe cum paulisper restitissent, ubi Judæos invictos animique plenos viderunt, plerique in fugam versi sunt; atque concisi fuissent, nisi Athenion Herodi & Judæis injuriam fecisset. Is enim, cum Cleopatræ nomine dux esset illius tractus, & ab Herode dissideret, quid futurum erat non imparatus attendebat: ut qui statuerat, si quid egregium Arabes gessissent, quietum se tenere, sin inferiores essent, id quod accidit, Judæos adoriri, ad hoc paratus una cum suis qui ex ea regione convenerant. Et tunc lassos & se vincere putantes aggressus de improviso, magnam eorum cædem edidit. nam cum & animorum ferociam in hostes manifestarios effudissent Judæi, & paulo remissius victoria uterentur, facile cedebant iis qui eos adorti sunt, & magnam cladem accipiebant in locis petrosis & ad equitandum parum idoneis, in quibus assuetiores erant qui lacessebant. Posteaquam male adeo cum iis ageretur, Arabes animos resumpserunt, & conversi eos in fugam jam versos occiderunt. Atque ita modis omnibus perempti interibant: paucique admodum elapsi in castra se recipiebant. Herodes vero, cum jam de pugna desperasset, citato equo subsidium accersit: neque tamen mature, quamvis adhibita diligentia, subvenire potuit, quin capta sunt castra Judæorum. Arabibus autem non mediocris felicitas ex insperato contigit, victoria, à qua plurimum aberant, reportata, hostiumque viribus

Herodes, jussu Antonii, bellum Arabibus infert.

Victoria penes Judæos.

Bello ab Arabibus redintegrato res male ceciderunt Judæis, ex Atheionis perfidia.

a Κατέλεξεν.] Κατέλεγεν *Vat.*

b Επιμελέστατος] *L. B.* ἐπιμελέστατα.

c Ηξίου γὰρ] Ita distinxi. antea erat, ἠξίου γὰρ ἡ Κλεοπάτρα ταῦτα λυσιτελοῦν αὐτῇ, τὸν ἕτερον ὑπὸ θατέρου κακῶς πάσχειν ἡγουμένη.

d Ὡς εὐθὺς] Ita *Vat.* & *Epiphan.* καὶ εὐθὺς in cæteris

e Εμβαλῶν.] Εμβαλῶν non ἐμβαλὼν lego ex *Epiphanio*, qui vertit, *ingressurus*.

f Διόσπολιν] Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 18. §. 1. SPANH.

g Εἰς Κανὰ] Εἰς Κάναθα συνῆλθε *Vat.* Εἰς Κάναθα adjecta terminatione in lib. 1. de *Bello Jud.* Sibi equidem persuadet *Berkelius* (ad *Steph. Byzant.* v. *Αυα*) hanc esse urbem quæ *Stephano* Αυα, *Josepho* l. v. Αἶνα, & *Jos.* c. 8. v. 8. *Ai.* & inde forsan terminatione addita Αἶνα. In textu Hebraico *Jos.* xix. *Cana* appellatur, nec aliter à LXXII. diversa scribendi ratione orta ex more populorum Orientalium, qui, ad asperiorem sonum molliendum, sæpissime permutant literas, *Ajin*, *Caph*, *Coph*. &c. HUDS. Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 14. §. 7. SPANH.

h Κανᾷ] Κάνῳ *Vat.* & in *Epiphanii* libris *Calon*.

i Πρῶτος ἐν τοῖς ὅπλοις ἡγεῖτο,] Πρῶτος αὐτὸς ἐν τοῖς *Bush.*

k Τέλη] Abest à *L. B.*

l Εἰ μὴ] Deest in *L. B.*

m Αθηνίων κακόνους] Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 19. §. 2. ubi ὁ τῶν Κανάθων ἐπιχωρίων ἀνὴρ Ἀθηνίων &c. SPANH.

n Διάφορος δὲ Ἡρώδῃ,] Διάφορος δὲ ὢν Ἡρώδῃ *Bush.*

o Ηττωμένων δὲ,] Ηττωθέντων *Bush.*

p Τῶν οἰκείων] Forte ἀπὸ τῶν οἰκείων. COCC.

q Παρεσκευασμένος ἐπιτίθεσθαι τοῖς Ἰουδαίοις.] Ita *Vat.* & *Bush.* παρεσκευασμένος in *Editis*.

r Αφίπποις καὶ πετρώδεσιν,] Πετρώδη καὶ δύσβατα χωρία· ἁλωσ. lib. 1. c. 14. §. 1. SPANH.

s Αὐτοὺς] *L. B.* ἑαυτούς.

t Εκτεινον ἤδη τετραμμένους.] Sic *Vat.* ἔκτεινον in reliquis, & mox συνέφυγον.

v Οὐ πολλοὶ] *L. B.* οἱ πολλοί.

x Οὐ μὴν ἔφθη] Οὐ μὴν ἔφθη *Vat.* & *L. B.*

Postea Herodes incursibus Arabiam infestat.

ribus valde attritis. Deinceps Herodes latrociniis utebatur, multisque factis excursionibus Arabiam incursibus vastabat in montibus castra faciens; atque in universum ne aperte ad manus veniret, cavebat: neque tamen non hostibus assiduitate & labore incommodabat, & suorum casum omni ratione corrigere studebat.

VII. Terræ motus in Judæa.

2. Interea per tempus pugnæ Actiacæ, quæ Cæsari cum Antonio fuit anno regni Herodis septimo, concussa Judææ terra, quantum nunquam antea videbatur, magnam pecorum stragem fecit per *totam* regionem, oppressaque sunt hominum etiam circiter decem millia ruina domorum: sed exercitui, quòd erat sub dio, in ea, quam alii passi sunt, calamitate, illæsus mansit. Quæ cum Arabes fama accepissent, plura etiam quam vera essent ad illos perferentibus, qui rumores de iis quæ evenerant in majus augendo Arabum odio *adversus Judæos* gratificabantur, majores spiritus sumpserunt, quasi, eversa hostium terra deletisque hominibus, nihil jam superesse videretur quod ipsis obstaret. Quinetiam Judæorum legatos, (nam eò venerant post ista quæ acciderant pacem facturi) comprehensos interfecerunt, & in eorum exercitum omni studio ire contenderunt. At Judæi incursum illorum excipere detrectarunt, animoque ex calamitate despondentes omnem de rebus suis curam abjiciebant, ut quæ jam ab illis valde desperatæ essent. non enim sperabant post tot clades in prœliis acceptas æquis viribus decertaturos esse, neque auxilium ullum exspectabant rebus suis domi afflictis. Igitur cum ita se haberent, id agebat rex, ut & ducibus oratione persuaderet, tentaretque animos illorum dejectos erigere: atque commotis & audacioribus factis quibusdam de præstantioribus, ad universam multitudinem jam verba facere ausus est, cum antea gravaretur id facere, ne sibi difficile esset eos tractare, utpote adversis casibus vexatos. Cohortationem autem suscipiebat, hujusmodi ad vulgum habita oratione.

Arabes Judæis bellum inferunt.

VIII. Herodis concio ad exercitum.

3. "Non nescii sumus, Viri fortissimi, quod "multa hoc tempore evenerint conatibus nostris "adversa: & fortasse vix iis in hujusmodi rebus "bono esse animo detur qui fortitudine plurimum "præstant. Sed quoniam bello urgemur, & nihil eorum quæ acciderint ejusmodi est, quod "non una re præclara gesta in melius restituere "potestis, maxime sane volui vos cohortari, simulque monere quo pacto vobis constabit animi vestri *robur & magnitudo*. Primum quidem, quod ad bellum attinet, vobis declarabo, "quam justis de causis illud suscipiamus, adversariorum injuriis eò compulsi; nam & hoc, si "rescisceatur, maximam vobis alacritatem afferet: deinde ostendam, quare pro nihilo habendum sit quicquam malorum quæ nos premunt, & magnam nobis superesse victoriæ "spem. A primo autem exordiar, vosque ipsos "testes eorum quæ dicturus sum faciam. Nostis "utique & ipsi quam injuste egerint Arabes, & "quanta fuerint erga alios quoque omnes perfidia, ut usu venit barbaris & de Deo nihil co-

ταῦϑ' ὁ μὲν Ἡρώδης λῃστείαις [y] ἐχρῆτο, καὶ τὰ πολλὰ κατέτρεχεν τὴν τῶν Ἀράβων ἐκ ταῖς ἐπιδρομαῖς, στρατοπεδευόμενος ἐπὶ τῶν ὀρῶν, καὶ τὸ μὲν σύμπαν ἐξίστατο τοῦ κατὰ τὸ ἐμφανὲς εἰς χεῖρας ἐλθεῖν· οὐκ [z] ἀζήμιος δὲ γενόμενος τῇ συνεχείᾳ καὶ τῷ [a] φιλοπόνῳ, τῶν τε οἰκείων ἐπεμελεῖτο παντὶ τρόπῳ τὸ πταῖσμα διορθούμενος.

β. [b] Ἐν τούτῳ καὶ τῆς ἐπ' Ἀκτίῳ μάχης συνεστηκυίας Καίσαρι πρὸς Ἀντώνιον [c] ἑβδόμου ὄντος Ἡρώδῃ τῆς βασιλείας ἔτους, σεισθεῖσα ἡ γῆ τῆς Ἰουδαίων, ὡς οὐκ ἄλλοτ' ἐδόκει, τῶν ἐν τῇ χώρᾳ κτηνῶν πολλὴν φθορὰν ἐποίησεν, ἐφθάρησαν δὲ καὶ τῶν ἀνθρώπων ὑπὸ τῆς πτώσεως τῆς οἰκίας [d] περὶ μυρίους· τὸ μέντοι στρατιωτικὸν, ἐν ὑπαίθρῳ διαιτώμενον, οὐδὲν ὑπὸ τοῦ πάθους κατεβλάβη. ταῦτα πυνθανομένοις τοῖς Ἄραψιν, καὶ μᾶλλον ἢ κατὰ ἀλήθειαν ἐξαγγελλόντων αὐτοῖς, ὅσοι τοὺς ὑπὲρ τῶν γεγονότων λόγους τῷ μίσει τῶν ἀκουομένων ἐχαρίζοντο, μεῖζον ἐπῆλθε φρονεῖν, ὡς τῆς τε χώρας ἀνατετραμμένης τοῖς πολεμίοις, καὶ διεφθαρμένων τῶν ἀνθρώπων, μηδὲν ἔτι μηδ' εἰς αὐτοὺς ἀντίπαλον καταλελεῖφθαι δοκεῖν. καὶ τούς τε Ἰουδαίων τοὺς πρέσβεις, ἧκον γὰρ ἐπὶ τοῖς γεγενημένοις εἰρήνην ποιησόμενοι, [e] συλλαβόντες ἀπέκτειναν, καὶ μετὰ πάσης προθυμίας ἐχώρουν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον αὐτῶν. οἱ δ' οὔτε τὴν ἔφοδον ἐξεδέξαντο, καὶ, πρὸς τὰς συμφορὰς ἀθύμως διακείμενοι, προΐεντο τὰ πράγματα, πλεῖστον ἀπογνόντες ἐπ' αὐτοῖς πεπονθότες. οὐ γὰρ ἦν οὔτε ἰσοτιμίας ἐλπὶς περιειλημμένοις ἐν ταῖς μάχαις, οὔτε βοηθείας κεκακωμένων αὐτοῖς τῶν οἴκοι πραγμάτων. οὕτως οὖν ἐχόντων, ἐπῄει ὁ βασιλεὺς λόγῳ τε πείθειν τοὺς ἡγεμόνας, καὶ πειρώμενος ἀναλαμβάνειν αὐτῶν [f] πεπτωκότα τὰ φρονήματα. προδιακινήσας δὲ καὶ παραθαρρύνας τινὰς τῶν ἀμεινόνων, ἐτόλμησεν ἤδη καὶ τῷ πλήθει διαλέγεσθαι, πρότερον ὀκνῶν αὐτὸ, μὴ καὶ [g] χαλεποὺς χρήσηται διὰ τὰς ἀτυχίας. παρεκάλει δὲ τοιούτους ποιούμενος [h] εἰς τὸν ὄχλον τοὺς λόγους.

γ. "[i] Οὐκ [k] ἀγνοοῦμεν, ὦ ἄνδρες, ὅτι πολλὰ περὶ τόνδε τὸν καιρὸν γέγονεν πρὸς τὰς πράξεις ἡμῶν ἐναντιώματα, καὶ θαρρεῖν εἰκὸς ἐν τοῖς τοιούτοις οὐδὲ τοὺς πλεῖστον ἀνδραγαθίᾳ διενηνοχότας. ἀλλ' ἐπειδὴ κατεπείγει τὸ πολεμεῖν, καὶ τῶν γεγονότων οὐδέν ἐστιν τοιοῦτον, ὃ [l] μὴ δι' ἑνὸς ἔργου καλῶς πραχθέντος ἐπανορθωθείη, παρακαλέσαι προειλόμην ὑμᾶς ἅμα καὶ διδάξαι [m] δι' ὧν ἂν ἐμμένοιτε τοῖς οἰκείοις φρονήμασιν. βούλομαι δὲ πρῶτον μὲν ὑπὲρ τοῦ πολεμεῖν ὡς δικαίως αὐτὸ ποιοῦμεν ἐπιδεῖξαι, διὰ τὴν ὕβριν τῶν ἐναντίων ἠναγκασμένοι, μέγιστον γὰρ, εἰ μάθοιτε τοῦτο, προθυμίας αἴτιον ὑμῖν ἔσται· μετὰ δὲ [n] τοῦτο δεῖξαι διότι καὶ τῶν ἐν ἡμῖν δεινῶν οὐδέν ἐστιν, καὶ τελείους εἰς τὸ νικᾶν ἔχομεν τὰς ἐλπίδας. ἄρξομαι δὲ ἀπὸ τοῦ πρώτου, μάρτυρας ὑμᾶς ποιούμενος ὧν λέγω. τὴν γὰρ τῶν Ἀράβων παρανομίαν ἴστε μὲν δήπου, καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἅπαντας οὕτως ἀπίστως [o] διακειμένην, ὡς εἰκὸς ἔχειν τὸ βάρβαρον καὶ ἀνεννόητον Θεοῦ. πλεῖστα μέντοι προσκεκρούκασιν ἡμῖν πλεονεξίᾳ καὶ φθόνῳ, καὶ τῆς ταραχαῖς

y Ἐχρῆτο] Ἐχρᾶτο Bas.
z Ἀζήμιος] Ita ex *L. B. Reliqui* ἀζημίως. HAV.
a Φιλοπόνῳ,] *Gen.* φιλονείκῳ.
b Ἐν τούτῳ —— συνεστηκυίας] Accidit itaque pugna Actiaca anno septimo imperii Herodis. REL.
c Ἑβδόμου ὄντος] Scilicet à morte Antigoni, circa mensem Sextilem anni *Periodi Julianæ* 4676. hic & deinceps numerati. *Usserius* in *Annalibus* V. T. p. 466.
d Περὶ μυρίους·] Περὶ τριςμυρίους Bas. (*Lugd. Bat.*) & *Vat.* περὶ μυριάδας in lib. 1. *de Bello Judaico*. HUDS. Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 18. §. 5. SPANH.
e Συλλαβόντες ἀπέκτειναν,] Legati Judæorum ab Arabibus necati. Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 18. §. 4. SPANH.

f Πεπτωκότα τὰ φρονήματα.] Πεπτωκότων Bas.
g Χαλεποὺς] Forte χαλιποῖς. COCC.
h Εἰς τὸν ὄχλον τοὺς λόγους.] Πρὸς τὸν ὄχλον Bas.
i Οὐκ —— πολλὰ] Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 18. §. 4. SPANH.
k Ἀγνοοῦμεν,] *L. B.* ἀγνοοῦμεν.
l Μὴ δι' ἑνὸς ἔργου] Ita cum *Cod. Vat.* μηδενὸς ἔργου in *Editio Altisque*. utra lectio melior sit, aliorum esto judicium.
m Δι' ὧν ἂν ἐμμένοιτε] Δι' ὧν ἂν ἐμμένοιτε *Vat.*
n Τοῦτο δεῖξαι] Illud τοῦτο δεῖξαι habui è *Cod. Vat.* (adstipulante in ora codicis sui *Cocceio*) sensu plane ejusmodi quid postulante. antea editum erat μετὰ δὲ τὸ ὑποδεῖξαι.
o Διακειμένην,] Διακειμένων *Vat.*

p H.

“χαῖς ἐφεδρεύοντες ἐξ ὑπογύου. καὶ τὰ μὲν πολλὰ τί δεῖ λέγειν; ἀλλὰ κινδυνεύοντας αὐτοὺς τῆς οἰκείας ἀρχῆς ἐκπεσεῖν, καὶ δουλεύειν Κλεοπάτρᾳ, τίνες ἄλλοι τοῦ δέους ἀπήλλαξαν; ἡ γὰρ ἐμὴ πρὸς Ἀντώνιον φιλία, κἀκείνου πρὸς [p] ἡμᾶς διάθεσις αἰτία γεγένηται, μηδὲ τούτους ἀνήκεστόν τι παθεῖν, φυλαττομένου τἀνδρὸς μηδὲν ἐπιτηδεύειν, ὃ δύναιτ’ ἂν ὕποπτον ἡμῖν γενέσθαι. βουληθείσης δ’ ὅμως Κλεοπάτρας μέρη τινὰ παρασχεῖν ἀφ’ ἑκατέρας τῆς ἀρχῆς, καὶ τοῦτο διῳκησάμην ἐγώ· καὶ πολλὰ δῶρα δοὺς [q] ἴδια, τὸ μὲν ἀσφαλὲς ἀμφοτέροις ἐπορισάμην, τὰς δὲ δαπάνας αὐτὸς ἀνέλαβον, διακόσια μὲν ἰδοὺς τάλαντα, διακοσίων δὲ [r] ἐγγυητὴς γενόμενος, ᾗ τῇ μὲν γῇ προσοδευομένῃ [s] γεγόνε, αὐτοὶ δ’ ὑπὸ τούτων ἀπεστερήμεθα. καίτοι γε ἄξιον μὲν ἦν μηδενὶ τῶν ὄντων Ἰουδαίους φόρον, ἢ τῆς χώρας ἀπόμοιραν τελεῖν. εἰ δ’ οὖν, ἀλλ’ οὐχ ὑπέρ γε τούτων οὓς αὐτοὶ σεσώκαμεν· οὐδὲ τοὺς Ἄραβας ὁμολογήσαντας [t] μετὰ πολλῆς ἐντεύξεως καὶ χάριτος, ὅτι τὴν ἀρχὴν ἔδοξαν τυγχάνειν, ἀδικεῖν ἡμᾶς ἀποστεροῦντας, καὶ ταῦτα οὐ πολεμίους ὄντας, ἀλλὰ φίλους. ὡς ἥ γε πίστις ἔχουσα καὶ πρὸς τοὺς [v] πολεμιωτάτους τόπον, τοῖς γε φίλοις ἀναγκαιοτάτη τετήρηται. ἀλλ’ οὐ παρὰ τούτοις οἱ τὸ μὲν κερδαίνειν ἐκ παντὸς τρόπου κάλλιστον ὑπειλήφασι, [x] τὸ δ’ ἀδικεῖν οὐκ ἐπιζήμιον εἰ μόνον κερδαίνειν δυνηθεῖεν. ἔστιν οὖν ἔτι ζήτησις ὑμῖν εἰ δεῖ τοὺς ἀδίκους [y] τιμωρήσασθαι, τοῦ καὶ τοῦ Θεοῦ βουλομένου, καὶ παραγγείλαντος ἀεὶ μισεῖν τὴν ὕβριν καὶ τὴν ἀδικίαν, καὶ ταῦτα οὐ μόνον δίκαιον, ἀλλὰ καὶ ἀναγκαῖον πόλεμον ἐπεξιόντων; ἃ γὰρ [z] ὁμολόγηται παρανομώτατα τοῖς τε Ἕλλησι, καὶ τοῖς βαρβάροις, ταῦτα ἔπραξαν εἰς τοὺς ἡμετέρους πρέσβεις ἀποσφάξαντες αὐτούς. τῶν μὲν Ἑλλήνων ἱεροὺς καὶ ἀσύλους εἶναι τοὺς κήρυκας φαμένων, ἡμῶν δὲ τὰ κάλλιστα τῶν δογμάτων, καὶ τὰ ὁσιώτατα τῶν ἐν τοῖς νόμοις δι’ ἀγγέλων παρὰ τοῦ Θεοῦ μαθόντων. τοῦτο γὰρ τὸ ὄνομα καὶ ἀνθρώποις Θεὸν εἰς ἐμφάνειαν [a] ἄγειν, καὶ πολεμίους διαλλάττειν δύναται. ποῖον οὖν μεῖζον ἂν γένοιτο ἀσέβημα, ἢ πρέσβεις ἀποκτεῖναι, τοὺς ὑπὲρ τοῦ δικαίου διαλεγομένους; πῶς δ’ ἂν ἔτι δύναιντο, ἢ περὶ τὸν βίον εὐσταθεῖν, ἢ περὶ τὸν πόλεμον εὐτυχεῖν, τοιούτων αὐτοῖς πεπραγμένων; ἐμοὶ μὲν οὐδαμῶς δοκοῦσιν. ἴσως τοίνυν [b] ἐρεῖ τις, τὸ μὲν ὅσιον καὶ δίκαιον μεθ’ ἡμῶν, ἀνδρειότεροι δὲ ἢ πλείους ἐκεῖνοι τετυχήκασιν. ἀλλὰ πρῶτον μὲν ἀνάξιον ὑμῶν ταῦτα λέγειν. μεθ’ ὧν γὰρ τὸ δίκαιόν ἐστι, μετ’ ἐκείνων ὁ Θεός. Θεοῦ δὲ παρόντος καὶ πλῆθος καὶ ἀνδρεία πάρεστιν. ἵνα δὲ καὶ τὰ καθ’ ἑαυτοὺς ἐξετάσωμεν, ἐνικήσαμεν τῇ πρώτῃ μάχῃ, συμβαλόντες τὴν δευτέραν οὐδὲ ἀντέσχον ἡμῖν, ἀλλ’ ἔφυγον εὐθὺς οὐχ ὑπομείναντες τὴν ἔφοδον καὶ τὰ φρονήματα. νικῶσι δ’ ἡμῖν Ἀθηνίων ἐπῆλθε, πόλεμον ἀκήρυκτον ἐπάγων. πότερον ἀνδραγαθία τοῦτ’ ἐστὶν ἐκείνων, ἢ δευτέρα παρανομία, καὶ ἐνέδρα; τί οὖν ἔλαττον φρονοῦμεν, ἐφ’ οἷς μείζους ἔχειν δεῖ τὰς ἐλπίδας; πῶς δ’ ἂν καταπλαγείημεν τούς, ὅταν μὲν ἐξ ἀληθείας ἀγωνίζωνται, πάντοτε νικωμένους· ὅταν δὲ κρατεῖν νομισθῶσιν, ἐξ ἀδικίας αὐτὸ πράττοντας; πῶς δ’ ἄν, εἰ καὶ γενναίους ἡγῆταί τις αὐτούς, οὐ παρ’ αὐτὸ τοῦτο καὶ μᾶλλον ὁρμηθείη; τὸ γὰρ εὔψυχον, οὐκ ἐν τῷ τοῖς ἀσθενεστέροις ἐπιχειρεῖν, ἀλλ’ ἐν τῷ δύνασθαι καὶ τῶν ἰσχυροτέρων κρατεῖν. εἰ δέ τινας [c] καταπλήττει τὰ οἰκεῖα πάθη, καὶ τὰ περὶ τὸν

“gitantibus. Sed in nos maxime offenderunt avaritia & invidia, & cum in turbis eramus subito nos & insidiose aggrediendo. Multa quidem quid memorem? Verum, cum illis immineret è principatu excidere & Cleopatræ servire, quinam alii *eos* metu liberarunt? Nam meus erga Antonium amor, & illius in nos benevolentia in causa fuit, ne quid gravius isti paterentur, illo cavente aliquid agere quod nobis suspectum foret. Attamen cum vellet partes ex utraque ditione quasdam Cleopatræ dare, ipse hujus rei curam in me suscepi: &, datis de meo magnis muneribus, securitate utriusque viam munivi, impensasque ipse feci, talenta præstando cc, & fidejubendo pro aliis cc, quæ terræ imperata erant, cujus reditus perceperunt; nos vero defraudarunt. quamvis par erat ut Judæi nemini de bonis suis tributum penderent, aut terræ illorum pars vectigalis fieret. Sin vero, saltem non pro iis quos ipsi servavimus: neque Arabes, qui cum nos compellarunt gratiasque egerunt, fassi sunt, quod *nostra opera* imperium tenere videantur, *decet* injuria nos afficere & fraudare, idque non hostes sed amicos. quippe cum fides etiam inter inimicissimos locum habeat, inter amicos necessario servanda sit: at non apud eos qui omni modo lucrum quærere honestum putant, injustitiam autem cum lucro conjunctam haud damno futuram. Vobisne igitur dubium est, an injustos ulcisci oporteat, Deo hoc jubente & volente ut semper odio habeamus injuriam & improbitatem; præsertim, cum non modo justum, sed & necessarium bellum persequamini? Quæ enim & apud Græcos & Barbaros habita sunt iniquissima, ista admiserunt in legatos nostros, quos jugularunt: cum Græci legatos sacros esse & inviolabiles dicant, & nos dogmatum potissima & sanctissimam legum partem per * Angelos à Deo acceperimus. hanc enim vim habet hoc nomen, ut Deum hominibus coram sistat, & hostes cum hostibus in gratiam redire faciat. Quæ major igitur esse potest impietas, quam legatos trucidare de jure agentes? Vel quî dehinc aut in vita tranquilli aut in bello felices esse possunt, hoc in se suscepto facinore? Mihi quidem minime videntur. Dicat tamen fortasse aliquis, fas quidem & jus nobiscum est, illos tamen fortiores esse vel plures contigit. Sed primum quidem vobis haud convenit hæc oratio. Cum quibus enim est jus, cum illis & Deus: Deus autem si adsit, adsunt simul & copiæ & robur. Ut autem & res à nobis gestas consideremus, prima pugna vicimus, commissa secunda, vix nobis restiterunt, sed statim fugiebant, non sustinentes impressionem adeo animosam. Victores autem nos aggressus est Athenio, bellum inferens non denunciatum. Utrum hæc est eorum virtus, an secunda iniquitas, & insidiæ? Cur igitur abjectiore sumus animo ob eam rem, quæ efficere debet ut majorem spem concipiamus? Et quî fit ut illi terrorem nobis injicerent, qui, quoties sine dolo congrediuntur, semper superati sunt; si quando autem victores esse existimentur, id ex improbitate consequuntur? Quod si quis eos etiam fortes putet, cur non ea ipsa de causa majori *pugnandi* ardeat cupiditate? Animosum enim arguit non imbecillos adoriri, sed posse etiam viribus superiores vincere. Si quem autem

p Ἡμᾶς διάθεσις] Ita ex *Epiphanio*. ὑμᾶς in *Græcis* omnibus.
q Ἴδια.] Forte ἰδίᾳ. COCC.
r Ἐγγυητὴς γενόμενος,] Ποιητὴς *Vat.*
s Γεγόνε,] Juxta canones ἐγεγόνει. verum γέγονεν habet *Vat.* & *L. B.*
t Μετὰ πολλῆς ἐντεύξεως] Illa μετὰ πολλῆς desunt *Vat.*
v Πολεμιωτάτους τόπον,] Πολεμίους *Vat.*
x Τὸ δ’ ἀδικεῖν] Τὸ δ’ ἄδικον *Vat.*
y Τιμωρήσασθαι.] Τιμωρεῖσθαι *Vat.*
z Ὁμολόγηται] Ὁμολογεῖται *Vat.*
* *Angelos à Deo acceperimus.*] *Sc.* nuncios, aut legatos.
a Ἄγειν,] Ἄγει *Vat.*
b Ἐρεῖ τις,] Illa ἐρεῖ τις desunt *Vat.* & *Epiphanio.*
c Καταπλήττει τὰ οἰκεῖα πάθη,] Καταπλήξει *Vat.* In *Marg. L. B.* καταπλήττει.

"tem terrent domestici casus, & quæ in terræ "motu acciderunt, primum quidem reputet, quod "hoc ipsum etiam Arabibus imponit, majora quæ "facta sunt quam pro rei veritate existimantibus; "deinde non decere, ut quæ illis audaciæ, nobis "sit ignaviæ causa. Neque enim illi quidem, quod "boni aliquid ipsis obtigerit, animos sumunt, sed "quia sperant nos jam malis succumbere. Si nos "autem contra eos proficiscamur, magnos eorum "animos contundemus; & hoc etiam lucrabimur, "ut non iterum cum ferocibus pugnemus. Ne- "que enim adeo affligimur; neque, ut putant qui- "dam, id quod accidit Dei iræ indicium est: sed "casus sunt hæc, & infortunia. Atque si Dei con- "silio facta sunt, patet ejusdem consilio desiisse, "ut qui præteritis contentus sit. Si enim voluis- "set adhuc amplius nobis nocere, non *tam cito* mu- "tasset *sententiam*. Bellum autem illius voluntate "suscipi, & justum ab eo existimari, ipse ostendit. "Nonnullis enim terræ motu per totam regionem "peremptis, nemini armatorum mali aliquid acci- "dit, sed vos omnes salvi estis; *hoc ipso* declarante "Deo, quod si universi cum liberis & conjugibus "militassetis, ne quidem gravius aliquid pati vobis "contigisset. Cum hæc vobiscum reputaveritis, "& quod plus est, quod propugnantem semper "habeatis Deum, juste & fortiter persequimini in "amicitia infidos, in bello implacabiles, in legatos "impios, & à vobis semper virtute superatos.

Judæi Arabes vincunt.

4. Judæi, istis auditis, fortius ad pugnam animati erant. Herodes autem, sacrificiis rite peractis, eos secum assumptos propere adversus Arabes trans Jordanem fluvium ducit; & non procul ab hostibus castra metatur. Sibi utique visum est castellum in medio positum occupare: nam & sibi id usui fore putavit, tum ad hostem celeriter prælio lacessendum, tum ad castrorum munitionem, si pugna differenda foret. Cumque idem Arabibus in animo esset, oritur de eo loco certamen. Ac primo quidem velitatio erat: & deinde aliquam multi, cum res ad manus venisset, utrinque cadebant, donec victi Arabes cesserunt. Ea res protinus Judæis non parvum ad spem momentum præbuit. Cumque cogitaret *rex*, Arabum exercitum omnia malle, quam ut pugnam lubenti animo inirent, cœpit vallum fortiter divellere & propius ad castra admotus *ea* oppugnare. Atque ita vi compulsi nullo ordine prodierunt, ne tantilla quidem cum alacritate, aut ulla victoriæ spe freti. Veruntamen manus conseruerunt, tum quia numero superabant, tum quia eos animum sumere cogebat pugnandi necessitas: atque acre prælium committitur, multis utrinque cadentibus. tandem vero Arabes in fugam versi sunt. Tantaque eorum cædes facta est, postquam cedere cœperunt, ut non solum ab hostibus interierint, verum etiam sibimet cladem attulerint, multis eorum, tum propter multitudinem, tum quia confusi ruebant, conculcatis & suis ipsorum telis vulneratis. Igitur ex iis cæsa sunt quinque millia; reliqua vero turba intra vallum confugiendo evasit. Sed certa salutis spe destituebantur, quippe cum commeatu & maxime aquæ penuria laborarent. Judæi autem, eos perse-

"σεισμὸν συμβεβηκότα, πρῶτον μὲν ἐννοηθῆναι, ὅτι τοῦτ' "αὐτὸ καὶ τοὺς Ἄραβας ἐξαπατᾷ, μείζω τὰ γινόμενα τῆς "ἀληθείας ὑπειληφότας· ἔπειτα ὡς οὐ καλὸν ἐκείνοις τε "τόλμης καὶ ἡμῖν δειλίας τὴν αὐτὴν αἰτίαν γενέσθαι. οἱ "μὲν γὰρ, οὐκ ἐξ οἰκείου τινὸς ἀγαθοῦ τὸ εὔψυχον ἔχουσιν· "ἀλλ' ἐκ τῆς περὶ ἡμᾶς, ὡς καμνόντας ἤδη τοῖς κακοῖς, "ἐλπίδος. ἡμεῖς δὲ χωρήσαντες ἐπ' αὐτοὺς, ἀφαιρησόμε- "θα μὲν ἐκείνων τὸ μεῖζον φρονεῖν· ἀναληψόμεθα δ' "αὐτοὶ, τὸ μηκέτι θαρσοῦσι μαχεῖσθαι. καὶ γὰρ οὔτε κεκακώ- "μεθα τοσοῦτον, οὔθ' ὅπερ οἴονταί τινες ὀργὴν Θεοῦ [d] παρέ- "χει τὸ γεγονὸς, ἀλλὰ ταῦτα συμπτώματα γίνεται καὶ "πάθη τινά. καὶ εἰ κατὰ Θεοῦ γνώμην ταῦτα γέγονε, δῆλον ὡς καὶ "πέπαυται κατὰ τὴν ἐκείνου γνώμην ἀρκουμένου τοῖς γεγονό- "σι. βουλόμενος γὰρ ἔτι μᾶλλον ἀδικεῖν, οὐκ ἂν [e] μετε- "βάλλετο. τὸν δὲ πόλεμον, ὅτι καὶ θέλει τοῦτον [f] ἐνεργεῖσθαι, "καὶ δίκαιον οἶδεν, δεδήλωκεν αὐτός. ἐνίων γὰρ ἐν τῷ σει- "σμῷ περὶ τὴν χώραν ἀπολομένων, οὐδεὶς οὐδὲν ἔπαθε τῶν "ἐν τοῖς ὅπλοις, ἀλλὰ πάντες ἐσώθητε· φανερὸν ποιοῦν- "τος τοῦ Θεοῦ, διότι κἂν εἰ πανδημεὶ μετὰ τέκνων καὶ γυναι- "κῶν ἐστρατεύσασθε, περιῆν ἂν ὑμῖν μηδὲν ἀνήκεστον παθεῖν. "ταῦτα ἐνθυμηθέντες, καὶ τὸ μεῖζον ἔτι [g] παρὰ πάντα και- "ρὸν προϊστάμενον ἔχετε τὸν Θεὸν, ἐπεξέλθετε δικαίαις "ἀνδραγαθίαις τοὺς ἀδίκους μὲν περὶ φιλίαν, ἀσπόνδους "δὲ ἐν ταῖς μάχαις, ἀνοσίους δὲ εἰς πρέσβεις, ἀεὶ δὲ τῆς ὑμε- "τέρας ἀρετῆς ἡττημένους.

δ'. Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ Ἰουδαῖοι πολὺ τὰς ψυχὰς ἀμείνους ἐγένοντο πρὸς τὴν μάχην. Ἡρώδης δὲ, θύσας κατὰ τὰ νομιζόμενα ποιήσας, καὶ μετὰ σπουδῆς ἀναλαβὼν αὐτοὺς ἦγεν ἐπὶ τοὺς Ἄραβας, διαβὰς τὸν Ἰορδάνην ποταμόν· [h] καὶ τῶν μὲν πολεμίων στρατοπεδεύεται πλησίον. ἐδόκει δ' αὐτῷ φρούριον ἐν μέσῳ κείμενον καταλαβεῖν. οὕτως γὰρ αὐτοῖς μὲν ὠφεληθήσεσθαι, καὶ πρὸς τὸ θᾶττον συνάψαι τὴν μάχην, κἂν εἰ [i] παρέλκειν δέοι, ἐρυμνὸν αὐτῷ τετειχισμένον τὸ στρατόπεδον. [k] τὸ δ' αὐτὸ καὶ τῶν Ἀράβων προνοούντων, ἅμιλλα γίνεται περὶ τοῦ χωρίου. [l] καὶ πρῶτον μὲν ἐν ἀκροβολισμοῖς ἦσαν· [m] εἶτα δὲ καὶ πλείους, εἰς χεῖρας ἐρχόμενοι, παρ' ἀμφοτέρων ἔπιπτον, ἕως ἡττηθέντες οἱ τῶν Ἀράβων ἀπεχώρουν. τοῦτο εὐθὺς εἰς ἐλπίδας τοῖς Ἰουδαίοις οὐ μικρὸν ἐγεγόνει. καὶ τὴν δύναμιν αὐτῶν [n] ἐννοούμενος πάντα μᾶλλον ἢ πρὸς μάχην ἰέναι βουλομένην, θρασύτερον ἐπεχείρησεν αὐτὸν τὸν χάρακα διασπᾶν, καὶ τοῦ στρατοπέδου [o] προσάγων [p] ἀπελεῖν. τούτοις γὰρ ἐκβιασθέντες, [q] προήεσαν ἄτακτοι, καὶ προθυμίας καὶ τῆς εἰς τὸ νικᾶν ἐλπίδος οὐδοτιοῦν ἔχοντες. ὅμως δ' οὖν εἰς χεῖρας ᾖεσαν, πλείους τε ὄντες καὶ διὰ τὸ κατεπείγειν ἐπὶ τὸ τολμηρὸν ὑπὸ τῆς ἀνάγκης στρατηγούμενοι· καὶ μάχη γίνεται καρτερὰ, πιπτόντων ἑκατέρωθεν οὐκ ὀλίγων. τέλος [r] δὲ τραπέντες οἱ Ἄραβες ἔφυγον. [s] ἦν δὲ τοσοῦτος φόνος ἐκκλινάντων, ὡς μὴ μόνον ὑπὸ τῶν πολεμίων θνήσκειν, ἀλλὰ σφίσιν αὐτοῖς παραιτίους γενέσθαι τῶν κακῶν, ὑπό τε πλήθους καὶ φορᾶς ἀτάκτου συμπατουμένων, καὶ περιπιπτόντων τοῖς οἰκείοις ὅπλοις. πεντακισχίλιοι γοῦν αὐτῶν ἐγένοντο νεκροί· τὸ δ' ἄλλο πλῆθος ἔφθη μὲν εἰς τὸ χαράκωμα συμφυγεῖν. εἶχε δ' οὐκ ἐν βεβαίῳ τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας, ἀπορίᾳ τῶν ἐπιτηδείων, καὶ μᾶλλον ὕδατος. [t] οἱ δὲ Ἰουδαῖοι διώκοντες συνεισπεσεῖν μὲν

d Παρέχει τὸ γεγονὸς,] Παρέχει Vat. & Coccejus.
e Μετεβάλλετο.] L. B. μετέβαλλε.
f Ενεργεῖσθαι,] Ita Vat. & Hen. ἀνεργεῖσθαι perperam in Editis Aliisque.
g Παρὰ πάντα καιρὸν] Ita Vat. ἀεὶ πάντα καιρὸν in cæteris.
h Καὶ —— πλησίον.] Circa Philadelphiam ἀλλ. lib. 1. c. 19. §. 5. στρατοπεδευσάμενος δὲ περὶ Φιλαδέλφειαν, ἐγγὺς τῶν πολεμίων· SPANH.
i Παρέλκειν δέοι,] Sic Vat. παρελθεῖν in reliquis.
k Τὸ δ' αὐτὸ] Τοῦ δ' αὐτοῦ Bush.
l Καὶ πρῶτον] Ita Bush. καὶ πρῶτον μὲν ἀκροβολισμοῖς Vat. καὶ πρῶτος μὲν ἀκροβολισμοῖς in Editis.
m Εἶτα δὲ καὶ πλείους,] Εἶτα δὲ καὶ Vat. εἶτ' ἤδη καὶ in Editis. εἶτα καὶ Bush. unde mihi visum est εἶτα δὲ rescribere.

n Εννοούμενος] Καὶ τὴν δύναμιν αὐτῶν ἑτοίμην πάντα μ. in Editis. καὶ τὴν δύναμιν αὐτῶν ἐννοούμενος πάντα μ. Vat. unde ipse edidi, καὶ τὴν δ. αὐτῶν ἐννοούμενος π. id quidem sensu postulante. L. B. ἐννοούμενος π. μ. ἢ π. μ. ι. βουλομένην. Coccejus legit αὐτὸς δ' ἐννοούμενος &c.
o Προσάγων] L. B. πρὸς ἀγῶνα.
p Απελεῖν. τούτοις] Videndum an nihil hic desit. SPANH.
q Προήεσαν ἄτακτοι,] Ita Vat. & Epiphan. προήεσαν in Editis Aliisque.
r Δὲ τραπέντες] Illud δὲ è Codd. Vat. & Bush. ut & mox καὶ ante σφίσιν ex eodem Cod. Vat.
s Ην δὲ τοσοῦτος] Ην δὲ φόνος ἐκκλινόντων πολὺς Vat. & Bush.
t Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι] Ita ex Epiphanio, qui vertit, *Judæi autem licet persequerentur* &c. οἱ τε in *Græcis* omnibus.

μὲν οὐ κατίσχυσαν, περικαθεζόμενοι δὲ τὸ χάρακα, καὶ παραφυλάττοντες [v] εἰσόδους τε τοὺς ἐπικουροῦντας καὶ ἐξόδους φυγεῖν βουλομένους εἶργον.

έ. Ἐν τούτοις οὖν ὄντες οἱ Ἄραβες ἐπρεσβεύοντο [x] περὶ τὸν Ἡρώδην, τὸ μὲν πρῶτον ὑπὲρ διαλύσεως, ἔπειτα, τὸ γὰρ δίψος ἤπειγε, πᾶν ὁτιοῦν [y] ὑφίστασθαι, καὶ τυχεῖν εἰς τὸ παρὸν ἀδείας ἠξιωκότες. ὁ δὲ οὔτε πρέσβεις, οὔτε λύτρα τῶν ἡλωκότων, οὔτ' ἄλλο τι μέτριον προσίετο, φιλόνεικος ὢν ἐκδικῆσαι τὰς παρανομίας τὰς εἰς αὐτοὺς ἐξ ἐκείνων γεγενημένας. [z] καταναγκαζόμενοι οὖν τοῖς τε ἄλλοις, καὶ τῷ δίψει, προϊόντες αὐτοὺς ἐνεχείριζον ἄγειν καὶ δεῖν· καὶ πέντε μὲν ἡμέραις [a] τετρακισχίλιοι τὸ πλῆθος ἑάλωσαν. τῇ δὲ ἕκτῃ, πάντες οἱ λοιποὶ διέγνωσαν [b] ἐξιέναι πολέμου νόμῳ χωρήσαντες ἐπὶ τοὺς ἐναντίους ἐγχειρεῖν· εἰ καὶ δέοι τι πάσχειν αἱρούμενοι, καὶ μὴ διαφθείρεσθαι κατ' ὀλίγους ἀδόξως. ταῦτα δὲ γνόντες, ἐξῆλθον μὲν ἐκ τοῦ χαρακώματος, διήρκεσαν δ' οὐδαμῶς τῇ μάχῃ, λαμπρῶς μὲν ἀγωνίσασθαι κεκακωμένοι καὶ τὰς ψυχὰς καὶ τὰ σώματα τόπον οὐκ ἔχοντες, κέρδος δ' εἰ θνήσκοιεν, τὴν συμφορὰν [c] τὸ ζῆν ποιούμενοι· καὶ πίπτουσιν αὐτῶν ἐν τῇ πρωτεργία μάχῃ [d] περὶ [e] ἑπτακισχιλίους. τοιαύτῃ δὲ πληγῇ χρησαμένων, φρονήματος μὲν ὅσον ἦν αὐτοῖς πρότερον ἀφῄρηντο· τεθαυμακότες δὲ ἐν ταῖς οἰκείαις συμφοραῖς τὴν Ἡρώδου στρατηγίαν, εἴς τε τὸ λοιπὸν εἶξαν, καὶ [f] προστάτην [g] ἀπέφηναν τοῦ ἔθνους. ὁ δὲ πλεῖστον ἐπὶ τοῖς [h] εὐημερήμασιν ἠξιωκὼς φρονεῖν, ἀνέστρεψεν εἰς τὴν οἰκείαν, μέγα προσειληφὼς ἀξίωμα, καὶ διὰ ταύτην τὴν ἀνδραγαθίαν.

quuti, cum una cum eis irrumpere nequivissent, vallum circumsident; &, custodiis adhibitis, opem ferentes aditu fugamque capessentes exitu prohibebant.

5. Quamobrem eò *angustiarum* redacti Arabes, legatos ad Herodem primum de compositione mittunt: deinde, utpote siti cogente, rogatum ut vel quacunque conditione liceat illis in præsens ab interitu securis esse. Sed ille nec legatos, nec pretium pro captivis, nec aliud quicquam æqui admittebat, cupiditate ulciscendi injurias quas ab illis acceperat. Itaque & aliis & siti coacti seipsos abducendos constringendosque *Judæis* dediderunt. Et quidem ex iis capti sunt quinque diebus homines quater mille numero. Sexto vero die reliquis omnibus visum est, facta more bellico eruptione cum hostibus congredi, & in quemvis eventum periclitari potius quam turpiter perire paulatim. Cum hæc statuissent, extra vallum prodierunt, sed prælium sustinere non potuerunt, præclare quidem dimicandi præ corporis animique debilitate locum non habentes, lucro vero mortem deputantes, vitamque pro calamitate ducentes: cecideruntque primo conflictu circiter septem millia. Cum autem hanc cladem accepissent: priorem quidem fiduciam omnem amiserunt, Herodis vero virtutem imperatoriam in suis calamitatibus mirati, & in posterum ei cesserunt, & pro gentis domino eum habuerunt. Qua felicitate ille multum elatus domum reversus est, cum magna existimatione ob rem fortiter gestam.

Arabes legatos ad Herodem mittunt.

Magna Arabum clades.

IX.

ΚΕΦ. ϛ'.

Ὡς Ἡρώδης, Ὑρκανὸν ἀποκτείνας, ἠπείχθη πρὸς Καίσαρα, καὶ παρ' αὐτοῦ τὴν βασιλείαν ἔσχεν· ὥς τε Καίσαρα μετ' οὐ πολὺ ἐν Πτολεμαΐδι πάσῃ τιμῇ ἐδέξατο.

Τὰ μὲν οὖν ἄλλα [i] καλῶς εἶχεν αὐτῷ, δυσεπιχείρητος κατὰ πάντα γεγενημένῳ· κίνδυνος δ' ἐμπίπτει τὴν ὑπὲρ τῶν ὅλων κρίσιν ἐπάγων, Ἀντώνιον Καίσαρος ἐν τῇ κατ' Ἄκτιον μάχῃ νενικηκότος. τότε γὰρ [k] ἀπέγνωσαν αὐτῷ τε Ἡρώδῃ τὰ πράγματα, καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν ὁμοίως ἐχθροῖς τε καὶ φίλοις. [l] οὐ γὰρ ἦν εἰκὸς ἀτιμώρητον μένειν τοσαύτης αὐτῷ πρὸς Ἀντώνιον φιλίας γεγενημένης. ἦν μὲν οὖν, τοῖς μὲν φίλοις ἀπόγνωσις τῶν κατ' αὐτὸν ἐλπίδων· ὅσοι δ' [m] ἐχθροὶ εἶχον, ἐδόκουν μὲν ἐξ ἐμφανοῦς συνάχθεσθαι, πάθος δὲ λεληθὸς ἡδόμενον εἶχον, ὡς ἀμείνονος τευξόμενοι τῆς μεταβολῆς. [n] αὐτός τε Ἡρώδης, τὸν Ὑρκανὸν ὁρῶν μόνον ἐπ' ἀξιώματος βασιλικοῦ, συμφέρειν ᾤετο μηκέτ' ἐμποδὼν ἐᾶν. εἰ μὲν περισωθείη καὶ διαφύγοι τὸν κίνδυνον, ἀσφαλὲς ἡγούμενος, πρὸς τὸ μὴ τοῖς τοιούτοις [o] αὐτοῦ καιροῖς [p] ἐφορμᾶν ἄνδρα τυχεῖν τῆς βασιλείας ἀξιώτερον. εἰ δὲ καὶ πάσχοι τι διὰ Καίσαρος, φθόνῳ τὸν μόνον ἐπὶ τῆς βασιλείας γενησόμενον ἐπιθυμῶν ἐξελεῖν.

β'. Ταῦτα δὲ αὐτοῦ δι' ἐννοίας ἔχοντος, ἐνεδόθη τι καὶ

CAP. VI.

Quomodo Herodes, cum Hyrcanum occidisset, properavit ad Cæsarem, & ab ipso regnum obtinuit: utque non multo post Cæsarem apud Ptolemaïdem honorifice admodum excepit.

At enim dum cæteræ res suæ bene se haberent, utpote quod difficile esset ipsum ulla ex parte aggredi, in periculo erat ne omnia perderet, postquam Cæsar Antonium in pugna Actiaca vicisset. Tunc enim actum de se putavit & Herodes ipse, ejusque amici pariter ac inimici. nam haud verisimile erat ut ipse pœnas effugeret, cui cum Antonio tanta intercessit amicitia. Quo sane factum est, ut amici quidem de spe sua deciderent deque eo desperarent; quotquot vero ipsi inimici erant infestique condolentium vultum habitumque induebant, gaudio autem tacito gestiebant, quasi foret ut illis res in melius mutarentur: atque Herodes ipse, cum Hyrcanum solum videret in dignitate regia esse, suâ referre plurimum existimabat ut is è medio tolleretur: si quidem incolumis foret & è periculo evaderet, sibi provisum esse putans, ne in tali ejus fortuna impetum faceret *ad regnum occupandum* vir regno se dignior; sin vero quid gravius à Cæsare de ipso statuatur, præ invidia cupiens illum perimere, qui solus sibi in regnum successurus sit.

2. Quæ dum in animo versat *Herodes*, illi ei non-

Pugna Actiaca.

Herodes, ad Cæsarem ire necesse habens, de Hyrcano interficiendo cogitat.

Hyrcanus, suasu Alexandræ, ad Malchum se recipere decrevit.

v Εἰσόδους] Εἰσόδῳ & mox ἐξόδῳ *Vat.* (& *L. B.*) utraque lectio ferri potest.
x Παρὰ τὸν Ἡρώδην,] Περὶ τὸν Ἡρώδην *Vat.*
y Ὑφίστασθαι,] Ita in *Editis Aliisque.* ὑφιστάμενοι *Busb.* & *Vat.*
z Καταναγκαζόμενοι] Καταναγκαζόμενοι τε τοῖς τε ἄλλοις *Busb.* & *Vat.*
a Τετρακισχίλιοι τὸ πλῆθος] Τετρακισχίλιοι ὅσοι ἑάλωσαν *Busb.* (*L. B.*) & *Vat.*
b Ἐξιέναι] Ita cum *Busb.* ἐξιέναι in *reliquis.*
c Τὸ ζῆν ποιούμενοι·] Levicula cum mutatione τὸ ζῆν edidi, cum antea esset τοῦ ζῆν. ἐν συμφορᾷ τὸ ζῆν *Vat.*
d Περὶ ἑπτακισχιλίους.] Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 19. §. 6. SPANH.
e Ἑπτακισχιλίους.] Ἑξακισχιλίους *Busb.*
f Προστάτην ἀπέφηναν τοῦ ἔθνους.] Conf. ἁλωσ. l. 1. c. 19. §. 6. SPANH.
g Ἀπέφηναν] Ἀπέφαινον *Busb.* & *Vat.*
h Εὐημερήμασιν] Τὰς εὐημερίας infrà c. 7. §. 2. Callimach. Hymn. in Cerer. v. 136. Ἐν τ' εὐημερίᾳ. SPANH.
i Καλῶς εἶχεν αὐτῷ,] Ἀσφαλῶς εἶχεν *Busb.*
k Ἀπέγνωσαν αὐτῷ,] Ita *Vat. Hen.* (*L. B.*) & *Busb.* ἀπέγνωσαν in *Editis.*
l Οὐ γὰρ ἦν] Sic in *iisdem MSS.* οὐ γὰρ ἄρα in *Editis.*
m Ἐχθροὶ] *L. B.* ἐχθρωδῶς.
n Αὐτός τε Ἡρώδης,] Ἡρώδης δὲ τ. *Busb.*
o Αὐτοῦ καιροῖς] Ita *Busb.* & *Zonar.* ἀξιολογώτερον in *cæteris.* Fuit cum mallem ut αὐτοῦ proponatur τῷ ἀξιώτερον quam voci καιροῖς.
p Ἐφορμᾶν] *L. B.* ἐφορμᾶν.

nonnullam ejus rei occasionem præbuerunt. Etenim Hyrcanus, quod miti esset ingenio, ne tunc *quidem* aut alio tempore negotiis se miscere volebat, nec novis rebus studebat, fortunæ concedens, ut quodcunque sors efferret illo contentus viveret. Verum Alexandra contentionem amabat, & mutationis spe impotenti abrepta, Hyrcanum patrem suum solicitabat, ne Herodis in domum suam scelera in perpetuum perferret, sed futuras spes, cum tuto liceret, anticipet; rogabatque ut de his ad Malchum Arabiam tenentem scriberet, utque illos acciperet & eo salvos perduceret: si enim post ipsorum discessum Herodi accideret, ut Cæsaris inimico accidere consentaneum esset, ipsos unos principatum recepturos, quà propter genus, quà propter plebis benevolentiam. Dum ista ipsi suadere niteretur, Hyrcanus ejus sermonibus non auscultabat: cum vero pertinacia muliebri ipsa uteretur; & nec die nec nocte cessaret, sed de istis continuo & de insidiis ipsis ab Herode structis verba faceret, tandem ei persuadetur ut cuidam Dositheo literas daret, in quibus statuebatur ut Arabs ei mitteret equites, à quibus reciperetur & usque ad lacum Asphaltiten deduceretur, qui à finibus Hierosolymitanis abest trecentis stadiis. Dositheo autem propterea fidebat, quod ille tum ipsum tum Alexandram colebat, neque non minimas causas Herodem odio prosequendi habebat. nam & consanguineus erat Josephi ab Herode occisi, & eorum frater quos Antonius antea Tyri interfecerat. tamen istis non inductus erat, ut fidelem Hyrcano se ministrum præstaret: sed cum pluris fecerit quæ à rege speraret quam quæ ab illo, literas Herodi tradidit. Atque ille laudata ejus benevolentia, ei hoc insuper officium injunxit, ut clausas signatasque literas Malcho redderet, literasque vicissim ab illo acciperet. nam sua maxime interesse, ut ejus quoque animum cognosceret. Cum autem ista libenter fecisset Dositheus, rescripsit Arabs, se Hyrcanum ejusque comites omnes, atque adeo quicunque ab eo starent Judæos *non gravatim* recipere, & homines missurum qui eos tuto perducerent, neque ul[l]a in parte illius postulatis defuturum. Postquam autem has literas acceperat Herodes, Hyrcanum è vestigio accersit, & de factis inter eum & Malchum pactionibus interrogabat. Quod cum ille negasset, literas in concilio ostendit, & Hyrcanum *protinus* interfici jussit.

Per Dositheum ea de re literas mittit.

Dosithei perfidia.

Hyrcanus occiditur.

3. Atque hæc ita scribimus, ut in Herodis regis commentariis habebantur. Inter alios vero non convenit ita se rem habuisse. Non enim ob hujusmodi quid Herodem, sed magis ex insidiis accusationem adversus Hyrcanum instituisse existimant, atque ita illum occidisse. nam sic scribunt. Quæsivisse in convivio quodam (nullam dando suspicionem) ab Hyrcano, ecquid literarum à Malcho accepisset: illumque literas in quibus ab illo salutaretur, accepisse confessum. atque Herodem rursus interrogasse, ecquod donum accepisset: cumque respondisset, nullum nisi quatuor jumenta ab eo missa quibus vectaretur, illud *regem* corruptelam & proditionem interpretatum, eum ad supplicium duci imperasse. Atqui nullius culpæ affinem

Alia de Hyrcano narratio.

παρ' [q] ἐκείνων. ὁ μὲν γὰρ Ὑρκανὸς ἐπιεικείᾳ τρόπου, καὶ τότε καὶ τὸν ἄλλον χρόνον, οὐκ ἠξίου πολυπραγμονεῖν, οὐδὲ νεωτέρων ἅπτεσθαι, συγχωρῶν τῇ τύχῃ, πᾶν τὸ δι' [r] ἐκείνην γενόμενον ἠγαπηκέναι. φιλόνεικος δ' ἦν Ἀλεξάνδρα, καὶ τὴν ἐλπίδα τῆς μεταβολῆς ἀκρατῶς φέρουσα, λόγους ἐποιεῖτο πρὸς τὸν πατέρα, μὴ μέχρι παντὸς ἀναμένειν τὴν Ἡρώδου παρανομίαν εἰς τὸν [s] αὐτῶν οἶκον, [t] ἀλλὰ προλαβεῖν ἀσφαλείᾳ τὰς αὖθις ἐλπίδας, ἠξίου τε περὶ τούτων Μάλχῳ γράφειν τῷ τὴν [v] Ἀραβίαν ἔχοντι, δέξασθαί τε αὐτοὺς, καὶ δι' ἀσφαλείας ἄγειν. ὑπεξελθόντων γὰρ εἰ τὰ [x] περὶ Ἡρώδην οὕτως χωρήσειεν, ὡς εἰκὸς ἐν ἔχθρᾳ Καίσαρος, αὐτοὺς ἔσεσθαι τοὺς τὴν ἀρχὴν ἀπολαμβάνοντας μόνους, καὶ διὰ τὸ γένος καὶ διὰ τὴν εὔνοιαν τῶν ὄχλων. τούτοις πειθούσης, ὁ μὲν Ὑρκανὸς διωθεῖτο τοὺς λόγους· φιλόνεικον δέ τι καὶ γυναικεῖον αὐτῆς πεπονθυίας, καὶ μήτε νύκτα μήθ' ἡμέραν ἀπολειπομένης, ἀλλ' ἀεὶ περὶ τούτων καὶ τῆς Ἡρώδου πρὸς αὐτοὺς ἐπιβουλῆς διαλεγομένης, ἀνεπείσθη τέλος ἐπιστολὴν δοῦναι [y] Δοσιθέῳ τινὶ τῶν περὶ αὐτὸν φίλων, ἐν ᾗ συντέτακτο πέμψειν αὐτῷ τὸν Ἄραβα τοὺς ἀναληψομένους καὶ παραπέμψοντας ἱππέας ἐπὶ τὴν Ἀσφαλτῖτιν λίμνην· αὕτη δὲ ἀπέχει τῶν Ἱεροσολυμιτῶν [z] ὅρων, σταδίους τριακοσίους. ἐπίστευε δὲ τῷ Δοσιθέῳ θεραπεύοντος αὐτὸν καὶ αὐτὸν καὶ τὴν Ἀλεξάνδραν, καὶ τῆς πρὸς Ἡρώδην [a] δυσνοίας οὐ μικρὰς αἰτίας ἔχοντος. Ἰωσήπου τε γὰρ ὃν ἐκεῖνος ἀνῃρήκει συγγενὴς ἦν, καὶ τῶν ἐν Τύρῳ φονευθέντων ὑπ' Ἀντωνίου πρότερον ἀδελφός. οὐ μὴν [b] ἐπήγαγε ταῦτα τὸν Δοσίθεον Ὑρκανῷ πιστὸν εἰς τὴν ὑπηρεσίαν γενέσθαι· προτιμήσας δὲ τῶν ἐκείνου τὰς ἐκ τοῦ βασιλεύοντος ἐλπίδας, ἐπιδίδωσιν Ἡρώδῃ τὴν ἐπιστολήν. ὁ δὲ τῆς εὐνοίας ἀποδεξάμενος, ἔτι καὶ τοῦτο [c] προσυπουργῆσαι παρεκελεύετο, πτύξαντα τὴν ἐπιστολὴν καὶ κατασημηνάμενον ἀποδοῦναι τῷ Μάλχῳ, καὶ τὰ παρ' ἐκείνου γράμματα λαβεῖν. οὐ γὰρ μικρὸν τὸ διάφορον, καὶ τὴν ἐκείνου γνώμην αὐτὸν εἰδέναι. τοῦτο δὲ τοῦ Δοσιθέου προθύμως ὑπουργήσαντος, ὁ μὲν Ἄραψ [d] ἀντεπέστελλεν αὐτόν τε Ὑρκανὸν δέχεσθαι καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ πάντας, [e] ἢ καὶ Ἰουδαίων ὅσοι τὰ ἐκείνου φρονοῦσι, δύναμίν τε [f] πέμψειν τὴν μετ' ἀσφαλείας αὐτοὺς κομιοῦσαν, καὶ πρὸς μηδὲν ἐνδεήσειν ὧν ἠξίου. ὡς δὲ καὶ ταύτην Ἡρώδης ἐδέξατο τὴν ἐπιστολὴν [g] εὐθὺς μεταπέμπεται τὸν Ὑρκανὸν, καὶ περὶ τῶν γενομένων αὐτῷ συνθηκῶν πρὸς τὸν Μάλχον ἀνέκρινεν. [h] ἀρνησαμένου δὲ, τὰς ἐπιστολὰς δείξας τῷ συνεδρίῳ [i] διαχειρίζεται τὸν ἄνδρα.

γ'. Ταῦτα δὲ γράφομεν ἡμεῖς ὡς ἐν τοῖς ὑπομνήμασι τοῖς τοῦ βασιλέως Ἡρώδου περιείχετο. τοῖς δ' ἄλλοις οὐ κατὰ ταῦτα συμφωνεῖ. τὸν γὰρ Ἡρώδην οὐκ ἐπὶ τοιούτοις δοκοῦντα, ἀλλ' [k] ἐξ ἐπιβουλῆς μᾶλλον Ὑρκανῷ τὴν αἰτίαν [l] ἐπαγαγόντα, κατὰ τὸν [m] αὐτὸν τρόπον ἀποκτεῖναι. γράφουσι γὰρ οὕτως. ἐν συμποσίῳ τινὶ μηδὲν ὑποψίας [n] ἐνδιδόντα, λόγον Ὑρκανῷ προσφέρειν, εἴ τινας ἐπιστολὰς παρὰ τοῦ Μάλχου λάβοι· καὶ τὸν μὲν ὁμολογῆσαι προσαγορευτικὰ γράμματα κομίσασθαι. τοῦ δ' εἰ καί τινα δωρεὰν εἰληφὼς εἴη, πάλιν ἐπερομένου· τοῦ δὲ, μηδὲν πλέον ἢ κτηνῶν ἀναβατικῶν τέσσαρα πεπομφότος αὐτῷ λαβεῖν, εἰς αἰτίαν καὶ τοῦτον ἐπαναφέροντα δωροδοκίας καὶ προδοσίας, [o] ἀπαγαγεῖν προστάξαι τὸν ἄνθρω-

τιμωρ-

q Ἐκείνων.] Ἐκείνῳ Bush.
r Ἐκείνην γενόμενον ἠγαπηκέναι.] Ἐκείνως γενόμενον Hen. (L. B.) & Vat.
s Αὐτῶν οἶκον] Αὐτῶν Bush. αὐτοῦ Hen. & Vat.
t Ἀλλὰ προλαβεῖν] Ἀλλὰ προλαβεῖν ἀσφαλείᾳ τὰς αὖθις ἐλπίδας δέξασθαί τε αὐτοὺς καὶ δι' ἀσφαλείας ἄγειν ἠξίου περὶ τ. Vat.
v Ἀραβίαν] L. B. Ἀραβίας ἀρχὴν.
x Περὶ Ἡρώδην] Περὶ Ἡρώδην Hen. & Vat.
y Δοσιθέῳ τινὶ] Δοσιθέῳ Hen.
z Ὅρων,] Ὁρῶν Hen. (L. B.) & Bush.
a Δυσνοίας οὐ μικρὰς αἰτίας ἔχοντος.] Δυσνοίας οὐ μικρᾶς Bush. & Hen.
b Ἐπήγαγε ταῦτα] Ita cum Bush. & Hen. ἀνήγαγε in Editis Aliisque.
c Προσυπουργῆσαι παρεκελεύετο,] Προσυπουργήσειν Bush. & Vat.
d Ἀντεπέστελλεν αὐτόν] Ἀντεπέστειλεν Hen. & Zonar.
e Ἢ καὶ Ἰουδαίων] Vocula ἢ abest Hen.
f Πέμψειν τὴν] Πιστεῖν Hen. quod sane mallem, nisi è mox præc. cum Zonara δέξασθαι legatur.
g Εὐθὺς μεταπέμπεται] Illud αὖθις è Codd. Bush. Hen. & Epiphan.
h Ἀρνησαμένου ——— ἄνδρα.] Conf. infr. c. 7. §. 4. SPANH.
i Διαχειρίζεται τὸν ἄνδρα.] Διαχειρίσασθαι Hen.
k [illegible] ἐπιβουλῆς] Ita Vat. & Hen. ἐξ deest ceteris.
l Ἐπαγαγόντα,] Ἐπάγοντα Bush. & Vat.
m Αὐτὸν τρόπον ἀποκτεῖναι.] Αὐτοῦ Vat.
n Ἐνδιδόντα,] L. B. ἐνδόντα.
o Ἀπαγαγεῖν] Ἀπάγχειν solus Hen. & Lugd. Bat.

p A-

πεπιστεύκασι δὲ τὸν μηδὲν [p] ἁμαρτόντα τοιούτῳ τέλει περιπεσεῖν, καταλογιζόμενοι τὴν ἐπιείκειαν τοῦ τρόπου, καὶ τὸ μηδ' ἐν νεότητι θράσους ἢ προπετείας ἐπίδειξιν [q] πεποιῆσθαι, μηδ' ὅτε τὴν βασιλείαν αὐτὸς εἶχεν, ἀλλὰ καὶ τότε τὰ πλεῖστα τῆς κατὰ τὴν διοίκησιν Ἀντιπάτρῳ παρακεχωρηκέναι. [r] τότε δὲ πλείω μὲν ἢ ὀγδοήκοντα γεγονὼς ἐτύγχανεν ἔτη, κρατοῦντα δὲ μετὰ πάσης ἀσφαλείας τὸν Ἡρώδην [s] ἠπίστατο, διαβεβήκει δὲ καὶ τὸν Εὐφράτην, τοὺς ἐν τῷ πέραν τιμῶντας αὐτὸν καταλιπών, [t] ὅλος ἐπ' [v] ἐκείνῳ τε γενησόμενος· ἐγχειρεῖν [x] τε καὶ καινοτέρων ἅπτεσθαι πάντων ἀπιθανώτατον, καὶ οὐ πρὸς τῆς ἐκείνου φύσεως, [y] ἀλλὰ ταῦτα σκῆψιν Ἡρώδου γενέσθαι.

δ'. [z] Τούτῳ μὲν τὸ τέλος Ὑρκανοῦ συνέπεσε τοῦ βίου, ποικίλαις καὶ πολυτρόποις χρησαμένου ταῖς ἐν τῷ ζῆν τύχαις. εὐθὺς μὲν [a] γὰρ ἐν ἀρχῇ βασιλευούσης [b] αὐτοῦ τῆς μητρὸς Ἀλεξάνδρας, ἀρχιερεὺς καταστὰς τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, ἐπ' ἔτη ἐννέα τὴν τιμὴν κατεῖχε· παραλαβὼν δὲ τὴν βασιλείαν ἀποθανούσης τῆς μητρὸς αὐτοῦ, καὶ ταύτην κατασχὼν [c] τρεῖς μῆνας, ἐξέπεσε μὲν ὑπὸ Ἀριστοβούλου τοῦ ἀδελφοῦ· κατήχθη δ' αὖθις ὑπὸ Πομπηίου, καὶ πάσας τὰς τιμὰς ἀπολαβών, [d] ἔτη τεσσαράκοντα διετέλεσεν ἐν αὐταῖς. ἀφαιρεθεὶς δὲ τὸ δεύτερον ὑπ' Ἀντιγόνου, καὶ λωβηθεὶς τὸ σῶμα, παρὰ Πάρθοις αἰχμάλωτος ἐγένετο. κἀκεῖθεν εἰς τὴν [e] οἰκείαν ἐπανῆλθε χρόνῳ, διὰ τὰς ἐξ Ἡρώδου [f] προσδοκωμένας ἐλπίδας· ὧν οὐδὲν αὐτῷ κατὰ προσδοκίαν ἀπέβη, πολυπαθείᾳ βίου χρησαμένῳ. [g] τὸ δυσχερέστατον δέ, ὡς προειρήκαμεν, ἐν γήρᾳ [h] τέλους οὐκ ἀξίου τυχεῖν. δοκεῖ γὰρ ἐπιεικὴς καὶ μέτριος ἐν πᾶσι γενέσθαι καὶ τὰ πλεῖστα τῆς ἀρχῆς ὑπὸ διοικηταῖς ἄγειν, οὐ πολυπράγμων, οὐδὲ δεινὸς ὢν βασιλείας ἐπιστατεῖν· Ἀντιπάτρῳ τε καὶ Ἡρώδῃ μέχρι τῶνδε προελθεῖν ἐγένετο διὰ τὴν ἐπιείκειαν τὴν ἐκείνου, καὶ τὸ πέρας οὔτε δίκαιον οὔτε εὐσεβὲς ἐξ αὐτῶν εὕρετο [i] τοιούτου τέλους.

ε'. Ὁ δὲ Ἡρώδης, ὡς καὶ τὸν Ὑρκανὸν ἐκποδὼν ἐποιήσατο, συνιδὼν πρὸς Καίσαρα, καὶ μηδὲν ἐλπίσαι περὶ τῶν αὐτοῦ πραγμάτων δυνάμενος χρηστὸν ἐκ τῆς γενομένης αὐτῷ πρὸς Ἀντώνιον φιλίας, ὕποπτον μὲν εἶχε τὴν Ἀλεξάνδραν, μὴ τοῦ καιροῦ συνεπιθεμένη [k] τὸ πλῆθος ἀποστήσῃ καὶ στασιάσῃ τὰ περὶ τὴν βασιλείαν πράγματα. περιτίθησι δὲ πάντα Φερώρᾳ τἀδελφῷ, καὶ τὴν μητέρα Κύπρον καὶ τὴν ἀδελφὴν καὶ τὴν γενεὰν ἅπασαν ἐν Μασάδοις καθίστατο· παρακελευσάμενος, εἴ τι [l] περὶ αὐτοῦ ἀκούσῃ δυσχερές, ἔχεσθαι τῶν πραγμάτων. Μαριάμμην δὲ τὴν αὐτοῦ γυναῖκα· δυνατὸν γὰρ οὐκ ἦν ἐν διαφορᾷ τῇ πρὸς τὴν ἀδελφὴν [m] καὶ μητέρα τὴν ἐκείνου δίαιταν τὴν αὐτὴν ἔχειν· [n] ἐν Ἀλεξανδρείῳ σὺν Ἀλεξάνδρᾳ τῇ μητρὶ καθίστησιν, Ἰώσηπον τὸν ταμίαν καὶ τὸν Ἰτουραῖον Σόαιμον [o] ἐπ' αὐτῷ καταλιπών, πιστοτάτους μὲν ἐξ ἀρχῆς γενομένους αὐτῷ, τότε δὲ προφάσει τιμῆς φρουρὰν ἀποληφθέντας τὰς γυναῖκας. ἦν δὲ κἀκείνοις ἐντολή, μαθόντας τι περὶ αὐτοῦ δυσχερὲς ἐξ αὐτῆς ἀμφοτέρας [p] διαχειρίσασθαι, τήν τε βασιλείαν εἰς δύνα-

hujusmodi exitum habuisse, in argumenta afferunt, quod natura fuerit mitissimus, ut cum juvenis esset nihil audaciæ aut temeritatis præ se tulerit, ac ne tum quidem cum regno potiretur, sed in eo pleraque omnia administranda Antipatro permiserit. Accedit quod tunc quidem ætatis annum octogesimum excesserit, noveritque res regni Herodi omnino in tuto esse, quin & Euphratem transierat, relictis qui trans amnem eum in summo honore habuerant, atque semet ejus potestati subjecturus: adeoque maxime omnium incredibile esse, & ejus ab ingenio alienum ut aliquid moliretur, novisque rebus studeret; potiusque ista ab Herode conficta videri.

Varia Hyrcani fortuna.

4. Hyrcano quidem contigit ut hoc modo vitam finiret, diversas dum viveret & multiplices calamitates expertus. Nam, statim quidem ut mater ejus Alexandra regnare cœpit, pontifex Judæorum gentis factus per novem annos eum honorem obtinuit: matreque defuncta cum imperium suscepisset, illudque tribus mensibus tenuisset, eo excidit à fratre Aristobulo ejectus. restituitur autem à Pompejo, receptisque omnibus honoribus, annos quadraginta in iis permansit: iterumque illis ab Antigono privatus, & corporis mutilationem passus, in captivitate apud Parthos degebat. atque inde aliquanto post tempore domum reversus est, spe inductus quam ei fecerat Herodes: nihil tamen eorum quæ speraverat feliciter ei cecidit, multis vitæ incommodis conflictato. quodque gravissimum est, ut modo diximus, in *summa* senectute exitum indignum habuit. Nam mitis fuisse videtur & moderatus in omnibus, imperiumque maxima ex parte per alios administrabat, à negotiis aversus, regnandique artium imperitus: fiebatque ut Antipater & Herodes, quod is tanta fuerit lenitate, eo usque processerint; atque ad extremum coactus est ab illis contra jus ac fas hujusmodi mortem oppetere.

Herodis ad Augustum properantis mandata de Mariamne necem.

5. Cæterum Herodes, Hyrcano sublato, ad Cæsarem properans, nihilque boni habens quod de rebus suis speraret propter suam cum Antonio amicitiam, Alexandram quidem suspicabatur, ne per occasionem populum ad rebellionem pelliceret, & in regni rebus seditionem suscitaret. Itaque omnia Pheroræ fratri suo mandat, & Cyprum matrem & sororem & liberos omnes apud Masada collocat: dato *fratri* in mandatis, ut si quid durius sibi accidisse fando audiverit, negotia tueretur. Mariamnen vero uxorem (nam fieri non poterat, ut, dum adeo à sorore & matre ipsius *regis* differet, una cum illis degeret) in Alexandrio cum Alexandra ejus matre collocavit, relictis, qui eas curarent & attenderent, Josepho quæstore & Soëmo Ituræo, viris ab initio quidem ei fidissimis, tunc vero honoris specie ad mulieres custodiendas adhibitis. Verum & illis præceptum erat, ut si quid *mali* gravioris de ipso intellexissent, statim ambas necarent, regnumque suis filiis una cum fratre

p Ἁμαρτόντα τοιούτῳ] Ita *Bosb.* & *Hen.* ἁμαρτόντα in reliquis.
q Πεποιῆσθαι,] Πεποιῆσθαι *Hen.*
r Τότε ——— γεγονὼς] Τότε δὲ ἐτῶν πλείω ἢ ὀγδοήκοντα *Hen.* & *Bosb.* tamen non ita *Epiphan.* HUDS. Ὀγδοήκοντα πρὸς ἓν seu LXXXI. annos Hyrcano tribuit Zonaras p. 231. D. SPANH.
s Ἠπίστατο,] Sic *Hen.* & *Bosb.* ἐπίστατο in *Editis.*
t Ὅλος] *L. B.* ὡς ὅλος.
v Ἐκείνῳ τε γενησόμενος·] Ita *Hen.* (& *Lugd. Bat.*) ἐκείνων *Bas.* ἐκείνων *Gen.* *Aliique.*
x Τι] *L. B.* ὄν τι.
y Ἀλλὰ ταῦτα] Διὸ ταῦτα καὶ πλείω ἔτεσιν σκῆψιν Ἡρώδου τὰ κατὰ Ὑρκανὸν ἐκείνου γενέσθαι *Bosb.*
z Τούτῳ ——— βίου.] Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 22. §. 1. SPANH.
a Γὰρ ἐν ἀρχῇ βασιλευούσης] Illud γὰρ è *Cod.* (*Lugd. Bat.* quoque) *Hen.*
b Αὐτοῦ τῆς μητρὸς Ἀλεξάνδρας,] Ita *Bas.* in *plerisque aliis* αὐτῷ.
c Τρεῖς μῆνας,] Τρεῖς ἐνιαυτοὺς vel τρία ἔτη forsan scribendum, ut monuit *Usserius* in *Annalibus* V. T. p. 229. *Edit. Lond.*
d Ἔτη τεσσαράκοντα] Ἔτη κγ'. pro ἔτη μ'. rescribi debere censet *Scaliger* in *Animadversionibus Eusebianis*, p. 118.
e Οἰκείαν ἐπανῆλθε χρόνῳ.] *Al.* οἰκείαν. atque ita *Cottonus.* *L. B.* οἰκείας.
f Προσδοκωμένας ἐλπίδας·] Προσδοκωμένας *Hen.*
g Τὸ δυσχερέστατον δέ,] Ita *Gall.* antea erat τῷ δυσχερέστατον.
h Τέλους οὐκ ἀξίου τυχεῖν.] Τέλους οὐκ ἀξίου τινὸς τυχεῖν *Hen.* & *Lugd. Bat.*
i Τοιούτου τέλους.] Mallem τοιοῦτο τέλος.
k Τὸ πλῆθος ἀποστήσῃ] Τό, τε πλῆθος *Hen.*
l Περὶ αὐτοῦ ἀκούσῃ δυσχερές.] Περὶ αὐτὸν *Hen.* & *Bosb.* dein ἀκούσειε *Hen. Bosb.* & *Vat.*
m Καὶ μητέρα τὴν ἐκείνου] Καὶ τὴν μητέρα ἐκείνου *Hen.* & *Vat.*
n Ἐν Ἀλεξανδρείῳ ——— διαχειρίσασθαι.] Eadem *Zonaras*, & iisdem verbis. p. 279. A. SPANH.
o Ἐπ' αὐτῷ καταλιπών,] Ita *Hen.* & *Bosb.* ἐπ' αὐτὸν *Vat.* ἐπ' αὐτῷ in *Editis* *Aliisque.*
p Διαχειρίσασθαι,] Μεταχειρίσασθαι *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *Vat.*

tre pro viribus conservarent.

X. *Herodes, cum in Cæsaris conspectum venisset, diadema deponit.*

6. His imperatis, Rhodum magnis itineribus contendit ad Cæsarem. atque ubi in urbem pervenit, diadema deposuit, cætero apparatu ne minimum quidem mutato. Postquam vero in ejus congressum colloquiumque venisset, multo magis animi sui magnitudinem ostendit, neque ad supplicationes (ut par erat in hujusmodi rebus) versus, neque preces ullas adhibens, ut errati veniam impetraret; sed impune factorum rationem reddens.

Magna cum fiducia Cæsarem alloquitur.

Nam Cæsari dicebat, "& amicitiam sibi maximam "cum Antonio fuisse, seque omnia pro virili præ"stitisse, ut summa rerum penes illum esset, armis "tamen cum non adjuvisse, quod tum bello Ara"bico distineretur, sed tantum ei pecuniam fru"mentumque suppeditasse. nec tamen se hac in "parte officio suo satisfecisse. Qui enim se *alicui* "amicum esse profitetur, sibique conscius est il"lum de se bene meruisse, debet ad vitam nor mi"nus ac opes profundendam omne cum eo discri"men adire. ex quibus licet ipse minus quam "oportebat ei reddiderit; hoc tamen se præclare "fecisse sibi persuasissimum esse, quod cum pugna "Actiaca victum non deseruerit; neque fortuna "jam plane mutata, ad spes novas se transtulerit, "sed quamvis pro auxiliatore satis idoneo sese non "gesserit, consiliarium tamen Antonio optimum "semet probaverit, ut qui unicam salutis viam ra"tionemque sibi omnia salva conservandi ei osten"derit, nempe ut Cleopatram interficeret: ipsa "enim perempta sibi rerum potiundi spem subes"se, atque illi facilius esse gratiam à te inire quam "inimicitias tecum habere. Quæ cum ille nulla"tenus secum reputasset, temerarium consilium "meo prætulit, quod sibi in damnum tibi in com"modum cessit. Nunc igitur si Antonio subiratus "me *hoc crimine* condemnaveris, quod huic adeo "studuerim, confitentem habes reum, neque me "pigebit coram dicere, quanto illum amore pro"sequutus sim. Sin vero, commutata persona, re"quiras qui vir sim erga beneficos, qualisque ami"cus, licebit tibi ex præteritis edocto nos *optime* "cognoscere. Mutato enim nomine, erit nihilo"minus ut amicitiæ nostræ firmitudinem alteri "approbemus.

Herodes ab Augusto Cæsare regnum obtinet.

ναι, μὴ τοῦ [f] πρότερον ἀνδρὸς [g] ἀφιέντος. οὐ μὴν ἡ Σαλώμη [h] τὸν ἐν ἔθει νόμον, ἀλλὰ τὸν [i] ἐπ' ἐξουσίας ἑλομένη, τήν τε συμβίωσιν προαπηγόρευσε, καὶ πρὸς τὸν ἀδελφὸν Ἡρώδην ἔλεγεν ὑπὸ τῆς εἰς ἐκεῖνον εὐνοίας ἀποστῆναι τἀνδρός· ἐγνωκέναι γὰρ αὐτὸν, μετ' Ἀντιπάτρου καὶ Λυσιμάχου καὶ Δοσιθέου, νεωτέρων ἐφιέμενον. καὶ πίστιν παρεῖχε τοῦ λόγου, τοὺς [k] Βάβα παῖδας, ὅτι διασώζοιντο [l] παρ' αὐτῷ χρόνον ἐνιαυτῶν ἤδη δώδεκα. τοῦτο δὲ εἶχεν οὕτως· [m] καὶ πολλὴν ἔκπληξιν ἐποίησε τῷ βασιλεῖ παρ' ἐλπίδας ἀκουσθὲν, ἐκεκίνητό τε μᾶλλον ἐπὶ τῷ παραδόξῳ τοῦ λόγου. τὰ γὰρ περὶ τοὺς Βάβα παῖδας [n] ἐσπουδάσει πρότερον ἐπεξελθεῖν αὐτοὺς, δυσμενεῖς γενομένους τῇ διαθέσει. τότε δὲ διὰ τὸ μῆκος τοῦ χρόνου καὶ τῆς μνήμης ἐξεληλύθεισαν. ἡ δὲ ἔχθρα πρὸς αὐτοὺς καὶ τὸ μῖσος ἀπὸ τοιούτων ἦν. Ἀντιγόνου τὴν βασιλείαν ἔχοντος, Ἡρώδης μὲν ἐπολιόρκει δυνάμει τὴν τῶν [o] Ἱεροσολύμων πόλιν· ὑπὸ δὲ χρείας καὶ κακῶν [p] ὅσα πολιορκουμένοις [q] παρέστη, πλείους ἤδη οἱ τὸν Ἡρώδην ἐπικαλούμενοι, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἀπονεύοντες ἤδη ταῖς ἐλπίσιν. ὄντες δ' ἐπ' ἀξιώματος οἱ τοῦ Βάβα παῖδες, καὶ παρὰ τῷ πλήθει δυνατοὶ, πιστοὶ διετέλουν Ἀντιγόνῳ, τόν τε Ἡρώδην διέβαλλον ἀεὶ, καὶ συμφυλάττειν τοῖς βασιλεῦσι τὴν ἐκ γένους ἀρχὴν προὔτρεπον. ἐκεῖνοι μὲν οὖν, ἅμα καὶ συμφέρειν αὐτοῖς νομίζοντες, ἐπὶ τούτων ἐπολιτεύοντο. τῆς δὲ πόλεως ἁλισκομένης, καὶ κρατοῦντος τῶν πραγμάτων Ἡρώδου, Κοστόβαρος ἀποδειχθεὶς [r] τὰς διεξόδους ἀναφράττειν καὶ φρουρεῖν τὴν πόλιν, ὡς μὴ διαπίπτειν ἐξ αὐτῆς τοὺς ὑπόχρεως τῶν πολιτῶν ἢ τἀναντία τῷ βασιλεῖ πολιτευομένους, [s] εἰδὼς ἐν ὑπολήψει καὶ τιμῇ τοὺς τοῦ Βάβα τῷ παντὶ πλήθει, καὶ νομίζων μέγα μέρος αὐτῷ γενήσεσθαι πρὸς τὰς μεταβολὰς τῶν πραγμάτων τὴν ἐκείνων σωτηρίαν, ὑπεξέθετο καὶ κατέκρυψεν ἐν οἰκείοις χωρίοις. καὶ τότε μὲν Ἡρώδην, διελήλυθε γὰρ ἡ τῆς ἀληθείας ὑποψία, πιστωσάμενος ὅρκοις, ἦ μὴν οὐδὲν εἰδέναι τῶν κατ' ἐκείνους, ἀφεῖλε τῆς ὑπονοίας. αὖθις δὲ [t] κηρύγματα καὶ μήνυτρα τοῦ βασιλέως ἐκτεθέντος, καὶ πάντα τρόπον ἐρεύνης ἐπινοοῦντος, οὐκ ἦλθεν εἰς ὁμολογίαν· ἀλλὰ τῷ τὸ πρῶτον ἔξαρνος γενέσθαι, τὸ φωραθῆναι τοὺς ἄνδρας [v] οὐκ ἀνεπιτίμητος αὐτῷ πεπεισμένος, οὐ μόνον ἐκ τῆς εὐνοίας, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς ἀνάγκης ἤδη τοῦ λανθάνειν αὐτοὺς περιεῖχεν. [x] περὶ τούτων ἐξαγγελθέντων αὐτῷ διὰ τῆς ἀδελφῆς, ὁ βασιλεὺς πέμψας εἰς τοὺς τόπους ἐν οἷς διατρίβειν ἐμεμήνυντο, ἐκείνους τε καὶ τοὺς συγκαταιτιαθέντας ἀπέκτεινεν· ὥστε εἶναι μηδὲν ὑπόλοιπον ἐκ τῆς Ὑρκανοῦ συγγενείας, ἀλλὰ τὴν βασιλείαν αὐτεξούσιον [y] αὐτῷ, μηδενὸς ὄντος ἐπ' ἀξιώματος ἐμποδὼν ἵστασθαι τοῖς παρανομουμένοις.

nubere fas est, nisi prius à marito dimittatur. Veruntamen Salome, non lege *Hebræorum* patria, sed eâ quæ tum valebat, usa, & conjugio renunciavit & ad fratrem Herodem dicebat, se propter suam in eum benevolentiam à marito discessisse: quoniam comperisset eum & Antipatrum & Dositheum novis rebus studere. Atque ad fidem sermoni faciendam mentionem injicit Babæ filiorum, quos Costobarus decimum jam annum servaverat. id quod verum erat: eaque re vehementer obstupuit rex, ejusmodi quid audiens quod nunquam suspicatus est, eoque magis commotus est, quòd res erat incredibilis. Nam quod ad Babæ liberos attinet, id aliquando agebat ut illos ultum iret, quoniam sibi infensi repugnassent: verum tum tantum jam temporis præterierat, ut eorum jam non recordaretur. Ejus autem in eos odii & inimicitiarum causa fuit hujusmodi. Quo tempore regno fruebatur Antigonus, Herodes exercitu obsidebat Hierosolymorum urbem, & propter necessitatem & calamitates quibus obsessi premebantur, erant multi qui Herodem advocarent & spe jam in eum propenderent. Babæ autem filii (qui dignitate & gratia multum apud vulgus valerent) Antigono fideles *esse* perseverarunt, Herodemque semper culpabant, ac *cæteros* eò cohortabantur, ut regibus operam suam præstarent in tenendo principatu quem à patribus accepissent. atque illi quidem, dum & ista *magno* commodo fieri existimarent, hujusmodi rebus studuerunt. Verum urbe capta, & Herode rerum potito, Costobarus, præcludendis exitibus & urbi custodiendæ præfectus, ne cives qui sontes essent & regis adversarii evaderent; cum sciret Babæ filios esse in existimatione & honore apud universum populum, cogitaretque, si eis salutem daret, id sibi multum profuturum * ad novas res moliendas, eos subtraxit & † certis in locis abscondit. Et tunc quidem Herodi, nam id quod erat suspicatus est, jurejurando fidem fecit, se nihil quicquam de illis scire, eique suspicionem ademit. Deinde vero, cum rex per edicta indicii præmium proposuisset, & modis omnibus eos perquireret, ne tum quidem fateri voluit: sed quòd primum inficiatus esset, si postea viri deprehenderentur non se impune laturum persuasum habens, non solum benevolentia sed necessitate tenebatur eos occultare. De istis quæ sibi nunciata erant à sorore cum rex misisset ad loca ubi esse dicebantur, & ipsos, & alios cum ipsis accusatos interfecit: ut nihil jam reliquum esset de Hyrcani *genere & cognatione*, sed regnum plane in sua potestate haberet *Herodes*, nemine jam alicujus auctoritatis superstite, qui quæ contra legem fierent impedire posset.

Salome et repudium mittit, & accusationem infert.

De Baba filiis a Costobaro servatis.

Babæ filios necari jubet Herodes.

f Πρότερον ἀνδρὸς] Προτέρου forsan *Epiphan.* Vide Grotium ad Matth. c. 5. v. 31.

g Ἀφιέντος.] Ἐφιέντος solus *Busb.*

h Τὸν ἐν ἔθει νόμον,] Εὐθεῖ *Hen.* forsan pro ἐγχωρίῳ (in *Lugd. Bat.* ἐγχώριον νόμον) prout in *Cod. Busb.*

i Ἐπ' ἐξουσίας] Ἐπ' ἐξουσίας *Hen.* & *Busb.*

k Βάβα παῖδας,] Baba vir erat pietate insignis, ex stirpe Asamonæorum (ut constat ex hac ead. §.) qui singulis totius anni diebus, uno excepto, qui erat undecimus mensis *Tisri*, sacrificium offerebat pro delicto, cujus tamen non erat sibi conscius, ut habet *Cod. Talmud.* tract. *Cherithoth*, cap. 6. atque *Abraham Zacuth* in libro *Juchasin.*

l Παρ' —— δώδεκα.] Παρ' αὐτοῦ *Busb.* mallem παρ' αὐτῷ.

m Καὶ πολλὴν ἔκπληξιν] In *Cod. Hen.* (ut & *Lugd. Bat.*) ὃ καὶ, & mox *Cod. Hen.* ἐκινήθη.

n Ἐσπουδάσει πρότερον] Ἐσπουδάσθη μὲν αὐτῷ πρ. *Hen.* & *Lugd. Bat.*

o Ἱεροσολύμων πόλιν·] Ἱεροσολυμιτῶν *Gen. Hen.* & *Epiphan.*

p Ὅσα πολιορκουμένοις] Ὅσα τοῖς πολίταις πολιορκ. *Hen.* & *Busb.*

q Παρέστη,] Παρέστη in *iisdem* (ut *Lugd. Bat.* nam in aliis est ἐπέστη) & *Vat.* nec aliter legisse visus est *Epiphan.*

r Τὰς διεξόδους ἀναφράττειν] Τὰς ἐπιβολὰς ἀναφράττειν καὶ φρ. *Vat.* ut & Margo *Lugd. Bat.*

s Εἰδὼς] *L. B.* εἰδὼς δ'.

* *Ad novas res moliendas*,] *Al.* Siqua intervenisset rerum mutatio.

† *Certis in locis abscondit.*] In propriis prædiis, *Epiphan.* suis in agris, *Gelen.*

t Κηρύγματα καὶ μήνυτρα] Ita cum *Cod. Hen.* (& *Lugd. Bat.*) μήνυτρα καὶ κηρύγματα in *cæteris.*

v Οὐκ ἀνεπιτίμητος αὐτῷ πεπεισμένος,] Illud οὐκ, quod in sua versione agnovit *Epiphanius*, inserendum esse volui, sensu id postulante. HUDS. Recte, confirmante nunc etiam clara lectione MS. *Lugd. Bat.* ex quo insuper reposuimus ἀνεπιτίμητος, pro quo hactenus lectum fuit ἀνεπιτίμητον, non quidem male, sed fides Cod. nostri ostendit maluisse Josephum hoc in versu dicere ἀνεπιτίμητος, sicuti in præcedenti ἔξαρνος. HAV.

x Περὶ τούτων ἐξαγγελθέντων] Vocula περὶ (quam delet & *Cocceius*) commode satis abesse potest. Si quis τὸ περὶ τούτων malit, per me licebit.

y Αὐτῷ,] Τυγχάνειν post αὐτῷ adjicit *Busb.*

CAP.

CAP. VIII.

Quomodo in Herodem, peregrinis moribus violantem patria instituta, decem cives conjurarunt. De exstructione Sebastes & Cæsareæ, aliarumque munitionum.

Herodes à patriis moribus recedit.

HAC de causa deflexit etiam magis à patriis moribus, & peregrinis institutis antiquum rerum statum subinde labefactavit, quem inviolatum esse, & integrum mansisse oportebat. unde temporis processu magna mali labes nobis illata est, illis insuper habitis, quibus populus antea adductus erat ad pietatem. Primum enim pugilum ludos quinquennales instituit Cæsari, & theatrum Hierosolymis ædificavit, deinde in campo maximum amphitheatrum, utrumque operis magnificentia conspiciendum, sed à moribus Judaicis alienum. horum enim usum & spectaculorum apparatum à majoribus non acceperant. Ille tamen hunc conventum quinquennalem maximo cum splendore celebravit, missis qui cum finitimis indicerent, & *spectatores* ex omni gente convocarent. adeoque ex cunctis finibus athletæ & omnis generis ludiones accersiti erant spe præmii propositi gloriæque ex victoria. confluxeruntque exercitatissimi quique in ludicris hisce studiis. nam non solum iis qui gymnicis certaminibus operam dant, sed & in musica vitam agentibus, qui thymelici vocantur, maxima victoriæ nomine constituit præmia; atque in id omni cura incumbebat ut nobilissimi quique in certamen venirent. quin & dona non exigua & bigis & quadrigis & equo singulari *vincentibus* proponenda curavit: & quæcunque uspiam ad magnificentiam & dignitatem elaborata fuerant studiose æmulabatur, modis omnibus agens ut spectaculum eximium daret & illustre. Theatrum vero ipsum splendidissime ornatum erat, depictis per circuitum Cæsaris gestis, & trophæis quæ à gentibus debellatis reportaverat, opere ex probo puroque auro & argento. Et quod ad apparatum attinet, nihil erat vestis adeo pretiosum, nihil gemmarum ornatûs *adeo splendidum*, quod non cum ludionibus qui spectarentur simul in conspectum veniret. Paratæ erant etiam feræ, & leonibus quamplurimis ipsius jussu conquisitis, aliisque quæ aut robore præcellebant aut natura mira erant raritate: atque id agebatur ut vel illæ inter se committerentur, vel cum hominibus ad eas damnatis pugnarent. Peregrinis quidem *summa* erat admiratio sumptuum, simul & animorum oblectatio ex periculorum conspectu: indigenis vero manifesta videbatur morum, qui ipsis summo in honore erant, dissolutio. Res ipsa enim indicabat plane impium esse, homines ad bestias projicere in hominum ex spectaculo delectationem; itemque leges cum peregrinis moribus permutari. Sed nihil eos magis offendebat quam trophæa: nam cum ea putarent imagines esse armis inclusas, ideo quod patriis legibus illiusmodi quid colere nefas esset, indignissime eas ferebant.

Ludi & theatra ab Herode facta.

Herodes spectacula exhibet magnifica.

Judæi offendunt trophæa.

2. Neque vero nesciebat Herodes eos turbari,

Herodis ista de re consilium.

ΚΕΦ. η'.

Ὡς κατ' Ἡρώδου, ξενικοῖς ἐπιτηδεύμασι παραβαίνοντος τὰ ἔθη τὰ πάτρια, δέκα πολιτῶν ἄνδρες συνώμοσαν. Περὶ κτίσεως Σεβαστῆς καὶ Καισαρείας, καὶ ἄλλων ἐπιτειχισμάτων.

ΔΙΑ τοῦτο καὶ μᾶλλον ἐξέβαινε τῶν [a] πατρίων ἐθῶν, καὶ ξενικοῖς ἐπιτηδεύμασιν ὑποδιέφθειρε τὴν πάλαι κατάστασιν, ἀπαρεγχείρητον οὖσαν. ἐξ ὧν οὐ μικρὰ καὶ πρὸς τὸν αὖθις χρόνον ἠδικήθημεν, ἀμεληθέντων ὅσα πρότερον ἐπὶ τὴν εὐσέβειαν ἦγε τοὺς ὄχλους. [a] πρῶτον μὲν γὰρ ἀγῶνα πενταετηρικὸν ἀθλημάτων κατεστήσατο Καίσαρι, καὶ θέατρον ἐν Ἱεροσολύμοις ᾠκοδόμησεν, αὖθίς τ' ἐν τῷ πεδίῳ μέγιστον ἀμφιθέατρον, περίοπτα μὲν ἄμφω τῇ πολυτελείᾳ, τοῦ δὲ κατὰ τοὺς Ἰουδαίους ἔθους ἀλλότρια. [b] χρῆσίς τε γὰρ αὐτῶν, καὶ θεαμάτων τοιούτων ἐπίδειξις, οὐ [c] παραδέδοται. τὴν μέντοι πανήγυριν ἐκεῖνος ἐπιφανεστάτην τῆς πενταετηρίδος συνετέλει, καταγγείλας τε τοῖς πέριξ, καὶ συγκαλῶν ἀπὸ τοῦ παντὸς ἔθνους. οἱ δ' ἀθληταὶ καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἀγωνισμάτων ἀπὸ πάσης γῆς ἐκαλοῦντο κατ' ἐλπίδα τῶν προκειμένων καὶ τῆς νίκης [d] εὐδοξίαν, συνελέγησάν τε οἱ κορυφαιότατοι τῶν ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν. οὐ γὰρ μόνον τοῖς περὶ τὰς γυμνικὰς ἀσκήσεις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐν τῇ μουσικῇ [e] διαγινομένοις, [f] θυμελικοῖς καλουμένοις, προὔθηκε μέγιστα νικητήρια· καὶ διεσπούδασε πάντας τοὺς ἐπισημοτάτους ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν ἅμιλλαν. προὔθηκε δὲ καὶ [g] τεθρίπποις καὶ συνωρίσι καὶ κέλησιν οὐ μικρὰς δωρεάς· καὶ πάνθ' ὅσα κατὰ πολυτέλειαν ἢ σεμνοπρέπειαν παρ' ἑκάστοις ἐσπούδαστο, φιλοτιμίᾳ τοῦ διάσημον αὐτοῦ γενέσθαι τὴν ἐπίδειξιν, ἐξεμιμήσατο. τό γε μὴν θέατρον ἐπιγραφαὶ κύκλῳ περιεῖχον Καίσαρος, καὶ τρόπαια τῶν ἐθνῶν ἃ πολεμήσας [h] ἐκεῖνος ἐκτήσατο, χρυσοῦ τε ἀπέφθου καὶ ἀργύρου πάντων αὐτῷ πεποιημένων. τὰ δ' εἰς ὑπηρεσίαν οὐδὲν οὕτως ἦν, οὔτ' ἐσθὴς τίμιος, οὔτε σκεῦος λίθων, ὃ μὴ τοῖς ὁρωμένοις ἀγωνίσμασι συνεπεδείκνυτο. παρασκευὴ δὲ καὶ θηρίων ἐγένετο, λεόντων τε πλείστων αὐτῷ συναχθέντων, καὶ τῶν ἄλλων ὅσα καὶ τὰς [i] ἀλκὰς ὑπερβαλλούσας ἔχει καὶ τὴν φύσιν ἐστὶ σπανιώτερα· τούτων αὐτῶν τε πρὸς ἄλληλα συμπλοκαὶ καὶ μάχαι πρὸς αὐτὰ τῶν κατεγνωσμένων ἀνθρώπων ἐπετηδεύοντο. τοῖς μὲν ξένοις ἔκπληξις ὁμοῦ τῆς δαπάνης καὶ ψυχαγωγία τῶν περὶ τὴν θέαν κινδύνων· τοῖς δ' ἐπιχωρίοις φανερὰ κατάλυσις τῶν τετιμημένων παρ' αὐτοῖς ἐθῶν. ἀσεβὲς μὲν γὰρ ἐκ προδήλου κατεφαίνετο, θηρίοις ἀνθρώπους ὑπορρίπτειν, [k] ἐπὶ τέρψει τῆς ἀνθρώπων θέας· ἀσεβὲς δὲ ξενικοῖς ἐπιτηδεύμασιν ἐξαλλάττειν τοὺς [l] θεσμούς. πάντων δὲ μᾶλλον ἐλύπει τὰ τρόπαια· δοκοῦντες γὰρ εἰκόνας εἶναι τὰς τοῖς ὅπλοις περιειλημμένας, ὅτι μὴ πάτριον ἦν αὐτοῖς τὰ τοιαῦτα σέβειν, οὐ μετρίως ἐδυσχέραινον.

β'. Ἐλάνθανον δὲ οὐδὲ τὸν Ἡρώδην ἐκταραττόμενοι,

καὶ

z Πατρίων] L. B. πατρίων.

a Πρῶτον μὲν γὰρ —— ἀλλότρια.] Conf. Ἁλωσ. lib. 1. c. 21. §. 7. [Greek quotation only partly legible] &c. Athletica certamina quinquennalia in honorem Cæsaris, & Theatrum Hierosolymis ab Herode erectum, & Amphitheatrum in Campo. SPANH.

b Χρῆσίς τε] L. B. χρῆσίς τε. & mox ἐπίδειξις.

c Παραδέδοται.] Παραδίδοται, Vat.

d Εὐδοξίαν,] Ita Hen. favente Epiphanio, qui vertit, victoriæ gloria. (Εὐδοξία Lugd. Bat.) Δόξαν in reliquis.

e Διαγινομένοις.] L. B. διαγινομένοις.

f Θυμελικοῖς καλουμένοις,] In Græcis omnibus καὶ θυμελικοῖς. verum auctoritate Epiphanii, (qui vertit, quos Thymelicos vocant) καὶ expunxi: quasi per θυμελικοὺς intelligendi essent Citharœdi, Citharistæ, Lyristæ, Tibicines, atque alii Symphoniaci. Si καὶ retineatur, necesse est ut per Thymelicos Histriones intelligamus. Thymele quidem suggestum erat: & qui semet illic exercebant Thymelici appellabantur. Videsis Baldi Lexicon Vitruvianum, p. 130.

g Τεθρίπποις καὶ συνωρίσι] Gen. nec non quadrigarii ac trigarii, immo bigarii. SPANH.

h Ἐκεῖνος ἐκτήσατο,] Ita Bosb. & Hen. ἐκείνοις in Editis aliisque.

i Ἀλκὰς ὑπερβαλλούσας] Ἀλκὰς ὑπερβολαῖς Hen.

k Ἐπὶ τέρψει τῆς ἀνθρώπων θέας·] Ἐπὶ τέρψει Bosb.

l Θεσμούς] Ἐθισμοὺς Vat.

καὶ [m] βίαν μὲν ἐπάγειν ἄκαιρον ᾤετο· καθωμίλει δ' ἐνίους καὶ παρηγόρει, τῆς δεισιδαιμονίας ἀφαιρούμενος. οὐ μὴν ἔπειθεν· ἀλλ' ὑπὸ δυσχερείας ὧν ἐδόκουν ἐκεῖνον πλημμελεῖν, ὁμοθυμαδὸν ἐξεβόων, [n] εἰ καὶ πάντα δοκεῖεν οἰστά, [o] μὴ φέρειν εἰκόνας [p] ἀνθρώπων ἐν τῇ πόλει, τὰ τρόπαια λέγοντες. οὐ γὰρ εἶναι πάτριον αὐτοῖς. Ἡρώδης δὲ τεταραγμένους ὁρῶν καὶ μὴ ῥᾳδίως ἂν μεταπεσόντας, εἰ μὴ τύχοιεν παρηγορίας, καλέσας αὐτῶν τοὺς ἐπιφανεστάτους, εἰς τὸ θέατρον παρήγαγε, καὶ δείξας τὰ τρόπαια, [q] τί ποτε δοκεῖ αὐτοῖς ταῦτα ἐπύθετο. τῶν δ' ἐκβοησάντων ἀνθρώπων εἰκόνας, ἐπιτάξας ἀφαιρεθῆναι τὸν περικείμενον κόσμον, ἐπιδείκνυσιν αὐτοῖς γυμνὰ [r] τὰ ξύλα. τὸ δ' εὐθὺς ἦν ἀποσυληθέντα, γέλως καὶ πλεῖστον εἰς διάχυσιν ἐδωκήθη, τῷ καὶ πρότερον αὐτοὺς ἐν εἰρωνείᾳ τεθεικέναι τὰς κατασκευὰς τῶν ἀγαλμάτων.

γ'. Τοῦτον δὲ τὸν τρόπον αὐτοῦ παρακρουσαμένου τὸ πλῆθος, καὶ τὴν ὁρμὴν ἣν [s] ἐπεπόνθεισαν ἐξ ὀργῆς διαχέαντος, οἱ πλείους μὲν εἶχον ὡς μεταβεβλῆσθαι καὶ μὴ χαλεπαίνειν ἔτι. τινὲς δ' αὐτῶν ἐπέμενον τῇ δυσχερείᾳ τῶν οὐκ ἐξ ἔθους ἐπιτηδευμάτων, καὶ τὸ καταλύεσθαι τὰ πάτρια μεγάλων ἡγούμενοι ἀρχὴν κακῶν, [t] ὅσιον ᾠήθησαν ἀποκινδυνεῦσαι μᾶλλον, ἢ δοκεῖν, ἐξαλλαττομένης αὐτοῖς τῆς πολιτείας, περιορᾶν Ἡρώδην, πρὸς βίαν ἐπεισάγοντα τὰ μὴ δι' ἔθους ὄντα, καὶ λόγῳ μὲν βασιλέα, τῷ δ' ἔργῳ πολέμιον φαινόμενον τοῦ παντὸς ἔθνους. [v] ἐκ δὲ τούτου συνωμοσάμενοι πάντα κίνδυνον ὑποδύεσθαι δέκα τῶν πολιτῶν ἄνδρες, καὶ ξιφίδια τοῖς ἱματίοις [x] ὑπολαβόντες· ἦν δ' αὐτοῖς, δι' ἀναξιοπάθειαν ὧν [y] ἤκουσεν, καὶ τῶν διεφθαρότων τις τοὺς ὀφθαλμοὺς συνομωμοσμένος, οὐχ ὡς [z] συνεργῆσαί τι καὶ λίαν εἰς τὴν ἐπιχείρησιν ἱκανός, ἀλλ' ἐν ἑτοίμῳ καταστήσας αὐτόν, παθεῖν εἴ τι κἀκείνοις [a] συμβαίνῃ δυσχερές· ὥστε μὴ μετρίαν τὴν ὁρμὴν τοῖς ἐπιχειροῦσι δι' αὐτὸν γενέσθαι.

δ'. Ταῦτα γνόντες ἀπὸ συνθήματος εἰς τὸ θέατρον ἐχώρουν, ἐλπίσαντες μὲν οὐδ' αὐτὸν Ἡρώδην [b] διαφεύξεσθαι, προσπεσόντων [c] ἐξ ἀφανοῦς, πολλοὺς δ', εἰ καὶ μὴ τυγχάνοιεν ἐκείνου, τῶν περὶ αὐτὸν ἀναιρήσειν οἰόμενοι· καὶ ταῦτ' αὐτοῖς ἀρκέσειν, εἰ καὶ θνήσκοιεν, εἰς ἔννοιαν ὧν ὁ βασιλεὺς ἐξυβρίζων ἠδίκει τὸ πλῆθος, καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον ἀγαγεῖν. ἐκεῖνοι μὲν [d] οὖν προκατασκευάσαντες, ἐπὶ τοιαύτης ἦσαν [e] προθυμίας. εἷς δὲ τῶν [f] ὑφ' Ἡρώδου πολυπραγμονούντων καὶ διαγγέλλειν τὰ τοιαῦτα τεταγμένων ἐξευρηκὼς ὅλην τὴν ἐπιβουλήν, εἰς τὸ θέατρον εἰσιέναι μέλλοντι τῷ βασιλεῖ κατεμήνυσεν. ὁ δ', οὐ γὰρ ἀνείκαστον ᾠήθη τὸν λόγον, εἴς τε τὸ μῖσος ἀφορῶν ὃ συνῄδει παρὰ τῶν πλειόνων αὐτῷ, καὶ τὰς ταραχὰς τὰς ἐπὶ τοῖς καθ' ἕκαστα [g] γενομένας, ἀναχωρήσας εἰς τὸ βασίλειον, ὀνόματι τοὺς ἐν ταῖς αἰτίαις ἐκάλει. προσπεσόντων δ' αὐτοῖς τῶν ὑπηρετῶν αὐτόφωροι λαμβανόμενοι, τὸ μὲν ὡς οὐκ ἂν διαφύγοιεν ᾔδεσαν· ἐπεκόσμησαν δὲ τὴν ἀναγκαίαν [h] καταστροφὴν τοῦ τέλους, τῷ μηδὲν ὑφιέναι τοῦ φρονήματος. οὐ γὰρ ἐντραπέντες, οὐδ' ἀρνησάμενοι τὴν πρᾶξιν, ἀνέδειξαν ἤδη [illegible] τὰ ξίφη· [i] διωμολογήσαντο δὲ καλῶς καὶ

& vim illis inferre intempestivum existimabat; quapropter operam dabat ut nonnullos eorum mitigaret verbis, & ea religione solveret. Verum nihil proficiebat: sed quod moleste ferrent ea, quibus illum flagitium admittere existimabant, uno consensu vociferabantur, si omnia patienda forent, at hominum quidem imagines (trophæa innuentes) in urbe non passuros. haud enim moribus patriis fas esse. Herodes vero, cum videret illos turbatos esse, & non facile ei cessuros, nisi solatii aliquid adhiberetur, eorum præcipuos vocat, & in theatrum ductis trophæa monstrat, quæritque quidnam hæc eis videantur. Cumque exclamassent, hominum esse imagines, *tunc ille*, ubi jusserat ornamenta detrahi, merum lignum eis ostendit. Atque ista repente suo denudata erant ornatu, & risus in omnium ora vultusque diffusus est; quippe qui jam ante imaginum apparatus pro ridiculo ducerent.

3. Cum autem populum hoc pacto repulisset, atque impetum quo irati ferebantur dissipasset, plerique sic erant ut mutati pacatique esse viderentur. tamen eorum nonnulli in offensione ex mutatis moribus perseverabant; &, cum crederent ex patriis institutis violatis magna oritura esse mala, satius esse putarunt vel quodvis periculum subire, quam videri Herodem sinere, mutato rerum statu, quidquam contra receptos per vim introducere, &, dum pro rege se gereret, revera se toti genti inimicum infestumque ostendere. Itaque conjurarunt cives decem in quodvis periculum, & pugiones sub vestibus sumpserunt; eratque inter eos quidam cæcus, qui, eorum quæ audiverat indignitate commotus, cum eis conjuravit: non ille quidem quasi eos in facinore patrando multum adjuturus, sed cum eis adversa pati paratus, si eis male res caderet: id quod illis ad rem aggrediendam multum animi addidit.

Judæi ex moribus ab Herode mutatis offensi.

Decem viri contra Herodem conjurant.

4. Ita decreta re vadunt uno animo in theatrum, spei pleni ne Herodem quidem ipsum evasurum, cum ex improviso eum adorituri essent: aut certe si ab eo aberrarent, fore arbitrantes ut multos ex ejus comitibus interficerent; atque ita regi ipsi occasionem præberent cogitandi de injuria, quam genti inferre videbatur, etiamsi ipsis moriendum foret. Et illi quidem jam ante parati ea erant animi alacritate. Quidam autem ex Herodis emissariis, cui datum erat istiusmodi de rebus satagere eique referre, totum negotium, ab ipso deprehensum, regi in theatrum intraturo nunciavit. Atqui ille (nam nuncium à vero non abhorrere visum est, si vel ad odium respiceret, quod sibi à plerisque concitari noverat, aut ad turbas ex rebus fere singulis coortas) recepit se in regiam, & conjuratos suis nominibus evocabat. Cum autem à satellitibus, illos adortis, in ipso facinore comprehensi essent, ubi intellexerunt se crimen effugere non posse, operam dederunt ut vitæ exitum, quem evitare non poterant, honestarent, de animo suo nihil remittendo. non enim eos facti suppuduit, aut quidquam sunt inficiati; sed cum jam tenerentur, pugiones ostenderunt: confessique sunt

Detegitur conjuratio.

Libera conjuratorum confessio.

m Βίαν μὲν ἐπάγειν ἄκαιρον ᾤετο·] Ita Bosb. βία vel βίᾳ in ceteris.
n Εἰ καὶ πάντα δοκεῖεν] Εἰ καὶ τὰ πάντα Hen.
o Μὴ φέρειν —— λέγοντες.] Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 33. §. 2. & infr. lib. 17. c. 6. §. 2. SPANH.
p Ἀνθρώπων ἐν τῇ πόλει,] Ἀνθρώπων ἱερῷ ἐν τῇ π. Bosb.
q Τί ποτε δοκεῖ αὐτοῖς] Τί ποτ' ἔστιν ὃ δοκεῖ αὐτοῖς ταῦτα Vat.
r Τὰ ξύλα.] Τὰ ξύλα ἃ δ' ἰδεῖν Vat.
s Ἐπεπόνθεισαν ἐξ ὀργῆς διαχέαντος,] Sic Hen. & Bosb. ἐπεπόνθεισαν in Editis.
t Ὅσιον ᾠήθησαν ἀποκινδυνεῦσαι μᾶλλον,] Ita Hen. & Bosb. ὅσιον δ' ᾠήθησαν in Editis Aliisque.
v Ἐκ δὲ τούτου συνωμοσάμενοι] Ἐκ δὲ τούτου Bosb.
x Ὑπολαβόντες·] Ὑποβαλόντες Hen.
y Ἤκουσεν,] Ita cum Epiphanio, qui vertit, audiebat. ἤκουσαν in Editis Aliisque. ἤκουεν Hen. ἤκουε L. B. ἤκουσε Cocceius.

z Συνεργῆσαί τι] Ἐνεργῆσαί τε καὶ δρᾶν τις Hen.
a Συμβαίνῃ δυσχερές·] Συμβαίνοι Vat. συμβαίνει L. B.
b Διαπεφεύξεσθαι,] Διαφεύξεσθαι Hen.
c Ἐξ ἀφανοῦς,] Ita cum Hen. & Bosb. δι' ἀφανοῦς in reliquis.
d Οὖν προκατασκευάσαντες,] Illud οὖν è Codd. Hen. Bosb. & Vat.
e Προθυμίας.] Ita Hen. & Bosb. qui etiam paulo ante habet ἐπὶ τ. αὐτῆς. Non est cur dubitem, quin Epiphanius legerit προθύμως, qui vertit, eoque parati cum audacia properarent. προθυμίας in Editis Aliisque. mallem tamen ἐπὶ ταύτης ἦσαν προθυμίας.
f Ὑφ' Ἡρώδου] Sic Bosb. & Vat. ἐπ' Ἡρώδου in reliquis.
g Γινομένας,] Γενομένας παρανομίας, ἀναχωρήσας Hen.
h Καταστροφὴν τοῦ τέλους,] Ex hoc loco aliquis forsan suspicaretur Josephum scripsisse τὸ πέρας τοῦ τέλους supr. cap. 6. §. 4.
i Διωμολογήσαντο] Ita Hen. & Bosb. διομολογήσαντες in Editis Aliisque.

Τὸ

sunt se pulchre ac pie conjurationem fecisse, ne quidem quæstus ullius gratia, neque suis ut obsequerentur affectibus; sed, quod majus, pro institutis publicis, quæ par est ut omnes aut custodirent aut pro illis vitam amitterent. Illis quidem ab illis de suo insidiandi proposito magna cum fiducia dictis, a regiis circumdati *militibus* abducti sunt, & modis omnibus excruciati mortem oppetierunt. Verum cum & indicem illum, qui illis odio erat, quidam non multo post corripuissent, non solum interfecerunt, sed & membratim discerptum canibus *dilaniandum* objecerunt. atque id multi civium viderunt, neque tamen quisquam indicavit, donec, Herode acerbum & acrem quæstionem habente, coactæ quædam cruciatibus mulieres confessæ sunt quæ facta viderant. Et quidem in auctores facinoris animadversum est, à totis familiis pro temerario ausu pœnas repetendo. At populi perseverantia, & in legum tuitione intrepida constantia, fecit ut Herodes non facilior evaderet, nisi se tutius muniret. Statuit itaque populum undique circumsepire, ne hujusmodi motus in apertam rebellionem erumperent.

Delator conjuratorum membratim discerptus.

5. Cum igitur urbem haberet firmatam palatio, in quo degebat ipse, & templum validitate munitionis, quæ Antonia vocabatur, quam ipse construxerat, cogitavit tertium contra populum propugnaculum esse posse Samariam, quam nominavit Sebasten: atque id ratus ad provinciam in officio continendam non minoris esse momenti, locum valide munivit, distantem quidem Hierosolymis itinere unius diei, qui vero tum ad regionem tum ad urbem communiter usui esse posset. Quin & ad totam nationem inædificavit munitionem, quæ quondam Stratonis turris appellabatur, ab ipso vero Cæsarea nominata est. item in Magno campo, cum ex lectis circa ipsum militibus sorte quosdam duxisset, castellum construxit, itidemque in Galilæa *locum*, Gaba nomine, & in Peræa Esebonitim. Et ista quidem in singulis, ad *locorum* securitatem semper aliquid adjiciens, totamque gentem custodiis circundans, ut nequaquam pro arbitrio tumultus cierent, qui frequenter ex motu levissimo fieri solebant, neque laterent cum concitari cœperint, dum nonnulli semper in promptu haberentur qui motus rescissere & impedire possent. Tunc autem ad Samariam muniendam profectus, deduxit eo coloniam, tum eorum quorum opera in bello usus fuerat, tum vicinorum, partim cupiditate erigendi in ea templum, partim quod ea antea parum celebris fuerat, tum maxime quod in sui securitatem etiam munificentiæ valde studebat; atque nomine ejus mutato Sebasten appellavit, & finitimum territorium, quod erat illius regionis optimum, divisit incolis, ut in

Herodes seipsum munit.

Stratonis turris dicta Cæsarea.

Samaria munitur & Sebaste vocatur.

σὺν εὐσεβείᾳ τὴν συνωμοσίαν αὐτοῖς γενέσθαι, κέρδους μὲν οὐδενὸς, οὐδ' οἰκείων ἕνεκεν παθῶν, [k] τὸ δὲ πλέον ὑπὲρ τῶν κοινῶν ἐθῶν, [l] ἃ καὶ πᾶσιν ἢ φυλάττειν ἢ θνήσκειν ὑπὲρ αὐτῶν ἄξιον. τοιαῦτα μὲν ἐκεῖνοι, τῇ προαιρέσει τῆς ἐπιβουλῆς ἐμπαρρησιασάμενοι, περιστάντων [m] αὐτοῖς τῶν βασιλικῶν ἤγοντο, καὶ πᾶσαν αἰκίαν ὑπομείναντες διεφθάρησαν. μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ τὸν ταῦτα μηνύσαντα κατὰ μῖσος ἁρπασάμενοί τινες, οὐκ ἀπέκτειναν μόνον, ἀλλὰ καὶ [n] μέλη διελόντες προῦθεσαν κυσίν. ἑώρων δὲ πολλοὶ τῶν πολιτῶν [o] τὰ γινόμενα, καὶ κατεμήνυσεν οὐδεὶς, ἕως Ἡρώδου [p] πικρότερον καὶ φιλόνεικον ποιουμένου τὴν ἔρευναν, ἐκβασανισθεῖσαι γυναῖκές τινες ὡμολόγησαν ἃ πραχθέντα εἶδον. καὶ τῶν μὲν ἐνεργησάντων ἐγένετο τιμωρία, πανοικὶ τὴν προπέτειαν αὐτῶν ἐπεξιόντος. ἡ δ' [q] ἐπιμονὴ τοῦ πλήθους, καὶ τὸ τῆς ὑπὲρ τῶν νόμων πίστεως ἀκατάπληκτον, οὐ ῥᾴδιον ἐποίει τὸν Ἡρώδην, εἰ μὴ μετὰ πλείονος ἀσφαλείας [r] κρατοίη. καὶ διέγνω πάντοθεν περιειληφέναι τὸ πλῆθος, ὡς μὴ νεωτερίζοντων φανερὰν γενέσθαι τὴν ἀπόστασιν.

ε'. Ἐξωχυρωμένης οὖν αὐτῷ τῆς πόλεως μὲν [s] ὑπὸ τῆς αὐλῆς ἐν ᾗ [t] διῃτᾶτο, τοῦ δὲ ἱεροῦ τῷ περὶ τὸ φρούριον ὀχυρότητι, τὸ καλούμενον Ἀντωνίαν, τὸ κατεσκευασθὲν ὑπ' αὐτοῦ, τρίτον κατὰ τοῦ λαοῦ τὴν Σαμάρειαν [v] ἐπινόησεν ἐπιτείχισμα, [x] καλέσας μὲν αὐτὴν Σεβαστὴν, οἰόμενος δὲ κατὰ τῆς χώρας [y] γενέσθαι τοῦτο οὐδὲν ἔλαττον, ἰσχυροποιεῖ τὸν τόπον, ἀπέχοντα μὲν Ἱεροσολύμων μιᾶς ὁδὸν ἡμέρας, εὔχρηστον δ' ὄντα καὶ πρὸς ὃν ἐπί τε τοῖς ἐν τῇ χώρᾳ καὶ τῇ πόλει γινομένοις. τῷ δὲ ἔθνει κατὰ φρούριον ἐνῳκοδόμησεν, τὸ πάλαι μὲν καλούμενον [z] Στράτωνος πύργον, Καισάρειαν δ' ὑπ' αὐτοῦ προσαγορευθέν. [a] ἔν τε [b] τῷ μεγάλῳ πεδίῳ τῶν ἐπιλέκτων ἱππέων περὶ αὐτὸν [c] ἀποκληρώσας, χωρίον συνέκτισεν ἐπί τε τῇ Γαλιλαίᾳ [d] Γάβα καλούμενον, καὶ τῇ Περαίᾳ τὴν [e] Ἐσεβωνῖτιν. ταῦτα μὲν οὖν ἐν τοῖς κατὰ μέρος, ἀεί τι πρὸς ἀσφάλειαν [f] ἐπεξευρίσκων, καὶ διαλαμβάνων φυλακαῖς τὸ πᾶν ἔθνος, ὡς ἥκιστα μὲν [g] ἀπ' ἐξουσίας εἰς τὰς ταραχὰς προπίπτειν, αἷς ἐκ μικροῦ κινήματος ἐγγινομένας συνεχῶς ἐχρῶντο, λανθάνειν δὲ μηδ' εἰ παρακινοῖεν, ἐφεστηκότων ἀεί τινων πλησίον οἳ καὶ γινώσκειν καὶ κωλύειν ἐδύναντο. τότε δὲ τὴν Σαμάρειαν ὡρμημένος τειχίζειν, πολλοὺς μὲν τῶν [h] συμμαχησάντων κατὰ τοὺς πολέμους, πολλοὺς δὲ τῶν ὁμόρων συμπολίζειν [i] ἐπετήδευεν, ὑπό τε φιλοτιμίας τοῦ [k] ναὸν ἐγείρειν, καὶ [l] διὰ τὸ πρότερον οὐκ ἐν τοῖς ἐπισήμοις οὖσαν, καὶ μᾶλλον [m] ὅτι πρὸς ἀσφάλειαν αὐτῷ τὸ φιλότιμον ἐπετηδεύετο, τήν τε προσηγορίαν ὑπαλλάττει, [n] Σεβαστὴν καλῶν, καὶ τῆς χώρας ἀρίστην οὖσαν τὴν πλησίον καταμερίζει τοῖς οἰκήτορσιν, ὡς [o] ἐπι-

k Τὸ δὲ πλέον] Τὸ δ' ἄλλο Bob.
l Ἃ καὶ πᾶσιν ἢ φυλάττειν ἢ θνήσκειν] Ita Bob. & Hen. ὃ καὶ πᾶσι φυλάττειν in Editis Aliisque.
m Αὐτοῖς τῶν βασιλικῶν ἤγοντο,] Αὐτοὺς Hen.
n Μέλη διελόντες προῦθεσαν,] Μέλη διελόντες itidem Zonaras p. 241. B. SPANH.
o Τὰ γινόμενα,] L. B. ταῦτα γινόμενα.
p Πικρότερον καὶ φιλόνεικον] Eo modo Hen. πικρότερον in reliquis.
q Ἐπιμονὴ] L. B. ἐπίδονη.
r Κρατοίη.] L. B. κρατοῖ.
s Ὑπὸ τῆς —— Ἀντωνίαν,] Conf. supra cap. 7. §. 9. SPANH. Hic duo φρούρια Hierosolymitana indicat. REL.
t Διῃτᾶτο] Lege διῃτᾶτο. COCC.
v Ἐπινόησεν] Ita L. B. ἐπινοήσας Alii, minus recte. HAV.
x Καλέσας μὲν αὐτὴν Σεβαστὴν] Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 2. & c. 21. §. 2. SPANH.
y Γενέσθαι τοῦτο οὐδὲν ἔλαττον,] Ita Hen. in reliquis οἰόμενος δὲ κατὰ τῆς χώρας οὐδὲν ἔλαττον ἰσχυροποιεῖ τὸν τόπον.
z Στράτωνος πύργον,] Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 21. §. 4. Στράτωνος ἐκαλεῖτο πύργος. SPANH.
a Ἔν τε τῷ μεγάλῳ πεδίῳ] Ἐν δὲ τῷ μεγ. Hen.
b Τῷ μεγάλῳ πεδίῳ] Conf. sup. lib. VIII. c. 2. §. 3. SPANH.
c Ἀποκληρώσας] Ἀποκληρώσας iterum in Cod. Hen.
d Γάβα] Eo modo Hen. (Lugd. Bat.) & Epiphan. adsentiente Stephano Byzantino, apud quem Γάβα πόλις Γαλιλαίας. in Editis Aliisque Γάδαρα. HUDS. Eusebius in Chron. pag. 76. vocat τὴν ἐν Γαλιλαίᾳ Γαμαλά. Locus est mutilus. At Gamala legendum videtur גבלא בגליל nota est Hebræis. de qua alibi. REL. Conf. supr. lib 9. c. 9. §. 1. SPANH.
e Ἐσεβωνῖτιν.] Ita Hen. (& Lugd. Bat.) nec aliter Epiphan. cujus in libris Sebonitidem, aut Sebonitidem. Ἐσσμωνῖτιν in Editis Aliisque, ε mutato in σ, & β in μ. Vide lib. 13. c. 15. §. 4.
f Ἐπεξευρίσκων,] Iterum cum Cod. Hen. ἐξευρίσκων in ceteris.
g Ἀπ' ἐξουσίας] Ita ex inser. c. 9. §. 3. ὑπ' ἐξουσίας in (Lugd. Bat.) Editis Aliisque.
h Συμμαχησάντων κατὰ τοὺς πολέμους,] Συμμαχησάντων αὐτῷ Vat.
i Ἐπετήδευεν,] Sic MSS. ἐπετήδευε, & mox ἐπετηδεύετο in Editis.
k Ναὸν ἐγείρειν,] Aut ναὸν aut ναὸν scribendum. male in libris νέον. HUDS. Atque etiam in L. B. expresse ναὸν (quod reponi pro νέον jussi) exstat. HAV.
l Διὰ τὸ πρότερον] Δι' αὐτὴν πρότερον οὖσαν Hen. (Lugd. Bat.) & Vat.
m Ὅτι πρὸς ἀσφάλειαν αὐτῷ] Ὅτι καὶ πρὸς ἀσφάλειαν αὐτῷ τὸ φιλοτ. & mox αὐτοῦ τὸ φιλ. Hen. & Vat.
n Σεβαστὴν καλῶν,] De Samariæ sub Σεβαστῆς nomine ab

[o] ἐπιδῆς ἐν εὐδαιμονίᾳ [p] συνιόντες εἰκῶν· καὶ τείχει καρτερῷ τὴν πόλιν [q] περιέλαβε, τότε τῷ χωρίῳ προσπαῖς εἰς ἐρυμνότητα καταςκευαζόμενος, καὶ μεγέθει οὐχ ὡς τὸ πρῶτον, ἀλλ' ὥστε μηδὲν ἀποδεῖν τῶν ἐλλογιμωτάτων πόλεων περιλαμβάνων. σταδίοι γὰρ ἦσαν εἴκοσιν. ἐντὸς δὲ καὶ κατὰ μέσον τεμένος [r] ἡμισταδίου τόπον ἀνῆκε, ποικίλοις κεκοσμημένον, [s] καὶ ναὸν ἐν αὐτῷ μεγέθει καὶ κάλλει τῶν ἐλλογιμωτάτων ἤγειρεν· ἔν τε τοῖς κατὰ μέρος [t] διὰ πάντων ἐκεῖσε κοσμῶν τὴν πόλιν, τὸ μὲν ἀναγκαῖον τῆς ἀσφαλείας ὁρῶν, καὶ τῇ τῶν περιβόλων ἐρυμνότητι φρούριον αὐτὴν ποιούμενος ἐπὶ τῇ μείζονι, τὸ δ' εὐπρεπὲς, ὡς ἂν ἐκ τοῦ φιλοκαλεῖν καὶ μνημεῖα φιλανθρωπίας καταλιπεῖν ἐν ὑστέρῳ.

ipso statim adventu feliciter agerent: & valido muro urbem circumdedit, usus declivitate loci ad firmitatem, comprehensoque spatio, non quantum fuerat prius, sed tanto ut nihil vel celeberrimis urbibus cederet. nam quinque stadiorum erat in circuitu. Quin & intus ejus in meditullio sacrum sesquistadii locum reliquit, omnibus rebus ornatissimum, & ibi templum exstruxit magnitudine & pulchritudine in primis memorabile: urbemque in singulis ejus partibus indies decorabat, sibi quidem necessarium esse videns ut tutius degeret, adeoque mœnium validitate eam castelli ad instar muniens majori ex parte, honorificum vero, ut posset ex elegantiæ studio beneficentiæ etiam monumenta posteris relinquere.

Templum Samariæ ab Herode exstructum.

ΚΕΦ. θ'.

Περὶ τοῦ λιμοῦ κατὰ τὴν Ιουδαίαν καὶ Συρίαν γεγονότος· καὶ ὡς Ηρώδης, γάμον ἑαυτῷ προσκατεργασάμενος, Καισάρειαν καὶ πόλεις ἄλλας Ελληνίδας ἀνακτίζει.

CAP. IX.

XII.

De fame quæ fuit in Judæa & Syria: & quomodo Herodes, cum nuptias sibimet adornasset, Cæsaream & alias urbes Græcas instaurat.

ΚΑτὰ τοῦτον μὲν οὖν τὸν ἐνιαυτὸν, [v] τρισκαιδέκατον ὄντα τῆς Ηρώδου βασιλείας, πάθη μέγιστα τὴν χώραν [x] ἐπέλαβεν, εἴτε δὴ τοῦ Θεοῦ μηνίσαντος, ἢ καὶ κατὰ περιόδους [y] ἀπαντήσαντος τοῦ κακοῦ. [z] πρῶτον μὲν γὰρ αὐχμοὶ διηνεκεῖς [a] ἐγένοντο, καὶ [b] διὰ τὸ τοιοῦτον ἄκαρπος ἡ γῆ, [c] μηδ' ὅσα κατ' αὐτὴν εἰώθει ἀναβλαστάνειν φέρουσα· ἔπειτα καὶ τῆς διαίτης κατὰ τὴν ἔνδειαν τῶν σιτίων ἐξαλλαττομένης, νόσοι τῶν σωμάτων καὶ πάθος ἤδη λοιμικὸν ἐκράτει, διηνεκῶς ἀντιφοιτιαζομένων αὐτοῖς τῶν κακῶν. τό, τε γὰρ [d] ἠπορῆσθαι θεραπείας καὶ τροφῆς ἐπέτεινεν εἰς πλέον δεξαμένην ἰσχυρῶς τὴν λοιμώδη νόσον, ἥτε φθορὰ τῶν οὕτως ἀπολλυμένων ἀφῃρεῖτο καὶ τοὺς περιόντας εὐθυμίας, ἐπεὶ συμπορεύειν τοῖς ἀπορίαις ἐξ ἐπιμελείας [e] οὐκ ἦν. φθαρέντων γε μὴν τῶν [f] ἐπ' ἔτους καρπῶν, καὶ τῶν ἀποθέτων ἀπάντων δεδαπανημένων, οὐδὲν εἰς ἐλπίδα [g] χρηστὸν ὑπελείπετο, μᾶλλον ἢ κατὰ προσδοκίαν ἐπιτείνοντος τοῦ κακοῦ, καὶ οὐδὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν ἐνιαυτὸν μόνον. ὡς αὐτοῖς εἶναι μὲν οὐδὲν ὑπόλοιπον, ἀπολωλέναι δὲ [h] καὶ τῶν περιόντων τὰ σπέρματα, [i] μηδὲ τὸ δεύτερον ἀνιείσης τῆς γῆς. ἥ τε ἀνάγκη πολλὰ διὰ τὰς χρείας ἐκαινούργει. καὶ τὰς ἀπορίας οὐκ ἐλάττους εἶναι συνέβαινεν αὐτῷ τῷ βασιλεῖ, τῶν τε φόρων ὧν ἐλάμβανεν ἀπὸ τῆς γῆς ἀφῃρημένῳ, καὶ τὰ χρήματα δεδαπανηκότι [k] πρὸς φιλοτιμίαν ἐν αἷς τὰς πόλεις ἐπεσκεύαζεν. [l] ἦν τε οὐδὲν ὅ, τι καὶ βοηθείας ἄξιον [m] ἐδόκει, προκατειληφότος τοῦ κακοῦ καὶ μίσος εἰς αὐτὸν ἐκ τῶν ἀρχομένων. τὸ γὰρ οὐκ εὖ πράττειν φιλαίτιον [n] ἀεὶ κατὰ τῶν προεστηκότων.

β'. [o] Εν τοιούτοις διενοεῖτο βοηθεῖν τῷ καιρῷ. χαλεπὸν δ' ἦν, ὅτε τῶν πλησίων ἐχόντων ἀποδίδοσθαι σιτία, τῷ μηδ' αὐτοὺς ἐλάττω πεπονθέναι, χρημάτων

CÆterum eodem anno, qui regni Herodis xxx[us] fuit, maximæ calamitates in eam regionem invaserunt, sive ex Dei ira, sive malo statis temporibus ingruente. Nam primum quidem continua erat siccitas, & inde insequuta est sterilitas terræ, ne illos quidem fructus ferentis quæ solita erat sponte sua edere: ac deinde victus ratione præ eduliorum inopia mutata, corporum invalitudine laborabant & pestilentiæ morbus grassabatur, *aliis post alias* calamitatibus perpetuo in ipsos [*] irruentibus. nam, & quod curatione egerent & alimento, pestis vehementer ingravescens magis exacerbatur, & strages eorum qui ita moriebantur etiam superstitibus omnem de se spem eripuit, ut qui necessitatibus suis nulla cura subvenire possent. Porro corruptis anni fructibus, & absumptis qui jam ante reponebantur, nihil boni quod sperarent reliquum erat, malo præter opinionem indies crescente, & non in istum duntaxat annum. adeo ut ne minimum quidem illis restaret, sed etiam semina reservata perierint, terra secunda vice nihil reddente. Quin & necessitas fecit ut ad inopiam sublevandam novis quamplurimis excogitandis studerent. fiebatque ut ipse rex non minus egestate laboraret: ut qui nihil tributi, prout consueverat, è terra acceperit, & pecuniam consumpserit in liberalitate erga eos, quorum urbes instauravit. nihilque erat quod dignum videbatur cui opem ferret, cum jam ei ex calamitatibus conflatum esset subditorum odium: non raro enim fit, ut, cum res minus prospere cedant, in eos qui præsunt querelas adhibeant.

Fames in Judæa, & ex fame pestis.

2. Cum ita se res haberent, cogitabat temporis atrocitatem levare. verum difficile erat, cum nec finitimi haberent quod ad victum suppeditaret, ut qui

Herodes, ut facultas tulit, Judæis opitulatur.

Herode restauratæ anno. *Harduin* de Nu Herod p. 60. SPANH.

o Επιδῆς ἐν εὐδαιμονίᾳ] Εὐθὺς *Hen.* & *Lugd. Bat.*

p Συνιόντες εἰκῶν·] Συνιόντας solus *Hen.*

q Περιέλαβε,] Ita *Hen.* ἐπέλαβε *Vat.* περιέβαλε in *reliquis.*

r Ημισταδίου] *L. B.* ἡμισυ σταδίου, *Epiphan.* unius & semis.

s Καὶ —— ἤγειρεν·] Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 21. §. 2. ναὸν τε ἐνιδρυσάμενος τῷ Καίσαρι μέγιστον· SPANH.

t Διὰ πάντων ἐκεῖσε κοσμῶν] Διὰ πάντων ἐκόσμει *Hen.*

v Τρισκαιδέκατον] Sic ab Antigoni morte, ut dicit *Usserius* ad A. M. 3979.

x Επέλαβεν,] Ita *MSS.* ἐπέβαλεν *Gen.*

y Απαντήσαντος τοῦ κακοῦ.] Οὕτως ἀναντήσαντος *Hen. Bush.* & *Vat*

z Πρῶτον —— ἡ γῆ,] Gelu percussa terra. *Rufin.* SPANH.

a Εγένοντο,] Εγένετο *Bush.* & *Hen.*

b Διὰ τὸ τοιοῦτον] Διὰ τοῦτο *Bush.*

c Μηδ' ὅσα κατ' αὐτὴν] Sic *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *Bush.* μηδ' ὅσα κατ' αὐτὴν in *Editis Aliisque.*

* *Irruentibus.*] Ita verto auctoritate *Glossarii Veteris*, in quo, ἐφοδιάζω impetum facio, irruo.

d Ηπορῆσθαι θεραπείας καὶ τροφῆς] Ita sane cum *Hen.* (& *Cocceio*) vel ἀπορῆσθαι legendum. antea erat ἐμπορῆσθαι.

e Οὐκ ἦν.] Οὐκ ἐδύναντο *Hen.* ἐδύναντο. *Lugd. Bat.*

f Επ' ἔτους καρπῶν,] Επ' ἔτος *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *Bush.*

g Χρηστὸν] Lege χρηστόν. COCC.

h Καὶ τῶν περιόντων τὰ σπέρματα,] Ita *Hen.* καὶ τὰ in *ceteris.*

i Μηδὲ τὸ δεύτερον ἀνιείσης τῆς γῆς.] Eo modo *Hen.* μηδ' ἕτερον in *reliquis.*

k Πρὸς φιλοτιμίαν] Πρὸς φιλοτιμίας *Bush.*

l Ην τε —— προεστηκότων.] Deest horum explicatio in *Rufino.* SPANH.

m Εδόκει, —— μίσος] Εδόκει, προκατειληφότος τοῦ κακοῦ. καὶ μ. *Bas.* & *Lugd. Bat.* ἐδόκει, προκατειληφότος τοῦ κακοῦ, καὶ μ. *Gen.*

n Αεὶ κατὰ τῶν προεστηκότων.] Ita cum *Cod. Hen.* & *Lugd. Bat.* ἀεὶ κατὰ τῶν ἐφεστηκότων *Bush.* ἀεὶ τῶν ἐν προεστηκότων in *Editis Aliisque.*

o Εν τοιούτοις διενοεῖτο] Ita *Bas.* & *Vat.* ἐν τούτοις *Gen.* ἐν τούτοις δὲ διεν. *Hen.* & *Lugd. Bat.*

qui iisdem malis conflictarentur; nec pecunia *illi* suppeteret, si quo modo vel tantillum pro *tam* multis comparari potuisset. Par tamen esse existimans, ut nihil omnino omitteret ad illos sublevandos, quicquid erat ornatûs in regia ex auro & argento id totum concidit, ita ut nec vasis cura elaboratis nec arte pretiosiori factis pepercerit. Mittebat autem pecuniam in Ægyptum, cujus præfecturam à Cæsare acceperat Petronius. Ille, non paucis ob eandem necessitatem ad eum confugientibus, cum privatim esset Herodis amicus, ejusque subditos conservatos esse vellet, primis ipsis concessit frumentum exportare, & modis omnibus tam in eo emendo quam in evehendo illos adjuvit, ita ut magna ex parte vel in universum ei hoc debeatur auxilium. Herodes itaque, ubi illi advenerant, opis allatæ causam suæ *populi* curæ adscribendo, non modo eos qui prius illi succensebant, in aliam de se opinionem traduxit, sed & palam omnibus fecit, se animo plane benigno illorum saluti prospicere. Nam quidem primum iis, qui conficiendo erant sibi ipsis panem in victum, frumentum, modo quo fieri potuit exactissimo, distribuit: deinde quia multi erant quibus propter senium, vel alius generis debilitatem, vires deerant ad edulia sibimet præparanda, his *etiam* providebat pistores illis assignando, & quæ ad victum suppeditant parando. Porro curam adhibuit, ne dum hyemem agerent periculum adirent, ut qui vestium etiam inopia laborarint, perditis planeque consumptis pecoribus, ut nec lana illis ad usum suppeteret, nec aliud quodvis ad integumenta. Cum autem & horum ei copia facta esset, finitimis quoque urbibus subvenire cogitabat, Syriæ incolis semina subministrando. id quod ei magno erat emolumento, gratia hac ad *terræ* fertilitatem bene accommodata, adeo ut omnibus de victu abunde provisum fuerit. In summa, messe appetente, divisit per regionem quinquaginta millia hominum, quos ipse aluerat, atque hac ratione cum regnum afflictum summa cura sublevasset, plurimum etiam vicinos omnes, qui in iisdem malis erant, *calamitate* levavit. nemo enim erat qui propter inopiam eum adiret, quem non pro ipsius dignitate adjuverit. immo & populi & urbes & privati, quotquot pluribus prospiciendo ad penuriam redacti erant, ad ipsum confugientes quæ desiderarunt assequebantur. adeo ut frumenti cori, extra regnum distracti, numero fuerint decies mille (continet autem corus medimnos Atticos decem) in ipso vero regno ad octogies mille. Atque fiebat ut hæc ejus cura & tam opportuna benevolentia tantum gratiæ sibi conciliaverit apud Judæos, adeoque aliorum sermone percrebuerit, ut odium vetus, quod concitaverat ob quædam in *receptis* moribus & regno in ipso violata, ex animis populi universi jam fuerit deletum, sibique persuaserint ex ejus liberalitate abunde satisfactum esse, ope in malis gravissimis suppeditata. Quin & magna erat apud ex-

Petronius, Herodis amicus, ei frumentum suppeditat.

Herodis cura & diligentia in populo sublevando.

Inde populi benevolentiam sibi conciliavit.

τι οὐκ ὄντων, εἰ καὶ δυνατὸν ὀλίγον ἐπὶ πολλοῖς εὐπορηθῆναι. καλῶς μέντοι νομίζων ἔχειν [p] πάντως εἰς τὴν βοήθειαν μὴ ἀμελεῖν, τὸν ὄντα κόσμον ἐν τοῖς βασιλείοις αὐτοῦ συνέκοψεν ἀργυροῦν καὶ χρυσοῦν, μήτε τῆς ἐν ταῖς κατασκευαῖς ἐπιμελείας, μήτ᾽ εἴ τι τέχνῃ τίμιον ἦν, τούτου φεισάμενος. ἔπεμπε δ᾽ ἐπ᾽ Αἴγυπτον τὰ χρήματα, [q] Πετρωνίου [r] τὴν ἐπαρχίαν ἀπὸ Καίσαρος εἰληφότος. ὅτος οὐκ ὀλίγων ἐπ᾽ αὐτὸν [s] καταφευγόντων διὰ τὰς αὐτὰς χρείας, ἴδιός τε φίλος ὢν Ηρώδῃ, καὶ διασώσασθαι θέλων τοὺς [t] ὑπ᾽ αὐτῷ, πρώτοις μὲν ἔδωκεν ἐξάγειν τὸν σῖτον, εἰς ἅπαντα δὲ κατὰ τὴν ὠνὴν καὶ τὸν ἔκπλουν συνήργησεν, ὡς μέγα μέρος ἢ τὸ πᾶν γενέσθαι τούτῳ [v] τῆς βοηθείας. ὁ γὰρ Ηρώδης, τούτων ἀφικομένων, ἐν ἀφορμῇ τὴν ἐπιμέλειαν τὴν αὑτοῦ [x] προσθεὶς, οὐ μόνον ἀντιμετέθηκε τὰς γνώμας τῶν πρότερον χαλεπῶς ἐχόντων, ἀλλὰ καὶ μεγίστην ἐποιήσατο τὴν [y] ἐπίδειξιν τῆς εὐνοίας καὶ τῆς προνοίας. πρῶτον μὲν γὰρ, ὅσοις οἷόν τε καὶ δι᾽ αὐτῶν [z] τὰς τροφὰς ἐκπονεῖν, ἔνειμε τοῦ σίτου τὴν [a] ἔκταξιν ἀκριβεστάτην ποιησάμενος· ἔπειτα πολλῶν ὄντων οἳ κατὰ γῆρας ἤ τινα προσοῦσαν ἄλλην ἀσθένειαν οὐχ ἱκανῶς εἶχον αὐτοῖς παρασκευάζειν τὰ σιτία, πεσσοὺς κατασκευάσας ἀρτοποιοὺς, καὶ παρέχων [b] ἑτοίμας τροφάς. ἐπιμελήθη δὲ καὶ τοῦ μὴ διαχειμάσαι μετὰ κινδύνων αὐτοὺς ἐποίησεν, συγκαταληφθείσης καὶ τῆς περὶ τὰς ἐσθῆτας ἀπορίας, ἐφθαρμένων καὶ παντάπασιν ἐξαναλωθέντων τῶν βοσκημάτων, ὡς οὔτε ἐρίων εἶναι χρῆσιν, οὔτε τῶν ἄλλων σκεπασμάτων. ἐκπορισθέντων δ᾽ αὐτῷ καὶ τούτων, ταῖς πλησίον ἤδη πόλεσιν ἐπεβάλλετο τὰς ὠφελείας παρέχειν, σπέρματα τοῖς ἐν Συρίᾳ διδούς. καὶ τοῦτ᾽ ὤνησεν οὐχ ἧττον [c] αὐτὸν, [d] εὐτυχηθείσης εἰς εὐφορίαν τῆς χάριτος, ὡς ἅπασιν ἱκανὰ τὰ περὶ τὰς τροφὰς γενέσθαι. τὸ δὲ σύμπαν ἀμήτου περὶ τὴν γῆν ἐπιφανέντος, οὐκ ἔλαττον ἢ πέντε μυριάδας ἀνθρώπων, ἃς αὐτὸς [e] ἔθρεψεν, εἰς τὴν χώραν διέπεμψε, καὶ [f] τούτῳ τῷ τρόπῳ κακωθεῖσαν αὐτῷ τὴν βασιλείαν ὑπὸ πάσης [g] φιλοτιμίας καὶ σπουδῆς ἀναλαβὼν, οὐκ ἥκιστα καὶ τοὺς πέριξ, ἐν ταῖς αὐταῖς κακοπαθείαις ὄντας, ἐπεκούφισεν. οὐ γὰρ ἔσθ᾽ ὅστις ὑπὸ χρείας ἐντυχὼν ἀπελείφθη μὴ βοήθειαν [h] εὑρέσθαι κατὰ τὴν ἀξίαν. ἀλλὰ καὶ δῆμοι καὶ πόλεις, καὶ τῶν ἰδιωτῶν ὅσοις ἀπορία διὰ τὸ πλειόνων προνοεῖσθαι συνετύγχανεν, ἐπ᾽ αὐτὸν καταφεύγοντες, εἶχον ὧν ἐδεήθησαν. ὥστε γενέσθαι λογιζομένῳ, τοὺς μὲν ἔξω τῆς ἀρχῆς δοθέντας, σίτου κόρους μυρίους· ὁ δὲ κόρος δύναται [i] μεδίμνους Ἀττικοὺς δέκα· τοὺς δ᾽ εἰς αὐτὴν τὴν βασιλείαν περὶ ὀκτάκις μυρίους. τοσαύτην δὲ αὐτοῦ τὴν ἐπιμέλειαν, καὶ τὴν τῆς χάριτος εὐκαιρίαν, ὥστε ἐν αὐτοῖς τε τοῖς Ιουδαίοις ἰσχῦσαι συνέβη, καὶ διαβοηθῆναι [k] παρὰ τοῖς ἄλλοις, ὥστε τὰ μὲν πάλαι μίση κινηθέντα, διὰ τὸ [l] παρακεχαραχθαι ἔνια τῶν ἐθῶν καὶ τῆς βασιλείας, ἐξαιρεθῆναι [m] τοῦ παντὸς ἔθνους, ἀντικατάλλαγμα δὲ φαίνεσθαι τὴν ἐν τῇ βοη-

p Πάντως εἰς τὴν βοήθειαν] Sic *Hen.* & *Lugd. Bat.* εἰς παῖδας *Busb.* πάντας in *Editis.* πάντας εἰς τὴν βοήθειαν ἀνελεῖν τὸν ὄντα κόσμον *Vat.*

q Πετρωνίου ——— εἰληφότος.] Petronius Ægypti Præfectus sub Augusto. Strabo lib. XVII. Dio Cass. lib. LIV. p. 524. SPANH.

r Τὴν ἐπαρχίαν] Ita *Hen.* & *Lugd. Bat.* τὴν ἀρχὴν in *Editis Alüsque.*

s Καταφευγόντων] Καταπεφευγότων *Busb.* & *Hen.*

t Ὑπ᾽ αὐτῷ,] Ita *Busb.* & *Hen.* ὑπ᾽ αὐτὸν in *cæteris*, forsan pro ὑπ᾽ αὐτῷ.

v Τῆς βοηθείας.] *L. B.* τῆς βοηθείας τῆς Ηρώδου. quæ ex sequentibus nata videntur; de Petronio enim jam est sermo, non de Herode. HAV.

x Προσθεὶς,] *L. B.* προθεὶς.

y Ἐπίδειξιν] In Marg. *L. B.* ἀπόδειξιν.

z Τὰς τροφὰς ἐκπονεῖν,] Τὰ περὶ τὰς τρ. *Busb.* & *Zonar.*

a Ἔκταξιν ἀκριβεστάτην ποιησάμενος·] Forsan ἐξέτασιν. HUDS. In *Marg. L. B.* legitur ἐξέτασιν καὶ ἐξέτασιν. HAV.

b Ἑτοίμας τροφάς.] Ἑτοίμους τὰς τρ. *Busb.* & *Zonar.*

c Αὐτὸν,] Ita *Hen. Vat.* & *Busb.* αὐτῷ in *cæteris.*

d Εὐτυχηθείσης εἰς εὐφορίαν τῆς χάριτος,] Sic *Hen.* (& *Lugd. Bat.*) ἀτυχηθείσης *Busb.* εὐτυχηθείσης in *Editis Alüsque.*

e Ἔθρεψεν,] Ἔθρεψε καὶ ἀπεκαίνισεν εἰς τὴν χ. *Busb.* & *Hen.*

f Τούτῳ τῷ τρόπῳ] Τοῦτον τὸν τρόπον *Hen.* & *Busb.*

g Φιλοτιμίας] Ita *Hen.* & *Epiphanius*, qui vertit, *munificentia vel industria recuperasset.*

h Εὑρέσθαι κατὰ τὴν ἀξίαν.] Eo modo *Hen.* εὑρέσθαι in *Editis Alüsque.* si quis malit εὑρέσθαι, per me licet.

i Μεδίμνους Ἀττικοὺς δέκα·] Hic vel legendum (inquit *Capellus* de *Mensuris* & *Pond.* p. 108.) μαρεῖς vel μεδίμνους Σικελικούς, ut causa erroris sit, quod *Selah* vel *Medimnus Siculus* vini tantundem pendet atque *Medimnus Atticus* olei. Σικελικοὺς pro Ἀττικοὺς rescribendum esse contendit G. *Agricola de Mens.* & *Pond.* Receptam *Josephi* lectionem firmat *Vet. Interpr.* ut & *Zonaras* hisce verbis, ὁ δὲ κόρος δύναται, κατὰ τὸν Ἰώσηπον μεδίμνους Ἀττικοὺς δέκα. Videsis *Salmasii* Epist. 67. p. 142.

k Παρὰ τοῖς ἄλλοις,] Illud παρὰ è Codd. *Busb. Hen.* & *Vet. Interpr.*

l Παρακεχαράχθαι ἔνια τῶν ἐθῶν] Demosth. Philip. 1. SPANH.

m Τοῦ παντὸς] *L. B.* καὶ τοῦ παντὸς. non male. HAV.

βοηθείᾳ τὴν δεινοτάτην φιλοτιμίαν. εὔκλεια δὲ καὶ παρὰ τῶν ἔξωθεν ἦν, καὶ δοκεῖ τὰ δυσχερῆ συμβῆναι μὲν αὐτῷ μείζω λόγου, κακώσαντα δὲ τὴν βασιλείαν οὐχ ἥκιστα πρὸς εὐδοξίαν ὠφελῆσαι. τὸ γὰρ ἐν ταῖς ἀπορίαις μεγαλόψυχον παρὰ δόξαν ἐπιδεικνύμενος ἀντιμετέστησε τοὺς ὄχλους, ὡς ἐξ ὑπαρχῆς δοκεῖν οὐχ οἷον ἡ πεῖρα τὸν πάλαι γεγενημένον, ἀλλ' οἷον ἡ μετὰ τῆς χρείας ἐπιμέλεια [n] παρέστησε.

γ'. Περὶ δὲ τὸν χρόνον ἐκεῖνον, καὶ συμμαχικὸν ἔπεμψε Καίσαρι πεντακοσίους ἐπιλέκτους τῶν σωματοφυλάκων, οὓς [o] Γάλλος Αἴλιος περὶ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν ἦγε, εἰς πολλὰ χρησίμους αὐτῷ γενομένους. πάλιν οὖν αὐτῷ τῶν πραγμάτων πρὸς ἐπίδοσιν [p] εὐθυνομένων, βασίλειον ἐξῳκοδόμει περὶ τὴν ἄνω πόλιν, ὑπερμεγέθεις οἴκους ἐγείρων, καὶ κόσμον κατασκευάζων πολυτελέστατον χρυσοῦ καὶ λίθων καὶ [q] κατακλιμάτων· ὡς ἕκαστον αὐτῶν κλισίας μὲν [r] ἔχειν παμπόλλους ἄνδρας ὑποδέχεσθαι, [s] κατὰ μέγεθος δὲ καὶ τὰς προσηγορίας. ὁ μὲν γὰρ Καίσαρος, ὁ δὲ Ἀγρίππα [t] ἐκέκλητο. προσελάμβανε δὲ καὶ γάμον αὐτῷ, κρατηθεὶς ἐξ ἐρωτικῆς ἐπιθυμίας, μηδένα τὸν κατὰ τὴν οἰκείαν ἡδονὴν ζῆν [v] ὑπολογισμὸν ποιούμενος. ἀρχὴ δὲ αὐτῷ τῶν γάμων ἐγίνετο τοιάδε. [x] Σίμων ἦν Ἱεροσολυμίτης, υἱὸς Βοηθοῦ τινος Ἀλεξανδρέως, ἱερεὺς ἐν τοῖς γνωρίμοις, εἶχε δὲ θυγατέρα καλλίστην τῶν τότε νομιζομένων. ὄντος οὖν λόγου παρὰ τοῖς Ἱεροσολυμίταις περὶ αὐτῆς, τὸ μὲν πρῶτον ὑπὸ τῆς ἀκοῆς κεκινῆσθαι τὸν Ἡρώδην συνέβαινεν. ὡς δὲ καὶ θεασάμενον ἡ τῆς παιδὸς ἐξέπληττεν ὥρα, τὸ μὲν [y] ἀπ' ἐξουσίας χρώμενος διαπλέκειν ἅπαν ἀπεδοκίμαζεν, ὑπονοῶν, ὅπερ ἦν, εἰς βίαν καὶ τυραννίδα διαβληθήσεσθαι· βέλτιον δὲ ᾤετο γάμῳ τὴν κόρην λαβεῖν. καὶ τοῦ Σίμωνος ὄντος ἀδοξοτέρου μὲν ἢ πρὸς οἰκειότητα, μείζονος δὲ ἢ καταφρονεῖσθαι, τὸν ἐπιεικέστερον τρόπον μετῄει τὴν ἐπιθυμίαν, αὔξων αὐτοὺς καὶ τιμιωτέρους ἀποφαίνων. αὐτίκα γοῦν Ἰησοῦν τὸν τοῦ Φαβητος ἀφαιρεῖται τὴν ἀρχιερωσύνην, Σίμωνα δὲ καθίστησιν ἐπὶ τῆς τιμῆς, καὶ τὸ κῆδος πρὸς αὐτὸν συνεπλέκετο.

δ'. Τελεσθέντος δὲ αὐτῷ τοῦ γάμου, προσκατεσκεύασεν φρούριον ἐπὶ τῶν τόπων ἐν οἷς ἐνίκα Ἰουδαίους, ὅτε [z] τῆς ἀρχῆς ἐκπεσόντος Ἀντίγονος ἐπὶ τῶν πραγμάτων ἦν. τοῦτο δὲ τὸ φρούριον ἀπέχει μὲν Ἱεροσολύμων περὶ ἑξήκοντα σταδίους, φυσικῶς δὲ ἰσχυρὸν, καὶ πρὸς κατασκευὴν ἐπιτηδειότατον. ἔστι γὰρ ἐγγὺς [a] ἐπιεικὴς κολωνὸς, εἰς ὕψος ἀνιὼν χειροποίητον, ὡς εἶναι μαστοειδῆ τὴν περιφοράν· διείληπται δὲ κυκλοτερέσι πύργοις, ὀρθίαν ἔχων ἄνοδον, ξεστοῖς βαθμοῖς ἐξῳκοδομημένην εἰς διακοσίους. ἐντὸς δὲ αὐτοῦ κατάγωγαι βασίλειοι πολυτελεῖς, εἰς ἀσφάλειαν ὁμοῦ καὶ κόσμον πεποιημέναι· περὶ δὲ τὴν βάσιν τοῦ λόφου, διατριβαὶ κατασκευῆς ἀξιοθέατοι, τά τε ἄλλα καὶ τῆς εἰσαγωγῆς τῶν ὑδάτων, οὐ γὰρ ἔνυδρος ὁ τόπος ἐτύγχανεν, ἐκ μακροῦ [b] καὶ πλειόνων ἀναλωμάτων πεποιημένης. τὰ δὲ ἐπίπεδα περιῳκοδόμητο, πόλεως οὐδεμιᾶς ἐλάττω, τὸν λόφον ἀκρόπολιν

teros gloria: videturque in difficultates incidisse pene incredibiles, quæ regnum licet afflixerint, ad nominis tamen ejus celebritatem plurimum contulerint. Nam quod liberalitatis magnificentiam in *summis* angustiis *omnium* opinione majorem ostenderit, adeo populi animos mutavit, ut ab initio cum extitisse putarint, non qualem jam ante experti sunt, sed qualem ex cura illorum in necessitatibus sese exhibuit.

3. Sub illud autem tempus misit & Cæsari subsidio quingentos lectos homines de suis satellitibus, quos Ælius Gallus ad mare Rubrum duxit, quique ei magno usui fuerunt. Cumque iterum res secundas & auctiores haberet, regiam in superiore urbe condidit, tricliniis exstructis amplissimis exornatisque auro sumptuosissime & marmoribus & lectis decubitoriis, ut illorum unumquodque lectis instrueretur ad ingentem hominum numerum excipiendum, habita vero ratione magnitudinis *cujusque illorum* & appellationis. nam unum Cæsaris, alterum Agrippæ nominabatur. Porro & uxorem sibi accipiebat amatoriæ cupidinis impulsu, nulla religione impeditus quo minus in vitæ voluptatibus animo suo obsequeretur. Nuptiæ autem factæ sunt ex hujusmodi occasione. Erat Simon *quidam* Hierosolymitanus, Alexandrini cujusdam nomine Boëthi filius, sacerdos, vir illustris, habebatque filiam omnium ejus (ut existimabatur) temporis formosissimam. Itaque cum in ore atque sermone Hierosolymitanorum esse cœperit, primum quidem fiebat, ut, de ea ubi audivit, permoveretur Herodes, simul vero ac visa formæ venustate animum illi perculit puella, noluit uti sua potestate ad desiderium explendum, suspicans id, quod erat, sibi vitio versum iri ac si per vim & tyrannice ageret, satius vero arbitrabatur ut illam in matrimonio haberet. Et quoniam Simon minoris erat dignitatis quam ut regis affinis esset, majoris tamen quam ut contemneretur, meliorem cupiditati suæ satisfaciendi viam persequutus est, illos honoribus augendo & illustriores reddendo. Mox igitur Jesu Phabetis filio pontificatum abrogat, & honorem *istum* in Simonem confert, atque ita affinitatem cum eo conjungit.

4. Cum autem nuptias celebrasset, castellum etiam in eo loco construxit, ubi Judæos vicerat, regno exactus quando Antigonus rerum potiebatur. quod castellum abest ab Hierosolymis plus minus sexaginta stadiis, natura munitum & ædificationi aptissimum. est enim propemodum modicus collis, manuum opera in altitudinem evectus, ut ambitu suo mammæ formam & similitudinem præ se ferat: distinguitur autem turribus rotundis, arduum habens ascensum, cumque per gradus ducentos ex lapidibus quadratis structum. intus vero diversoria sunt regia plane magnifica, tam ad firmitatem quam ad pulchritudinem comparata: & ad imum collis habitationes structuræ spectatu dignissimæ, tum propter alia tum propter aquæ ductionem (nam locus aqua destitutus erat) ex longo intervallo & magnis impensis factam. Porro planities circumquaque ædificiis erat occupata, ut vix ulli urbi magnitudine cederet, cui collis erat pro ar-

Cæsari quingentos ex suis satellitibus mittit Herodes.

Regiam Hierosolymis ædificat.

Simonis filiam deperit.

Jesu pontificatum abrogat, Simonem in ejus locum substituit, filiamque ejus uxorem ducit.

Castellum ædificat stadiis circiter LX ab Hierosolymis.

n Παρέστησε.] L. B. παρεστήσατο.

o Γάλλος —— θάλασσαν] Pro Αἴλιος Γάλλος Petav. Doct. Temp. P. II. p. 291. leg. Αἴλιος Λάργος è Dion. l. LIII. ubi Ælius Largus in Arabiam Felicem expeditionem duxisse dicitur. Male autem ex hoc Josephi loco Casaub. ad Sueton. Aug. cap. LXVI. pro Cornelio Gallo Ægypti Præfecto Aulum Gellium legendum putat. Decesserat hic enim antequam Petronius, de quo paullo antè, Ægypto præesset. SPANH.

p Εὐθυνομένων.] Ita Bodl. Hen (Cocceius) & Vat. Lugd. Bat. [illegible]. [illegible] in Editis.

q Κατακλιμάτων·] [illegible] Bodl. (Cocceius) & Hen. [illegible] Vat. [illegible] L. B.

r Ἔχειν παμπόλλους ἄνδρας] Εἶχε Vat.

s Κατὰ μέγεθος] Κατὰ τὰ μέγεθος Hen. καὶ μέγεθος [illegible] οἶκον, τὸν μὲν Καίσαρος καλῶν, τὸν δὲ Ἀγρίππα. κτ. Bodl., καὶ τὰ μέγεθος L. B.

t Ἐκέκλητο.] Κέκληθ Hen & Vat.

v Ὑπολογισμὸν ποιούμενος.] Ὑπόλογον ποιούμενος juxta Demosthenem.

x Σίμων —— [illegible].] Conf. Ἁλωσ. lib. 1. c. 30. §. 7. & Antt. lib. 17. c. 1. §. 2 SPANH.

y Ἀπ' ἐξουσίας χρώμενος] Ἐπ' ἐξουσίας Hen.

z Τῆς ἀρχῆς ἐκπεσόντος] Ita Hen. Lugd. Bat. & Bodl. ubi ἀρχῆς in cæteris.

a Ἐπιεικὴς κολωνὸς,] Ἐπιεικῶς Hen. & Vat

b Καὶ πλειόνων ἀναλωμάτων] Ita Bodl. & Vat. ἐκ μακροῦ δὲ καὶ δι' ἐκ. in Editis Aliisque.

arce subjectis domibus imminente.

Herodis mores.

5. Cum autem omnia quæ speraverat bene ei cecidissent, ne minima quidem tenebatur suspicione de ullo in regno suo motu, ut qui subditos utrinque ad obsequium adstrictos haberet, & timore, quod nemini supplicium remittebat, & cura sua, quod dum premerentur calamitatibus sese magnificum ostenderit. Veruntamen foris securitatem quæsivit, quasi in sui munimentum contra subditos hoc faceret. nam in civitates comis erat & humanus, & dynastas ex occasione colebat, quorum singulos muneribus prosequebatur, majoribus non omissis beneficiis, ut qui ad regnum accommodate natura magnificus esset; ita ut sua omnia undique incrementa caperent ex prospero rerum successu. Atqui ex hac magnificentia, studioque demerendi Cæsarem & Romanorum potentissimos, cogebatur à receptis moribus decedere & patria instituta violare, dum & urbes ambitiosa sui ostentatione conderet & templa erigeret, non hæc quidem in Judæa, nam *Judæi* nunquam tulissent, cum nobis interdictum sit statuas & simulachra Græcorum more colere, sed alias regiones & urbes *ita* instruxit & ornavit, Judæis semet quidem purgans, quod non suapte sponte sed ex jussu & mandatis hæc faceret, à Cæsare vero & Romanis gratiam iniens, quasi non adeo patriis moribus ac illorum honori studeret; dum tamen ipse in summa suæ utilitatis rationem habuit, operamve dedit ut illustriora sui dominatus monumenta posteris relinqueret. Quo factum est ut in animum induxerit urbes instaurare, & in eum finem immanes profuderit sumptus.

XIII. *Cæsarea constructio.*

6. Cumque animadvertisset in ora maritima locum urbi *condendæ* aptissimum, olim Stratonis turrim appellatum, ad formam ejus magnifice describendam aggressus est, & ædificia ejus universa dilapsa non tenui opera excitando, sed è candido lapide, tamque regiis sumptuosissimis eam exornando quam ædibus ad cives excipiendos; &, quod omnium erat maximum & operosissimum, portu quam tutissimo, magnitudine Piræeo pari, in quo naves commode stationem haberent & subducerentur, eoque magis structura visendo, quod locus ipse nihil suppeditaret ad opus adeo magnificum accommodatum, sed materia aliunde advecta & immensis sumptibus omnia perfecta essent & absoluta. Sita quidem est hæc urbs in Phœnice, qua in Ægyptum præternavigatur, Dora inter & Joppen. Istæ autem urbeculæ maritimæ sunt, im-

Cæsareæ situs.

portuosæ ob vehementes Africi flatus, qui, arenas è mari in litus provolventes, nullam stationem quietam esse patiuntur, ita ut plerunque mercatores jactis ancoris in salo morari necesse habeant. Cum autem in eo esset ut hanc regionis incom-

[c] ἔχουσα τ̃ ἄλλης οἰκήσεως.

ε'. Πάντων δὲ αὐτῷ προκεχωρηκότων εἰς ὅσον ἂν ἤλπιζε, τὰς μὲν ἐν αὐτῇ τῇ βασιλείᾳ ταραχὰς οὐδ' ὁπωσοῦν δι' ὑποψίας εἶχεν, ἑκατέρωθεν ὑπηκόους [d] παρεσκευασμένος, φόβῳ μὲν ὡν ἀπαραίτητος εἰς τὰς τιμωρίας, τὴν ἐπιμέλειαν δὲ μεγαλόψυχος ἐν τ̃ περιστάσεις εὑρίσκων. περιεβάλλετο δὲ τὴν [e] ἔξωθεν ἀσφάλειαν, ὥσπερ ἐπιτείχισμα [f] αὐτῷ καὶ τοῖς ἀρχομένοις τοῦτο ποιούμενος. πόλεσι μὲν γὰρ ὁμιλῶν δεξιῶς καὶ φιλανθρώπως, καὶ τοὺς δυνάστας ἐθεράπευεν [g] ἐν εὐκαιρίαις, ὧν [h] ἑκάστοις ἐδωρεῖτο, μείζους τὰς χάριτας ἐμποιῶν, καὶ τὸ μεγαλόψυχον φύσει πρὸς τὴν βασιλείαν εὐπρεπῶς ἔχων· ὡς αὐτῷ πάντα διὰ πάντων αὔξεσθαι πρὸς τὸ πλέον ἀεὶ προχωρούντων. ὑπὸ δὲ τ̃ εἰς τοῦτο φιλοτιμίας καὶ τ̃ θεραπείας, ἣν ἐθεράπευε Καίσαρα καὶ Ῥωμαίων τοὺς πλεῖστον δυναμένους, ἐκβαίνειν τ̃ [i] ἐθῶν ἠναγκάζετο, καὶ πολλὰ τ̃ νομίμων παραχαράττειν, πόλεις τε κτίζων ὑπὸ φιλοτιμίας καὶ ναοὺς ἐγείρων, οὐκ ἐν τῇ τ̃ Ἰουδαίων, οὐδὲ γὰρ ἂν ἠνέσχοντο, τ̃ τοιούτων ἀπηγορευμένων ἡμῖν, [k] ὡς ἀγάλματα καὶ τύπους μεμορφωμένους τιμᾷν πρὸς τ̃ Ἑλληνικὸν τρόπον, τὴν δ' ἔξω χώραν καὶ τὰς πόλεις οὕτως κατασκευάζειν, [l] Ἰουδαίοις μὲν ἀπολογούμενος, μὴ καθ' αὑτὸν, ἀλλ' ἐξ ἐντολῆς καὶ προσταγμάτων ταῦτα ποιεῖν, Καίσαρι δὲ καὶ Ῥωμαίοις, [m] τὸ μηδὲν τῶν οἰκείων ἐθῶν ὅσον τ̃ ἐκείνων τιμῆς ἐστοχάσθαι χαριζόμενος, αὐτὸς μέντοι τὸ σύμπαν αὑτοῦ στοχαζόμενος, ἢ καὶ φιλοτιμούμενος μείζω τὰ μνημεῖα τ̃ ἀρχῆς τοῖς αὖθις [n] ὑπολείπεσθαι. [o] ὅθεν καὶ περὶ τὰς ἐπισκευὰς τῶν πόλεων ἐκεκίνητο, καὶ πλείστας εἰς τοῦτο δαπάνας ἐποιεῖτο.

ϛ'. [p] Κατιδὼν δὲ καὶ πρὸς τῇ θαλάττῃ χωρίον ἐπιτηδειότατον δέξασθαι πόλιν, ὃ πάλαι Στράτωνος ἐκαλεῖτο πύργος, τῇ τε διαγραφῇ μεγαλοπρεπῶς [q] ἐπεβάλλετο, καὶ τοῖς οἰκοδομήμασιν ἀνιεὶς ἅπασιν οὐ περιέργως, ἀλλ' ἐκ λευκῆς πέτρας, καὶ διακοσμῶν βασιλείοις τε πολυτελεστάτοις καὶ διαίταις πολιτικαῖς, τὸ δὲ μέγιστον καὶ πλείστου ἐργασίας παρασχὸν, ἀκλύστῳ λιμένι, [r] μέγεθος μὲν κατὰ τ̃ Πειραιᾶ, καταγωγὰς δ' ἔνδον ἔχοντι καὶ δευτέρους [s] ὑφόρμους, τῇ δὲ δομήσει περίβλεπτον, ὅτι μηδ' ἐκ τ̃ τόπου τὴν ἐπιτηδειότητα τῆς μεγαλουργίας εἶχεν, [t] ἀλλ' ἐπισάκτοις καὶ πολλαῖς ἐξεπληρώθη ταῖς δαπάναις. κεῖται μὲν γὰρ ἡ πόλις ἐν τῇ Φοινίκῃ, [v] κατὰ τὸν εἰς Αἴγυπτον παράπλουν, Ἰόππης μεταξὺ καὶ Δώρων. πολισμάτια [x] ταῦτ' ἐστὶ παράλια, δυσόρμα διὰ τὰς κατὰ λίβα προσβολὰς, [y] αἳ, τὰς ἐκ τ̃ πόντου θῖνας ἐπὶ τὴν ἠϊόνα σύρουσαι, καταγωγὴν οὐ μαλίσκειν διδόασιν, ἀλλ' ἐστὶν ἀναγκαῖον ἀποσαλεύειν τὰ πολλὰ τοὺς ἐμπόρους ἐπ' ἀγκύραις. [z] τοῦτο τὸ δυσθετὸν τῆς χώρας ἐπανορθούμενος, [a] καὶ περιγράψας

[c] Ἔχουσα τ̃ ἄλλης οἰκήσεως.] Est perplexa constructio & σολοικοφανής. quam si quis omnino retinendam esse duxerit, utpote quod eam habeant *MSS.* vox πόλις subintelligenda videtur. Verum σολοικοφανία tollitur, ἔχοντα legendo.

[d] Παρεσκευασμένος,] Παρεσκευασμένους *Hen. Lugd. Bat. Busb.* & *Vat.*

[e] Ἔξωθεν ἀσφάλειαν,] Illud ἔξωθεν è *Cod. Busb. Lugd. Bat. Hen. Epiphan.* & *Zonar.*

[f] Αὐτῷ καὶ τοῖς ἀρχομένοις τοῦτο ποιούμενος.] *L. B.* transposita oratione, τοῦτο τοῖς ἀρχ. αὐτῷ ποιούμενος.

[g] Ἐν εὐκαιρίαις,] Vocula ἐν deest *Busb.* & *Hen.*

[h] Ἑκάστοις ἐδωρεῖτο,] Ἑκάστους *Hen.*

[i] Ἐθῶν ἠναγκάζετο] Sic *Busb.* (& *Cocceius*) ἰδιῶν *Hen.* proculdubio mendose pro ἰθῶν, in *Editis Aliisque* ἐθῶν.

[k] Ὡς ——— τρόπον,] Conf. ἀλωσ. lib. 1. c. 33. §. 2. SPANH.

[l] Ἰουδαίοις ——— ἐποιεῖτο.] Ἰουδαίοις μὲν &c. usque ad finem sectionis ἐποιεῖτο, non explicantur à *Rufino*. SPANH.

[m] Τὸ μηδὲν τ̃ οἰκείων] Τῷ μηδὲν *Hen.*

[n] Ὑπολείπεσθαι.] In *Marg. L. B.* ὑπολιπεῖσθαι.

[o] Ὅθεν ——— ἐποιεῖτο,] Conf. infr. lib. 19. c. 7. §. 3. SPANH.

[p] Κατιδὼν δὲ καὶ] Ita *Busb. Lugd. Bat.* & *Hen.* quo fere modo in lib. 2. *de Bello Jud.* κατιδὼν δὲ πρὸς τ. in *Editis*. HUDS. De Cæsarea exstructa infra lib. XVI. c. 5. §. 1. & *Harduin. de Num. Herod.* p. 28. Hinc *Jos. Scaliger Prolegom. in Euseb.* merito redarguit id, quod dicitur in *Justiniani Novell.* CIII. Vespasianum Stratonis Turrim CAESAREAM à se vocasse, quia is in partibus Palæstinæ Cæsar fuit salutatus &c. Sed imposuit Triboniano Colonia deducta in eam Urbem à Vespasiano non Patre, sed Tito, cujus Nummus habet ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΝ. *In Nummis*: AUG. CAESAREA. SPANH.

[q] Ἐπεβάλλετο,] Ἐπεβάλετο *Busb.* & *Hen.*

[r] Μέγεθος μὲν κατὰ τ̃ Πειραιᾶ] Conf. ἀλωσ. lib. 1. c. 21. §. 5. SPANH.

[s] Ὑφόρμους,] Λιμένα δὲ λιμένα vocat Strabo, ubi de Tyro. REL. Innuit forte locum Strabonis, qui exstat p. 757. ubi urbs illa similiter dicitur habere δύο λιμένας. HAV.

[t] Ἀλλ' ——— δαπάναις.] Conf. infr. lib. 19. c. 7. §. 3. SPANH.

[v] Κατὰ ——— Δώρων.] Conf. ἀλωσ. lib. 1. c. 21. §. 5. Cæsarea inter Dora & Joppen, in Phœnice hic dicitur sita, ab aliis in Palæstina. *Flavia* eadem in Nummis dicta à Flaviorum temporibus. Hoc de Cæsareæ situ à Josepho adscriptum redarguit Harduin. de Num. Herod. p. 28. SPANH.

[x] Ταῦτ' ἐστὶ παράλια,] Ταῦτ' ἐστὶ καὶ παράλια *Busb.*

[y] Αἳ, τὰς ἐκ τ̃ πόντου] Αἱ ἀεὶ τὰς *Busb.*

[z] Τοῦτο τὸ δυσθετὸν] Ita cum *Cod. Vat.* & *Lugd. Bat.* τοῦτο τε δύσθετον in *ceteris*.

[a] Καὶ περιγράψας τ̃ πόλιν] Περιγράψας *Busb. Lugd. Bat.* & *Hen.* quo admisso mox puto legendum (prout in lib. 1. de Bello

γραψε τὸν κύκλον τοῦ λιμένος ἐφ' ὅσον ἦν αὐτάρκης πρὸς τῇ χέρσῳ μεγάλοις στόλοις ἐνορμεῖσθαι, λίθους ὑπερμεγέθεις καθιεὶς τὸ βάθος εἰς ὀργυιὰς εἴκοσιν, [b] οἱ πλείους πεντήκοντα ποδῶν ἦσαν τὸ μῆκος, καὶ [c] πλάτος οὐκ ἔλαττον δεκαοκτώ, [d] τὸ βάθος δὲ ἐννέα, τούτων οἱ μὲν μείζους οἱ δὲ ἐλάττους. ἡ δὲ ἐνδόμησις ὅσην ἐνέβαλεν κατὰ τῆς θαλάττης εἰς διακοσίους [e] πόδας. τούτων τὸ μὲν ἥμισυ προβέβλητο τῆς [f] κυμαγωγίας εἰς ἀπομάχεσθαι περικλώμενον ἐκεῖ τὸν κλύδωνα, [g] προκυμάτια γοῦν ἐκαλεῖτο· τὸ δὲ λοιπὸν περιεῖχε λίθινον τεῖχος πύργοις διειλημμένον, ὧν ὁ μέγιστος [h] Δροῦσος ὀνομάζεται, πάνυ καλόν τι χρῆμα, τὴν προσηγορίαν εἰληφὼς ἀπὸ Δρούσου τοῦ Καίσαρος προγόνου, τελευτήσαντος νέου. ψαλίδες δὲ ἐνετετεύχατο συνεχεῖς, καταγωγαὶ τοῖς ναυτίλοις· τὸ δὲ [i] πρὸ αὐτῶν ἀπόβασις [k] πλατεῖ κύκλῳ περιεστεφάνωκε τὸν πάντα λιμένα, περίπατος τοῖς θέλουσιν ἥδιστος. ὁ δὲ εἴσπλους καὶ τὸ στόμα πεποίηται πρὸς βορρᾶν, [l] ὃς ἀνέμων αἰθριώτατος. βάσις δὲ τοῦ περιβόλου παντὸς, ἐν ἀριστερᾷ μὲν εἰσπλεόντων, πύργος [m] περιελιγμένος ἐπὶ πολὺ στερρῶς ἀντέχειν· κατὰ δεξιὰν δὲ δύο λίθοι μεγάλοι, καὶ τοῦ [n] κατὰ θάτερα πύργου μείζους, ὀρθοὶ δὲ καὶ συνεζευγμένοι. [o] προσέκειντο δὲ ἐν κύκλῳ τὸν λιμένα, λειοτάτου λίθου κατασκευῆς, συνεχεῖς οἰκήσεις, κἀν τῷ μέσῳ κολωνός τις, ἐφ' οὗ ναὸς Καίσαρος ἄποπτος τοῖς εἰσπλέουσιν, ἔχων ἀγάλματα, τὸ μὲν Ῥώμης, τὸ δὲ Καίσαρος, ἥτε πόλις αὐτὴ Καισάρεια καλεῖται, [p] καλῆς τε ὕλης καὶ κατασκευῆς τετυχηκυῖα. τὰ δὲ [r] ὑπ' αὐτὴν, ὑπόνομοί τε καὶ λαῦραι, πραγματείαν οὐκ ἐλάττω τῶν ὑπερῳκοδομημένων ἔχουσι. τούτων αἱ μὲν κατὰ σύμμετρα διαστήματα φέρουσιν εἰς τὸν λιμένα καὶ τὴν θάλατταν· μία δὲ ἐγκαρσία πάσας ὑπέζωκεν, ὡς τούς τε ὄμβρους εὐμαρῶς καὶ τὰ λύματα τῶν οἰκητόρων συνεκδίδοσθαι, τήν τε θάλατταν, ὅταν ἔξωθεν ἐπιφέρηται διαρρεῖν, καὶ τὴν σύμπασαν ὑποκλύζειν πόλιν. [s] κατεσκεύασε δὲ αὐτῇ καὶ θέατρον ἐκ πέτρας, καὶ πρὸς τῷ νοτίῳ τοῦ λιμένος ὄπισθεν ἀμφιθέατρον, πολὺν ὄχλον ἀνθρώπων δέχεσθαι δυνάμενον, καὶ κείμενον ἐπιτηδείως ἀποβλέπειν εἰς τὴν θάλατταν. ἡ μὲν δὴ πόλις οὕτως ἐξεπλήσθη [t] δωδεκαέτη χρόνῳ, καὶ τῆς ἐργασίας οὐκ ἐγκαμόντος, καὶ τῆς δαπάνης [v] ἐπαρκέσαντος τοῦ βασιλέως.

moditatem corrigeret, tantum in circuitu portus spatium descripsit quantum terram versus magnis classibus recipiendis sufficeret, immensæ magnitudinis saxis in viginti ulnarum profundum demissis, quorum pleraque ad pedes quinquaginta longitudine, latitudine vero non minora octodecim, atque altitudine novempedali fuerunt; alia tamen hisce majora, rursusque alia minora. Hæc moles, quam contra maris impetum exstruxit, ducentorum pedum latitudine erat. horum dimidium undarum agitationi opposuit, ut fluctuum circumquaque allisorum fractorumque vim repelleret, unde procymatia dicebatur; reliquum vero continebat murum lapideum, turribus distinctum, quarum maxima (quæ speciosa admodum erat) Drusus nominabatur, appellatione desumpta à Druso privigno Cæsaris, qui juvenis obiit. Quin & crebri facti erant fornices, nautis diversoria: præque fornicibus exscensus lato ambitu toti portui circumdatus erat, locus ad inambulandum animi causa jucundissimus. Aditus autem & ostium portûs obversum est Aquiloni, ventorum placidissimo. Ad imum vero totius ambitus, à sinistra quidem *portum* intrantibus, turris rotunda lato margini insistens, ad firmius resistendum *fluctibus*; à dextra vero duo magni lapides, & turri ex adverso majores, iique recti conjunctique. Portui autem in circuitum ædes circumjacent continuata serie, lapide politissimo exstructæ, tumulo in medio exstante, in quo templum Cæsaris iis qui adnavigant eminus visum, habens statuas, unam quidem Romæ, alteram vero Cæsaris: atque urbs ipsa Cæsarea appellatur, tam materia quam structuræ artificio conspicua. Quod autem ad subterranea spectat, cuniculos meatusque angustos, non minori opere constantes quam quæ superstructa erant. horum nonnulli paribus à se invicem intervallis ad litus & mare ferebant, unus vero transversus omnes succinxit: adeo ut imbres facile & incolarum purgamenta una exonerentur, & mare, æstu foris accedente, totam etiam urbem subluat. Exstruxit autem urbi & theatrum è saxo, & pone theatrum à meridionali portûs latere amphitheatrum erexit, quod ingentem hominum multitudinem capere potuit, loco opportunissimo situm, ut ei pateat prospectus in mare. Atque ita quidem ea urbs perfecta est annis XII, cum nec operi rex succubuisset, nec ei defuisset unde sumptus faceret.

Turris Drusus nominata.

ΚΕΦ. ι.

Ὡς Ἡρώδης αὐτοῦ παῖδας εἰς Ῥώμην πέμπει· καὶ ὡς ὑπὸ Ζηνοδώρου καὶ Γαδαρέων κατηγορηθεὶς αἰτιῶν ἀπολύεται, καὶ ἑαυτῷ κτᾶται Καίσαρος εὔνοιαν. Περὶ Φαρισαίων καὶ Ἐσσηνῶν, καὶ Μαναήμου.

Ἐπὶ τούτοις δὲ ὢν, καὶ τῆς Σεβαστῆς ἤδη πεπολισμένης, ἔγνω τοὺς παῖδας αὐτοῦ πέμπειν εἰς Ῥώμην, Ἀλέξανδρον καὶ Ἀριστόβουλον, [x] συντευξομένους Καίσαρι.

CAP X.

Quomodo Herodes filios Romam mittit: utque à Zenodoro & Gadarenis accusatus absolvitur, & Cæsaris benevolentiam sibi conciliat. De Pharisæis & Essenis, & Manahemo.

HIS autem absolutis, & Sebaste jam ante ædificata, statuit Romam filios suos mittere, Alexandrum & Aristobulum, [*] ut se Cæsari offerrent.

Herodes filios Romam mittit.

de Jud.) καθώς. Quin & καὶ ante περιέγραψε tollendum videtur.

b Οἱ πλείους πεντήκοντα ποδῶν ἦσαν] *L. B.* πεντήκ. π. ἦσαν οἱ πλείους.

c Πλάτος οὐκ ἔλαττον δεκαοκτώ,] Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 21. §. 6. SPANH.

d Τὸ βάθος δὲ ἐννέα,] Εὖρος ὄντων, τοὺς δὲ καὶ μείζους in lib. 1. *de Bello Jud.*

e Πόδας.] *L. B.* πόδες.

f Κυμαγωγίας] Forte κυματωγῆς. COCC.

g Προκυμάτια] Προκυμία in lib. 1. *de Bello Jud.* προκυμία *Busb.* forsan pro προκυμία, aut προκυμαία. HUDS. Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 21. §. 6. SPANH.

h Δροῦσος] Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 21. §. 6. SPANH.

i Πρὸ αὐτῶν ἀπόβασις] Ita *Busb. Hen.* & *Vat.* πρὸ αὐτοῦ in *Editis.*

k Πλατεῖ κύκλῳ περιεστεφάνωκε] Πλατεῖα *Hen.* & *Busb.*

l Ὃς ἀνέμων αἰθριώτατος] Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 21. §. 7. SPANH.

m Περιελιγμένος ἐπὶ πολὺ] Περιεγραμμένος *Hen.* περιγράφεται *Busb.*

& *Vat.*

n Κατὰ θάτερα πύργου] Ita cum *Cod. Busb.* καθ' ἑκάτερα in *Editis Aldisque.*

o Προσέκειντο δ' ἐν κύκλῳ τὸν λιμένα,] Sic *Hen.* & *Busb.* περίκειντο δὲ κύκλῳ in *ceteris.*

p Καλῆς τε ὕλης] Καλλίστης καὶ τῆς ὕλης *Busb.* Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 21. §. 7. SPANH.

r Ὑπ' αὐτὴν,] *Gen.* ὑπ' αὐτῆς.

s Κατεσκεύασε —— ἀποβλέπειν,] Hoc modo legisse videtur *Epiphan.* κατεσκεύασε δ' αὐτῇ καὶ θέατρον ἐκ πέτρας πρὸς τῷ νοτίῳ τοῦ λιμένος, καὶ ὄπισθεν ἀμφ.

t Δωδεκαέτη χρόνῳ.] Ita, accentu retracto, edidi, id quod me monuit *H. Steph.* in *Thesauro Gr.* tom. 1. p. 1294. antea erat δωδεκαετῇ. verum δωδεκαετεῖ habent *Busb. Coccejus* & *Hen.* HUDS. Scribe (inquit *Huds.* in *Add.*) δωδεκαετεῖ χρόνῳ. Vide ad l. 15. c. 5. HAV.

v Ἐπαρκέσαντος] *L. B.* παντεπαρκέσαντος.

* *Ut se Cæsari offerrent.*] *Al.* ut salutarent Cæsarem.

x Συντευξομένους Καίσαρι.] Ἐντευξομένους *Busb.* & *Zonar.*

y Πολ-

Herodis filii à Pollione hospitio excipiuntur.

rent. Eò postquam pervenerunt, ad Pollionem, virum Herodis amicitiæ studiosissimum, diverterunt: eisque permissum est etiam apud Cæsarem diversari. nam & ipse eos accepit humanissime, & Herodi potestatem fecit regnum utri filiorum vellet confirmandi, eique insuper amplius regionum dedit, *videlicet* Trachonem, & Batanæam, atque Auranitidem: & dedit ob hujusmodi causam. *Erat* Zenodorus quidam, *qui* Lysaniæ domum conduxerat. Hic quidem non satis magnos reditus habebat, eos vero latrociniis per Trachonem exercendis augebat supplebatque. Nam ea loca incolebant desperatæ vitæ homines, qui Damascenum agrum populabantur: neque Zenodorus eos impediebat, quin & ipse prædæ particeps erat. Vicini autem, hac re vexati, adversus Varronem, qui *tum* præfectus erat, vociferabantur, & ut Cæsari de Zenodori injuriis scriberet flagitabant. Cæsar, his ad eum allatis *querelis*, rescripsit, ut ex eo tractu latrones exigerentur, isque Herodi traderetur, ut ejus cura & diligentia cautum sit, ne Trachonitæ deinceps finitimis nocerent. Nec enim eos prohibere facile erat, cum unum latrocinandi opus haberent, nec aliunde viverent: quippe quibus nec oppida, nec agrorum possessiones erant, sed tantum receptacula subterranea & speluncæ, ubi vitam cum pecoribus suis communem agerent. Sibimet autem confecerunt aquarum copiam & abunde frumenti jam ante pararunt, adeo ut possent ex occulto diu resistere. Verum aditus *ad eos* sunt angusti, ut non plures quam singuli transire possint, sed interiora incredibili sunt magnitudine, ac ita facta ut quamplurimos recipiant: atque domorum superius solum non supereminet, sed propemodum terræ æquale est. Id totum rupes est dura, & aditu difficilis nisi via incedatur qua præeat ductor; quippe non rectæ sed valde flexuosæ factæ sunt semitæ. His hominibus, si quando maleficium in finitimos committere prohibeantur, moris est ut alii alios spolient, adeo ut à nullo scelerum genere sibi temperent. Atqui Herodes, beneficio donatus à Cæsare, & in regionem peritorum ductu profectus, fecit ut à maleficiis illi abstinerent, finitimisque pacem & securitatem præstitit.

De Zenodoro & Trachonitide.

Zenodorus & Gadarenses Herodem accusatum proficiscuntur.

2. Zenodorus autem, iratus primum quod privatus esset præfectura, deinde, & quidem potissimum, quod Herodi principatum assequuto invideret, profectus est Romam ut eum accusaret. Et ille quidem re infecta reversus est. Agrippa vero missus est, ut provincias trans mare Ionium Cæsaris nomine procuraret: cumque Mitylenæ hybernantem Herodes (utpote ei amicissimus & familiarissimus) adiit, deinde Judæam repetiit. Cæterum Gadarenses quidam Herodem apud Agrippam accusatum iverunt: ac ille, eos nullo dignatus responso, regi vinctos remisit. Atque Arabes, qui jamdiu Herodis principatu dolerent, concitati erant, ac tunc ejus rebus dissidium creare conabantur, idque de causa ut tum videbatur satis probabili. Zenodorus enim, de suis rebus jam despe-

τούτοις ἀνελθοῦσι καταγωγὴ μὲν ἦν ὁ [y] Πολλίωνος οἶκος, ἀνδρὸς τῶν μάλιστα σπουδασάντων περὶ τὴν Ἡρώδου φιλίαν. ἐφεῖτο δὲ κἀν τοῖς Καίσαρος καταγίνεσθαι, καὶ γὰρ ἐδέξατο μετὰ πάσης φιλανθρωπίας τοὺς παῖδας, καὶ δίδωσιν Ἡρώδῃ τὴν βασιλείαν ὅτῳ βούλεται βεβαιοῦν τῶν ἐξ αὐτοῦ γεγονότων, καὶ χώραν ἔτι τόν τε [z] Τράχωνα καὶ [a] Βαταναίαν καὶ [b] Αὐρανῖτιν· ἔδωκε δὲ διὰ τοιαύτην [c] αἰτίαν. [d] Ζηνόδωρός τις [e] ἐμεμίσθωτο τὸν οἶκον τοῦ Λυσανίου. τούτῳ τὰ μὲν κατὰ τὰς προσόδους οὐκ ἤρκει· λῃστήρια δὲ ἔχων ἐν τῷ Τράχωνι, πλείω τὴν πρόσοδον ἐφέρετο. οἰκοῦσι γὰρ ἄνδρες ἐξ ἀπονοίας ζῶντες τοὺς τόπους, οἳ τὰ Δαμασκηνῶν ἐλῄζοντο. καὶ Ζηνόδωρος οὐκ εἶργε, καὶ αὐτὸς τῶν ὠφελειῶν ἐκοινώνει. κακῶς δὲ πάσχοντες οἱ [f] πλειστόχωροι, [g] Οὐάρρωνος κατεβόων [h] τοῦ τότε ἡγεμονεύοντος, καὶ γράφειν ἠξίουν Καίσαρι τοῦ Ζηνοδώρου τὴν ἀδικίαν. Καῖσαρ δὲ, ἀνενεχθέντων τούτων, [i] ἀντέγραφεν ἐξελεῖν τὰ λῃστήρια, τὴν δὲ χώραν Ἡρώδῃ [k] προσνέμειν, ὡς διὰ τῆς ἐπιμελείας τῆς ἐκείνου μηκέτ᾽ ἂν ὀχληρῶν τῶν περὶ τὸν Τράχωνα γινομένων τοῖς πλησίον. οὐδὲ γὰρ ῥᾴδιον ἦν ἐπισχεῖν αὐτοὺς, ἐν ἔθει τὸ λῃστεύειν πεποιημένους, καὶ βίον οὐκ ἄλλοθεν ἔχοντας. οὔτε γὰρ πόλις αὐτοῖς, οὔτε κτῆσις ἀγρῶν ὑπῆρχε, [l] ὑποφυγαὶ δὲ κατὰ τῆς γῆς καὶ σπήλαια, καὶ κοινὴ μετὰ τῶν βοσκημάτων δίαιτα. μεμηχάνηνται δὲ καὶ συναγωγὰς ὑδάτων καὶ προπαρεσκευασμένας σιτίων, καὶ δύνανται πλεῖστον ἐξ ἀφανοῦς ἀντέχειν. αἵ γε μὴν εἴσοδοι στεναὶ [m] καὶ καθ᾽ ἕνα παρερχομένων, τὰ δ᾽ ἔνδον ἀπίστως μεγάλα, καὶ πρὸς εὐρυχωρίαν ἐξειργασμένα· τὸ δ᾽ ὑπὲρ τὰς οἰκήσεις ἔδαφος οὐχ ὑψηλὸν, ἀλλ᾽ οἷον ἐξ ἐπιπέδου. πέτρα δὲ τὸ σύμπαν σκληρὰ, καὶ δύσοδος, εἰ μὴ τρίβῳ χρῷτό τις ἐξ ὁδηγίας. οὐδὲ γὰρ αὗται κατ᾽ ὀρθὸν, ἀλλὰ πολλὰς ἕλικας [n] ἐξελίττονται. τούτοις ἐπειδὴ τῶν εἰς τοὺς πλησίον κακουργημάτων ἐκωλύοντο, καὶ [o] κατ᾽ ἀλλήλων ἦν ὁ τῆς λῃστείας τρόπος, ὡς μηδὲν ἀνομίας ἐν τούτῳ [p] λελεῖφθαι. λαβὼν δὲ τὴν χάριν Ἡρώδης παρὰ Καίσαρος, καὶ παρελθὼν εἰς τὴν χώραν, ὁδηγῶν ἐμπειρίᾳ, τούς τε πονηρευομένους αὐτῶν κατέπαυσε, καὶ τοῖς πέριξ ἀδεῆ τὴν εἰρήνην παρεῖχεν.

β. Ὁ δὲ Ζηνόδωρος ἀχθόμενος, πρῶτον μὲν ἐπὶ τῇ τῆς ἐπαρχίας ἀφαιρέσει, μᾶλλον δὲ καὶ φθόνῳ τὴν ἀρχὴν Ἡρώδου μετειληφότος, ἀνῆλθεν εἰς Ῥώμην κατηγορήσων αὐτοῦ. κἀκεῖνος μὲν ἄπρακτος ἀνεστράφη. πέμπεται δὲ Ἀγρίππας [q] τῶν πέραν Ἰονίου διάδοχος Καίσαρι· καὶ τούτῳ περὶ [r] Μιτυλήνην χειμάζοντι συντυχὼν Ἡρώδης, ἦν γὰρ εἰς τὰ μάλιστα φίλος καὶ συνήθης, εἰς τὴν Ἰουδαίαν πάλιν ἀνεστράφη. [s] Γαδαρέων δέ τινες ἐπ᾽ Ἀγρίππαν ἦλθον κατηγοροῦντες Ἡρώδου, καὶ τούτους ἐκεῖνος, οὐδὲ λόγον αὐτοῖς δοὺς, ἀναπέμπει τῷ βασιλεῖ δεσμίους. οἵ τε Ἄραβες, καὶ πάλαι δυσμενῶς ἔχοντες πρὸς τὴν ἀρχὴν τὴν Ἡρώδου, διεκινοῦντο, καὶ στασιάζειν ἐπεχείρουν αὐτῷ τὰ πράγματα τότε, καὶ μετ᾽ αἰτίας ὡς ἐδόκουν εὐλογωτέρας. ὁ γὰρ Ζηνόδωρος, ἀπογινώσκων

ἤδη

y Πολλίωνος οἶκος.] Videsis *Casaub.* adv. *Baron.* p. 90. & *Montacutium* in *Exercit.* IV. p. 158. HUDS. Asinii Pollionis, alius proinde à Pollione Pharisæo, de quo supr. lib. 14. c. 9. §. 4. item lib. 15. c. 1. §. 1. & paulo post §. 4. SPANH.

z Τράχωνα] Vid. infr. §. 3. SPANH.

a Βαταναίαν] Βαταναίᾳ supr. lib. 4. c. 7. §. 4. vid. & ἁλωσ. lib. 1. c. 20. §. 4. SPANH.

b Αὐρανῖτιν] Sic lego ex lib. 1. de *Bello Jud.* Αὐρανῖτιν in *Editis.* Αὐρανίτιδα *Hen.* καὶ Αὐρανῖτιν ἔδωκε διὰ τ. *Bas.* HUDS. Conf. infr. §. 2. & ἁλωσ. lib. 1. c. 20. §. 4. SPANH.

c Αἰτίαν.] *L. B.* αἰτίαν παραλαβὼν, quasi delendum foret διὰ. HAV.

d Ζηνόδωρός —— Λυσανίου.] Hic forsan ille est, cujus meminit Strabo lib. 16. p. 756. Ed. *Paris.* HUDS. in *Add.* Id. de Zenodoro ἁλωσ. lib. 1. c. 20. §. 4. SPANH.

e Ἐμεμίσθωτο τὸν οἶκον] Ἐμισθώσατο *Bas.*

f Πλειστόχωροι,] Lege πλησιόχωροι.

g Οὐάρρωνος κατεβόων τοῦ τότε ἡγεμονεύοντος,] Ita cum *Casaubono* lego ex *Vet. Interpr.* antea erat Οὐάρρωνος. HUDS. Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 20. § 4. SPANH.

h Τοῦ τότε ἡγεμονεύοντος,] Ita *Hen.* & *Vat.* τοῦ Τράχωνος ἡγεμ. *Bas.* τοῦ ἡγεμ. in *Editis.*

i Ἀντέγραφεν ἐξελεῖν] Ἀντέγραψεν *Bas.* & *Hen.*

k Προσνέμειν,] Προσνέμειν *Bas.*

l Ὑποφυγαὶ] Ita ex *L. B.* posuimus. *Vulgati* & *Alii* φυγαὶ. HAV.

m Καὶ καθ᾽ ἕνα] Illud καὶ è *Cod. Hen.*

n Ἐξελίττονται.] Ἐξελίσσονται, solus *Vat.*

o Καὶ κατ᾽ ἀλλήλων] Ita *Hen.* κατ᾽ ἀλλήλων absque καὶ in *ceteris.*

p Λελεῖφθαι.] Ita *Hen.* (*Cocceius*) & *Gall.* λελῆφθαι in *ceteris.*

q Τῶν πέραν Ἰονίου διάδοχος] Trans Ionium *Ruff.* SPANH.

r Μιτυλήνην] Μυτιλ. ex Nummis. ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ. SPANH.

s Γαδαρέων] Mox §. 3. Γαδαρεῖς. Nummi ΓΑΔΑΡΕΩΝ seu ΓΑΔΑΡΩΝ. SPANH.

t Αὐ-

ἤδη τῶν κατ᾽ αὐτὸν, ἔφθη τῆς ἐπαρχίας μέρος τι τὴν [t] Αὐρανῖτιν αὐτοῖς ἀποδόσθαι ταλάντων πεντήκοντα. ταύτης ἐμπεριεχομένης τῇ δωρεᾷ Καίσαρος, ὡς μὴ δικαίως ἀφαιρούμενοι, διημφισβήτουν, πολλάκις μὲν ταῖς καταδρομαῖς, καὶ τῷ βιάζεσθαι θέλειν, ἄλλοτε δὲ καὶ πρὸς δικαιολογίαν ἰόντες. ἀνέπειθον δὲ καὶ τοὺς ἀπόρους τῶν στρατιωτῶν, καὶ δυσμενεῖς ἦσαν, [v] ἐλπίζοντες ἀεὶ καὶ πρὸς τὸν νεωτερισμὸν ἐνδιδόντες, οὗ μάλιστα χαίρουσιν οἱ κακῶς πράττοντες τοῦ βίου. ταῦτα ἐκ μακροῦ γινώσκων Ἡρώδης, ὅμως οὐκ εἰς τὸ δυσμενὲς, ἀλλ᾽ ἐξ ἐπιλογισμοῦ περιῄει, ταραχαῖς οὐκ ἀξιῶν ἀφορμὰς ἐνδιδόναι.

rans, eis suæ præfecturæ partem, Auranitidem *scilicet*, vendiderat quinquaginta talentis. Et quoniam pars in eo, quod donaverat Herodi Cæsar, continebatur, tanquam injuste ea privati, cum eo concertabant *Arabes*, & crebras incursiones faciendo, & vim tentare cogitando, nonnunquam etiam jure experiundo. Quin & sibi conciliabant pauperes milites, & Herodi infesti erant, semper sperantes, & novis rebus studentes; quibus maxime gaudent, qui vitam male agunt. Hæc jam pridem intelligens Herodes, tamen non hostiliter agebat, sed eos prudenter leniebat, neque turbis occasionem dare volebat.

Zenodorus præfecturæ suæ partem Arabibus vendit.

Arabes Herodi infensi.

γ΄. Ἤδη δ᾽ [x] αὐτῷ [y] τῆς βασιλείας [z] ἑπτακαιδεκάτου [a] περιελθόντος ἔτους, Καῖσαρ εἰς Συρίαν ἀφίκετο. καὶ τότε τῶν Γάδαρα κατοικούντων οἱ πλεῖστοι κατεβόων Ἡρώδου, βαρὺν αὐτὸν ἐν τοῖς ἐπιτάγμασι καὶ τυραννικὸν εἶναι. ταῦτα δὲ ἀπετόλμων μάλιστα μὲν ἐγκειμένου καὶ [b] διαβάλλοντος αὐτὸν Ζηνοδώρου, καὶ παρέχοντος ὅρκους, ὡς οὐκ ἐγκαταλείψει μὴ πάντα τρόπον ἀφαιρεθῆναι μὲν τῆς Ἡρώδου βασιλείας, προσθήσειν δὲ τῇ διοικήσει τοῦ Καίσαρος. τούτοις ἀναπεισθέντες οἱ [c] Γαδαρηνοὶ [d] οὐ μικρὰν [e] καταβοὴν ἐποιήσαντο, θράσει τοῦ μηδὲ τοὺς ὑπ᾽ Ἀγρίππα παραδοθέντας ἐν τιμωρίᾳ γενέσθαι, διαφέντος Ἡρώδου καὶ μηδὲν κακὸν εἰργασμένου· καὶ γὰρ, εἴ τις ἄλλος, ἐδόκει δυσπαραίτητος μὲν ἐπὶ τοῖς οἰκείοις, μεγαλόψυχος δὲ ἐπὶ τοῖς ἀλλοτρίοις ἁμαρτάνοντας ἀφιέναι. κατηγορούντων οὖν ὕβρεις καὶ ἁρπαγὰς καὶ κατασκαφὰς ἱερῶν, ὁ μὲν Ἡρώδης ἀταράκτως ἕτοιμος ἦν εἰς τὴν ἀπολογίαν· ἐδεξιοῦτο δὲ Καῖσαρ αὐτὸν, οὐδὲν ὑπὸ τῆς ταραχῆς τοῦ πλήθους μεταβαλὼν τῆς εὐνοίας. καὶ κατὰ μὲν τὴν πρώτην ἡμέραν, οἱ περὶ τούτων [f] ἐρρήθησαν λόγοι· ταῖς δ᾽ ἑξῆς οὐκέτι [g] προῆλθε διάγνωσις. οἱ γὰρ Γαδαρεῖς ὁρῶντες τὴν ῥοπὴν αὐτοῦ τε Καίσαρος καὶ τοῦ συνεδρίου, καὶ προσδοκήσαντες ὅπερ ἦν εἰκὸς ἐκδοθήσεσθαι τῷ βασιλεῖ, κατὰ φόβον αἰκίας οἱ μὲν ἀπέσφαττον αὐτοὺς ἐν τῇ νυκτί, τινὲς δὲ καθ᾽ ὕψους [h] ἀφίεσαν, ἄλλοι δ᾽ εἰς τὸν ποταμὸν ἐμπίπτοντες ἑκόντες διεφθείροντο. ταῦτα δὲ ἐδόκει κατάγνωσις εἶναι τῆς προπετείας καὶ ἁμαρτίας· ὅθεν οὐδὲ μελλήσας ὁ Καῖσαρ ἀπέλυε τῶν αἰτιῶν Ἡρώδην. ἐπισυμπίπτει δὲ οὐ μέτριον εὐτύχημα τοῖς ἤδη γεγονόσιν. [i] ὁ γὰρ Ζηνόδωρος, ῥαγέντος αὐτῷ τοῦ σπλάγχνου, καὶ πολλοῦ κατὰ τὴν ἀσθένειαν ὑποχωροῦντος αἵματος, [k] ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας ἐκλείπει τὸν βίον. Καῖσαρ δὲ καὶ τὴν τούτου μοῖραν, οὐκ ὀλίγην οὖσαν, Ἡρώδῃ δίδωσιν, ἣ μεταξὺ τοῦ [l] Τράχωνος καὶ τῆς Γαλιλαίας ἦν, [m] Οὐλάθαν καὶ [n] Πανιάδα καὶ τὴν πέριξ χώραν. ἐγκαταμίγνυσι δ᾽ αὐτὸν καὶ τοῖς ἐπιτροπεύουσι τῆς Συρίας, ἐντειλάμενος μετὰ τῆς ἐκείνου γνώμης τὰ πάντα ποιεῖν. τό, τε ὅλον εἰς τοῦτο προῆλθεν εὐτυχίας, ὥστε δύο τούτων τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν διεπόντων, τοσήνδε τὸ μέγεθος οὖσαν, [o] Καίσαρος καὶ μετ᾽ αὐτὸν Ἀγρίππα, κατὰ τὴν πρὸς αὐτὸν εὔνοιαν, Καῖσαρ μὲν οὐδένα μετ᾽ Ἀγρίππαν Ἡρώδου προετίμησεν, Ἀγρίππας

3. Cum autem jam annum decimum septimum in regno egisset *Herodes*, venit Cæsar in Syriam: ac tum maxima Gadarenorum pars de Herode expostulare cœperunt, imperiosum esse acerbumque & tyrannum dicentes. Eos autem ita audaces faciebat Zenodorus, instigando, & de Herode conquerendo, jurandoque se nunquam deserturum eos, quin Herodis regno adempturum esse & Cæsaris ditioni adjecturum. His adducti Gadareni magnum clamorem *contra eum* sustulerunt, eo freti, quod quos ei vinctos tradiderat Agrippa, pœnas non dedissent, sed ab Herode dimissi, nihilque mali ab eo passi fuissent: etenim, si quis alius, in suos inexorabilis esse existimabatur, cum ex animi magnitudine in peccatis aliis remittendis facilem se præberet. Igitur cum ab illis de vi & rapinis & templorum eversionibus accusaretur, Herodes imperturbatus parabat causam suam defendere: sed Cæsar ei dextram dedit, neque quidquam de sua erga eum voluntate ob multitudinis turbationem immutavit. Ac primo quidem die de hisce rebus actum est; die vero sequenti non perrectum est in cognitione. Nam Gadareni, propensionem tum ipsius Cæsaris tum assessorum videntes, & se regi traditum iri (ut erat verisimile) arbitrantes, cruciatuum metu partim se noctu interfecerunt, partim *ex alto* se præcipitarunt, aliique se in fluvium dejicientes mortem sibimet consciverunt. Ista autem videbantur indicare levitatis culpæque pœnitentiam: itaque Cæsar sine ulla dubitatione Herodem absolvit. Præterea & aliud accidit, quod ei feliciter admodum cessit. Nam Zenodorus, rupto intestino, multoque, cum viribus deficeretur, amisso sanguine, vita decessit Antiochiæ in Syria. Quamobrem & ejus regionem Cæsar Herodi dedit, (quæ erat non parva, inter Trachonem & Galilæam posita) *scilicet* Ulatham & Paniadem, agrumque finitimum. Quin & eum cum Syriæ procuratoribus conjunxit; eisque, ne quid sine Herodis sententia facerent, imperavit. atque, ut rem in pauca conferam, eò felicitatis pervenit, ut, cum Romanum imperium, idque tantæ magnitudinis, duo isti regerent, Cæsar eique proxime Agrippa, ex *singulari* in eum benevolentia, Cæsar quidem neminem secundum Agrippam pluris fecerit quam Herodem, Agrippa vero secundum Cæsarem Herodi primum in amicitia sua locum tribuerit. Itaque

Augustus Cæsar in Syriam venit.

Gadareni Herodem accusant.

Causæ suæ diffisi semetipsos male mulctant.

Zenodori mors.

Cæsaris & Agrippæ in Herodem benevolentia.

Herodes tetrarchiam à Cæsare Pheroræ impetrat.

t Αὐρανῖτιν] Supra §. 1. Gen. Ἀβρανῖτιν SPANH.

v Ἐλπίζοντες ἀεὶ] Ἐπελπίζοντες Bodl. & Vat.

x Αὐτῷ τῆς βασιλείας ἑπτακαιδεκάτου] Anno XVII. Regni Herodis profectio Augusti in Syriam. *Petav D. Temp.* l. IV. c. 1. vertenda hæc statuit: *Cum jam regni XVII. annus Herodi præteriisset.* quod probat Pagius adv. Baron. p. 18. SPANH.

y Τῆς βασιλείας] Τῇ βασιλείᾳ *Hen.*

z Ἑπτακαιδεκάτου] *Sc.* à morte Antigoni. *Usserius* in *Annalibus V. T.* p. 509. Ex quo devicerat Antigonum. *Langius* de *Annis Christi*, l. 2. c. 18. p. 347.

a Περιελθόντος ἔτους.] Περιελθόντος Bodl. περιελθόντος *Hen.*

b Διαβάλλοντος αὐτὸν Ζηνοδώρου,] Καὶ διαβάλλοντος αὐτὸν Bodl.

c Γαδαρηνοὶ] Γαδαρεῖς *Hen.* & *Bodl.* & in *Epiphanii* versione *Gadarenses*, HUDS. Supra §. 2. Γαδαρέων. SPANH.

d Οὐ μικρὰν] Illud οὐ è *MSS.*

e Καταβοὴν] Sic καταβοὴν sup. lib. 4. c. 3. §. 1. ὁ δὲ πᾶς δῆμος φιλεῖ χαίρειν τῇ καταβοῇ τῶν ἐν τέλει· καταβοὴ *Thucyd. lib.* 1. *p.* 48. SPANH.

f Ἐρρήθησαν λόγοι·] Ἐρρήθησαν *Bodl.* rectius ἐρρήθησαν *Hen.* & *Lugd. Bat.*

g Προῆλθε] *L. B.* προσῆλθε.

h Ἀφίεσαν.] Ἠφίεσαν *Hen* & *Bodl.*

i Ὁ γὰρ —— αἵματος,] Vixisse Zenodorum Tetrarcham ad Initia Herodis & Philippi Tetrarcharum censet Harduin. de Numm. Herod. p. 25. 26. SPANH.

k Ἐν —— τὸν βίον.] Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 20. §. 4. SPANH.

l Τράχωνος] Verum Trachonitida Zenodoro tribuit infr. lib. 16. c. 9. §. 1. & supr. §. 1. & Dio Cassius lib. LIV. 602. SPANH.

m Οὐλάθαν] Infra lib. 17. c. 2. §. 3. Οὐλαθά. SPANH. Οὐλάθαν *Lugd. Bat.*

n Πανιάδα] Πανειάδα *Eusebio Aliisque.* HUDS. Vel Πανεάδα. SPANH.

o Καίσαρος —— Καῖσαρ] Idem ἁλωσ. lib. 1. c. 20. §. 4. SPANH.

p Πρὸ-

que pro ea quæ sibi ex *gratia* nata est fiducia, à Cæsare * tetrarchiam petiit fratri suo Pheroræ, atque ipse ei centum talentorum reditum de suo regno dedit, ut si forte moreretur *Herodes*, esset in tuto Pheroræ res, nec ea potirentur Herodis filii. Postquam autem Cæsarem ad mare comitatus rediit, pulcherrimum ei templum exstruxit, ex candido saxo, in Zenodori terra, prope eum locum quod Panium appellatur. Specus est pulchra admodum in monte, eique subjectus est terræ hiatus & vorago prærupta immensæ altitudinis, stagnantis aquæ plena: supra autem mons ingens imminet, & infra specum oriuntur fontes Jordanis fluminis. Hunc locum, utpote maximæ celebritatis, templo insuper exornavit *Herodes*, quod Cæsari sacrum esse voluit.

Jordanis ortus.

4. Tunc etiam sui regni hominibus tertiam vectigalium partem remisit, prætextu quidem ut semet post *terræ* sterilitatem recrearent reficerentque: sed id magis faciebat, ut ab illis sibimet infensis gratiam iniret. Nam ejusmodi opera quibus adeo studuerit, quasi ex iis tolleretur religio & mores dilaberentur, ægre ferebant. atque in ore erat omni populo, quippe semper irritato & perturbato. Huic autem rei occurrebat ille diligenter, eis occasiones adimendo, & perpetuos labores injungendo, ut jam civibus coire, simulve ambulare aut vivere non liceret, observantibus omnia custodibus: atque si quis deprehensus esset, in eum acerbe animadvertebatur; multique, tum palam tum secreto, in Hyrcaniam castellum adducti, illic interficiebantur. erantque certi, tum in urbe tum in viis, homines, qui observarent si qui convenirent. Quin ipsum quoque ajunt, ne hanc quidem partem neglexisse: ac sæpe vestitu privati hominis sese noctu turbis immiscuisse, ut experiretur & rescisceret quid de principatu *illius* sentirent. Quod si qui obstinate in mores consentire recusarent, eos modis omnibus persequebatur: reliquos vero ad fidem jurejurando perducendos censebat, atque ipsos compulit ut sacramento se astringerent fidelitatem ei in imperio conservaturos esse. Multi itaque, tum ut eum colerent, tum etiam quod metuerent, iis quæ postulabat consenserunt: qui vero fastidiose stomachabantur, & sese cogi non sustinebant, eos quavis ratione è medio tollebat. Volebat etiam Pollionem Pharisæum & Sameam, & complures eorum qui illos frequentabant, ad jurandum cogere: sed illi in eam rem non consenserunt; neque tamen, ut cæteri qui juramentum detrectarunt, pœnas luerunt, illo eorum rationem habente propter Pollionem. Ab hac eadem necessitate ex-

Herodes Judæos indies majore servitute premit.

Pollio & Sameas Pharisæi.

Essæi Pythagoricis similes.

ἐν δὲ τῷ μετὰ Καίσαρος [p] πρῶτον ἀπέδιδε φιλίας τόνον Ἡρώδης. τοιαύτης δ' ἐχόμενος παρρησίας, τῷ μὲν ἀδελφῷ [q] Φερώρᾳ παρὰ Καίσαρος ᾐτήσατο τετραρχίαν, αὐτὸς ἀπονείμας ἐκ τῆς βασιλείας πρόσοδον ἑκατὸν ταλάντων, ὡς, [r] εἰ καί τι πάσχοι, τὰ κατ' ἐκεῖνον ἀσφαλῶς ἔχειν, καὶ μὴ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ κρατεῖν. Καίσαρα δ' ἐπὶ θάλατταν προπέμψας, ὡς ἐπανῆκεν, ἐν τῇ Ζηνοδώρου περικαλλέστατον αὐτῷ ναὸν ἐγείρει πέτρας λευκῆς, [s] πλησίον τοῦ [t] Πανείου καλουμένου. [v] σπήλαιον ἐν ὄρει περικαλλές ἐστιν, ὑπ' αὐτῷ δὲ γῆς ὀλίσθημα, καὶ βάθος ἀπέρρωγος [x] ἄφατον, ὕδατος ἀκινήτου πλέων· καθύπερθεν δ' ὄρος παμμέγεθες, ὑπὸ δὲ τὸ σπήλαιον ἀνατέλλουσιν [y] αἱ πηγαὶ τοῦ Ἰορδάνου ποταμοῦ. τοῦτον ἐπισημότατον ὄντα τὸν τόπον, καὶ τῷ ναῷ προσεκόσμησεν, ὃν ἀφιέρωσε Καίσαρι.

δ'. Τότε καὶ τὸ τρίτον μέρος ἀφῆκε τῶν φόρων τοῖς ἐν τῇ βασιλείᾳ, πρόφασιν μὲν ὡς ἀναλάβοιεν ἐκ τῆς ἀφορίας, τὸ δὲ πλέον ἀνακτώμενος ἔχοντας δυσμενῶς. κατὰ γὰρ τὴν ἐξεργασίαν τῶν τοιούτων ἐπιτηδευμάτων, ὡς ἂν λυομένης αὐτοῖς τῆς εὐσεβείας, καὶ μεταπιπτόντων τῶν ἐθῶν, χαλεπῶς ἔφερον. [z] καὶ λόγος δὲ πάντων ἐγίνετο παροξυνομένων ἀεὶ καὶ περιστελλομένων. ὁ δὲ καὶ πρὸς τὸ τοιοῦτον πολλὴν ἐπιμέλειαν ἐποιεῖτο, ἀφαιρούμενος μὲν τὰς εὐκαιρίας, ἐπιτάττων δ' ἀεὶ γίνεσθαι πρὸς τοῖς πόνοις, [a] ἦν δ' οὔτε σύνοδος ἐφειμένη τοῖς περὶ τὴν πόλιν, οὔτε κοινωνία περιπάτου καὶ διαίτης, ἀλλ' ἐπετηρεῖτο πάντα. καὶ χαλεπαὶ τῶν φωραθέντων ἦσαν αἱ κολάσεις· πολλοί τε καὶ φανερῶς [b] καὶ λαθόντες εἰς τὸ φρούριον ἀναγόμενοι, τὴν [c] Ὑρκανίαν, ἐκεῖ διεφθείροντο. κἂν τῇ πόλει, κἂν ταῖς ὁδοιπορίαις ἦσαν οἱ τοὺς συνιόντας εἰς ταὐτὸν ἐπισκοποῦντες. ἤδη δέ φασιν οὐδ' αὐτὸν ἀμελεῖν τούτου τοῦ μέρους, ἀλλὰ πολλάκις ἰδιώτου σχῆμα λαμβάνοντα καταμίγνυσθαι νύκτωρ εἰς τοὺς ὄχλους, καὶ πεῖραν αὐτὸν ἣν ἔχουσιν [d] ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς λαμβάνειν. τοὺς μὲν οὖν παντάπασιν [e] ἐξαυθαδιαζομένους, πρὸς τὸ μὴ [f] συμπεριφέρεσθαι τοῖς ἐπιτηδεύμασι, πάντας ἐπεξῄει τρόπους· τὸ δ' ἄλλο πλῆθος ὅρκοις ἠξίου πρὸς τὴν πίστιν ὑπάγεσθαι. καὶ [g] συνηνάγκασεν αὐτῷ ἐνώμοτον τὴν εὔνοιαν ἦ μὴν διαφυλάξειν [h] ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ὁμολογεῖν. οἱ μὲν οὖν πολλοὶ, κατὰ θεραπείαν καὶ δέος, εἶκον οἷς ἠξίου· τοὺς δὲ φρονηματώδεις καὶ δυσχεραίνοντας ἐπὶ τῷ καταναγκάζεσθαι, παντὶ τρόπῳ ἐκποδὼν ἐποιεῖτο. [i] συνέπειθε δὲ καὶ [k] τοὺς περὶ Πολλίωνα τὸν Φαρισαῖον καὶ [l] Σαμέαν, καὶ τῶν ἐκείνοις συνδιατριβόντων τοὺς πλείστους ὀμνύειν· οἱ δ' οὔτε συνεχώρησαν, οὔθ' ὁμοίως τοῖς ἀρνησαμένοις ἐκολάσθησαν, ἐντροπῆς διὰ τὸν Πολλίωνα τυχόντες. [m] ἀφείθησαν δὲ ταύτης τῆς ἀνάγκης καὶ οἱ παρ' [n] ἡμῖν [o] Ἐσ-

p Πρῶτον —— Ἡρώδης.] Illa πρῶτον ἀπέδιδε φιλίας τόνον Ἡρώδης accepta debemus *Codd. Hen. Lugd. Bat.* & *Bosb.* τὰ μετὰ Καίσαρος ἐπίδοξα μετ' Ἀγρίππαν, ὑπ' Ἀγρίππα δὲ μετὰ Καίσαρα, lib. 1. *de Bello Jud.*

* *Tetrarchiam petiit fratri suo Pheroræ,*] *Id est*, unam de quatuor regionis partibus.

q Φερώρᾳ —— τετραρχίαν,] Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 24. §. 5. SPANH.

r Εἰ καί τι πάσχοι,] Sic *Bosb. Lugd. Bat.* & *Hen.* εἰ καὶ πάσχοι in *Editis Aliisque.*

s Πλησίον τοῦ Πανείου καλουμένου.] Conf. sup. lib. VIII. c. 8. §. 4. Πάνειον montem extitisse negat, sed factum Harduin. de Num. Herod p. 10 Verum mons etiam dicitur infr. ἁλωσ. lib. 1. c. 21. § 3. SPANH.

t Πανείου] Ita in libris omnibus *Josephi*, tum *Editis* tum *MSS.* & Πάνειον σπήλαιον Πελλαμονίως *Stephano Byzant.* Juxta *Eusebium* tamen (in *Hist. Eccl.* l. 7. c. 17.) & *M. Aurelii* nummum Mediceum Πάνειας scribendum. Videsis *Scalig.* in *Euseb.* p. 157. *Salmasium* in *Exercitationibus* ad *Solinum* cap. 35. *Norisium* de *Epochis Syro-Maced.* Diss. IV. *Spanhemium* de *Præst. Num.* Diss. IX. *Basnagium* in *Annalibus*, tom. 1. p. 35. & *Relandum* in *Palæstina S.* p. 918.

v Σπήλαιον] Πανείου ὄρους meminerunt *Euseb.* & *Philostorgius.* nomen tamen hoc nunquam monti tribuit *Josephus*, nec alii Veterum quod sciam ulli præter istos. Nec est quod quis nummum objiciat, qui habet, ΚΑΙϹ. ϹΕΒ. ΙΕΡ ΚΑΙ ΑϹΥ. ΥΠ. ΠΑΝΕΙΩ. cum illa ΥΠ. ΠΑΝΕΙΩ possint æque referri ad specum ac ad montem; cui nomen *Chermon*, ut ostendit *Relandus* in *Palæstina S.* p. 324.

x Ἄφατον] Ἄβατον *Hen.* & *Epiphanius*, ut puto.

y Αἱ πηγαὶ τοῦ Ἰορδάνου ποταμοῦ.] Vide *Nildium* p. 274. & *Reland.* in P. S. 922. HUDS in *Add.* Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 21. §. 3. SPANH.

z Καὶ λόγος δὲ πάντων ἐγίνετο] Καὶ λόγος δὲ πάντων ἐγίνετο *Hen.* & *Vat.*

a Ἦν δ' —— ἀναχώρησις,] Idem Zonaras p. 242. SPANH.

b Καὶ λαθόντες] Ita *MSS. Gen. ms. Coccejus* ι.

c Ὑρκανίαν] Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 8. §. 2. SPANH.

d Ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς λαμβάνειν] Ita *Bosb. Hen.* & *Epiphan.* (περὶ *Lugd. Bat.* at *Coccejus* conjicit pro οἱ reponendum forte esse ἔχουσιν) οἱ περὶ in *Editis Aliisque.*

e Ἐξαυθαδιαζομένους,] In *Editis* ἐξαυθαδιαζομένους, proculdubio pro (ut & corrigit *Coccejus*) ἐξαυθαδιαζομένους. verum ἐξαυθαδιζομένους habent *Bosb.* & *Hen.*

f Συμπεριφέρεσθαι] Ita *Bosb. Lugd. Bat.* & *Hen.* συμπαραφέρεσθαι in *Editis Aliisque.*

g Συνηνάγκασεν αὐτῷ] Συνηνάγκαζεν *Vat.*

h Ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ὁμολογεῖν.] Ἐπὶ τῆς ἀρχῆς *Hen. Lugd. Bat.* & *Bosb.*

i Συνέπειθε δὲ] Ita *MSS.* & *Zonar.* συνέπεισε perperam in *Editis.*

k Τοὺς —— Σαμέαν,] Conf. sup. lib. 14. c. 9. §. 4. & supr. hoc eod. cap. 1. SPANH.

l Σαμέαν,] Σαμαίαν *Bosb.* & *Hen.* sicuti lib. 1. c. 1. §. 1. Videsis *Casaubonum* contra *Baronium* p. 56. *Edit. Lond.* & *J. H. Othonem* in *Historia Doctorum Misnicorum.*

m Ἀφείθησαν δὲ ταύτης] Ita in *MSS.* ἀφίθησαν in *Editis.*

n Ἡμῖν] *Gen.* ὑμῖν.

o Ἐσ-

ἡμῖν καλούμενοι. γένος δὲ τοῦτ' ἐστὶ διαίτῃ χρώμενον τῇ παρ' Ἕλλησιν ὑπὸ Πυθαγόρου καταδεδειγμένῃ. περὶ τούτων μὲν οὖν ἐν ἄλλοις σαφέστερον διέξειμι. τοὺς δὲ Ἐσσηνοὺς ἀφ' οἵας αἰτίας ἐτίμα, μεῖζόν τι φρονῶν ἐπ' αὐτοῖς ἢ κατὰ τὴν θνητὴν φύσιν, εἰπεῖν ἄξιον. οὐ γὰρ ἀπρεπὴς ὁ λόγος φανεῖται τῷ τῆς ἱστορίας γένει, συνδηλῶν καὶ τὴν ὑπὲρ τούτων ὑπόληψιν.

ε'. Ἦν τις [p] τῶν Ἐσσηνῶν [q] Μανάημος ὄνομα, καὶ τἄλλα κατὰ τὴν προαίρεσιν τοῦ βίου καλοκἀγαθίᾳ [r] μαρτυρούμενος, καὶ [s] πρόγνωσιν ἐκ Θεοῦ τῶν μελλόντων ἔχων. οὗτος ἔτι παῖδα τὸν Ἡρώδην εἰς διδασκάλου φοιτῶντα κατιδὼν, βασιλέα Ἰουδαίων προσηγόρευσεν. ὁ δὲ ἀγνοεῖν ἢ κατειρωνεύεσθαι νομίζων αὐτὸν, ἀνεμίμνησκεν ἰδιώτης ὤν. Μανάημος δὲ, μειδιάσας ἠρέμα καὶ τύπτων τῇ χειρὶ [t] κατὰ τῶν γλουτῶν, "ἀλλά τοι καὶ βασιλεύσεις, ἔφη, καὶ τὴν ἀρχὴν εὐδαιμόνως [v] ἀπάρξεις, [x] ἠξίωσαι γὰρ ἐκ Θεοῦ, καὶ μέμνησο τῶν Μανάημου πληγῶν, ὥστε καὶ τοῦτό σοι σύμβολον εἶναι τῶν κατὰ τὴν τύχην μεταπτώσεων. ἄριστος γὰρ ὁ τοιοῦτος λογισμὸς, [y] εἰ καὶ δικαιοσύνην ἀγαπήσειας, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν εὐσέβειαν, ἐπιείκειαν δὲ πρὸς τοὺς πολίτας· ἀλλ' οὐ γὰρ οἶδά σε τοιοῦτον ἐσόμενον, τὸ πᾶν ἐπιστάμενος. [z] εὐτυχίᾳ μὲν γὰρ ὅσον οὐκ ἄλλος διοίσεις, καὶ τεύξῃ δόξης αἰωνίου, λήθην δ' εὐσεβείας ἕξεις καὶ τοῦ δικαίου. ταῦτα δ' οὐκ ἂν λάθοι [a] τὸ θεῖον ἐπὶ καταστροφῇ τοῦ βίου, [b] τῆς ἀντ' αὐτῶν ὀργῆς [c] ὑπομνημονευομένης." τούτοις αὐτίκα μὲν ἥκιστα τὸν νοῦν προσεῖχεν, ἐλπίδι λειπόμενος αὐτῶν, Ἡρώδης. κατὰ μικρὸν δὲ ἀρθεὶς, ἕως καὶ τοῦ βασιλεύειν καὶ εὐτυχεῖν, ἐν τῷ μεγέθει τῆς ἀρχῆς [d] μεταπέμπεται τὸν Μανάημον, καὶ περὶ τοῦ χρόνου πόσον ἄρξει, [e] ἐπυνθάνετο. Μανάημος δὲ, τὸ μὲν σύμπαν οὐκ εἶπεν. ὡς δὲ σιωπῶντος αὐτοῦ, μόνον εἰ δέκα γένοιντο τῆς βασιλείας ἐνιαυτοὶ προσεπύθετο· καὶ εἴκοσι καὶ τριάκοντα εἰπὼν, ὅρον οὐκ ἐπέθηκε τῷ τέλει τῆς προθεσμίας. Ἡρώδης δὲ καὶ τούτοις ἀρκεσθεὶς, τόν τε Μανάημον ἀφῆκε δεξιωσάμενος, καὶ [f] πάντας ἀπ' ἐκείνου τοὺς Ἐσσηνοὺς τιμῶν διετέλει. ταῦτα μὲν οὖν, εἰ καὶ παράδοξα, δηλῶσαι τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἠξιώσαμεν, καὶ περὶ τῶν παρ' ἡμῖν ἐμφῆναι, διότι πολλοὶ [g] διὰ τοιαύτην ὑπὸ καλοκἀγαθίας καὶ τῆς τῶν θείων ἐμπειρίας ἀξιοῦνται.

cepti fuerunt etiam qui Essæi appellantur. isti autem sunt genus hominum qui simili vitæ instituto utuntur ac Græcorum Pythagoræi. Et quidem de illis planius & apertius alibi verba feci. De Essenis vero, quamobrem magis iis tribuit quam mortalis fert natura, jam dicere convenit. non enim ab historica narratione alienus videbitur hujusmodi sermo; præsertim cum ostendat, quam de istis opinionem homines habuerint.

5. Erat Essenorum quidam nomine Manahemus, præter alia in vitæ instituto ob morum honestatem bene audiens, & qui futura divino instinctu prævideret. Hic conspicatus aliquando Herodem, puerum adhuc, in ludum literarium commeantem, dixit regem fore Judæorum. Et Herodes, illum aut sui notitiam non habere aut jocari arbitratus, submonuit *eum*, se privatum esse. At Manahemus, leniter subridens, & ei nates manu feriens, "Atqui & regnabis, inquit, & imperium "(à Deo quippe dignus habitus) feliciter auspicaberis: & memento ictuum Manahemi, ut hoc "tibi sit indicium mutationum fortunæ. Optima "enim erit hujusmodi cogitatio, si justitiam & "pietatem erga Deum amaveris, & erga cives clementiam: verum ego, totius rei gnarus, scio te "non talem futurum. Vitam enim fortunatam tu "quidem, si quisquam alius, ages, & laudem tibi "paries æternam, sed pietatis & justitiæ oblivionem capies. Hæc autem Deum sane non latebunt, dum sub vitæ tuæ finem de te pœnas ob "ista sumet." His verbis mentem protinus minime adhibuit Herodes, quod ejus rei spem nullam haberet. sed postquam paulatim ad regnum, & quidem fortunatum, evectus est, in ipso imperii vigore Manahemum accersit, & ex eo quamdiu regnaturus esset quærebat. Manahemus vero omnino quidem nihil dicit: sed eo tacente quærebat Herodes duntaxat, an decem annorum futurum esset regnum: ad quod ille respondit, etiam viginta aut etiam triginta, & vitæ nullum certum finem præstituit. Herodes vero etiam hisce contentus, & Manahemum dextra ei data dimisit, ac deinceps Essenos omnes habuit in honore. Atque hæc quidem, licet fidem pene superant, nobis tamen visum est lectoribus indicare, & de nostris id palam facere, quod multi illorum in hujusmodi rebus propter vitæ honestatem honorati erant rerum divinarum peritia.

Manahemus Essenus, vates.

Quare Essenos in honore habuit Herodes.

ΚΕΦ. ια'.

Ὡς Ἡρώδης τὸν ναὸν μετεσκεύασε, καὶ πρὸς ὕψος ἄρας μεῖζον καὶ ἀξιοπρεπέστερον ἐξετέλεσε· καὶ περὶ τῆς βάρεως, ἣν Ἀντωνίαν ἐκάλεσεν.

Τότε [h] νῦν [i] ὀκτωκαιδεκάτου τῆς Ἡρώδου βασιλείας [k] γεγονότος ἐνιαυτοῦ, μετὰ τὰς προειρημένας πράξεις,

CAP. XI. XIV.

Quomodo Herodes templum in aliam formam mutavit, atque altius & magnificentius exstruxit: deque turri, quam Antoniam vocavit.

TUnc igitur decimo octavo regni Herodis anno, post ea facta quæ superius dicta sunt, arduum

o Ἐσσηνοὶ καλούμενοι.] Ἐσσηνοὶ, qui Ἐσσαῖοι, Ἐσσαῖος apud Zonaram p. 243. A. B. conf. infr. lib. 18. c. 1. §. 5. & ἁλωσ. lib. 2. c. 8. §. 2. item supr. lib. 13. c. 10. §. 8. Porphyr. de Abstin. lib. IV. c. XI. XII Euseb. Præp. lib. IX. c. 11. Item *Philo* libro Quod omnis studiosus liber. SPANH.

p Τῶν Ἐσσηνῶν] Conf. sup §. 4. SPANH.

q Μανάημος ὄνομα,] Hunc illum Manahemum esse ajunt, cujus meminit Autor *Juchasin*, tanquam collegæ ipsius *Hillelis*, antequam ei accesserat *Schamejas*. Vide *Juchasin*, fol. 19

r Μαρτυρούμενος,] Μαρτυρούμενος *Busb. & Vat.* Vide *Pricæum* ad *Act.* c 6 v. 3.

s Πρόγνωσιν ἐκ Θεοῦ τῶν μελλόντων ἔχων.] Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 3. §. 5. & lib. 2. c. 8. §. 12. SPANH.

t Κατὰ τῶν γλουτῶν,] Κατὰ τῶν γλουτῶν *Busb. Lugd. Bat. & Hen.*

v Ἀπάρξεις,] Ἀπάρξεις *Busb. Lugd. Bat. & Vat.*

x Ἠξίωσαι γὰρ ἐκ Θεοῦ.] Sic è *MSS.* ἀξίωσαι in *Editis*

y Εἰ καὶ δικαιοσύνην] Voculam καὶ ex *L. B.* additam esse volui. HAV.

z Εὐτυχίᾳ μὲν γὰρ] Εὐτυχίας *Busb. & Hen.*

a Τὸ θεῖον ἐπὶ καταστροφῇ τοῦ βίου] Τὸν Θεὸν ἐπὶ τῇ κατ. *Busb. & Hen.*

b Τῆς ἀντ' αὐτῶν ὀργῆς] Vers. *de te pœnas ob ista sumet*, potius *pœnæ ob ista te manebunt.* vel totam periodum sic verterem, *Hæc autem Deum non latere, pœnæ ob ista sub vitæ finem in te immissæ monebunt.* Dele itaque comma post βίου. IBBETS.

c Ὑπομνημονευομένης.] Ἀπομνημονευομένης *Busb. & Hen.*

d Μεταπέμπεται τὸν Μανάημον,] Μεταπέμπεται *Busb. Hen. & Vat.* μεταπέμπεται *Zonar.*

e Ἐπυνθάνετο.] Διεπυνθάνετο *Hen & Vat.*

f Πάντας —— διετέλει.] De Essenis & eorum institutis vid. infr. lib. 18. c. 1. §. 5. & ἁλωσ. lib. 2. c. 8. §. 2. SPANH.

g Διὰ] Abundat. COCC.

h Νῦν] *L. B.* δ' οὖν.

i Ὀκτωκαιδεκάτου] *Sc.* postquam Herodes regnum adierat, captis Hierosolymis, ut dicit *Casaub.* quem videsis in *Exercit.* XIII. contra *Baronium*, n. 22. & *Lud. Cappellum* in *Spicilegio* ad *Joan.* c. 3. v. 20. HUDS. Malè ιε in Ed. Gr. vid. Petav. Doct. Temp. P. II. p. 222. ἁλωσ. lib. 1. c. 21. §. 1. anno πεντεκαιδεκάτῳ Herodis instauratum Templum dicitur. *Zonaras* autem p. 243. C. ὀκτωκαιδέκατῳ seu A. Regni XVIII. id factum dicit. SPANH.

k Γεγονότος ἐνιαυτοῦ,] Non de ineunte sed adulto jam Herodis

De templo Hierosolymitano instaurando cogitat Herodes.

dum opus aggressus est, *scilicet* ut Dei templum sua opera ædificatum iret, eique ampliorem ambitum daret, & in altitudinem magnificentissimam erigeret; cogitans fore id omnibus quæ unquam fecisset præclarius, sicuti erat, si illud perficere ei contigerit, atque futurum ad sempiternam *sui* memoriam. Verum cum populum *ad hoc* minus paratum esse intelligeret, neque facilem habiturum esse ad rem tantæ magnitudinis aggrediendam, in animum induxit prius eos oratione præparare, ac deinde toti operi manum admovere; cumque illos convocasset, verba fecit in hunc modum. "De "aliis quidem ex quo regnare cœpi à me factis, "viri populares, nihil necesse mihi dicere arbitror, "quanquam ita comparata fuerint, ut vobis plus "securitatis quam mihimet ornamenti attulerint. "Nam cum in rebus difficillimis neque ea neglexerim quæ ad vestras necessitates levandas facerent, neque in iis quæ ædificavi studuerim ut ipse magis quam vos omnes ab injuriis sarti tecti "essetis, mihimet persuadeo quod Dei voluntate "Judæorum gentem ad eam, quam nunquam antea "habuerunt, felicitatem perduxerim. Cæterum, "*ut dixi*, sigillatim omnia, quæ per provinciam "perfecimus, quotque urbes in ea & regione ei "contributa excitando genus vestrum maximis ornamentis auximus, vobis commemorare, qui ea "probe nostis, supervacaneum mihi videtur. Quod "autem in præsentia mihi in animo est aggredi, "id omnium pientissimum, vobisque pulcherrimum fore nunc *paucis* ostendam. Fuit quidem "templum hoc summo Deo à parentibus nostris "ædificatum, cum à Babylone revertissent. Verum ei ad altitudinem desunt cubiti sexaginta: "tanto enim altius erat primum illud à Solomone constructum. nemo tamen negligentiam pietatis nostrorum parentum accuset. nam per illos non stetit, quo minus hoc magnitudine prius adæquaret: sed Cyrus & Darius Hystaspis filius hunc "ædificii modum præscripserunt; quibus illi subjecti, eorumque filiis, & post illos Macedonibus, "facultatem non habuerunt * primum *hoc* pietatis *illorum* exemplar ad eandem magnitudinem "perducendi. Quoniam vero nunc ego quidem "Dei beneficio regnum adeptus sum, & longa pace fruor, & divitiis affluo, & magnis reditibus "abundo: quodque maximum est, cum Romanis, "omnium (ut ita loquar) dominis, in amicitia sum "& gratia, operam dabo, ut, id quod necessitate "& superiorum temporum servitute omissum est "resarciendo, perfectam Deo, pro illius in me beneficiis, hujusce regni pietatem reddam.

Herodis concio ad populum.

Solomonis templi altitudo.

Populus mœstus & solicitus, ne Herodes opus nimis arduum & impeditum aggrederetur.

2. Et quidem Herodes hæc verba habuit: multi vero sermone ejus attoniti sunt, quod præter opinionem accidebat: &, quia incredibile minime-

m Γαυλανίτης ἀνὴρ,] Lib. 20. à *Josepho* (qui satis accurate Galilæam & Gaulaniten distinguit) *Galilæus* appellatur. Verum *Juda* quidni nomen duplex, unum ab urbe natali, alterum à loco educationis aut habitationis; sicuti *Apollonius*, Argonauticôn scriptor, qui patria *Ægyptius* erat, *Rhodius* appellatur.

n Γάμαλα,] Conf. supr. lib. 13. c. 15. §. 3. SPANH.

o Σάδδωκον] Σαδδὼκ *Zonaras* p. 265. SPANH.

p Παρέχον] *L. B.* παρέχειν.

q Ἀρετῆ

tates suas in tuto reponere, boni vero hisce majoris securitatem habere, gloriæ *scilicet* & laudis ex animi magnitudine comparandæ; Deumque non alia ratione prompte eos adjuturum esse, quàm si consultis suis strenue operam navarint, præ ertim si magnis rebus in animo agitatis, iis exsequendis nulli parcant labori. Atque ita (nam summa cum aviditate ea quæ dicerent accipiebant homines) in majus provehebatur temerarium quod ausi sunt incœptum. nihilque fuit malorum, quo non, ex viris istis profecto, repleta erat gens, etiam supra quam dici potest: alioque post aliud bello exorto fieri non potuit, quin vi perpetua affligerentur, & amissione amicorum, qui ærumnas leviores facerent; accedente, quod frequens erat latronum grassatio, magnaque primariorum virorum occisio, prætextu quidem communis libertatis propugnandæ, revera autem lucri privati spe. unde coortæ sunt seditiones, & ex his cædes publicæ, partim quidem popularium edita strage, (dum in se invicem furerent homines eo animo ut nemo ex parte adversa relictus esset) partim vero hostium: deinde sequuta est fames, quæ omnem ad facinus quodcunque verecundiam sustulit, urbium expugnationes, & excidia, usquedum etiam templum ex ista seditione igne hostili deflagraret. Tantum rerum novarum molitio & institutorum patriorum mutatio valuit ad eos, qui in idem convenerant, perdendos. Siquidem Judas & Sadducus, qui quartum philosophandi genus nobis invexerant & plurimos habuerant sectatores ejus studiosos, non in præsens tantum universam seditione rempublicam perturbarunt, sed & mala futura, quæ tum radices egerant, severunt irrigaruntque ejusmodi philosophia, cui non antea homines assueverant. De qua paucis volo disserere, eoque magis quod juniores istis institutis dediti rebus nostris exitium attulerint.

II. *Judæorum Sectæ.*

2. Habebant Judæi à priscis etiam temporibus tres patriæ philosophiæ sectas, unam quidem Essenorum, alteram vero Sadducæorum, tertiam autem, quam profitebantur Pharisæi nomine. Et quanquam de his egimus in secundo libro Judaici belli, nunc tamen eas sigillatim attingere non gravabimur.

Pharisæi.

3. Pharisæi enim tenuiter vivunt, nihil deliciis tribuentes: & quæ † ratio judicavit bona ac tradidit, eorum regulam sequuntur, tuenda omni modo censentes quæ ab illa præscripta sunt. exhibent & honorem ætate provectioribus, non id sibi sumentes arrogantiæ ut contradicant eis rebus quas

ὅπως, ᵠ ἀσφάλειαν ʳ δὲ τῶν ταύτης κτήσεως ἀγαθῶν, πολλῷ καὶ κλέος τιμήσεσθαι τοῦ μεγαλόφρονος, καὶ ˢ τὸ θεῖον οὐκ ἄλλως ἢ ἐπὶ συμπράξει τῶν βουλευμάτων εἰς τὸ κατορθοῦν ᵗ συμπροθυμεῖσθαι, μᾶλλον ἂν μεγάλων ᵛ ἐραστὰς τῇ διανοίᾳ καθισταμένοις ˣ μὴ ἐξαφίστασθαι πόνου τοῦ ἐπ' αὐτοῖς. ʸ καὶ, ἡδονῇ γὰρ τὴν ἀκρόασιν ὧν λέγοιεν ἐδέχοντο οἱ ἄνθρωποι, προύκοπτεν ᶻ ἐπὶ μέγα ἡ ᵃ ἐπιβολὴ τοῦ τολμήματος. κακὸν δὲ οὐκ ἔστιν ὃ μὴ φύντος ἐκ τῶνδε τῶν ἀνδρῶν, καὶ περαιτέρω τοῦ εἰπεῖν, ἀνεπλήσθη τὸ ἔθνος· πολέμων τε ἐπαγωγαῖς οὐχ ᵇ οἷόν τε [οὐκ] ἄπαυστον τὴν βίαν ἔχειν, καὶ ἀποστέρησιν φίλων, οἳ καὶ ἐπελαφρύνοιεν τὸν πόνον, λῃστηρίων δὲ μεγάλων ἐπιθέσει καὶ διαφθοραῖς ἀνδρῶν τῶν πρώτων, ᶜ δόξα μὲν τοῦ ᵈ ὀρθουμένου τῶν κοινῶν, ἔργῳ δὲ οἰκείων κερδῶν ἐλπίσιν. ἐξ ὧν στάσεις τε ᵉ ἐφύησαν, δι' αὐτὰς καὶ φόνος πολιτικός· ὁ μὲν ἐμφυλίοις σφαγαῖς, μανίᾳ τῶν ἀνθρώπων εἴς τε ἀλλήλους ᶠ καὶ αὐτοὺς χρωμένων ἐπιθυμίᾳ τοῦ μὴ λείπεσθαι τῶν ἀντικαθεστηκότων, ὁ δὲ τῶν πολεμίων· λιμός τε εἰς ὑστάτην ἀνακείμενος ἀναισχυντίαν, καὶ πόλεων ἁλώσεις, καὶ ᵍ κατασκαφαί, μέχρι δὴ καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Θεοῦ ἐνέμετο ʰ πυρὶ τῶν πολεμίων ἥδε ἡ στάσις. οὕτως ἄρα ⁱ ἡ τῶν πατρίων κίνησις καὶ μεταβολὴ μεγάλας ἔχει ῥοπὰς τοῦ ἀπολουμένου ᵏ τοῖς συνελθοῦσιν. εἴ γε καὶ Ἰούδας καὶ Σάδδουκος, ˡ τετάρτην φιλοσοφίαν ἐπείσακτον ἡμῖν ἐγείραντες, καὶ ταύτης ἐραστῶν εὐπορηθέντες, πρός τε τὸ παρὸν θορύβων τὴν πολιτείαν ἐνέπλησαν, καὶ τῶν αὖθις κακῶν καταληψομένων ῥίζας ἐφυτεύσαντο τῷ ἀσυνήθει πρότερον ᵐ φιλοσοφίας τοιᾶσδε. περὶ ἧς ὀλίγα βούλομαι διελθεῖν, ἄλλως τε ἐπεὶ καὶ τῷ κατ' αὐτῶν σπουδασθέντι τοῖς νεωτέροις ὁ φθόρος τοῖς πράγμασι ⁿ συνετετύχει.

β'. ° Ἰουδαίοις φιλοσοφίαι τρεῖς ἦσαν ἐκ τοῦ πάνυ ἀρχαίου τῶν πατρίων, ἥτε τῶν Ἐσσηνῶν, καὶ ἡ τῶν Σαδδουκαίων· τρίτην δὲ ἐφιλοσόφουν οἱ Φαρισαῖοι λεγόμενοι. καὶ τετύχηκε μέντοι περὶ αὐτῶν ἡμῖν εἰρημένα ᵖ ἐν τῇ δευτέρᾳ βίβλῳ τοῦ Ἰουδαϊκοῦ πολέμου· μνησθήσομαι δὲ ὅμως καὶ νῦν αὐτῶν ᵠ ἐπ' ὀλίγον.

γ'. Οἵ τε γὰρ ʳ Φαρισαῖοι τὴν δίαιταν ἐξευτελίζουσιν, οὐδὲν εἰς τὸ μαλακώτερον ἐνδιδόντες· ὧν τε ὁ λόγος κρίνας παρέδωκεν ἀγαθῶν, ἕπονται τῇ ἡγεμονίᾳ, περιμάχητον ἡγούμενοι τὴν φυλακὴν ˢ ὧν ὑπαγορεύειν ἠθέλησε. τιμῆς γε ᵗ τοῖς ἡλικίᾳ προήκουσι παραχωροῦσιν, ᵛ οὐδὲ ἐπ'

q Ἀσφάλειαν] L. B. ἀσφαλῆ.
r Δὲ τῶν ταύτης κτήσεως ἀγαθῶν,] Ita in MSS. δὲ τῶν ἐν ταύτῃ in Editis.
s Τὸ —— συμπροθυμεῖσθαι,] Idem locus de Juda Gaulonite adductus ab Eusebio H. Eccl. l. 1. c. v. vid. ἁλωσ. lib. 2. c. 8. §. 1. SPANH.
t Συμπροθυμεῖσθαι,] Antea distinctum erat, συμπροθυμεῖσθαι μᾶλλον, ἂν μεγάλων.
v Ἐραστ.] L. B. ἐργασταί.
x Μὴ ἐξαφίστασθαι πόνου τοῦ ἐπ' αὐτοῖς.] Ista verba, μὴ ἐξαφίστασθαι τοῦ ἐπ' αὐτοῖς φόνου, omittunt interpretes, tam *Epiphanius* quam *Gelenius*: forsan quod mendosa essent. cumque ipse idem suspicarer, mihi placuit φόνου τοῦ ἐπ' αὐτοῖς mutare in πόνου τοῦ ἐπ' αὐτοῖς, duobus Viris doctis in id ipsum mecum consentientibus. In Cod. *Bodl.* καθιστάμενοι, ἐπὶ φόνον τε τῶν ταῦτ' ἐνεργούντων ἐρεθίζοντες, ἡδονῇ δὲ τὴν ἀκρόασιν ὧν λέγοιεν τῶν ἀνθρώπων δεχομένων, προύκοπτεν &c. HUDS. Acquiescendum credo emendationi *Hudsoniana*, cui aliquantum favet *L. B.* in quo exstat μὴ ἐξαφίστασθαι φόνου τοῦ ἐπ' αὐτοῖς. HAV
y Καὶ, ἡδονῇ] Non aliter mihi sensus constare videtur, nisi ita distinguatur. prius erat, καὶ ἡδονῇ γὰρ &c.
z Ἐπὶ μέγα] Ita è Cod. *Bodl.* ἐπὶ μεγάλῃ ἐπιβολῇ τοῦ τολμήματος in reliquis.
a Ἐπιβολὴ] *L. B.* ἐπιβουλή.
b Οἷόν τε] *L. B.* ὄντα.
c Δόξα] Lege δόξῃ. COCC.
d Ὀρθουμένου τῶν κοινῶν,] Sic *Bodl.* ὀρθωθέντων in ceteris.
e Ἐφύησαν,] Ita distinguendum censui. prius erat, ἐφύησαν δι' αὐτάς, καὶ φόνος &c.
f Καὶ αὐτοὺς] Ita *L. B.* nam reliqui καὶ αὐτῶν. HAV.

g Κατασκαφαί,] Καταφυγαὶ in *Editis Aliisque*. rectius κατασκαφαὶ *Bodl.* ipse tamen, (consentiente in Ora Codicis meo *Cocceio*) *Zonaram* sequutus, κατασκαφαὶ prætuli.
h Πυρὶ] *L. B.* πυρ.
i Ἡ τῶν —— συνελθοῦσιν.] Ita rescripsi è *Cod. Bodl.* (consentiente *L. B.* licet ibi perperam κίνησις & in *Margine* sit καίνωσις) ὅτως ἄρα τὰς τῶν πατρίων κινήσεις καὶ μεταβολὰς μεγάλας ἔχει χρῆναι τοῦ ἀπ' ο. συνελθοῦσιν in *Editis Aliisque*, nullo plane sensu.
k Τοῖς συνελθοῦσιν] An? *hominibus cum seditione concitatis.* vel, *in eandem sectam coëuntibus.*
l Τετάρτην φιλοσοφίαν] Quarta φιλοσοφία, quarta Judæorum secta, præter tres Pharisæorum, Sadducæorum & Essenorum, de quibus vid. lib. 1. ἁλωσ. c. 5. §. 2. de hoc Juda, σοφιστὴς ἰδίας αἱρέσεως ἁλωσ. 2. c. 8. §. 1. SPANH.
m Φιλοσοφίας τοιᾶσδε.] Vid. mox supr.
n Συνετετύχει.] Συνετετύχει *Hon.* συνετετύχει *Vat.* συνέτυχε *L. B.*
o Ἰουδαίοις φιλοσοφίαι τρεῖς ἦσαν] Τρία παρὰ Ἰουδαίοις εἴδη φιλοσοφεῖται. ἁλωσ. lib. 2. c. 8. §. 2. vid. & supr. lib. 13. c. 5. §. 9. SPANH.
p Ἐν —— πολέμου·] Conf. ἁλωσ. lib. 2. c. 8. §. 2. SPANH.
q Ἐπ' ὀλίγον.] Ἐπ' ὀλίγων *Bodl.* & *L. B.*
r Φαρισαῖοι τὴν δίαιταν ἐξευτελίζουσιν,] Conf. ἁλωσ. lib. 1. c. 5. §. 2. SPANH.
† *Ratio*] Doctrina eorum vel Secta.
s Ὧν ὑπαγορεύειν ἠθέλησε.] In *Editis* ἃ πρὸς ὑπαγ. Verum ὧν pro ἃ reposui è *Cod. Bodl.* qui ὧν ὑπαγορεύειν habet. ὧν ὑπαγορεύειν *L. B.* ἃ ὑπαγορεύειν *Hon.* & *Vat.*
t Τοῖς ἡλικίᾳ] Ita cum *Cod. Bodl.* *L. B.* τοῖς ἡλικίας. τῇ ἡλικίᾳ &c. in ceteris.
v Οὐδὲ ἐπ' ἀντιλέξει] Οὐδ' ἐπ' ἀντ. *Bodl.* & *L. B.*

α Ἐλπ

ἐπ᾽ ἀντιλέξει τῶν [x] εἰσηγηθέντων ταῦτα [y] θρασεῖς ἐπαιρόμενοι. πράσσεσθαί τε εἱμαρμένῃ τὰ πάντα ἀξιοῦντες, οὐδὲ τοῦ ἀνθρωπείου τὸ βουλόμενον τῆς [z] ἐπ᾽ αὐτοῖς ὁρμῆς ἀφαιροῦνται· δοκῆσαν τῷ Θεῷ [a] κρᾶσιν γενέσθαι, καὶ τῷ [b] ἐκείνης βουλευτηρίῳ καὶ τῶν ἀνθρώπων [c] τῷ θελήσαντι προσχωρεῖν μετ᾽ ἀρετῆς ἢ κακίας. ἀθάνατόν τε ἰσχὺν ταῖς ψυχαῖς πίστις αὐτοῖς εἶναι, καὶ [d] ὑπὸ χθονὸς δικαιώσεις τε καὶ τιμὰς οἷς ἀρετῆς ἢ κακίας ἐπιτήδευσις ἐν τῷ βίῳ γέγονε· καὶ τῶν μὲν εἱργμὸν ἀΐδιον προτίθεσθαι, τῶν δὲ ῥᾳστώνην τοῦ ἀναβιοῦν. [e] καὶ δι᾽ αὐτὰ τοῖς τε δήμοις πιθανώτατοι τυγχάνουσι, καὶ ὁπόσα θεῖα [f] εὐχῶν τε καὶ ἱερῶν ποιήσεως ἐξηγήσει τῇ ἐκείνων τυγχάνουσι πρασσόμενα. εἰς τοσόνδε ἀρετῆς [g] αὐτοῖς αἱ πόλεις ἐμαρτύρησαν ἐπιτηδεύσει τοῦ ἐπὶ πᾶσιν κρείσσονος, ἔν τε τῇ διαίτῃ τοῦ βίου καὶ λόγοις.

δ. Σαδδουκαίοις δὲ τὰς ψυχὰς ὁ λόγος συναφανίζει τοῖς σώμασι. [h] Φυλακῆς δὲ [i] οὐδαμῶν τινων μεταποίησις αὐτοῖς ἢ τῶν νόμων. πρὸς γὰρ τοὺς διδασκάλους σοφίας, ἣν μετίασιν, ἀμφιλογεῖν ἀρετὴν ἀριθμοῦσιν· εἰς ὀλίγους τε ἄνδρας οὗτος ὁ λόγος ἀφίκετο, τοὺς μέντοι πρώτους τοῖς ἀξιώμασι. [k] πράσσεταί τε ἀπ᾽ αὐτῶν οὐδὲν ὡς εἰπεῖν· ὁπότε γὰρ ἐπ᾽ ἀρχὰς παρέλθοιεν, ἀκουσίως μὲν καὶ κατ᾽ ἀνάγκας, προσχωροῦσι δ᾽ οὖν οἷς ὁ Φαρισαῖος λέγει, διὰ τὸ μὴ ἄλλως ἀνεκτοὺς γενέσθαι τοῖς πλήθεσιν.

ε. [l] Ἐσσηνοῖς δὲ ἐπὶ μὲν Θεῷ καταλείπειν φιλεῖ τὰ πάντα ὁ λόγος. ἀθανατίζουσι δὲ τὰς ψυχάς, περιμάχητον ἡγούμενοι τοῦ δικαίου τὴν πρόσοδον. εἰς δὲ τὸ ἱερὸν [m] ἀναθήματά τε στέλλοντες, θυσίας οὐκ ἐπιτελοῦσι διαφορότητι ἁγνειῶν ἃς νομίζοιεν, καὶ [n] δι᾽ αὐτὸ εἰργόμενοι τοῦ κοινοῦ τεμενίσματος, [o] ἐφ᾽ αὑτῶν τὰς θυσίας ἐπιτελοῦσι. βέλτιστοι δὲ ἄλλως ἄνδρες τὸν τρόπον, καὶ τὸ πᾶν πονεῖν ἐπὶ γεωργίᾳ τετραμμένοι. ἄξιον δὲ αὐτῶν θαυμάσαι παρὰ πάντας τοὺς ἀρετῆς μεταποιουμένους [p] τὸ δίκαιον, μηδαμῶς ὑπάρξαν Ἑλλήνων ἢ βαρβάρων τισίν, [q] ἀλλὰ μηδ᾽ εἰς ὀλίγον, ἐκείνοις δ᾽ ἐκ παλαιοῦ συνελθὸν, ἐν τῷ ἐπιτηδεύεσθαι [r] μὴ κεκωλῦσθαι τὰ χρήματα κοινὰ αὐτοῖς εἶναι, ἀπολαύει δὲ οὐδὲν ὁ πλούσιος τῶν οἰκείων μειζόνως, ἢ ὁ μηδ᾽ ὅτι οὖν κεκτημένος· καὶ τάδε πράσσουσιν ἄνδρες ὑπὲρ τετρακισχίλιοι τὸν ἀριθμὸν ὄντες. καὶ οὔτε γαμετὰς εἰσάγονται, οὔτε δούλων ἐπιτηδεύουσι κτῆσιν, τὸ μὲν εἰς ἀδικίαν φέρειν ὑπειληφότες, τὸ δὲ στάσεως ἐνδιδόναι ποίησιν· αὐτοὶ δὲ ἐφ᾽ ἑαυτῶν [s] ζῶντες διακονίᾳ τῇ ἐπ᾽ ἀλλήλους ἐπιχρῶνται. ἀποδέκτας δὲ τῶν προσόδων [t] χειροτονοῦσι καὶ ὁπόσα ἡ γῆ φέροι, ἄνδρας ἀγαθοὺς [v] ἱερεῖς τε διὰ ποίησιν σίτου τε καὶ βρωμάτων. [x] ζῶσι δὲ οὐδὲν παρηλλαγμένως, ἀλλ᾽ ὅτι μά-

illi induxere. Cumque dicant fato omnia fieri, voluntatem hominis non privant impetu à seipsa pendente: quippe sic Deo placitum esse, ut certo temperamento miscerentur in unum fati decretum & ratio humana, si quis vellet accedere aut cum vitio aut cum virtute. Credunt etiam animis vim esse immortalem, ac sub terra vel præmiis vel pœnis eos affici, qui in hac vita virtuti se aut vitiis addixerint; & hos quidem sempiterno carcere clausos teneri, illis vero facultatem esse in vitam redeundi. & propter hæc *placita* tantæ apud populum sunt auctoritatis, ut quæcunque ad religionem pertineant, supplicationes & sacrificia, ista ex eorum interpretatione fiant. amplum adeo virtutis testimonium eis dederunt civitates, quod iis quæ optima essent studuerint, tam in vita quam oratione.

4. Sadducæorum vero doctrina facit ut animæ cum corporibus intereant. Nec illi quicquam aliud præter legem sibi servandum vendicant. nam contra magistros quidem ejus quam sequuntur sapientiæ disputare, præclarum ducunt: eorumque opinioni suffragantur pauci, sed dignitate primi. atque ab illis nihil fere agitur: nam si quando magistratus gerunt, inviti & necessitate coacti, Pharisæorum opinioni assentiuntur, quod eos alioquin non ferret populus.

Sadducæi.

5. Esseni autem omnia Dei in manu relinquenda esse censent. Animas immortales faciunt; fructusque justitiæ magnopere expetendos ducunt. In templum autem donaria dum mittunt, ibi sacra non faciunt, propterea quod lustrationes habeant sanctiores: hac de causa communi delubro arcentur, & † sacra sua seorsum faciunt. Cæterum homines sunt optime morati, & agriculturæ prorsus addicti. Convenit autem illos mirari, supra omnes qui virtutis laudem sibi tribui volunt, propter justitiam, (minime quidem inter Græcos Barbarosque cultam, ab illis tamen non ad breve tempus sed à multis retro annis usurpatam) qua modis omnibus agebant, ne quid eos impediret quominus habeant bona inter se communia, ita ut dives suis bonis non magis fruatur, quam qui nihil possidet: suntque super quatuor hominum millia qui hæc faciunt. & neque uxores ducunt, neque servos habere student, quod hoc iniquum, illud jurgiosum arbitrantur; sed separati vivunt, & alii aliis ministrant. Quæstores etiam suorum proventuum & terræ frugum creant viros bonos sacerdotes, qui frumentum parant & edulia. Vivunt omnes uno eodemque modo, & quammaxime referunt Dacas qui

Esseni, sive Essæi.

x Εἰσηγηθέντων ταῦτα] Post εἰσηγηθέντων lacuna est in Cod. Bosb. pro ταῦτα habet τούτῳ L. B. Coccejus vero αὐθαδῶς.

y Θρασεῖς ἐπαιρόμενοι.] Οἱ θρασεῖς ἐπ. in Cod. Vat. nec aliter Hen. à pr. m.

z Ἐπ᾽ αὐτοῖς ὁρμῆς ἀφαιροῦνται] Sic Bosb. & L. B. atque ita legendum esse conjecerat Casaub. in Exercitt. c. Baronium, p. 58. ἐπ᾽ αὐτοῖς nempe τοῖς ἀνθρώποις, impetu qui est in hominis potestate: ut sit periphrasis liberi arbitrii. ἐπ᾽ αὐτῆς in Editis. ἀπ᾽ αὐτῆς Vat. ἐπ᾽ αὐτῷ legit P. Molinaeus in Vate suo, l. 3. c. 6.

a Κρᾶσιν] L. B. κρίσιν.

b Ἐκείνης] Ἐκείνου malit Joan. Clericus in Prolegom. ad Hist. Eccles. p. 7. καὶ τῷ ἐκείνης βουλευτηρίῳ L. B.

c Τῷ θελήσαντι προσχωρεῖν] Τὸ ἐθελῆσαι Bosb.

d Ὑπὸ χθονὸς] Ὑποχθονίους Bosb.

e Καὶ δι᾽ αὐτὰ] Vide ejusdem Clerici Prolegom. p. 11.

f Εὐχῶν τε καὶ ἱερῶν] Εὐχῶν τε ἔχεται καὶ ἱερῶν π. Vat. εὐχῶν τε ἔχεται καὶ Bosb. εὐχῶν τε ἔχεται καὶ L. B.

g Αὐτοῖς αἱ πόλεις] Ita Hen. & Gall. & Coccejus. ἀρετῆς αὐτῆς in Editis Aliisque. ἀρετὴν αὐτοῖς Bosb.

h Φυλακῆς] L. B. Φυλακή.

i Οὐδαμῶν τινῶν] Οὐδαμῶς Bosb. & Gall. & L. B.

k Πράσσεταί τε] Πράσσεταί γε L. B.

l Ἐσσηνοῖς] Confer sup. lib. 15. c. 10. §. 4. SPANH.

m Ἀναθήματά τε] Ἀναθήματα στέλλοντες θυσίας ἐπιτελοῦσι Hen. Lugd. Bat. & Vat.

n Δι᾽ αὐτὸ εἰργόμενοι] Διὰ τοῦτο Bosb.

o Ἐφ᾽ αὑτῶν] Ἀφ᾽ αὑτῶν Vat. Lugd. Bat. & Hen. à pr. m. Coccejus ἀπ᾽ αὐτῶν.

† Sacra sua seorsum faciunt.] Vertendum, in seipsis sacrificia peragunt, i. e. sese ipsos Deo vovebant & consecrabant, & hoc est quod Philo dicit p. 676. summa religione Deo serviunt, non mactando victimas, sed suas mentes componendo ad sanctimoniam. Vide Cuperum in Epist. ■ D'outr. sub finem Dissert. D'outr. de Cleugore Evangelii p. 194. Vide etiam Potte. in Var. Lect. p. 203. 795. IBBETSONUS.

p Τὸ δίκαιον, μηδαμῶς] Τόδε, διὰ τὸ μηδαμῶς &c. L. B.

q Ἀλλὰ μηδ᾽ εἰς ὀλίγον,] Ita Bosb. ἀλλὰ μηδὲ εἰς ὀλίγον, ἐκείνοις οὐκ π. in Editis Aliisque.

r Μὴ κεκωλῦσθαι τὰ χρήματα] Iterum è Cod. Bosb. μὴ κωλυθέντα. τὰ χρήματα τε κοινὰ αὐτοῖς ἐστιν in Editis Aliisque.

s Ζῶντες διακονίᾳ] Sic Cod. Bosb. ζῶντες ὄντι διακονίᾳ τῇ ἐπ᾽ ἀλλήλοις in cæteris.

t Χειροτονοῦσι καὶ] Ita Bosb. χειροτονοῦντες, in Editis Aliisque.

v Ἱερεῖς τε ——— βρωμάτων.] Ἱερεῖς δὲ ἐπὶ ποιήσει σίτου τε καὶ βρωμάτων προχειρίζονται Bosb. HUDS. Illud τε additur ex L. B. HAV.

x Ζῶσι ——— λεγομένοις.] Rufinus: habitus insumptior est & mundus. Quum ergo Philosophiæ princeps Juda extitit &c. nulla de hujus loco de comparatione cum Dacis mentio. Natum autem de Dacis à Zamolxide Pythagorico, ut perhibetur, prout edoctis de immortalitate animæ, contemptu mortis, &c. De Πλείστοις inter Dacos vid. Bochart Epist. Oper. p. 1051. &c. M. [illegible] è Strabone lib. VII. p. 296. seu potius apud Strabonem Πλείστοις legendum è Josepho. Πλεῖστος alias fluvius Delphudos, de quo Æschyl. Eum. v. 27. Callim. H. in Del. v. 91.

qui Polistæ appellantur.

Judas Galilæus quartæ Sectæ auctor.

6. Præter has tres sectas, Judas ille Galilæus quartam introduxit, hominum qui cæteroquin cum Pharisæis sentiunt, sed libertatem sic amant, ut eam mordicus tueantur, Deum unum pro rectore & domino habentes. Varias etiam mortes subeundas, cognatorumque supplicia & amicorum nihili faciunt, dummodo hominum neminem dominum appellent. Cum autem ista multis perspecta fuerint, de firma illorum in ejusmodi rebus animi præsentia quidquam amplius dicere omisi. Non enim veritus sum ne mea de illis verba fidem non inveniant; sed è contra ne minus quam debuit tam insignem patientiam & doloris contemptum assequatur oratio. Hinc & ista ex amentia ægrotare cœpit gens, Gessio Floro præside, dum potestate sua abutitur, eos ex desperatione adigente ad defectionem à Romanis. Atque ita philosophatum est à Judæis.

λοις [y] ἐμφέροντας Δακῶν τοῖς [z] Πολιςαῖς λεγομένοις.

ς'. Τῇ δὲ τετάρτῃ τῶν [a] Φιλοσοφιῶν ὁ Γαλιλαῖος Ἰούδας ἡγεμὼν κατέστη, [b] τὰ μὲν λοιπὰ πάντα γνώμῃ τῶν Φαρισαίων ὁμολογοῦσι, δυσνίκητος δὲ τοῦ ἐλευθέρου ἔρως ἐστὶν αὐτοῖς, μόνον ἡγεμόνα καὶ δεσπότην τὸν Θεὸν [c] ὑπειληφόσι. θανάτων τε ἰδέας ὑπομένειν παρηλλαγμένας ἐν ὀλίγῳ τίθενται, καὶ συγγενῶν τιμωρίας καὶ φίλων, ὑπὲρ τοῦ μηδένα ἄνθρωπον προσαγορεύειν δεσπότην. ἑωρακόσι δὲ τοῖς πολλοῖς τὸ ἀμετάλλακτον αὐτῶν [d] τῆς ὑπὸ τοιούτοις ὑποστάσεως, περαιτέρω διελθεῖν παρέλιπον. οὐ γὰρ δέδοικα μὴ εἰς ἄπιστον ὑποληφθῇ τι τῶν λεγομένων ἐπ' αὐτοῖς, τοὐναντίον δὲ μὴ [e] ἐλασσόνως τοῦ ἐκείνων καταφρονήματος, δεχομένου τὴν ταλαιπωρίαν τῆς ἀλγηδόνος, ὁ λόγος ἀφηγῆται. [f] ἀνοίᾳ τε τῇ ἐντεῦθεν ἤρξατο νοσεῖν τὸ ἔθνος, [g] Γεσσίου Φλώρου, ὃς ἡγεμὼν ἦν, [h] τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ ὑβρίζειν ἀπονοήσαντος αὐτοὺς ἀποστῆναι Ῥωμαίων. καὶ φιλοσοφεῖται μὲν Ἰουδαίοις τοσάδε.

III.

CAP. II.

Quomodo Herodes & Philippus urbes ædificarunt in honorem Cæsaris. De pontificum & præsidum successione: & quænam Phraati & Parthis acciderunt.

ΚΕΦ. β'.

Ὡς Ἡρώδης καὶ Φίλιππος πόλεις ἔκτισαν εἰς τιμὴν Καίσαρος. περὶ ἱερέων καὶ ἡγεμόνων διαδοχῆς· ἅ, τε συνέβη Φραάτῃ καὶ τοῖς Παρθυαίοις.

Quirinii census finitus.

QUirinius postquam Archelai pecuniam addixit & censui finem imposuit, qui factus est anno trigesimo septimo post Cæsaris Actiacam victoriam Antonii, Joazarum cui cum plebe contentio fuerat, dignitate atque honore abdicavit, ejusque muneri Ananum Sethi filium præfecit.

Ananus pontifex.

Herodes vero & Philippus in suæ uterque Tetrarchiæ possessionem invaserunt. & Herodes Sepphorim munivit, & eam totius Galilææ * ornamentum fecit & urbem principem: item cum Betharamphtha (ipsa enim urbs erat) mœnibus cinxisset, Juliadem ab uxore imperatoris *eam* appellavit.

Herodes & Philippus urbes condunt.

Philippus quoque Paneadem apud Jordanis fontes positam construxit, eique Cæsareæ nomen fecit: vicum etiam Bethsaidam, lacui Gennesaritico adsitum, cum ad dignitatem urbis perduxisset, multisque habitatoribus & cætera opulentia auxisset, nomen ei dedit ab Julia Cæsaris filia.

Samaritæ polluunt templum.

2. Cæterum Coponio, quem cum Quirino missum diximus, Judæam administrante, hujusmodi quiddam accidit. In Azymorum festo, quod Pascha vocamus, sacerdotibus moris erat post me-

Κυρήνιος δὲ τὰ Ἀρχελάου χρήματα ἀποδόμενος ἤδη, καὶ τῶν ἀποτιμήσεων πέρας ἐχουσῶν, αἳ ἐγένοντο [i] τριακοστῷ καὶ ἑβδόμῳ ἔτει μετὰ τὴν Ἀντωνίου ἐν Ἀκτίῳ ἧτταν ὑπὸ Καίσαρος, Ἰωάζαρον τὸν ἀρχιερέα καταστασιασθέντα ὑπὸ τῆς πληθύος ἀφελόμενος τὸ ἀξίωμα τῆς τιμῆς, [k] Ἄνανον τὸν [l] Σεθ ἱστᾷ ἀρχιερέα. [m] Ἡρώδης δὲ καὶ Φίλιππος τετραρχίαν ἑκάτερος τὴν [n] ἑαυτοῦ παρειληφότες καθίσταντο. καὶ [o] Ἡρώδης, Σέπφωριν τειχίσας, [p] πρόσχημα [q] τοῦ Γαλιλαίου παντὸς, [r] ἦγεν [s] αὐτὴν αὐτοκρατορίδα· [t] Βηθαραμφθᾶ δὲ, πόλις ἦν καὶ [v] αὐτὴ, τείχει περιλαβὼν, [x] Ἰουλιάδα ἀπὸ τοῦ αὐτοκράτορος ἀγορεύει τῆς γυναικός. Φίλιππος δὲ [y] Πανεάδα, [z] τὴν πρὸς ταῖς πηγαῖς τοῦ Ἰορδάνου κατασκευάσας, ὀνομάζει Καισάρειαν· κώμην δὲ Βηθσαϊδὰν, πρὸς [a] λίμνῃ δὲ τῇ Γεννησαρίτιδι, πόλεως παρασχὼν ἀξίωμα, πλήθει τε οἰκητόρων καὶ τῇ ἄλλῃ δυνάμει, [b] Ἰουλίᾳ θυγατρὶ τῇ Καίσαρος ὁμώνυμον ἐκάλεσεν.

β'. Κωπωνίου δὲ τὴν Ἰουδαίαν διέποντος, ὃν ἔφην Κυρηνίῳ συνεκπεμφθῆναι, τάδε πράσσεται. [c] τῶν [d] ἀζύμων τῆς ἑορτῆς ἀγομένης, ἣν Πάσχα καλοῦμεν, ἐκ μέσης νυκτὸς ἐν

ρι. Apollon. Rhod. lib. II. v. 913. Πλειστέων ἐπιχωρίῳ θεῷ Thracum Herodot. lib. IX. cap. CCCLI. p. 556. SPANH.

y Ἐμφέροντας Δακῶν] Ἐμφερεῖς Busb.

z Δακῶν] In *Marg. L. B.* ἐπ' οἷς καὶ ἐν ἄλλαις.

zz Πολιςαῖς] Πλείσταις in *Editis* & *MSS.* Primus (inquit *Scaliger* in *Elencho Trihæres.*) odoratus est *Ortelius* Κτίστας esse *Strabonis.* Verum Πολιςαῖς malo. Idem enim Πολισταὶ qui Κτίσται. Omnes Scythæ & Thraces antiquitus *Nomades* erant, in plaustris degentes. Primi inter illos φιλοσοφοῦντες quidam vicatim & oppidatim cœperunt habitare, qui ab eo Πολισταὶ & Κτίσται dicti: quum tamen Ἄβιοι, in quorum finibus habitabant, palabundi viverent, quod eorum nomen indicat. Adde quod nimis recederetur à vestigiis corruptæ lectionis: si pro Πλείσταις legamus Κτίσταις. Igitur Πολιςαῖς verissimum. Videsis *Tho. Brunonem* in *Dissert. de Therapeutis*, & *S. Bochartum* ad calcem *Geogr. S.* p. 1052. *Edit. Lugd. Bat.*

a Φιλοσοφιῶν] Ita *Busb. Lugd. Bat.* & *Epiphan.* Φιλοσόφων in *Editis Aliisque.*

b Τὰ μὲν λοιπὰ πάντα] Sic & *Zonaras.* Verum haud ita à *Josephi* manu fuisse suspicor: quod οἷς οἱ στρέφονται τὰ μὲν habeat *Busb.* & *Epiphanius* vertat, *hujus sequaces in vestitu, in habitu, cæterisque aliis, Pharisæis consentiunt.*

c Ὑπειληφόσι.] *L. B* ὑπειληφότες.

d Τῆς ὑπὸ τοιούτοις ὑποστάσεως,] Sic *Busb.* τῆς deest *cæteris.* In *L. B.* ταῖς.

e Ἐλασσόνως τοῦ ἐκείνων] Ita rescripsi ex conjectura. prius erat ἐλάσσονος. HUDS. Atque huic conjecturæ adstipulatur jam *Lugd. Bat.* HAV.

f Ἀνοίᾳ τε] Ἐντεῦθεν ἤρξατο τὸ Ἰουδαίων ἔθνος νοσεῖν ἐξ ἀνοίας ἀπονοίας, Γεσσίου Φλώρου τοῦ ἡγεμόνος ὡς τοιαύτης αὐτοὺς ἐξάγοντος ὕβρεως &c. *Zonar.*

g Γεσσίου Φλώρου,] Γεσίου Φλώρου *Zonaras* p. 266. SPANH.

h Τῇ ἐξουσίᾳ] Addidit τῇ ex *L. B.* HAV.

i Τριακοστῷ καὶ ἑβδόμῳ ἔτει] Josephum hic redarguit Harduin. de Num. Herod. p. 36. SPANH.

k Ἄνανον] Is *Annas* dicitur ab *Evangelistis* & *Zonara.*

l Σεθ ἱστᾷ] Σὲς *Vat.* & *Hen.* à pr. m. Σεθεὶ *Zonar.* Σεθὶ καθίστησι *L. B.*

m Ἡρώδης] Conf. ἁλωσ. lib. 2. c. 6. §. 3. SPANH.

n Ἑαυτοῦ παρειληφότες] Παρ' αὐτοῦ *Vat.* & *Hen.* à pr. m.

o Ἡρώδης.] Conf. ἁλωσ. lib. 2. c. 4. §. 2. SPANH.

p Πρόσχημα] *Sc.* καθίστησιν.

q Τοῦ Γαλιλαίου] Est qui malit τῆς Γαλιλαίας ἁπάσης.

* *Ornamentum fecit & urbem principem:*] *Al.* propugnaculum fecit & regiam urbem.

r Ἦγεν] *L. B.* in *Marg.* ἀγόρευσεν.

s Αὐτὴν αὐτοκρατορίδα] Αὐτοκρατόρισσα *Vat.* & *Hen.* à pr. m.

t Βηθαραμφθᾶ] Conf. ἁλωσ. lib. 2. c. 4. §. 2. SPANH.

v Αὐτὴ,] Τείχει post αὐτὴ addunt *Busb.* & *Vat.*

x Ἰουλιάδα] Male Λιβιάδα apud *Euseb.* ut ostendit *Scalig.* in *Animadv. Euseb.* p. 169. HUDS. Conf. ἁλωσ. lib. 3. c. 9. §. 7. SPANH.

y Πανεάδα,] Conf. ἁλωσ. lib. 2. c. 9. §. 1. SPANH.

z Τὴν —— Καισάρειαν·] Conf. ἁλωσ. lib. 2. c. 2. §. 1. SPANH.

a Λίμνῃ δὲ τῇ Γεννησαρίτιδι,] Conf. ἁλωσ. lib. 2. c. 20. §. 6. SPANH.

b Ἰουλίᾳ] Ἰουλίου *Busb.* & *L. B.*

c Τῶν —— ἐν ἱερῷ] Conf. ἁλωσ. lib. 2. c. 1. §. 3. SPANH.

d Ἀζύμων τῆς ἑορτῆς ἀγομένης,] Videsis *Grotium* ad *Matth.* c. 26. v. 17.

ἐν ἔθει τοῖς ἱερεῦσιν ἦν ἀνοιγνύναι τοῦ ἱεροῦ τοὺς πυλῶνας. καὶ τότε [e] ὡς ἐπεὶ τὸ πρῶτον γένοιτο ἡ ἄνοιξις αὐτῶν, ἄνδρες Σαμαρεῖται κρύφα εἰς Ἱεροσόλυμα ἐλθόντες διαρρίπτειν ἀνθρωπεῖα ὀστᾶ ἐν ταῖς στοαῖς [f] ποιοῦνται· [g] δι' ὃ καὶ πάντας τοῦ ἱεροῦ εἶρξαντο, [h] μὴ πρότερον ἐπὶ τοιούτοις νομίζοντες, τά τε ἄλλα διὰ φυλακῆς [i] μείζονος ἦγον τὸ ἱερόν. καὶ Κωπώνιος μετ' οὐ πολὺ εἰς Ῥώμην ἐπαναχωρεῖ, διάδοχος δὲ αὐτῷ τῆς ἀρχῆς παραγίνεται, Μάρκος [k] Ἀμβιούιος, ἐφ' οὗ καὶ Σαλώμη τοῦ βασιλέως Ἡρώδου ἀδελφὴ μεταστᾶσα Ἰουλίᾳ Ἰάμνειάν τε καταλείπει, καὶ τὴν τοπαρχίαν πᾶσαν, τήν τε ἐν τῷ πεδίῳ Φασαηλίδα καὶ Ἀρχελαΐδα, ἔνθα φοινίκων πλείστη φύτευσις, καὶ καρπὸς αὐτῶν ἄριστος. διαδέχεται δὲ καὶ τοῦτον Ἄννιος Ῥοῦφος, ἐφ' οὗ δὴ καὶ [l] τελευτᾷ Καῖσαρ, δεύτερος μὲν Ῥωμαίων αὐτοκράτωρ γενόμενος, ἑπτὰ δὲ καὶ πεντήκοντα τῆς ἀρχῆς ἔτη, πρὸς οἷς [m] μῆνες ἕξ, [n] ἡμέραιν δυοῖν πλείονες· τούτου δὲ αὐτῷ τοῦ χρόνου [o] τεσσαρεσκαίδεκα ἔτη συνῆρξεν Ἀντώνιος· βιώσας ἔτη [p] ἑπτὰ καὶ ἑβδομήκοντα. διαδέχεται δὲ τοῦ Καίσαρος τὴν ἡγεμονίαν, Τιβέριος Νέρων, τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Ἰουλίας υἱὸς ὤν. τρίτος [q] οὗτος ἤδη αὐτοκράτωρ, καὶ [r] πεμπτὸς ὑπ' αὐτοῦ παρῆν Ἰουδαίοις ἔπαρχος, διάδοχος Ἀννίου Ῥούφου, Οὐαλέριος Γρᾶτος· ὃς παύσας ἱερᾶσθαι [s] Ἄνανον, [t] Ἰσμάηλον ἀρχιερέα ἀποφαίνει [v] τὸν τοῦ [x] Φαβί. καὶ τοῦτον δὲ μετ' οὐ πολὺ μεταστήσας, Ἐλεάζαρον τὸν Ἀνάνου τοῦ ἀρχιερέως υἱὸν ἀποδείκνυσιν ἀρχιερέα. ἐνιαυτοῦ δὲ διαγενομένου, καὶ τόνδε παύσας, Σίμωνι τῷ [y] Καμίθου τὴν ἀρχιερωσύνην παραδίδωσιν. οὐ πλέον [z] καὶ τῷδε ἐνιαυτοῦ τὴν τιμὴν ἔχοντι διεγένετο χρόνος, καὶ Ἰώσηπος, [a] ὁ καὶ Καϊάφας, διάδοχος ἦν αὐτῷ. καὶ Γρᾶτος μὲν ταῦτα πράξας εἰς Ῥώμην [b] ἐπαναχωρεῖ, ἕνδεκα ἔτη διατρίψας ἐν Ἰουδαίᾳ· [c] Πόντιος δὲ Πιλάτος διάδοχος αὐτῷ ἧκεν.

γ'. Ἡρώδης δὲ ὁ τετράρχης, ἐπὶ μέγα γὰρ ἦν τῷ Τιβερίῳ φιλίας [d] προελθὼν, οἰκοδομεῖται πόλιν ἐπώνυμον αὐτῷ [e] Τιβεριάδα, τοῖς κρατίστοις [f] ἐπικτίσας [g] αὐτὴν τῆς Γαλιλαίας ἐπὶ [h] λίμνῃ τῇ Γεννησαρίτιδι. θερμὰ δὲ οὐκ ἄπωθεν [i] ἐστιν ἐν κώμῃ, [k] Ἀμμαοὺς ὄνομα αὐτῇ. σύγκλυδες δὲ ᾤκησαν, οὐκ ὀλίγον δὲ καὶ τὸ Γαλιλαῖον [l] ἦν, καὶ ὅσοι μὲν ἐκ τῆς [m] ὑπ' αὐτῷ γῆς ἀναγκαστοὶ, καὶ πρὸς βίαν εἰς τὴν κατοικίαν ἀγόμενοι, τινὲς δὲ καὶ τῶν ἐν τέλει. ἐδέξατο δὲ αὐτοῖς συνοίκους καὶ τοὺς πανταχόθεν ἐπισυναγομένους ἀνθρώπους ἀπόρους, ἔστι δὲ οὓς μηδὲ σαφῶς ἐλευθέρους, πολλά τε αὐτοὺς καὶ [n] ἐπὶ πολλοῖς ἠλευθέρωσε καὶ εὐηργέτησεν, ἀνάγκασμα τοῦ μὴ ἀπολείψειν τὴν πόλιν [o] ἐπιθεὶς, κατασκευαῖς τε οἰκήσεων τελείως τῷ αὐτοῦ καὶ γῆς ἐπιδόσει, εἰδὼς παράνομον τὸν οἰκισμὸν ὄντα, καὶ ἀπὸ τοῦ Ἰουδαίοις πα-

diam noctem aperire templi januas. tunc igitur, quamprimum apertæ sunt, Samaritani quidam clam Hierosolyma ingressi, ossa humana disjiciunt per porticus & per totum templum: ideoque *eos* omnes, præter suam in ejusmodi festivitate consuetudinem, à templo arcebant, cæteroquin & solito majorem fano custodiam adhibuerunt. Non multo autem post Coponius Romam revertitur, eique successit in prætura M. Ambivius; sub quo etiam Salome Herodis regis soror, vita decedens, Juliæ reliquit Jamniam omnemque toparchiam, & Phasaëlidem in planitie & Archelaidem, ubi magna palmarum copia quarum fructus erat præstantissimus. Huic successit Annius Rufus, quo prætore mortuus est Cæsar *Augustus*, secundus Romanorum imperator, cum septem & quinquaginta annis imperasset, prætereaque sex mensibus & duobus diebus (quo tempore per quatuordecim annos ei in imperio socius erat Antonius) vixissetque annos septem & septuaginta. Cæsari autem in imperium successit Tiberius Nero, uxoris ejus Juliæ filius. Hic tertius Romanorum imperator, & ab eo post Annium Rufum prætor in Judæam missus est Valerius Gratus: qui Ananum pontificatu privavit, & eum Ismaëli Phabi filio tribuit. atque hunc non multo post abdicavit, & id munus Eleazaro Anani pontificis filio commisit. uno autem post anno, sacerdotium huic ademptum Simoni Camithi filio tradidit: cumque is dignitatem non ultra anni *spatium* tenuisset, Josephus, cui etiam Caiaphæ nomen fuit, ei successit. Et Grato quidem, cum in Judæa annos undecim exegisset, his actis Romam reverso, Pontius Pilatus successit.

Ambivius Judææ procurator. Salome moritur. Annius Rufus procurator. Augusti obitus. Tiberius Nero imperator. Valerius Gratus procurator. Ismaël pontifex. Simon pontifex. Josephus Caiaphas, dictus, fit pontifex. Pontius Pilatus Judææ procurator.

3. Herodes autem tetrarcha, nam magna ei cum Tiberio amicitia intercesserat, urbem ædificavit, ab ipso Tiberiadem appellatam, in parte optima Galilææ positam, ad lacum Gennesareth. Thermæ autem non procul in vico sunt, cui nomen Ammaus. Eamque convenæ habitarunt & quamplurimi ex Galilæa, coactique nonnulli è regione sub illius imperio & per vim eò ad habitandum deducti, quidam etiam ex optimatibus. Quin & pauperes undique collectos ad incolendum admisit, & nonnullos qui an liberi essent non constabat, illisque numero multis magnas facultates & immunitates dedit, utque tenerentur adstricti ad degendum in illo oppido, eorum domos *suis impensis* exstruxit eisque agros è suis assignavit, quod sciret habitationem esse Judaïcis legibus moribusque repu-

Tiberiadem ædificat Herodes.

e Οὐκ ἐπεὶ] Illud ὡς è Codd. MSS. & Epiphanio.

f Ποιοῦνται.] Vox ποιοῦνται deest Vat. & Hen. à pr. m.

g Δι' ὃ καὶ πάντας] Ita ex conjectura. antea in libris erat, καὶ διὰ πάσης τοῦ ἱεροῦ εἶρξαντο. in *Epiphanii* versione, *per templi cunctas porticus & per totum fanum ossa jaciunt mortuorum, & ex illo cœpit in templo custodia major adhiberi.*

h Μὴ πρότερον] Verba ista, μὴ πρότερον ἐπὶ τοιούτοις νομίζοντες, desiderantur in Cod. *Bodl.* relicta lacuna dimidii versiculi. nec ea quidem agnoscit *Epiphan.*

i Μείζονος ἦγον τὸ ἱερόν] Ita cum *Epiphanio.* μείζονας in *libris.*

k Ἀμβιούιος.] Eo modo sane legendum cum *Casaubono*, vel Ἀμβίβιος. HUDS. Vel Ἀμβίουιος vel Ἀμβίβιος M. Ambivius. Casaub. ad Baron. p. 229. SPANH.

l Τελευτᾷ Καῖσαρ.] Conf. ἁλωσ. lib. 2. c. 8. §. 1. μετὰ τὴν Αὐγούστου τελευτὴν &c. SPANH.

m Μῆνες ἕξ.] Μῆνες ε'. una litera minus malit *Scalig.* in *Animadv. Euseb.* p. 166.

n Ἡμέραιν δυοῖν πλείονες.] Ita *Bodl.* & *Zonar.* ἡμέραις Cod. *Vat.* ut & in *Editis Aliisque.*

o Τεσσαρεσκαίδεκα] *L. B.* δεκατέσσαρα.

p Ἑπτὰ καὶ ἑβδομήκοντα.] *L. B.* ἑβδομήκοντα ἑπτά.

q Οὗτος ἤδη] *L. B.* ἤδη οὗτος.

r Πεμπτὸς —— Γρᾶτος.] Ita cum *Casaubono.* male antea πέμπτος. HUDS. Πεμπτὸς Gen. Vel πεμπτὸς *missus* ut *Casaub. ad Baron.* p. 229. sic infr. c. 4. §. 4. Valerius Gratus à Zonara etiam p. 166. non dicitur, quod quintus fuerit Judææ Præfec. de Grato sub Tiberio Judææ Præfect infr. c. 7. §. 5. SPANH.

s Ἄνανον.] Ἀνανον *Euseb.* & *Chron. Alex.*

t Ἰσμάηλον ἀρχιερέα] Conf. infr. lib. 20. c. 7. §. 8. SPANH.

v Τὸν τοῦ Φαβί.] Τὸν τοῦ Βαφὶ Euseb. H. E. p. 283. SPANH.

x Φαβί.] Βαφὶ *Euseb.* Βαφὶ *Chron. Alex.*

y Καμίθου] Καμαθεὶ *Chron. Alex.*

z Καὶ τῷδε] *L. B.* δὲ καὶ τῷδε.

a Ὁ καὶ Καϊάφας,] Ita cum *Euseb.* & *Niceph.* καὶ abest *Josephi* libris.

b Ἐπαναχωρεῖ,] *L. B.* ὑπαναχωρεῖ.

c Πόντιος δὲ Πιλάτος] Conf. infr. c. 7. §. 5. Josephi testimonium hoc de Pilato, qui XII. Tiberii anno missus sit Judææ Procurator, citat Euseb. H. E. lib. 1. c. 9. p. 27. SPANH.

d Προελθὼν,] *L. B.* προσελθών.

e Τιβεριάδα,] Confer Vitam Josephi §. 9. & infr. c. 7. §. 2. SPANH

f Ἐπικτίσας] Ἐπιτειχίσας legisse videtur *Epiphan.* qui vertit, *mœnibus eam firmis fortibusque circumdans.*

g Αὐτὴν τῆς Γαλιλαίας,] Ita *MSS.* & *Epiphan.* αὐτὴν abest *Editis.*

h Λίμνῃ τῇ Γεννησαρίτιδι.] Conf. ἁλωσ. lib. 2. c. 20. §. 6. SPANH.

i Ἐστιν ἐν κώμῃ,] Ἐστι in Cod. *Bodl.*

k Ἀμμαοὺς ὄνομα αὐτῇ.] *Al.* Ἐμμαοῦς. in nonnullis (ut in *L. B.*) *MSS.* Ἀμμαθοῦς. De *Emmao* videsis *Lud. Capelli* Spicileg. ad *Luc.* c. 24. v. 13.

l Ἦν,] Ita *MSS.* ἦν abest *Editis.*

m Ὑπ' αὐτῷ] Sic *Bodl.* & *Lugd. Bat.* ὑπ' αὐτῷ *Hen.* ὑπ' αὐτοῦ in *Editis Aliisque.*

n Ἐπὶ πολλοῖς] Καὶ πολλοῖς *Bodl.* & *Lugd. Bat.*

o Ἐπιθεὶς,] *L. B.* ἐπιθεὶς.

pugnantem, propterea quod, ad Tiberiadem collocandam, sublata fuerant multa, quæ illic erant sepulchra, cum lex nostra hujusmodi incolas pollutos pronunciet in septem dies.

Phrahates moritur.

4. Sub idem tempus etiam moritur Phrahates Parthorum rex, ex insidiis illi à Phrahatace filio factis, hujusmodi de causa. Phrahates, cum ei filii essent legitimi, ancillam Italici generis, cui nomen Thermusa, quæ, cum aliis muneribus ei à Julio Cæsare missa erat, primum quidem pro concubina habuit; captus vero formæ illius pulchritudine, aliquanto post tempore etiam filio ex ipsa Phrahatace suscepto, eam in matrimonium duxit & honoravit. Illa quidem cum universa quæ diceret regi persuaderet, & modis omnibus ageret ut Parthorum regnum filio adstrueret, nihil se effecturam intellexit, nisi viam aliquam excogitaret ad submovendos legitimos Phrahatis filios. Persuasit igitur marito ut filios legitimos Romam obsides mitteret. Et illi quidem, nam haud facile erat regi Thermusæ voluntati morem non gerere, Romam mittuntur. Phrahataces autem, qui solus ad res administrandas educatus erat *& institutus*, molestum sibi reputabat & longum fore, donec regnum à patre traditum acciperet. quo fit ut insidias patri paravetit, matre eum adjuvante, cum qua rumor erat eum stupri consuetudinem habere. Itaque cum pro utroque in odium venisset, subditis incesti cum matre flagitium nihilo minus parricidio habentibus, priusquam magnis viribus auctus esset facta seditione regno pulsus est, atque ita interiit. Cum autem Parthorum nobilissimi in eo inter se consensissent, sine rege rempublicam administrari non posse, & è *regio* Arsacidarum sanguine esse debere qui regnarent (alios enim imperare haud fas esse, satisque habere contumeliarum quas sæpius & hucusque pertulit regnum, ex nuptiis cum Italica concubina factis liberisque inde ortis) Orodem per legatos acciverunt, ut qui è genere regio, quamvis alias populo invisus culpæque affinis ob immanem ejus crudelitatem, quippe ingenio intractabili & ad iram proclivi. Igitur & hunc quidem, inita conjuratione, interemerunt, ut nonnulli tradunt, inter libationes & epulas, nam moris est omnibus gladios gestare, ut vero plerique dicunt, cum ad venationem eum prolicuissent. Itaque legatione Romam missa, in regem petierunt unum ex obsidibus: mittiturque Vonones, cæteris fratribus prælatus. videbatur enim isti fortunæ sufficere, quam ei duo maxima in terris offerebant imperia, suum & externum. Sed brevi barbarorum animos subiit consilii mutatio, ut qui natura infidi *versatilesque*, præsertim cum factis suis indigna accipiant. dedignabantur enim facere quæ alienum mancipium imperaret, ita vocantes obsidem, & ista appellatione exaggerantes ignominiam. non enim jure belli datum esse qui Parthis imperitaret, sed, quod multo pejus, per pacis contumeliam. Confestim autem mittunt qui Artabanum accirent in Media regnantem, gene-

Thermusa dolo & insidiis Phrahataces regnum occupat.

Phrahataces regno pulsus.

Orodes, evocatus ad regnandum, non multo post occiditur.

Vonones Roma missus ad imperandum.

Qui cum Parthis displiceret, Artabanus accitur.

τρεῖν, διὰ τὸ ἐπὶ μνήμασιν ἃ πολλὰ τῇδε ἦν ἀναιρεθεῖσιν τὴν ἵδρυσιν Τιβεριάδι γενέσθαι, μιαροὺς δὲ ἐπὶ ἑπτὰ ἡμέρας εἶναι τοὺς οἰκήτορας [p] εἰσαγορεύει ἡμῖν τὸ νόμιμον.

δ'. Τελευτᾷ δὲ καὶ Φραάτης ὁ Παρθυαίων βασιλεὺς κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον, ἐπιβουλῆς αὐτῷ γενομένης ὑπὸ [q] Φραατάκου τοῦ υἱοῦ, κατὰ τοιάνδε αἰτίαν. Φραάτης, παίδων αὐτῷ γνησίων γενομένων, Ἰταλικῇ παιδίσκῃ, ὄνομα αὐτῇ [r] Θερμοῦσα, ταύτῃ ὑπὸ [s] Ἰουλίου Καίσαρος μετ' ἄλλων δωρεῶν ἀπεσταλμένῃ, τὸ μὲν πρῶτον παλλακίδι ἐχρῆτο· καταπλαγεὶς δὲ τῷ πολλῷ τῆς εὐμορφίας, προϊόντος χρόνου καὶ παιδὸς αὐτῇ τοῦ Φραατάκου γενομένου, γαμετήν τε τὴν ἄνθρωπον ἀποφαίνεται καὶ [t] τιμίαν. ἡ γε ἐπὶ πᾶσιν οἷς εἴποι πιθανὴ τῷ βασιλεῖ γεγονυῖα, καὶ σπεύδουσα τῷ αὐτῆς παιδὶ γενέσθαι τὴν Πάρθων ἡγεμονίαν, ἑώρα ἄλλως γενησομένην μὴ ἀποσκευῆς αὐτῇ μηχανηθείσης τῶν γνησίων τοῦ Φραάτου παίδων. πείθει οὖν αὐτὸν ἐκπέμπειν εἰς Ῥώμην ἐφ' ὁμηρείᾳ τοὺς γνησίους παῖδας. καὶ οὗτοι μὲν, οὐ γὰρ ἀντειπεῖν εὔπορον Φραάτῃ τοῖς Θερμούσης ἐπιτάγμασιν, ἐπὶ τῆς Ῥώμης ἐξεπέμποντο. Φραατάκης δὲ μόνος ἐπὶ τοῖς πράγμασι τρεφόμενος, δεινὸν ἡγεῖτο καὶ ἅμα χρόνιον τοῦ πατρὸς διδόντος τὴν ἀρχὴν λαμβάνειν. ὥστε ἐπεβούλευε τῷ πατρὶ συμπραξάσης τῆς μητρὸς, ᾗ δὴ καὶ [v] συνεῖναι λόγος. καὶ δι' ἀμφότερα μισηθεὶς, [x] οὐδὲν ἧσσον τῆς πατροκτονίας [y] τὸ μῖσος τῆς μητρὸς ἔρωτος τιθεμένων τῶν ὑπηκόων, στάσει προελαθεὶς πρότερον ἢ φῦναι μέγας, ἐξέπεσε τῶν πραγμάτων, καὶ οὕτω θνήσκει. συμφρονήσαντες δὲ οἱ γενναιότατοι Πάρθων, ὡς ἀβασιλεύτοις μὲν ἀμήχανον πολιτεύεσθαι, [z] οἱ δὲ βασιλεύοντες ἐκ τοῦ γένους τῶν Ἀρσακιδῶν, οὐ γὰρ ἑτέροις ἄρχειν νόμιμον, ἀπέχρη δὲ πολλάκις καὶ μέχρι νῦν παρανενομῆσθαι τὴν βασιλείαν ἔκ τε γάμου τῆς Ἰταλικῆς παλλακίδος καὶ γενέσεων, Ὀρώδην ἐκάλουν πρεσβεύοντες, [a] ὃν δή ἂν ἄλλως μὲν ἐπίφθονον παρά τε πλήθει καὶ ὑπαίτιον καθ' ὑπερβολὰς ὠμότητος, πάνυ γὰρ ἦν σκαιὸς καὶ [b] εὐδιάθετος εἰς ὀργὴν, ἕνα δὲ τῶν ἐκ τοῦ γένους [c] Ἀρσακιδῶν. τοῦτον μὲν δὴ συστάντες [d] ἀποκτείνουσιν, ὡς μὲν ἔνιοι φασὶν, ἐν σπονδαῖς καὶ τραπέζαις, μαχαιροφορεῖν γὰρ ἔθος ἅπασιν, ὡς δὲ ὁ πλείων κατέχει λόγος, εἰς [e] θήραν προαγαγόντες. πρεσβευσάμενοι δὲ εἰς Ῥώμην, ᾐτοῦντο βασιλέα τῶν ὁμηρευόντων· καὶ πέμπεται Βονώνης προκριθεὶς τῶν ἀδελφῶν. ἐδόκει γὰρ χωρεῖν τὴν τύχην, ἣν αὐτῷ δύο μέγισται τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον ἡγεμονίαι προσέφερον, ἰδία καὶ ἀλλοτρία. ταχεῖα δὲ ἀνατροπὴ τοὺς βαρβάρους ὑπῄει, ἅτε καὶ σφαλεροὺς φύσει ὄντας, πρός τε τὴν [f] ἀναξιοπάθειαν. ἀνδραπόδου γὰρ ἀλλοτρίου πείσεσθαι τὸ προστασσόμενον [g] οὐκ ἠξίουν, τὴν ὁμηρείαν ἀντὶ δουλείας ὀνομάζοντες, καὶ τῆς ἐπικλήσεως τὴν ἀδοξίαν. οὐ γὰρ ἂν πολέμου δικαίῳ δεδόσθαι τὸν βασιλεύοντα Πάρθοις, ἀλλὰ, ὃ τῷ παντὶ χεῖρον, εἰρήνης ὕβρει. παραχρῆμα δὲ ἐκάλουν Ἀρτάβανον Μηδείας βασιλεύοντα, γένος Ἀρσακιδῶν. πείθεται δὲ Ἀρτάβανος καὶ μετὰ στρατιᾶς ἐπι-

p Εἰσαγορεύει] L.B. ἀναγορεύει. Coccejus προαγορεύει vel ἀναγορεύει.

q Φραατάκου] Φραατάκου Vat. & Hen. à pr. m. Φραάτου Bodl. & Epiphan.

r Θερμοῦσα,] Ita ex Epiphanii libris. Θεσμοῦσα in Græcis. HUDS. Excepto tamen L. B. qui cum Epiphanio consentit. HAV.

s Ἰουλίου Καίσαρος] Σεβαστοῦ pro Ἰουλίου reponendum censet Bucherius in Belgio Rom. p. 12.

t Τιμίαν. —— γεγονυῖα,] L. B. τιμίαν ἔχει ε. π. ο. ε. πιθανῇ τ. β. γεγονυῖα

v Συνεῖναι] L. B. συνεῖναι.

x Οὐδὲν ἧσσον] Ita cum Cod. Bodl. ἔρωτος τιθεμένων etiam habet Vat. οὐδὲν ἧσσον ὡς τῆς πατροκτονίας τὸ μῖσος, τῆς μητρὸς ἔρωτα τιθεμένων in Editis.

y Τὸ μῖσος τῆς μητρὸς ἔρωτος] L. B. μῖσος τῆς μητρὸς ἔρωτος. Gen. μῖσος &c.

z Οἱ δὲ βασιλεύοντες] Οἱ δὲ τοῦ βασιλεύοντος Vat. & Hen. In Epiphanii versione, ceperunt inspicere quisnam illis ex genere Arsacidarum foret imperator

a Ὃν δή ἂν ἄλλως] In Hen. ὃν δ' ἂν ἄλλως. (in L. B. εἰ δὲ ἂν ἄλλως.) in Vat. ὃν δ' ἂν ἄλλως. unde rescripsi ὃν δ' ἂν ἄλλως. in Editis ὃν δὲ ἂν ἄλλως, & mox ἐπίφθονος & ὑπαίτιος, pro quibus ἐπίφθονον & ὑπαίτιον substitui è Codd. Bodl. Lugd. Bat. & Hen.

b Εὐδιάθετος] L. B. δυσδιάθετος.

c Ἀρσακιδῶν.] Vocem Ἀρσακιδῶν insertum dedi è Cod. Bodl.

d Ἀποκτείνουσιν,] Ἀποκτείνουσι Hen. & Vat.

e Θήραν προαγαγόντες.] L. B. θύραν (lege θήραν) προαγαγόντες.

f Ἀναξιοπάθειαν.] Ἀξιοπάθειαν Bodl. Aliter legisse videtur Epiphanius, qui vertit, siquidem sunt etiam natura mutabiles, mansuetudinem itaque ejus ceperunt contemnere, indignum putantes ut servo subjicerentur alieno. HUDS. Conf. sup. lib. 13. c. 2. §. 7. SPANH.

g Οὐκ ἠξίουν,] Illud οὐκ, ut sensus constaret, inserui, favente Epiphanio, ut videre est ex ejus versione jam allata. Si quis

ἔπεισεν. ὑπαντιάζει δὲ [h] αὐτὸν Βονώνης. καὶ τὰ μὲν πρῶτα συμφρονήσαντος αὐτῷ τοῦ πλήθους τῶν Πάρθων, παραταξάμενος, [i] ἡττηθεὶς φεύγει πρὸς τὰ ὄρη τῆς Μηδείας Ἀρτάβανος· [k] καὶ μετ᾽ οὐ πολὺ συναγαγὼν πολλὴν στρατιὰν, συμβάλλει τε Βονώνῃ, καὶ νικᾷ, καὶ Βονώνης εἰς [l] Σελεύκειαν ἀφιππάζεται σὺν [m] ὀλίγοις τοῖς περὶ αὐτόν. Ἀρτάβανος δὲ πολὺν τῇ τροπῇ φόνον ἐργασάμενος, ὑπὲρ ἐκπλήξεως τῶν βαρβάρων, πρὸς Κτησιφῶντα μετὰ τοῦ πλήθους ἀναχωρεῖ. κἀκεῖνος μὲν [n] ἐβασίλευεν ἤδη [o] Πάρθοις. Βονώνης δὲ εἰς Ἀρμενίαν διαπίπτει. καὶ καταρχὰς μὲν ἐφίετο τῆς χώρας, καὶ πρὸς Ῥωμαίους ἐπρεσβεύετο. ὡς δὲ αὐτῷ Τιβέριος μὲν ἀπεῖπε. πρός τε τὴν ἀνανδρίαν καὶ τοῦ Πάρθου τὰς ἀπειλάς· ἀντεπρεσβεύετο γὰρ δὴ πόλεμον [p] ἀνατεινόμενος, μηχανὴ δὲ ἦν [q] ἑτέρα βασιλείας [r] οὐδεμία, καὶ γὰρ οἱ περὶ Νιφάτην δυνατοὶ τῶν Ἀρμενίων Ἀρταβάνῳ προσέθεντο· παραδίδωσιν αὐτὸν Σιλανῷ τῷ τῆς Συρίας στρατηγῷ. κἀκεῖνος μὲν κατὰ αἰδῶ τῆς ἐν Ῥώμῃ κομιδῆς ἐν Συρίᾳ παρεφυλάττετο· τὴν δὲ Ἀρμενίαν Ὀρώδῃ δίδωσιν Ἀρτάβανος, ἑνὶ τῶν ἑαυτοῦ παίδων.

ε. Ἐτελεύτησεν δὲ καὶ ὁ τῆς [s] Κομμαγηνῆς [t] βασιλεὺς Ἀντίοχος, [v] διέστηκε δὲ τὸ πλῆθος πρὸς τοὺς γνωρίμους, καὶ πρεσβεύουσιν ἀφ᾽ ἑκατέρου μέρους, οἱ μὲν δυνατοὶ μεταβάλλειν τὸ σχῆμα τῆς πολιτείας εἰς ἐπαρχίαν ἀξιοῦντες, τὸ πλῆθος δὲ βασιλεύεσθαι κατὰ τὰ πάτρια. καὶ ψηφίζεται ἡ σύγκλητος Γερμανικὸν πέμπειν διορθωσόμενον τὰ κατὰ τὴν ἀνατολὴν, πραγματευομένης [x] αὐτῷ τῆς τύχης εὐκαιρίαν τοῦ θανάτου. καὶ γὰρ γενόμενος [y] κατὰ ἀνατολὴν, καὶ πάντα διορθώσας, ἀνῃρέθη φαρμάκῳ ὑπὸ Πίσωνος, καθὼς ἐν ἄλλοις δεδήλωται.

re Arsacidem. Illi persuadetur, & cum exercitu venit. Cui Vonones occurrit; & cum primum quidem plerique Parthorum ab ipso stetissent, prælio Artabanus victus in Mediæ montes fugam capessit: & non multo post magno coacto exercitu cum Vonone congreditur, cumque superat, ita ut Vonones cum paucis è suis equitibus in Seleuciam fugeret. Artabanus autem magna cæde grassatus in fusos fugatosque, quod animis consternati erant barbari, cum copiis suis Ctesiphontem se recipit. Et ille quidem jam Parthis imperabat. Vonones autem fuga in Armeniam dilapsus, & statim quidem *ut eò venerat* regionis imperium affectavit, Romamque legatos misit: ut vero repulsam passus est à Tiberio, & propter ipsius ignaviam & Parthi minas (nam per legatos se bellum illaturum minatur, via enim alia ad regnum conservandum nulla erat, nam potentiores Armeniorum Niphatem accolentes Artabano se adjunxerunt) semet Silano Syriæ præsidi dedidit. Atque ille quidem eum utpote Romæ educatum reveritus apud se in Syria asservabat: Armeniam autem Orodi uni è filiis suis tradit Artabanus.

Vonones ab Artabano fusus fugatusque.

Silano Syriæ præsidi se tradit.

5. Ea tempestate moritur etiam Antiochus Commagenæ rex: & contentio orta est inter plebejos & nobiles, ita ut utraque pars legationem Romam mitteret; proceribus quidem regnum in provinciæ formam redigi postulantibus, plebe vero patrio more regum imperio subjici. quapropter Germanicus ex Senatusconsulto ad componendum Orientis statum mittitur, fortuna occasionem quærente illius exitio. Nam cum in Oriente esset, & res illic composuisset, Pisonis *ministerio & opera* veneno sublatus est; sicuti alibi memoratum est.

ΚΕΦ. γʹ.

Στάσις Ἰουδαίων πρὸς Πόντιον Πιλάτον. περὶ Χριστοῦ. οἷά τε συνέβη Παυλίνῃ καὶ Ἰουδαίοις ἐν Ῥώμῃ.

Πιλάτος δὲ, ὁ τῆς Ἰουδαίας ἡγεμὼν, στρατιὰν ἐκ Καισαρείας ἀγαγὼν, καὶ μεθιδρύσας [a] χειμαδιοῦσαν ἐν Ἱεροσολύμοις, ἐπὶ καταλύσει [a] τῶν νομίμων τῶν Ἰουδαϊκῶν, [b] εἰσφέρει [c] προτομὰς Καίσαρος, αἳ [d] ταῖς σημαίαις προσῆσαν, [e] εἰσαγόμενος εἰς τὴν πόλιν, εἰκόνων ποίησιν ἀπαγορεύοντος ἡμῖν τοῦ νόμου. καὶ διὰ τοῦτο οἱ πρότερον ἡγεμόνες τῶν μὴ μετὰ τοιῶνδε κόσμων σημαίαις ἐποιοῦντο εἴσοδον τῇ πόλει. πρῶτος δὲ Πιλάτος, ἀγνοίᾳ τῶν ἀνθρώπων διὰ τὸ νύκτωρ γενέσθαι τὴν εἴσοδον, ἱδρύεται τὰς εἰκόνας φέρων [f] εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα. οἱ δὲ ἐπεὶ ἔγνωσαν κατὰ πλῆθος ἀπῄεσαν εἰς Καισάρειαν, ἱκετείας ποιούμενοι ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας, ἐπὶ μεταθέσει τῶν εἰκόνων. καὶ μὴ συγχω-

CAP. III.

IV.

Judæorum contra Pilatum seditio. de Christo. & quænam acciderunt Paulinæ & Judæis Romæ.

Pilatus autem Judææ prætor, cum exercitum è Samaria eduxisset & Hierosolyma in hyberna transtulisset, ut Judaicas leges aboleret, * Cæsaris effigiem in militaribus signis *depictam* curavit intra urbem inferendam, cum lex imagines facere nos vetet. quam ob causam ejus decessores prætores soliti erant in urbem intrare cum signis quæ hujusmodi carerent ornamentis. sed Pilatus primus, ignorante populo, quippe noctu facto introitu, illatas imagines Hierosolymis statuit. Quam rem ubi populus rescivit, magno agmine Cæsaream profecti sunt, Pilatumque per multos dies orarunt, ut eas imagines aliò transferre vellet. illoque non con-

Pilatus Cæsaris effigiem in urbem infert.

Inde oritur tumultus.

quis malit [illegible], (prout emendat *Cocceius*) per me licet.

h Αὐτὸν] *L. B.* αὐτῷ.

i Ἡττηθεὶς φεύγει] [illegible] *Vat.* & *Lugd. Bat.* forsan pro [illegible].

k Καὶ μετ᾽ οὐ πολὺ] *L. B.* μετ᾽ οὐ πολὺ δέ.

l Σελεύκειαν] Seleuciæ nempe ad Tigrim. Polyb. lib. v. p. 399. SPANH.

m Ὀλίγοις τοῖς περὶ αὐτόν.] [illegible] *Bas.* forsan pro [illegible].

n Ἐβασίλευεν ἤδη] Ita *Hen.* & *Vat.* [illegible] in *aliis*.

o Πάρθοις.] Πάρθων *Bas.*

p Ἀνατεινόμενος,] [illegible], *Hesychius.* SPANH.

q Ἑτέρα] *L. B.* ἑτέρα.

r Οὐδεμία, καὶ] Ita ex MSS. Editi [illegible] &c.

s Κομμαγηνῆς βασιλεὺς Ἀντίοχος] Conf. [illegible] lib. 7. c. 7. §. 21. ubi Gen. Κομμαγηνῆς Ἀντιόχου. unicô μ. SPANH.

t Βασιλεὺς Ἀντίοχος,] Vocem βασιλεὺς reposui è *MSS.* (*Lugd. Bat.* etiam) & *Epiphanio*.

v Διέστηκε δὲ τὸ πλῆθος] [illegible] *Gall. Lugd. Bat.* & *Bas.* [illegible] *Vat.* & *Hen.*

x Αὐτῷ τῆς τύχης] Ita è *MSS.* αὐτοῦ in *Editis*.

y Κατὰ ἀνατολὴν,] [illegible] *Vat.*

z Χειμαδιοῦσαν] [illegible] infr. c. 6. §. 3. SPANH.

* *Cæsaris effigiem*] Vide *Niceph. Callist.* p. 149.

a Τῶν νομίμων] *L. B.* [illegible].

b Εἰσφέρει] [illegible] *Bas. Lugd. Bat.* & *Gall.* forsan pro [illegible]. ipse, sensu ita postulante, mutavi [illegible] *Editorum Aliorumque* in [illegible]. *Lambecius* (in *Commentariorum* l. VIII. p. 19.) [illegible] pro [illegible] reponit, & quæ sequuntur hoc modo distinguit & interpretatur, [illegible] Π. *Ceterum Pilatus, Judææ procurator, exercitum Cæsarea adducens, cumque insidiose studens cum eversione legum Judaicarum Hierosolymis hybernatum immittere; utpote imagines Cæsaris, quæ militaribus signis adjuncta erant, in urbem introducens (cum tamen nostra lege cautum sit, ne hujusmodi faciamus imagines, ideoque omnes qui ante eum fuerunt procuratores cum signis militaribus absque tali imaginum ornatu ingressi fuerunt) primus ille, ignaris omnibus, quia noctu introitus fieret, illatas imagines Hierosolymis statuit.*

c Προτομὰς —— [illegible].] Conf. [illegible] lib. 1. c. 33. §. 2. SPANH.

d Ταῖς σημαίαις] Ita rescripsi cum *Cod. Bas.* τοῖς [illegible] in *Editis Aliisque*.

e Εἰσαγόμενος] *L. B.* εἰσάγων.

f Εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα.] Ὡς τὰ Ἱεροσόλυμα *Bas.*

ε Ἠξ

concedente, utpote quod ea re Cæſari fieret contumelia, poſtquam illi eum urgere non deſinebant, die ſeptimo, cum milites occulte armaſſet, *ipſe* ſuggeſtum in circo factum conſcendit: quæ res collocatum in inſidiis exercitum tegebat. Cumque Judæi eadem rurſus ab eo flagitarent, ſignum militibus dedit, ut eos circumſiſterent, eiſque præſentem mortem minatus eſt, niſi quieti domum diſcederent. At illi humi procumbere, detectiſque cervicibus dicere, ſe longe mori malle, quam ut auderent quidquam contra legum ſapientiam committere. Atque Pilatus, animorum conſtantiam & firmitatem in legibus conſervandis miratus, imagines è veſtigio Hieroſolymis Cæſaream referri juſſit.

Pilatus imagines Cæſaris ſubmovet.

2. Tentavit etiam *Pilatus* aquam derivare Hieroſolyma, idque ſacrarum pecuniarum impenſis, petito fontis capite ducenteſimo ab urbe ſtadio. Sed Judæis diſplicebat quod circa aquam fecerat: coiveruntque hominum multa millia, qui vociferarentur ut ab inſtituto deſiſteret; nonnullis etiam id quod in turba promiſcua fieri ſolet, convicia & contumelias homini dicentibus. Itaque ille magnum militum numerum habitu Judaïco, qui occultas ſub veſte ſicas ferrent, miſit in locum unde poſſent circundare Judæos; deinde Judæis ut ſe inde reciperent imperavit. Cumque Judæi conviciis eum petere inciperent, ſignum quod convenerat militibus dat: illi vero longe atrocius, quam juſſerat Pilatus, quietos æque ac ſeditioſos caſtigarunt. Iſti autem de pertinacia nihil recedebant: adeo ut, inermibus inclementer acceptis ab armatis eos adorientibus, multi ex illis hoc modo perierint, alii ſaucii diſceſſerint. Atque ita compreſſa eſt *hæc* ſeditio.

Aquam Hieroſolymam inducturus ſeditionem concitat.

Magna Judæorum ſtrages.

3. Eo etiam tempore fuit Jeſus, vir ſapiens, ſi tamen virum eum appellare fas eſt. Fuit enim * mirabilium operum effector, magiſter hominum qui verum cum voluptate accipiunt: multoſque Judæos, multos item † Gentiles ad ſe ‡ pellexit. Hic erat Chriſtus. quem cum Pilatus, ab honti-

Illuſtre de Jeſu Chriſto teſtimonium.

ῥοιῶντος διὰ τὸ [g] εἰς ὕβριν Καίσαρος φέρειν, ἐπείπερ οὐκ ἐξαναχωροῦσιν λιπαρεῖν, κατὰ ἕκτην ἡμέραν ἐν ὅπλοις ἀφανῶς ἐπικαθίσας τὸ στρατιωτικὸν, αὐτὸς ἐπὶ τὸ βῆμα ἧκε· τὸ δὲ ἐν τῷ σταδίῳ κατεσκεύαστο, ὅπερ ἀπέκρυπτε τὴν ἐφεδρεύουσαν στρατιάν. πάλιν δὲ τῶν Ἰουδαίων ἱκετείᾳ χρωμένων, ἀπὸ συνθήματος περιστήσας τοὺς στρατιώτας, ἠπείλει θάνατον ἐπιθήσειν ζημίαν [h] ἐκ τοῦ ὀξέος, εἰ μὴ παυσάμενοι θορυβεῖν ἐπὶ τὰ οἰκεῖα ἀπίοιεν. οἱ δὲ πρηνεῖς ῥίψαντες ἑαυτοὺς, καὶ [i] γυμνοῦντες τὰς σφαγὰς, ἡδονῇ [k] δέξασθαι τὸν θάνατον ἔλεγον, ἢ τολμήσειν [l] τὴν σοφίαν παραβήσεσθαι τῶν νόμων. καὶ Πιλάτος, θαυμάσας τὸ [m] ὀχυρὸν αὐτῶν ἐπὶ φυλακῇ τῶν νόμων, παραχρῆμα τὰς εἰκόνας ἐκ τῶν Ἱεροσολύμων ἐπανεκόμισεν εἰς Καισάρειαν.

β'. [n] Ὑδάτων δὲ ἐπαγωγὴν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα ἔπραξε, δαπάνῃ τῶν ἱερῶν χρημάτων, ἐκλαβὼν τὴν ἀρχὴν τοῦ ῥεύματος, ὅσον ἀπὸ διακοσίων σταδίων. οἱ δὲ, οὐκ ἠγάπων τοῖς ἀμφὶ τὸ ὕδωρ [o] δρωμένοις, πολλαί τε μυριάδες ἀνθρώπων συνελθόντες κατεβόων αὐτοῦ, παύσασθαι τῶν ἐπὶ τοιούτοις προτεθυμημένων· τινὲς δὲ καὶ λοιδορίᾳ χρώμενοι [p] ὕβριζον εἰς τὸν ἄνδρα, οἷα δὴ φιλεῖ πράσσειν ὅμιλος. ὁ δὲ, στολῇ τῇ ἐκείνων πολὺ πλῆθος στρατιωτῶν [q] ἀμπεχόμενον, οἳ ἐφέροντο [r] σκυτάλας ὑπὸ ταῖς στολαῖς, διαπέμψας εἰς ὃ περιέλθοιεν αὐτοὺς, αὐτὸς [s] ἐκέλευσεν ἀναχωρεῖν. τῶν δὲ ὡρμηκότων [t] εἰς τὸ λοιδορεῖν, ἀποδίδωσι τοῖς στρατιώταις ὃ προσυνέκειτο σημεῖον. οἱ δὲ καὶ πολὺ μειζόνως, ἤπερ ἐπέταξε Πιλάτος, ἐχρῶντο πληγαῖς, τούς τε θορυβοῦντας ἐν ἴσῳ καὶ μὴ κολάζοντες. οἱ δὲ [v] εἰσέφερον τὸ μαλακὸν οὐδὲν, ὥστε ἄοπλοι ληφθέντες ὑπ' ἀνδρῶν ἐκ παρασκευῆς ἐπιφερομένων, πολλοὶ μὲν αὐτῶν ταύτῃ καὶ ἀπέθνησκον, οἱ δὲ καὶ τραυματίαι ἀνεχώρησαν. καὶ οὕτω παύεται ἡ στάσις.

γ'. [x] Γίνεται δὲ [y] κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον [z] Ἰησοῦς, σοφὸς ἀνὴρ, [a] εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή. ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητὴς, διδάσκαλος ἀνθρώπων [b] τῶν ἡδονῇ τἀληθῆ [c] δεχομένων· καὶ πολλοὺς μὲν [d] Ἰουδαίους, πολλοὺς δὲ [e] καὶ τοῦ Ἑλληνικοῦ ἐπηγάγετο. [f] ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν. καὶ αὐτὸν ἐν-

δείξει

g Εἰς ὕβριν Καίσαρος φέρειν,] Ita *Baſ. Buſb.* & *Hen.* à *ſecunda manu*, quo fere modo τοῦτο πρὸς πολλὴν ἀδοξίαν σοι εἰς apud *Platonem*. διὰ τὸ ὕβριν in *Ed. Gen.* διὰ τὸ μὴ εἰς ὕβριν *Vat.* & *Hen.* à pr. m. Legi poteſt, διὰ τὸ ὕβριν Καίσαρος εἰσφέρειν.

h Ἐκ τοῦ ὀξέος] Conf. ſupr. lib. 17. c. 15. §. 2. SPANH.

i Γυμνοῦντες τὰς σφαγὰς,] Καὶ γυμνώσαντες τὰς σφαγὰς *Buſb.*

k Δέξασθαι τὸν θάνατον ἔλεγον,] Ita *MSS.* δέξεσθαι in *Editis.*

l Τὴν σοφίαν παραβήσεσθαι τῶν νόμων.] Inde σοφισταὶ dicti, ipſi νομοδιδάσκαλοι qui aquilam detraxere templo. Ita mox cap. 5. σοφίας νόμων REL.

m Ὀχυρόν] *L. B.* ἰσχυρόν.

y Παρ' ὀλίγον] Forsan παρ' ὀλίγον in textum irrepserit, utpote oræ appositum ad interpretamentum phraseos οὐδὲν ἐλαττοτέρως.

z Οὐδὲν ἐλαττοτέρως] Ἐλαττοτέρως τῶν κινδύνων ὄντ. *Bodl.* ἐλαττοτέρως τὰ τῶν κ. *L. B.*

a Καὶ

sent. Quo factum est, ut iis, qui Cajum libenter meritoque oderint, auferrentur lætitia & gaudium, quibus *alioqui* ex eo *mortuo* afficerentur: quod in eo fere erant ut vitam amitterent, nec ulla ejus conservandæ spes fida & firma alicubi effulsit.

Arruntius in theatro Caji interitum proclamat.

18. Erat autem *quidam* Euaristus Arruntius rerum venalium præco, adeoque magna & canora voce, qui Romanorum ditissimos opibus æquabat, quique in quibuscunque voluerit plurimum in civitate pollebat, tam eo tempore quam postea. Ille, cum sese ad luctum quam maxime composuisset, (quamvis enim Cajo erat omnium infensissimus, præsenti tamen voluptati præferebat ea quæ docuit timor, suggessitque astutia quærendi sibimet incolumitatem) lugubri sumpto apparatu, uti mos est in carissimorum desiderio, in theatrum progreditur, mortemque Caji denunciat, non passus multitudinem diutius in ignoratione eorum versari quæ acciderant. Deinde columnas etiam circuibat Arruntius, & milites inclamabat, simulque cum eo tribuni, jubentes gladios recondere, & Caji interitum eis significantes. quæ res manifesto salutem illis attulit qui in theatrum convenerant, cunctisque qui in Germanos quomodocunque inciderent: nam dum spes illis facta erat Cajum adhuc vivere, à nullo abstinebant maleficio. Tantum superfuit illis erga ipsum benevolentiæ, ut contenti fuissent vel vitam suam amittere, si modo potuerint illum ab insidiis immunem præstitisse, & à gravi adeo calamitate liberasse. Cum autem certiores facti essent de morte Caji, statim deferbuit impetus quo in vindictam ferebantur, tam quod minime in rem suam cederet sui in illum animi promptitudinem ostendisse, mortuo eo qui gratiam illis relaturus esset, quam quod timerent, ne in eos injurias facere pergentes animadvertatur à Senatu, si ad ipsos summa rerum administratio perveniret. Atque adeo Germani quidem, licet ægre, à rabie cessarunt, quæ in eos invaluerat ex morte Caji.

Germanorum militum rabies sedata.

Chærea de Minuciano sollicitus.

19. Cæterum Chærea, de Minuciano valde sollicitus, ne periret in Germanos furentes incidens, & singulos militum adiens orabat eos atque obsecrabat, ut illius salutis rationem haberent, & ipse diligenter inquirebat ne forte interiisset. Et Clemens quidem Minucianum, ad ipsum adductum, dimittit, cum multis aliis Senatoribus facti justitiæ honestatique testimonium perhibens, virtutique illorum qui illud in animum induxerant, idemque exsequi minime dubitarunt: "nam ita fere esse "tyrannos *dicebat*, ut se efferant voluptati haben-"do injuriarum licentiam, haud vero inde felicem "sortiri vitæ exitum, ut qui bonis omnibus invisi "in ejusmodi incidant calamitatem qualis Cajo

ναι δύναιντ' ἄν. ὥστε, κἂν εἴ τινες τῶν προθύμως μισούντων καὶ μετὰ δίκης τὸν Γάιον, ἀφαιρεῖσθαι τῶν ἐπ' αὐτῷ εὐφροσυνῶν [a] καὶ τῆς [b] χαρᾶς, διά τε τὸ ἐν ῥοπῇ μὲν τοῦ παραπολλυμένου γεγονέναι, τὸ δὲ πίστιν τοῦ περιεῖναι μηδέπω τινὰ ἐχέγγυον [c] συνελθεῖν.

ιη'. Ἦν δὲ [d] Εὐάρεστος Ἀρρούντιος τῶν κηρυσσόντων τὰ πωλούμενα, καὶ δι' αὐτὸ φωνῆς τε μεγέθει χρώμενος, καὶ [e] χρήματα περιβεβλημένος ὅμοια τοῖς Ῥωμαίων πλουσιωτάτοις, δυνάμεώς τε αὐτῷ ἦν ἐφ' οἷς ἐθελήσειε πράσσειν κατὰ τὴν πόλιν, ἔν τε τῷ τότε καὶ τοῖς ὕστερον. οὗτος διαθεὶς αὑτὸν ὡς ἐνῆν πενθιμώτατον· καί τοι μῖσος [f] παρ' ὅντινα οὖν ἔχων πρὸς Γάιον, ἀλλὰ μέντοι κρείσσων ἡ διδασκαλία τοῦ φόβου καὶ στρατηγία περὶ τοῦ κερδησομένου τὴν σωτηρίαν τῆς εἰς τὸ παρὸν ἡδονῆς· πάντα κόσμον ἐπιτηδεύσας, ὡς ἄν τις ἐπὶ τοῖς τιμιωτάτοις παρεσκευάσατο ἀπολωλόσιν, [g] ἀποσημαίνει τοῦ Γαΐου τὸν θάνατον ἐπὶ τὸ θέατρον παρελθὼν, καὶ ἔπαυσε τοὺς ἀνθρώπους ἐπὶ πλέον ἀγνοίᾳ συμπεριφέρεσθαι τοῦ γεγονότος. ἤδη δὲ καὶ [h] στήλας Ἀρρούντιος περιῄει, ἀνακαλῶν τοὺς Γερμανοὺς, καὶ οἱ χιλίαρχοι σὺν αὐτῷ κελεύοντες κατατίθεσθαι τὸν σίδηρον, καὶ διασαφοῦντες Γαΐου τὴν τελευτήν. τοῦτο [i] καὶ σαφέστατα ἔσωσε τοὺς ἐν τῷ θεάτρῳ συνειλεγμένους, καὶ πάντας [k] οἳ καὶ ὅπως οὖν τοῖς Γερμανοῖς περιετύγχανον. ἐλπίδος γὰρ αὐτοῖς παραγινομένης, ἔμπνουν κεῖσθαι τὸν Γάιον, [l] οὐκ ἔστιν ὅτου τινὸς κακῶν [m] ἂν ἀπέσχον. τοσόνδε ἐπερίσσευεν αὐτοῖς εὐνοίας [n] τῆς πρὸς αὐτὸν, ὡς κἂν μετὰ τοῦ καθ' αὑτοὺς [o] ἀπολλυμένου τῆς ψυχῆς κτήσασθαι τὸ ἀνεπιβούλευτον αὐτῷ [p] καὶ τοσαύτῃ δυστυχίᾳ μὴ συνεσόμενον. [q] παύονται δὲ τοῦ ὡρμηκότος εἰς τὴν τιμωρίαν, μαθήσεως σαφοῦς παραγινομένης αὐτοῖς ἐπὶ τῇ τελευτῇ [r] Γαΐου, διά τε τὸ εἰς ἀχρεῖον ἐπιδείξασθαι τὸ πρόθυμον τῆς [s] εὐνοίας, ὃς ἀμείψαιτο αὐτοὺς ἀπολωλότος, καὶ δέει μὴ περαιτέρω τῇ ὕβρει χρωμένοις ἐπιστροφὴ γένοιτο ὑπὸ τῆς βουλῆς, εἴπερ εἰς ἐκείνην περιστῇ [t] τὸ κράτος τοῦ ἐπικαταστάντος ἄρχοντος. καὶ [v] οἱ μὲν Γερμανοὶ [x] εἰ καὶ μόλις, ἀλλ' οὖν ἐπαύσαντο λύσσης τῆς ἐπὶ Γαΐου τῷ θανάτῳ καταλαμβανομένης αὐτούς.

ιθ'. Χαιρέας δὲ, σφόδρα γὰρ [y] περὶ Μινουκιανοῦ ἔδεισε μὴ διαφθαρείη μανίᾳ τῶν Γερμανῶν περιπεσὼν, ἕκαστόν τε τῶν στρατιωτῶν [z] μετιὼν, προμηθεῖσθαι τῆς σωτηρίας αὐτοῦ δεόμενος, καὶ μὴ ἀπολώλοι πολλὴν ἐξέτασιν ποιούμενος. καὶ Μινουκιανὸν μὲν καὶ Κλήμης, ἀναχθέντα γὰρ ἐπὶ τοῦτον, [a] μεθίησι, πολλῶν μετ' ἄλλων συγκλητικῶν δικαιοσύνην τῇ πράξει [b] συμμαρτυρῶν, καὶ ἀρετὴν τοῖς ἐντεθυμημένοις καὶ πράσσειν μὴ ἀποδεδειλιακόσι· "τυραννίδα γὰρ "[c] εἰς ὀλίγον μὲν ἐλθεῖν ἡδονῇ τοῦ ὑβρίζειν ἐπαρθεῖσαν, "εὐτυχεῖς δὲ οὐκ ἄρα ποιεῖσθαι τὰς ἀπαλλαγὰς τοῦ βίου, "μίσει τῆς ἀρετῆς πρὸς αὐτὴν χρωμένης, ἀλλὰ μετὰ τοιαύ-"της δυστυχίας, ὁποίᾳ δὴ Γάιον συνελθεῖν, πρὸ τῆς ἐπα-"ναστάν-

a Καὶ τῆς χάρας] Illud καὶ insertum dedi, & mox ante τῶν delevi, sensu ita postulante, meque id monente Cl. Lowthio.

b Χαρᾶς,] L. B. χαρμᾶς.

c Συνελθεῖν.] Ita Voss. seu L. B. παρελθεῖν in cæteris.

d Εὐάρεστος Ἀρρούντιος] Ita rescripsi. Ἀάρεστος Ἀρούντιος in libris omnibus Græcis Latinisque. Erit forsan qui malit, ὁ ἄριστος aut Ἄριστος facile princeps.

e Χρήματα περιβεβλημένος] Sic Herodianus l. 1. c. 2. πλοῦτον περιβαλών. Epiphanius vertit, indutus vestibus diversi coloris ad instar nobilium Romanorum, ac si legisset, ἐνδύματα πολύχροα περιβεβλημένος ὅμοια τοῖς Ῥωμαίων εὐπατρίδαις.

f Παρ' ὅντινα οὖν ἔχοντο] Παρ' ὅντινα οὖν in Editis Aliisque. παρ' ὅ τι ποτ' οὖν Busb.

g Ἀποσημαίνει τοῦ Γαΐου τὸν θάνατον] Θρηνῶν ἀποσημαίνει legit Busb. ἀποσημαίνων L. B.

h Στήλας Ἀρρούντιος περιῄει,] Ita Hen. & Epiphan. qui vertit, deinde statuas etiam Arruntius & loca singula circuibat. στήλας in Editis Aliisque. στοὰς Busb. στύλας L. B.

i Καὶ σαφέστατα ἔσωσε] Καὶ omittit Busb. & commode abesse potest.

k Οἱ καὶ ὅπως οὖν] Οἵτινες οὖν τοῖς Busb. οἱ καὶ ὅπως οὖν Hen. Voss. & Vat.

l Οὐκ ἔστιν] Οὐκ ἔσται Vat. & Hen. à p. m.

m Ἂν ἀπέσχον.] L. B. ἂν ἀπέσχοντο.

n Ἐπερίσσευεν] Gen. ἐπερίσσευσεν.

o Ἀπολλυμένου] Forte ἀπολλυμένοις.

p Καὶ τοσαύτῃ δυστυχίᾳ] Ita ex conjectura lego. antea erat καὶ τοσαύτῃ δυστυχίᾳ συνεσόμενον. Si quis συνεχόμενον malit, per me licet.

q Παύονται δὲ τοῦ ὡρμηκότος] Παύονται δὲ τοῦ ἐγγενότος, μαθήσεως Busb. & Hen.

r Γαΐου,] Γαΐου insertum dedi, fretus auctoritate Cod. Busb. & Epiphanii.

s Εὐνοίας,] Συνουσίας Vat. & Hen. à pr. m.

t Τὸ κράτος τοῦ] L. B. τὸ κράτος ὑπὸ τοῦ.

v Οἱ μὲν Γερμανοὶ] Voculas οἱ μὲν non agnoscunt Hen. Vat. & Voss.

x Εἰ καὶ μόλις,] Illa εἰ καὶ μόλις addidi è Cod. Voss. seu Lugd. Bat. mox ἀλλ' οἱ καὶ πολλοὶ ἐπαύσαντο mendose in Vat. & Hen. à pr. m.

y Περὶ Μινουκιανοῦ] Ita lego. περὶ Μινουκιανῷ in Editis & MSS.

z Μετιὼν, —— αὐτοῦ] Μόνοι οἱ στρ. in Vat. & Hen. à pr. m.

a Μεθίησι, —— τῇ] Antea, μεθίησι π. μ. ἀ. συγκλητικῶν δ.

b Συμμαρτυρῶν,] Ita in Editis Aliisque. μαρτυρῶν Busb & Gall.

c Εἰς ὀλίγον μὲν ἐλθεῖν] Εἰς αὐτὸ μὲν ἐλθεῖν legisse videtur Epiphanius, qui vertit, tyrannidem dicens ad nihilum fuisse perductam, eo quod injuriarum voluptate fuerit elevata. Fuit cum legerem, εἰς ὀλιγωρίαν μὲν ἐλθεῖν, aut εἰς ὀλίγον μὲν ἐλθεῖν, aut ἐλθοῦσαν.

d Συ-

"γενέσθαι καὶ [d] συντεθεῖσαν τὴν ἐπίθεσιν αὐτὸν ἐπίβουλον αὐτῷ γινόμενον, καὶ διδάξαντα, οἷς [e] ὑβρίζων ἀφόρητος ἦν ἀφανίζων τοὺς νόμους τὴν ἐξουσίαν, πολεμίους πρὸς αὐτὸν χρῆσθαι τοὺς φιλτάτους, καὶ νῦν λόγῳ μὲν εἶναι τούτους οἱ ἀνῃρήκασι Γάϊον, ἔργῳ δὲ αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ κεῖσθαι διολωλότα.

κ'. Ἤδη δὲ καὶ τὸ θέατρον [f] ἐξανίστατο τῆς [g] θέας, καὶ [h] ταραχαὶ πάνυ πικραὶ ἐγένοντο [i] τῶν εἴσω. αἰτία δ' ἦν τῆς σπουδῆς [k] διαφθειρομένου τῶν θεωρῶν [l] Ἀλκύων ὁ ἰατρὸς, συναρπασθεὶς ὡς ἐπὶ θεραπείᾳ τινῶν τραυματιῶν, ἐκπέμψας δὲ τοὺς συνόντας, λόγῳ μὲν ὡς καὶ μεταπεμψομένους ὅσα εἰς τὴν ἴασιν τοῖς τραυματίαις προσφέρει, τὸ δ' ἀληθὲς, ὡς [m] ἀπέπεμψε κινδύνου τοῦ κατειληφότος. ἐν τούτῳ δὲ βουλῆς τε γίνεται σύνοδος, καὶ ὁ δῆμος, ἧπερ καὶ εἰώθεσαν ἐκκλησιάζειν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς καταστὰς, [n] ἐν ζητήσει τῶν σφαγέων τῶν Γαΐου ἦσαν· ὁ μὲν δῆμος, καὶ πάνυ [o] ἐνθύμως, δοκεῖν δὲ καὶ ἡ βουλή. [p] καὶ ἦν γὰρ [q] Ἀσιατικὸς Οὐαλέριος ὑπατικὸς ἀνὴρ, οὗτος [r] ἐπὶ τῶν δήμων καταστὰς θορυβούντων, [s] καὶ ἐν δεινῷ τιθεμένων τὸ ἔτι λανθάνειν τὸν τὸν αὐτοκράτορα ἀπεκτακότα, ἐπεὶ προθύμως πάντες αὐτὸν ἤροντο, τίς ὁ πράξας τυγχάνει, [t] εἴθε γὰρ ἔγωγε, φησί. [u] καὶ προτιθέασι δὲ καὶ [x] οἱ ὕπατοι διάγραμμα, Γαΐου μὲν κατηγορίας ποιούμενοι, κελεύοντες [y] δὲ τῷ [z] τότε δήμῳ καὶ τοῖς στρατιώταις, ἐπὶ τὰ αὐτῶν ἀπιέναι· τῷ μὲν δήμῳ, πολλὴν ἀνέσεως ἐπαγγελλόμενοι ἐλπίδα, τῷ στρατιωτικῷ δὲ τιμῶν, εἰ ἐν κόσμῳ μείνειαν τῷ εἰωθότι, μηδὲν ὑβρίζειν ἐξαγόμενοι. δέος γὰρ ἦν μὴ ἐξαγριωθέντων ἀπολαύσειε τοῦ κακοῦ ἡ πόλις, καθ' ἁρπαγὰς αὐτῶν καὶ συλήσεις τῶν ἱερῶν [a] τρεπομένων. ἐφθάκει δὲ ἤδη τῶν βουλευτῶν τὸ πᾶν πλῆθος [b] συνειλεγμένον, καὶ μάλιστα [c] οἱ τοῦ Γαΐου [d] συνθέντες τὸν φόνον, θράσει τε ἤδη χρώμενοι [e] καὶ ἐν [f] φρονήματι μεγάλῳ ὄντες ὡς εἰς αὐτοὺς ἀνακειμένων [g] ἤδη τῶν πραγμάτων.

"contigit, qui ante seditionem ortam conflatamque conspirationem ipse sibimet factus est insidiator, atque non ferendis injuriis legumque contemptu in causa erat aliis quod ex amicissimis hostes evaserint, & nunc quidem eos haberi Caji interfectores, re autem vera ipsum à semet peremptum jacere.

20. Tum vero etiam è sedibus in theatro surrectum est, quique intus erant in acerbos inciderunt tumultus: utpote quod sese foras proripere certatim festinarent. In causa autem erat Alcyon medicus, correptus *à nonnullis* quasi ut quosdam vulneratos curaret, dimittensque qui cum eo erant, specie quidem ut ea peterent afferentque quibus opus esset ad medicinam sauciis adhibendam, re autem vera ut ab imminente periculo *longius* abessent. At interea Senatus in curiam convenit, populusque in foro, ubi comitia haberi solebant, congregatur, & interfectores Cæsaris perquirere cœperunt, populus quidem acriter, Senatus vero tantum in speciem. Aderat autem & Valerius Asiaticus, vir consularis. is progressus in medium tumultuantium, & indignantium quod laterent qui imperatorem interfecerant, cum multi eum cupide interrogarent, quinam esset qui facinus patraverat, utinam ego, exclamat. Quin & consules edictum proposuerunt, Cajum *graviter* accusantes, populumque qui aderat militesque domum se recipere jubentes; dum populo quidem spem magnam remissionis *onerum* facerent, militibus vero præmiorum, si consuetum servarent ordinem, ab omni maleficio abstinentes. nam metus erat, ne, illis exasperatis, clade aliqua urbs multaretur, si ad rapinas *faciendas* & templa spolianda se verterent. Jam enim convenerat omnis Senatorum multitudo, maximeque ii qui cædi erant conscii, magna cum audacia animique elatione, quasi jam penes ipsos esset rerum summa.

Alcyon medicus.

Inquisitio de Caji cæde.

Valerii Asiatici vox libera & honesta.

ΚΕΦ. β'.

Ὡς οἱ βουλευταὶ δημοκρατεῖσθαι ἤθελον, οἱ δὲ στρατιῶται μοναρχεῖσθαι. περὶ σφαγῆς Γαΐου γυναικὸς καὶ θυγατρὸς· οἷός τε ἦν Γάϊος τὰ ἤθη.

CAP. II.

Quomodo Senatores pro populari republica contendebant, milites vero pro regio imperio. De cæde uxoris filiæque Caji, & de Caji ingenio & moribus.

Ἐν τούτῳ [h] δὲ ὄντων τῶν πραγμάτων, αἰφνίδιον ἁρπάζεται Κλαύδιος ἐκ τῆς οἰκίας. οἱ γὰρ στρατιῶται, συνόδου γινομένης [i] αὐτῶν ἀλλήλοις, καὶ αὐτοῖς λόγον δόντες περὶ τοῖς ποιητέοις, ἑώρων δημοκρατίαν ἀδύνατόν τε [k] ἐν ἐγκρατεῖ τοσῶνδε ἄν ποτε γενέσθαι πραγμάτων, ἐξυπηρετῆσαί τε οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ τῷ αὐτῶν [l] γενέσθαι τὴν ἀρχὴν, εἴτε τις [m] τῶν ἐν ἀρχῇ καθέξοι τὴν ἡγεμονίαν, εἰς πάντα

DUM ita se res haberent, repente Claudius è domo extrahitur. Milites enim eòdem congressi, cum ultro citroque de rebus gerendis sermonem habuissent, fieri non posse comperiebant, ut populus sufficeret tot tantisque negotiis sustinendis, nec è re sua fore ut penes ipsum esset imperium: & si quis eorum, ad quos redierat rerum summa, factus esset imperator, sibi id magnum in ma-

Claudius è domo extractus.

Milites pro Claudio stant.

II.

d Συντεθεῖσαν] L. B. τεθεῖσαν.
e Ὑβρίζων ἀφόρητος] Ita *Voss.* ὑβρίζοντα in *cæteris.*
f Ἐξανίστατο τὸ θέατρον.] Ἐξανίστατο τῆς φυλάκης, καὶ ταραχαὶ πάνυ πικραὶ in *Editis Aliisque.* ἐξανίστατο τῆς φυλάκης, καὶ ἀρχαὶ πάνυ πικραὶ ἐγένοντο τῶν εἴσω *Vat.* & *Hen.* à *pr. m.* & simili fere modo legisse videtur *Epiphanius*, qui vertit, *Jam ergo surgebant de theatro custodiæ, quæ principio perniciosæ fuerant; quando omnes abscedere festinabant.* Quæ cum parum sibi constent, ignoscat lector quod rescripserim, ἐξανίστατο τῆς θέας.
g Θέας,] L. B. φυλακῶν.
h Ταραχαὶ] L. B. ἀρχαὶ & in *Marg.* αἱ καταρχαί.
i Τῶν εἴσω.] L. B. ὑπεναντίως.
k Διαφθειρομένου] L. B. διαφθειρόμενοι.
l Ἀλκύων ὁ ἰατρὸς,] Ita *Voss.* & *Epiphan.* Ἀρκύων in *cæteris.*
m Ἀπέπεμψε] L. B. πέμπει.
n Ἐν ζητήσει τῶν σφαγέων τῶν Γαΐου ἦσαν·] Ἐπὶ ζητήσει *Busb.*
o Ἐνθύμως.] Ita in *plerisque libris.* εὐθύμως in *Edit. Gen.*
p Καὶ ἦν —— ἀνὴρ] Ἦν δὲ καὶ Ασ. *Busb.*
q Ἀσιατικὸς Οὐαλέριος ὑπατικὸς ἀνὴρ,] Conf. supr. §. 14. SPANH.
r Ἐπὶ τῶν δήμων καταστὰς] Ita *Busb.* ἐπὶ τὸν δῆμον in *Editis Aliisque.* quæ lectio mox postularet θορυβοῦντα.
s Καὶ —— ἀπεκτακότα,] Ita *Busb.* καὶ δεινὸν τιθεμένων τὸ λανθάνειν τὸν αὐτοκράτορα ἀπεκτονότα, vel τὸν ἀπεκτονότα. Quod bene ferri potest, ἀπεκτονότα mutato in ἀπεκτονότων, vel τῶν ἀπεκτονότων, prout conjecerat Cl. *Lowthius.* δεινὸν τιθεμένων τὸ λανθάνειν τὸν τὸν αὐτοκράτορα ἀπεκτακότα *Vat.* & *Hen.* καὶ δ. τ. τὸ ἔτι λανθάνειν τὸν τὸν αὐτ. ἀπεκτονότα *Lugd. Bat.*
t Εἴθε γὰρ ἔγωγε] Εἴθε ἐγὼ αὐτὸν ἀνῃρήκειν Dio in fine l. LIX, p. 663. SPANH.
u Καὶ προτιθέασι] Illud καὶ abest *Busb.* & *Voss.*
x Οἱ ὕπατοι] Consules Sentius Saturninus & Pomponius Secundus *ἀνων.* lib. 2. c. XI. §. 1. SPANH.
y Δὲ] Τε *L. B.*
z Τότε δήμῳ καὶ τοῖς στρατιώταις,] Τότε non agnoscunt *Busb.* & *Voss.*
a Τρεπομένων.] Τραπομένων solus *Busb.*
b Συνειλεγμένον,] Ita *Busb.* & *Vat.* συνειλεγμένων in *cæteris.*
c Οἱ τοῦ] Εἰς τοῦ *L. B.* seu *Voss.*
d Συνθέντες τὸν φόνον,] Perperam συνελθόντες *Voss. Vat.* & *Hen.* à *pr. m.*
e Καὶ ἐν] Κἀν in plerisque *MSS.*
f Φρονήματι μεγάλῳ ὄντες] Ita in *Editis*, *Busb.* & *Voss.* καταφρονήματι *Vat.* (certe & *Lugd. Bat.*) *Hen.* & *Epiphan.*
g Ἤδη τῶν πραγμάτων.] Sic *Busb.* δὴ in *cæteris.*
h Δὲ ὄντων τῶν πραγμάτων,] Ita *Busb.* δὴ in *reliquis.*
i Αὐτῶν ἀλλήλοις,] Ita cum Cod. *Busb.* αὐτοῖς in *Editis Aliisque.*
k Ἐν ἐγκρατεῖ] Ἐν κράτει *Busb.* & *Voss.*
l Γενέσθαι τὴν ἀρχὴν,] Sic *Busb.* κρατεῖσθαι vel κεκτῆσθαι in *cæteris.*
m Τῶν —— ἡγεμονίαν,] Τῶν καθ' ἦν χρόνον *Vat. Voss.* & *Busb.* unde *Cocceius* τῶν καθ' ἦν χρόνον.

n Ἀρχ-

malum cedere, ut qui nihil opis & auxilii eò contulerant. optimum itaque esse, cum nondum de rebus aliquid decerneretur, principem eligere Claudium, & defuncti patruum, & nemini eorum, qui in Senatum convenerant, dignitate non præferendum, sive natalium claritatis, sive institutionis *suæ* ratio haberetur; quique factus imperator eos pro meritis honore afficeret & muneribus prosequeretur. Statim ac ista in animum induxerant, ea perfecerunt. quippe Claudius quidem à militibus *paulo post* fuerat abreptus. At Cn. Sentius Saturninus, quamvis istud de Claudio fama accepérat, quòdque imperium quasi invitus quidem sibi vindicarit, re autem vera sponte & voluntate sua, in Senatorum tamen consessu surrexit, nihilque attonitus hortationem, viris ingenuis & fortibus accommodatam, adhibet hujusmodi verbis.

Cn. Sentii Saturnini oratio contra Tyrannidem.

2. "Etsi pro incredibili *habeatur*, Quirites, utpote quòd præter omnium spem nobis offertur "post tam longum temporis spatium, tenemus "tamen libertatem, incertam quidem quamdiu "duratura sit, & in deorum, quorum munus est, "potestate sitam; sed quæ satis in se habet ad nos "exhilarandum, &, si de ea decideremus, nonni"hil *tamen* ad felicitatem conferet. nam & una "hora viris bonis & honestis sufficit, si cum men"te integra acta sit in patria libera, & legibus, "quibus olim floruit, administrata. De priore li"bertate, utpote ante me natum amissa, nihil me"morabo: præsentis autem insatiabili cupiditate "flagrans, illos beatissimos existimabo quibus con"tigit in ista gigni & institui, proximumque post "Deos *immortales* honorem illis habendum, qui fe"cerunt, ut, sero licet & hac demum ætate, illam "gustaremus: atque utinam in perpetuum salva "maneat & incolumis. Nobis autem, juvenibus "æque ac senibus vel hæc dies sufficiat. seniori"bus ævum habebitur, si bonorum libertatis par"ticipes facti decesserint: junioribus vero docu"mento erit virtutis, quæ viris istis in emolumen"tum cessit, à quibus prognati sumus. Nunc ita"que & nobis in præsens nihil prius esse debet & an"tiquius quam cum virtute vivere, quæ sola ho"minibus libertatem parit conservatque. Ex iis "enim quæ olim facta erant auditione accepi, "quibusque ipse interfui satis intellexi, quantum "malorum in civitates invehant tyrannides, omni "virtuti obstando, & magnanimis libertatem aufe"rendo, hominesque ad adulationem & metum "instituendo, dum res non ex sapienti legum cau"tione, sed suo ex arbitrio administrant. Ex quo

λυπηρὸν αὐτοῖς εἶναι μὴ ἐν συνειργοῖς τῆς ἀρχῆς κατασταθῆναι. καλῶς οὖν ἔχειν, [n] ἀκρίτων ἔτι ὄντων τῶν πραγμάτων, ἡγεμόνα αἱρεῖσθαι Κλαύδιον, [o] πάτρωά τε ὄντα τοῦ τεθνεῶτος, καὶ τῶν εἰς τὴν βουλὴν συλλεγομένων οὐδενὸς ὄντος [p] οὐκ [q] ἀξιολογωτέρου, προγόνων τε ἀρετῇ, [r] καὶ τῶν κατὰ τὴν παιδείαν μεμελετηκότος, [s] καὶ σταθέντα αὐτοκράτορα τιμήσειν τε τὰ εἰκότα, καὶ [t] ἀμείψεσθαι δωρεαῖς. ταῦτα διανοοῦνταί τε, καὶ ἔπρασσον ἐκ τοῦ παραχρῆμα. ἥρπαστο μὲν δὴ Κλαύδιος ὑπὸ τοῦ στρατιωτικοῦ. [v] Γναῖος δὲ Σέντιος Σατουρνῖνος, [x] καί τοι πεπυσμένος τὴν Κλαυδίου ἁρπαγὴν, καὶ ὡς ἐπιδικάζοιτο τῆς [y] ἀρχῆς ἄκων μὲν δοκεῖν, τὸ δὲ ἀληθὲς καὶ βουλήσει τῇ αὐτοῦ, καταστὰς ἐπὶ τῆς συγκλήτου, καὶ μηδὲν καταπλαγεὶς, [z] ἐλευθέροις τε καὶ γενναίοις ἀνδράσι πρέπουσαν ποιεῖται παραίνεσιν, τάδε λέγων.

β'. "Εἰ καὶ ἄπιστον, ὦ [a] ἄνδρες Ῥωμαῖοι, διὰ τὸ "χρόνῳ πολλῷ ἥκειν ἀνέλπιστον ὑμῖν ἡμῖν, ἀλλ' οὖν "ἔχομεν τῆς ἐλευθερίας τὴν ἀξίωσιν, ἄδηλον μὲν ἐφ' ὁπό"σον [b] παραμενοῦσαν, καὶ γνώμῃ θεῶν, οἱ ἐχαρίσαντο "αὐτὴν, κειμένην, [c] εὐφραίνειν δὲ ἀρκοῦσαν, καὶ, εἴ"περ ἀφαιρεθείημεν αὐτῆς, εὐδαιμονίᾳ συνάγουσαν. "ἱκανὴ γὰρ καὶ μία ὥρα [d] τοῖς ἀρετῆς αἰσθανομένοις, "[e] καὶ μετ' αὐτοτελοῦς τῆς διανοίας ἐν αὐτοδίκῳ τῇ πατρί"δι, καὶ μετὰ νόμων οἷς ποτε ἤνθησε [f] διαιτωμένῃ, βιω"θεῖσα. ἐμοὶ δὲ τῆς μὲν προτέρου ἐλευθερίας ἀμνημονεῖν "ἐστι, διὰ τὸ κατόπιν αὐτῆς γεγονέναι· τῆς δὲ νῦν ἀπλή"στως [g] πιμπλαμένῳ [h] μακαριστούς τε ἡγεῖσθαι τοὺς ἐγγε"νηθέντας τε [i] ἐντραφέντας αὐτῇ, καὶ τῶν θεῶν [k] οὐδὲν [l] μεί"ονος ἀξίους τιμῆς τούσδε τοὺς ἄνδρας, οἳ ὀψὲ γοῦν κἂν "τούτῳ τῆς ἡλικίας ἡμᾶς [m] ἐγεύσαντο αὐτῆς· καὶ εἴη μὲν "εἰς πάντα τὸν αἰῶνα τὸ ἐπίον παραμεῖναι τὴν ἄδειαν αὐ"τῆς. ἀρκοῦσα δ' ἂν γένοιτο [n] καὶ ἥδε ἡ ἡμέρα τοῖς τε "νεωτέροις ἡμῶν, καὶ ὅσοι γεγηράκαμεν. αἰῶν [o] ὑπεί"ληπται τοῖς πρεσβυτέροις, [p] ἐὰν τῶν ἀγαθῶν αὐτῆς ἐν "ὁμιλίᾳ γεγονότες [q] μεταστῶσιν· τοῖς δὲ νεωτέροις παίδευ"μα ἀρετῆς [r] καταστησάσης ἀγαθὸν ἀνδράσι τοῖσδε ἀφ' "ὧν γεγόναμεν. νῦν δὲ [s] δὴ καὶ ἡμῖν, διὰ τὴν ἄρτι ὥραν, "οὐδὲν πρεσβύτερον εἴη τοῦ ζῆν μετ' ἀρετῆς, ἣ μόνη ἐκ"φροντίζει τῷ ἀνθρωπείῳ τὸ [t] ἐλεύθερον. ἐγὼ γὰρ τὰ πα"λαιὰ οἶδα ἀκοῇ παραλαβὼν, οἷς δὲ ὄψει [v] ὁμιλήσας "ᾐσθόμην, [x] οἵων κακῶν τὰς πολιτείας [y] ἀναπιμπλᾶ"σιν αἱ τυραννίδες, κωλύουσαι μὲν πᾶσαν ἀρετὴν, καὶ τοῦ "μεγαλόφρονος ἀφαιρούμεναι τὸ ἐλεύθερον, κολακείας δὲ "καὶ φόβου διδάσκαλοι καθιστάμεναι, διὰ τὸ μὴ ἐπὶ σο"φίᾳ τῶν νόμων, ἀλλ' ἐπὶ τῇ [z] ὀργῇ τῶν ἐφεστηκότων "[a] κα-

n Ακρίτων ἔτι ὄντων τῶν πραγμάτων,] Nondum perfectis rebus *Rufin.* SPANH.

o Πάτρωά τε ὄντα] Πατρῷόν τε in *libris.*

p Οὐκ] *L. B.* οὐ. *Cocc.* ὃν οὐκ.

q Αξιολογώτερος,] Αξιολογώτατος *Busb.* omissis οὐδενὸς ὄντος οὐκ.

r Καὶ τῶν κατὰ τὴν παιδείαν] Καὶ κατ' αὐτὸν τὴν π. *Vat.* & *Voss.*

s Καὶ σταθέντα αὐτοκράτορα] Καταστάντα γὰρ αὐτοκρ. *Busb.*

t Αμείψεσθαι δωρεαῖς.] Αμείψασθαι *Busb.* & *Hen.*

v Γναῖος δὲ Σέντιος Σατουρνῖνος,] Sic lego. Γάϊος δὲ Σέντιος Σατουρνῖνος in *Editis* omnibus. [illegible] Σέντιος *Gall.* [illegible] Σέντιος *Vat.* [illegible] *Busb.* HUDS. Cn. Sentius Saturninus; Alterius Aponii Saturnini mentio apud *Sueton.* in *Cajo* c. XXXVIII. SPANH.

x Καί τοι πεπυσμένος] Abest a *Lugd. Bat.*

y Αρχῆς ἄκων] Ita *Busb.* ἀρετῆς in *ceteris.* nullo plane sensu.

z Ελευθέροις τε καὶ γενναίοις ἀνδράσι] Eo modo *Busb.* & *Vat.* ἐλευθέροις καὶ γενναίοις in *reliquis.*

a Ανδρες Ῥωμαῖοι,] Illud ἄνδρες è *Cod. Busb.*

b Παραμενοῦσαν,] Τοιαύτα *Voss.* [illegible] *Lugd. Bat.*

c Εὐφραίνειν — συνάγουσαν.] Ita lego & distinguo, præsertim quod [illegible] habeat *Hen.* (*Lugd. Bat.*) [illegible] in *Editis Aliisque.*

d Τοῖς ἀρετῆς αἰσθανομένοις,] Sic *Voss.* τῆς in *reliquis*: & mox αἰσθανομένης *Gall.*

e Καὶ μετ' αὐτοτελοῦς] Καὶ μετὰ ταῦτα τέλους *Voss. Vat.* & *Hen.* à pr. m.

f Διαιτωμένῃ, βιωθεῖσα.] Ita distinguo. prius erat, διαιτωμένη βιωθεῖσα.

g Πιμπλαμένῳ] Πιμπλαμένου in *Editis.* [illegible] *Hen.* à pr. m. [illegible] *Lugd. Bat.* πιμπλαμένῳ *Vat.* quod in textum recepi.

h Μακαριστούς τε ἡγεῖσθαι] Ita cum *Cod. Voss.* (seu *Lugd. Bat.*) μακαριστὸς τὸ ἡγεῖσθαι in *Editis Aliisque.*

i Εντραφέντας αὐτῇ,] Εγγραφέντας αὐτῇ *Voss.* & *Hen.* à pr. m.

k Οὐδὲν] *L. B.* οὐδ'.

l Μείονος ἀξίους] Μείονας *Hen.*

m Εγεύσαντο αὐτῆς·] Γεύσαντες *Vat. Voss.* & *Hen.* à pr. m.

n Καὶ ἥδε ἡ ἡμέρα] Ex *L. B.* ἡ illud in medio additur. HAV.

o Υπείληπται τοῖς πρεσβυτέροις,] Præteritum perfectum pro præsenti. de quo *H. Steph.* in *Append. ad Scr. al. de Dial. Att.* p. 142.

p Εἀν τῶν ἀγαθῶν αὐτῆς] Ita ex conjectura. [illegible] in *Editis* & *MSS.*

q Μεταστῶσιν·] Μέγα τε ἐν τοῖς δὲ *Hen.* à pr. m. [illegible] *Vat.*

r Καταστησάσης ἀγαθὸν ἀνδράσι] Ita, vel καταστάσης, legendum censui. καταστάσιος ἀγαθὸν in *libris* omnibus.

s Δὴ καὶ ἡμῖν,] Ἤδη *Voss.*

t Ελεύθερον.] In *Marg. L. B.* [illegible]

v Ομιλήσας ᾐσθόμην,] Forsan ὁμιλοῦσα.

x Οἵων κακῶν] Ita ex *MSS.* οἷον in *Editis.*

y Αναπιμπλᾶσιν] *L. B.* ἀναπιμπλᾶσι.

z Ὀργῇ τῶν ἐφεστηκότων] Sic lego, sola fretus auctoritate *Epiphanii*, qui vertit, *eo quod principum voluntati cuncta subjiciantur.*

a Κα-

"[a] καταλείπειν τὰ πράγματα. [b] ἀφ' οὗ γὰρ Ἰούλιος Καῖσαρ φρονήσας ἐπὶ καταλύσει τῆς δημοκρατίας, καὶ διαβιασάμενος τὸν κόσμον τῶν νόμων τὴν πολιτείαν [c] διετάραξε, [d] κρείσσων μὲν τοῦ δικαίου γενόμενος, ἥσσων δὲ τοῦ [e] κατ' ἰδίαν ἡδονὴν αὐτῷ κομιοῦντος, [f] οὐκ ἔστιν ὅ, τι τῶν κακῶν οὐ [g] διέτριψε τὴν πόλιν, φιλοτιμηθέντων πρὸς ἀλλήλους ἁπάντων οἱ [h] ἐκείνου διάδοχοι τῆς ἀρχῆς κατέστησαν, ἐπ' ἀφανισμῷ τοῦ πατρίου, καὶ ὡς ἂν μάλιστα τῶν πολιτῶν ἐρημίαν τοῦ γενναίου [i] καταλείποιεν, διὰ τὸ οἴεσθαι πρὸς ἀσφαλείας εἶναι τῆς αὐτῶν τὸ κιβδήλοις ἀνδράσιν ὁμιλεῖν, καὶ τῶν ἀρετῇ προύχειν πεπιστευμένων οὐ μόνον ὑφαιρεῖν τι τοῦ αὐχήματος, ἀλλ' εἰς τὸ πᾶν [k] ἐπιψηφίζειν [l] αὐτῶν τοὺς [m] ὀλέθρους. ὧν ἁπάντων, ἀριθμῷ τε πολλῶν ὄντων καὶ βαρύτητα [n] ἀνύποιστον ἐπιδειξαμένων καθ' ἃ ἕκαστος ἦρξεν, εἷς ὧν ὁ Γάιος ὁ σήμερον τεθνεὼς, [o] πλείω τε πάντων δεινὰ [p] ἀπέδειξεν, οὐ μόνον εἰς τοὺς συμπολίτας, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς συγγενεῖς καὶ φίλους ἀποδιδοὺς τὴν [q] ὀργὴν [r] ἐπαφιεὶς, ὁμοίως τοῖς ἅπασι καὶ μείζω κακὰ ἐντριβόμενος ἀδίκως τὴν τιμωρίαν εἰσπραξόμενος, ὀργὴν ὁμοίως εἴς τε ἀνθρώπους ἐξαγγελλόμενος καὶ θεούς. τυραννίδι γὰρ οὐ [s] κερδαίνεσθαι τὸ ἡδὺ οὐδὲ μεθ' ὕβρεως [t] ἀποχρῆται, οὐκ εἰς τὰ χρήματα λελυπῆσθαι καὶ γαμετὰς, ἀλλὰ τὸ πᾶν κέρδος ἐκ τῆς [v] πανοικεσίας διεχλημένων τῶν ἐχθρῶν. ἐχθρὸν δὲ τυραννίδι πᾶν τὸ ἐλεύθερον· εἰς εὔνοιαν τε ἐκκαλεῖσθαι αὐτὴν, καὶ τοῖς ἐν ὀλίγῳ τιθεμένοις ὁπόσα πεπόνθοιεν, οὐκ ἔστιν. ἐξεπιστάμενοι γὰρ ὧν ἀναπλήσαιεν κακῶν ἔστιν οὓς, κἂν εἴτοι μεγαλοφρόνως καταφρονήματι χρῶνται πρὸς τὴν τύχην, αὐτοὶ λανθάνειν αὐτοὺς ὧν πράξειαν μὴ δυνάμενοι, μόνως πιστεύουσι κτήσασθαι τοῦ [x] ὑπόπτου τὸ ἀδεὲς, εἰ παντελῶς [y] αἱρεῖσθαι δυνηθεῖεν αὐτούς. τοιούτων δὴ κακῶν ἀπηλλαγμένοις, καὶ ὑποτελεῖς ἀλλήλοις καθεστῶσιν, αἵπερ πολιτειῶν ἐχεγγυώταται πρός τε τὸ παρὸν εὔνοιαν, καὶ τὸ αὖθις ἀνεπιβούλευτον, [z] καὶ πρὸς δόξαν οἰκείαν τῇ ὀρθουμένῃ τῆς πόλεως, [a] δίκαιοί τε ἐστὲ προνοῆσαι ἰδίᾳ τὸ εἰς κοινὸν αὐτῷ τὴν ὠφέλειαν ἀπαντῶν, [b] ἢ καὶ ἀντιπεφήνασθαι γνώμην, οἷς μὴ ἀρέσκοιτο τὰ [c] προειργασμένα, οὐδαμῶς εἰς κίνδυνον [d] φέρουσαν, διὰ τὸ μὴ δεσπότην εἶναι τὸν [e] ἐφεστηκότα, [f] ᾧ ἀνεύθυνόν τε βλάπτειν τὴν πόλιν, καὶ αὐτοκρατέστερον μεταστήσασθαι τοὺς εἰρηκότας. καὶ τέτροφε τὴν τυραννίδα οὐδὲν νεώτερον, ἢ ἡ ἀργία καὶ τὸ πρὸς οὐδὲν τῶν ἐκείνῃ θελομένων ἀντιλογίας χρώμενον. τῆς γὰρ εἰρήνης τοῦ προσηνοῦς ἡσσώμενοι, καὶ μεμαθηκότες ἀνδραπόδων ἐν τρόπῳ ζῆν, ὁπόσοι τε τῶν πόρρωθεν [g] ἐπαίσθοιμεν συμφο-

"enim Julius Cæsar in animum induxit populi potestatem tollere, legumque ratione insuper habita & violata, rempublicam perturbavit, jure superior factus, suique cupiditatibus serviens, nihil quicquam malorum est quo non attrita fuerit civitas, omnibus certatim id agentibus, qui ei in imperium successerunt, ut patriam consuetudinem abolerent, & urbem, quoad ejus fieri potuit, fortibus & generosis civibus exhaurirent; quod existimarent hoc ad suam facere securitatem, si cum hominibus versarentur vitiosis & flagitiosis, & eorum, qui virtute præstantissimi haberentur, non solum spiritus deprimerent, sed & in universum eos exitio addicerent. Quorum omnium, etsi multi fuerint numero & intolerandam ostenderint morositatem in imperio exercendo, unus Cajus, hodie vita defunctus, plura quam cæteri omnes atrocia facinora edidit, non in cives solum suos, sed etiam in cognatos pariter & amicos indomitam laxando iracundiam, omnibus sine discrimine graviora etiam mala inferens, ut injustas pœnas exigeret, iræ immanitate efferatus in deos similiter ac homines. Tyrannis enim non satis est voluptatem sibi acquirere, etiam cum injuriis conjunctam, neque fortunas *aliorum* vexare & uxores; sed id præcipue in lucris ponunt, inimicorum totas *è vivorum numero* exturbare familias. Omnes enim liberi pro inimicis habentur à tyrannis: quorum benevolentiam ne ii quidem sibi conciliare possunt, qui patienter accipiunt quicquid perpessi sunt. Etenim conscii sibi quam multis malis nonnullos opplеverint, utque illi magni animi despicientia & contemptione fortunam *adversam* ferunt, ipsi, ut quos sua latere nequeant maleficia, ita demum securitatem suspicione vacuam sibi pollicentur, si illos possint omnino tollere. Itaque ejusmodi malis levati, nullique potestati nisi quæ vestra est obnoxii, quod genus administrationis reip. quam maxime valet & ad præsentem concordiam, & ad futuram incolumitatem, & ad propriam civitati bene constitutæ gloriam, debetis singuli providere quod in commune conferat, aut è contra etiam, si cui displiceant quæ ante consulta erant & provisa, sententiam proferre, idque sine omni periculo; quod ejusmodi dominus *vobis* non præsit, cui impune licebit civitatem lædere, eosque qui *libere* sententiam dixerint arbitratu suo è medio tollere. Atque nuper tyrannidi nihil majus dedit incrementum, quam istorum segnicies, qui contra voluntatem imperantium ne hiscere quidem ausi sunt. quietis enim dulcedine deliniti, & mancipiorum more vivere assueti, quotquot *è nobis* longius disjunctorum "ca-

a Καταλείπειν τὰ πράγματα.] Καταλιπεῖν *Gall.* & *Voss.*

b Ἀφ' οὗ] Ἀφ' ὅτου *Busb.* & mox βιασάμενος, pro διαβιασάμενος. & εὐνομίαν pro πολιτείαν.

c Διετάραξε.] Συνετάραξε *Voss.* οὐ συνετάραξε *Vat.* & *Hen.* à *pr. m.*

d Κρείσσων μὲν] Sic *MSS.* quo modo legendum esse monuit *Cotelerius* ad *Mon. Eccl. Gr.* vol. 2. p. 610. antea erat κρεῖττον.

e Κατ' ἰδίαν] Κατ' ἰδίαν frequentibus occurrit. HUDS. Κατ' ἰδ. SPANH.

f Οὐκ ἔστιν] Οὐκ ἔστιν ὅπως ὅτι *Busb. Vat.* & *Hen.* à *pr. m.*

g Διέτριψε] *L. B.* διέτρεψε.

h Ἐκείνου διάδοχοι] Ἐκείνῳ & ὁμοίως in *MSS.*

i Καταλείποιεν,] Καταλίποιεν *Vat.*

k Ἐπιψηφίζειν αὐτῶν] Ἐπιφημίζειν *Vat. Lugd. Bat.* & *Hen.* à *pr. m.*

l Αὐτῶν] *L. B.* αὐτῷ.

m Ὀλέθρους.] Ita cum *Cod. Busb.* antea erat, ὀλέθρους τῶν ἁπάντων, ἀριθμῷ, & mox εἷς ὧν ὁ Γάιος.

n Ἀνύποιστον] Gen. ἀνύποιστον· Vel ἀνύποιστον *Hesych.* ἀνύποιστον, ἀφόρητον, ἀνυπομόνητον· SPANH.

o Πλείω τε πάντων] Πλείω *Busb.*

p Ἀπέδειξεν,] Ita *Busb.* ἐπιδείξατο *Voss.* ἀπεδείξατο *Vat.* & *Hen.* à *pr. m.* ἀποδείξας in *Editis.*

q Ὀργὴν] *L. B.* ὀργιζόμενος.

r Ἐπαφιεὶς,] Sic lego, levicula cum mutatione, pro ἐπαφεὶς, quod ἀφεὶς habeat *Busb.*

s Κερδαίνεσθαι τὸ ἡδὺ] Iterum ex conjectura. In *libris*, κερδαίνει.

t Ἀποχρῆται,] Forsan ἀπέχρη, καὶ οὐκ εἰς τὰ χρ.

v Πανοικεσίας] Πανοικεσίᾳ Thucyd. l. 2. p. 124. B. supr. lib. 9. c. 8. §. 3. πανοικὶ κολασθέντες ἐπαθον· alias. lib. 7. c. 7. §. 2. πανοικεσίᾳ· & c. 8. §. 7. SPANH.

x Ὑπόπτου τὸ ἀδεὲς.] Ἀνύποπτον *Voss.*

y Αἱρεῖσθαι] In *Marg. L. B.* αἰρέσθαι.

z Καὶ πρὸς] *L. B.* καὶ τὸ.

a Δίκαιοί τε ἐστὲ προνοῆσαι] Ita lego ex conjectura; *Καινοί τε προνοῆσαι, διὰ τὸ εἰς κοινὸν αὐτῷ τὴν ὠφέλειαν ἀπαντῶν* in *Editis* & *MSS.*

b Ἢ] Abest à *L. B.*

c Προειργασμένα,] *L. B.* προσειργασμένα.

d Φέρουσαν,] Sic legendum censui. *Φέρον Voss. φέρειν* in *Editis Aliisque.*

e Ἐφεστηκότα,] Conf. infr. §. 3. SPANH.

f Ὧ] *L. B.* ὡς.

g Ἐπαίσθοιμεν συμφορᾶς ἀνηκέστου,] Ἐπιάσθοιμεν *Voss.* & forsan *Epiphan.* qui vertit, *importabiles incurrentes ærumnas, & deinde, etiam proximis malorum videbamur auctores*; ac si legisset, κακῶν τε τοῖς πέλας αἴτιοι ἐδοκοῦμεν. In *Editis Aliisque*, ὁπόσοι τε ἐπαίσθοιμεν συμφορᾶς ἀνηκέστου, κακοῖς τε τοῖς πέλας ἐπιδόμεθα. Nam illa τῶν πόρρωθεν ex conjectura reposui, & κακοῖς τε τοῖς πέλας in κακοί τε τῶν πέλας mutari.

"calamitates non ferendas audivimus, propinquio-
"rum mala vidimus, metu moriendi cum virtute
"etiam morti summo cum dedecore conjunctæ
"occumbentes. Ante omnia autem tyranni inter-
"fectoribus honores quam amplissimos habere *fas*
"*est*, præsertim vero Chæreæ Cassio. Nam ille
"erat unus secundum deos qui consilio manuque
"nobis libertatem peperit: cujus haud decet vos
"oblivisci, sed & ei, ut qui sub tyrannide ante o-
"mnes pro libertate vestra consilium ceperit,
"primusque in discrimen semet conjecerit, recu-
"perata libertate honores decernere, idque primum
"vestro concessu jussuque factum ostendere. Opus
"enim pulcherrimum est, & quod viros liberos *in-*
"*primis* decet, benefactoribus gratiam reponere:
"qualis & ille erga nos universos exstitit, Cassio
"& Bruto qui Cajum Julium peremerunt plane
"dissimilis; quoniam isti quidem semina discordia-
"rum bellique civilis in urbe seminarunt, ille ve-
"ro cæso tyranno malis etiam omnibus inde ortis
"civitatem liberavit.

"ρῶς ἀνηκέστους, κακά τε τῶν φίλων ἐπίδομεν, [h] φεύγειν δὲ μετ' ἀρετῆς πλεῖστοι μετ' αἰσχύνης τῆς ἐσχάτης ὑπομένοντες τὰς τελευτάς. πρῶτον δὲ τοῖς [i] ἀραμένοις τὴν τύραννον τιμὰς, αἵ τινες μέγισται, ταύτας εἰσενεγκεῖν, μάλιστα δὲ Χαιρέᾳ τῷ Κασσίῳ. σὺν γὰρ τοῖς θεοῖς εἷς ἀνὴρ οὗτος πλείστης ἡμῖν καὶ γνώμῃ καὶ χειρὶ τῆς ἐλευθερίας πέφηνεν· οὗ καλὸν μὴ ἀμνημονεῖν, ἀλλ' ἐπὶ τῆς τυραννίδος [k] ὑπὲρ ἐλευθερίας τῆς ἡμετέρας προβεβουλευκότος τε ἅμα καὶ προκεκινδυνευκότος, ἐπὶ τῆς ἐλευθερίας ψηφίσασθαι τὰς τιμὰς, πρῶτόν τε ἀνεπιπλήκτως τοῦτο ἀναφήνασθαι. [l] ἔργον δὲ κάλλιστον καὶ ἐλευθέροις ἀνδράσι πρέπον ἀμείβεσθαι τοὺς εὐεργέτας, οἷος δὴ καὶ ἀνὴρ οὗτος περὶ ἡμᾶς πάντας γέγονεν, οὐδὲν παραπλησίως Κασσίῳ καὶ Βρούτῳ τοῖς Γάιον Ἰούλιον ἀνῃρηκόσιν· ἐπεί γε οἱ μὲν στάσεως καὶ πολέμων ἐμφυλίων ἀρχὰς ἐπανερρίπισαν τῇ πόλει, οὗτος δὲ μετὰ τῆς τυραννοκτονίας καὶ τῶν ἐντεῦθεν δεινῶν ἀπήλλαξε τὴν πόλιν.

3. Sentius hujusmodi orationem habuit, eique magna cum voluptate auscultarunt & senatus & equitum quotquot aderant. Tum quidam Trebellius Maximus exsiliens annulum Sentio detrahit, in quo lapillus inclusus erat insculptam habens Caji imaginem, quem ille, præ studio dicendi, ut credebatur, faciendique quæ in animum induxerat, sibi auferre oblitus est. Et sculptura quidem è vestigio fracta est. Cæterum cum in multam noctem res productæ essent, tum Chærea etiam à consulibus signum petiit: atque illi libertatem dederunt. Ista autem, postquam facta essent, & præsentibus admirationi erant, & vix fidem invenerunt. nam, anno post centesimo, quam illis primo ablata fuerit imperii potestas, ad consules rediit signum dare: quippe illi, priusquam regio dominatu teneretur civitas, in milites potestatem habebant. At Chærea, ubi signum acceperat, militibus tradidit qui à Senatu stabant. erant autem numero ad quatuor cohortes, qui maluerunt esse sine imperatore quam sub tyrannide. Atque illi quidem cum suis tribunis abierunt: pauloque post etiam populus lætus admodum discedebat, cum spei plenus tum multum elatus, quod summam potestatem sibimet acquisivisset, nec amplius imperatori subesset. atque Chærea cum illis magna erat in gratia.

Annulus Sentio, oratione finita, detractus.

Fracta anaglyphe.

Tessera data à Senatu, libertas.

γ'. Σέντιος μὲν τοιούτοις ἐχρῆτο τοῖς λόγοις, καὶ τῶν βουλευτῶν ἡδονῇ δεχομένων, καὶ ὁπόσοι τῶν ἱππέων παρῆσαν. ἀναπηδήσας δέ τις Τρεβέλλιος Μάξιμος περιαιρεῖται τὸν δακτύλιον τοῦ Σεντίου· [m] λίθος δὲ εἰκόνα Γαΐου ἐγγεγλυμμένος [n] ἐνδεδεμένος αὐτῷ· καὶ [o] σπουδῇ τι λεγομένων καὶ ὧν ἐπινοοῖ [p] πράξειν, ὅπερ ᾤετο, ἐν λήθῃ [q] γεγονότος. καὶ ἡ μὲν γλυφὴ [r] κατερήγνυτο. προεληλύθει δὲ ἡ νὺξ ἐπὶ μέγα, καὶ Χαιρέας δὲ σημεῖον [s] αἰτεῖ τοὺς ὑπάτους· οἱ δὲ ἐλευθερίαν ἔδοσαν. [t] ἐν θαύματι δὲ ἦν αὐτοῖς, καὶ [v] ὁμοίως ἄπιστα τὰ δρώμενα. [x] ἔτει γὰρ ἑκατοστῷ, μεθ' ὃ τὴν δημοκρατίαν τὸ πρῶτον ἀφῃρέθησαν, ἐπέστρεψεν ἐπὶ τοὺς ὑπάτους σημείου ἡ παράδοσις. οὗτοι γὰρ, πρότερον ἢ τυραννηθῆναι τὴν πόλιν, κύριοι τῶν [y] στρατιωτῶν ἦσαν. Χαιρέας δὲ, τὸ σημεῖον λαβὼν, παρεδίδου τῶν στρατιωτῶν τοῖς πρὸς τὴν σύγκλητον συνεστηκόσιν. ἦσαν δὲ εἰς [z] σπείρας τέσσαρας, οἷς τὸ [a] ἀβασίλευτον τιμιώτερον τῆς τυραννίδος προὔκειτο. καὶ οἵδε μὲν ἀπῄεσαν μετὰ τῶν χιλιάρχων, ἀνεχώρει δὲ ἤδη καὶ ὁ δῆμος, περιχαρὴς καὶ ἐλπίδος καὶ φρονήματος, [b] ἐπὶ τῷ κτησαμένῳ τὴν ἡγεμονίαν αὐτοῖς, οὐκέτι ἐπὶ τῷ [c] ἐφεστηκότι· καὶ τὰ πάντα ἦν ὁ Χαιρέας αὐτοῖς.

4. Chærea autem indigne ferens Caji uxorem superare & filiam, totamque ejus familiam non ad internecionem deletam esse, (utpote quod foret ut quisquis ex illo reliquus esset, is in perniciem civitatis legumque superesset) ac præterea perficere festinans quod in animo agitaverat, suumque in Cajum odium lætitia complere, mittit Julium Lupum, unum è tribunis, qui Caji uxorem filiam-

Chærea Lupum mittit, ut Caji uxorem filiamque interficeret.

δ'. [d] Χαιρέας δὲ, ἐν δεινῷ τιθέμενος περιεῖναι [e] τήν τε θυγατέρα Γαΐου καὶ τὴν γυναῖκα, ἀλλὰ μὴ προνοίᾳ τὸν ὄλεθρον αὐτῷ συντυχεῖν, ἐπεὶ καὶ πᾶν ὅ, τι [f] ὑπολείποιτο αὐτῶν ἐπ' ὀλέθρῳ τῆς πόλεως λειφθήσεσθαι, καὶ τῶν νόμων, ἄλλως τε προθέσει κατασπεύδων τελειῶσαι τὴν αὐτοῦ, καὶ πάνυ εὐφρᾶναι μῖσος τὸ πρὸς Γάιον, [g] Ἰούλιον ἐκπέμπει Λοῦπον, ἕνα τῶν χιλιάρχων, κτενοῦντα τὴν

h Φεύγειν —— τελευτάς.] Fugientesque cum virtute mori, novissima confusione peribimus *Rufin.* SPANH.

i Αραμένοις] Ita *MSS.* ἀραμένοις in *Editis.*

k Υπ'] *L. B.* ὑπέρ.

l Εργον δὲ κάλλιστον] Εργον *Voss.*

m Λίθος δὲ εἰκόνα Γαΐου ἐγγεγλυμμένος] Solebant enim annulis insculptas Imperatorum imagines gerere. REL.

n Ενδεδεμένος] *L. B.* ἐνδεδεμένος.

o Σπουδῇ τι λεγομένων] Σπουδῇ τῶν λεγ. *Voss.*

p Πράξει.] *L. B.* πράξειν.

q Γεγονότος.] Ita lego. γεγονὼς in *libris.*

r Κατερήγνυτο.] Κατέαγεν *Voss.* κατεαγέντος in *Editis Aliisque.*

s Αἰτεῖ τοὺς ὑπάτους·] Ηὰ *Bush.* & *Lugd. Bat.*

t Εν θαύματι] Εν θαύματι τε ἦν *Bush.*

v Ομοίως] *L. B.* ὅμοια.

x Ετει γὰρ ἑκατοστῷ,] Ετι γὰρ ἑκατοστῷ (vel τῷ ut in *L. B.*) μεθ' ὃ τὴν δημοκρατίαν τὸ πρῶτον ἀφῃρέθησαν ἐπὶ τοὺς ὑπάτους σημείου ἡ παράδοσις in *Editis* & *MSS.* nullo plane sensu. Ετει γὰρ ἑκατοστῷ μεθ' ὃ τὴν δημοκρατίαν τὸ πρῶτον ἀφῃρέθησαν ἐπὶ τοὺς ὑπ. &c. legendum esse monuit V. Cl. *Thomas Terry Gr. L. Professor.* Quam sane conjecturam acutissimam in *prioribus verbis* amplector, in *sequentibus* vulgatam scripturam sequor: ac deinde ἐπέστρεψεν insertum dedi, auctoritate *Epiphanii*, qui vertit, *quia reversa videretur ad consules hæc potestas.*

y Στρατιωτῶν] *L. B.* στρατιωτικῶν.

z Σπείρας τέσσαρας,] Tres tantum Cohortes illæ dicuntur *Antiq.* lib. 2. c. XI. §. 1. περὶ τὰς συμφρονούσας τρεῖς SPANH.

a Αβασίλευτον —— προὔκειτο.] Ita *Bush.* (*Lugd. Bat.* in *Marg.* in *Textu* βασιλεύειν) & *Epiphan.* βασιλεύειν in *cæteris.* HUDS. *Gen.* τὸ βασιλεύειν. Nota βασιλεύειν hic dici de regimine Senatus aut Consulum, & Τυραννίδα de dominatione Cæsarum. SPANH.

b Επὶ τῷ —— ἐφεστηκότι.] Quasi ipsi gubernationem Reip. rursus ei quærerent, & nequaquam ideo subjacerent. *Rufin.* SPANH.

c Εφεστηκότι.] Conf. supr. §. 2. SPANH.

d Χαιρέας δὲ,] [illegible] *Bush.*

e Τήν τε θυγατέρα Γαΐου,] Ita cum *Cod. Bush.* τὴν θυγ. in reliquis.

f Υπολείποιτο.] *L. B.* ὑπολείποιτο.

g Ιούλιον —— θυγατέρα.] Periit unà & uxor Cæsonia gladio à Centurione confossa, & filia parieti illisa. *Sueton. in Cajo* c. LX. Hic à Josepho non Centurio, sed Tribunus dicitur; quod ad Sueton. etiam monuit *Casaub.* SPANH.

τὴν γυναῖκα Γαΐου καὶ τὴν θυγατέρα. Κλήμεντι δὲ ὄντι συγγενεῖ τῷ Λούπῳ τὴν ἐπὶ τοιῷδε [h] πρόθεσιν λειτουργίαν, ὅπως μετασχὼν κἂν ἐπὶ τούτοις τῆς τυραννοκτονίας ἀγάλλοιτο ἀρετῇ πρὸς τῶν πολιτικῶν, ὡς καὶ τοῦ παντὸς ἐπιβεβουλευμένου δόξαι κοινωνεῖν τοῖς πρώτοις συνθεμένοις. ἐνίοις δὲ τῶν συνωμοτῶν καὶ ὠμὸν ἐδόκει τὸ ἐπὶ τῇ γυναικὶ θράσει [i] χρησόμενον, διὰ τὸ Γάϊον φύσει τῇ αὐτοῦ χρώμενον [k] ἢ συμβουλῇ τῇ ἐκείνης τὰ πάντα πρᾶξαι, ἐξ ὧν τε πόλις ἀπηγορεύκει τοῖς κατειληφόσι κακοῖς, καὶ τῶν πολιτῶν ὅ, τι καὶ ἄνθος ἦν ἀπώλετο. οἱ δὲ καὶ [l] τὴν μὲν ἐπὶ τοιούτοις ἐνεκάλουν αὐτῇ γνώμην, τὸ δὲ πᾶν καὶ τῶν ὑπὸ Γαΐου πεπραγμένων κακῶν ἐκείνῃ τὴν αἰτίαν [m] ἐπέφερον, φάρμακον τῷ Γαΐῳ δοῦσαν ἐκείνων δούλωσιν καὶ ἐρώτων ἐπαγωγὰς [n] αὐτῇ ψηφιούμενον, [o] ὡς εἰς μανίαν μεταστάντος, τὰ πάντα αὐτὴν εἶναι τὴν νενεωτερισμένην ἐπὶ τὰς Ρωμαίων τύχας καὶ τῆς ὑποταγείσης αὐτοῖς οἰκουμένης. καὶ πέρας κυρωθὲν [p] ὥστε αὐτὴν τελευτᾶν, οὐδὲν γὰρ οἱ ἀποσπεύδοντες οἷοί τε ὠφελεῖν ἦσαν, ἐστέλλετο ὁ Λοῦπος. ἐβραδύνετο δὲ οὐδὲν μᾶλλον τῇ κατ' αὐτὸν, ὥστε μὴ οὐκ εἰς καιρὸν διηκονῆσθαι τοῖς ἀπεσταλκόσι, θέλων ἐπ' οὐδαμοῖς μεμπτὸς εἶναι τῶν ἐπ' ὠφελείᾳ τοῦ δήμου πεπραγμένων. παρελθὼν δὲ ἐπὶ τοῦ βασιλείου, καταλαμβάνει τὴν [q] Καισωνίαν, γυνὴ δ' ἦν τοῦ Γαΐου, παρακατακειμένην τῷ σώματι τοῦ ἀνδρὸς χαμαιπετεῖ, καὶ πάντων ἐν [r] ἀτυχίᾳ ὧν χαρίζοιτο ἂν ὁ νόμος τοῖς μεταστᾶσιν, αἵματί τε ἀναπεφυρμένην ἐκ τῶν τραυμάτων, καὶ πολλὴν τὴν ταλαιπωρίαν συμφερομένην, τῆς θυγατρὸς παρερριμμένης· ἠκούετο τε ἐν τοῖς τοιοῖσδε οὐδὲν ἕτερον, ἢ [s] καταμεμψαμένης τοῦ Γαΐου, ὡς [t] πιθανὴν οὐ σχόντος πολλάκις προηγορευκυίαν αὐτήν. ἐπ' ἀμφότερα [v] αὐτοὺς ὁ λόγος καὶ τότε εἰκάζετο, καὶ νῦν ἐφ' ὁμοίοις πρόκειται τῇ διανοίᾳ τῶν ἀκροατῶν, πρὸς ὅ, τι θελήσειαν ῥοπὰς τὰς αὐτοῦ προστιθεμένων. οἱ μὲν [x] γὰρ ἀποσημαίνειν ἔφασαν τὸν λόγον, ὡς συμβουλευομένης, ἀποστάντα μανιῶν καὶ τοῦ εἰς τοὺς πολίτας ὠμοῦ, μετρίως καὶ μετὰ ἀρετῆς ἐξηγεῖσθαι τῶν πραγμάτων, [y] μὴ παρ' αὐτῶν ἀπολέσθαι τρόπῳ [z] τῷ αὐτοῦ χρώμενον· οἱ δὲ, ὡς, λόγου τοῦ περὶ τῶν συνωμοτῶν ἐπιφοιτήσαντος, Γάϊον κελεύσειε μηδὲν εἰς ἀναβολὰς ἀλλ' ἐκ τοῦ ὀξέος πάντας μεταχειρισάμενον αὐτοὺς, κἂν εἰ μηδὲν ἀδικοῖεν, ἐν ἀδεεῖ κινδύνων καταστῆναι. καὶ τοῦτο εἶναι τὸ ἐπονειδιζόμενον, ὡς προηγορευκυίας διαπράξασθαι [a] μαλακῶς γεγονότι. καὶ τὰ μὲν λεχθέντα ὑπὸ τῆς Καισωνίας, καὶ ὁποῖα οἱ ἄνθρωποι περὶ αὐτῆς ἐφρόνουν τοιαῦτα ἦν. ἡ δὲ, ἐπεὶ θεᾶται τὴν πρόσοδον τοῦ Λούπου, τό, τε σῶμα τοῦ Γαΐου προὐδείκνυεν, καὶ ἆσσον ἰέναι παρεκάλει μετ' ὀλοφυρμοῦ καὶ δακρύων. [b] ἐπεί τε τῇ διανοίᾳ μὴ συνηρηκότα ἑώρα τὸν Λοῦπον, καὶ προσιόντα ὡς ἐπὶ πρᾶξιν οὐκ αὐτῷ κεχαρισμένην, γνωρίσασα [c] ἐφ' ὃ ἐχώρει, τήν τε σφαγὴν ἐγύμνου καὶ πάνυ προθύμως, [d] ὀλοφυρομένη ὁποῖα εἰκὸς τοὺς ἤδη σαφῶς ἐν ἀπογνώσει τοῦ ζῆν γεγονότας, καὶ

que perimeret. Lupo autem, Clementis quippe cognato, id genus officium demandarunt, ut tyranni cædis, licet in re hujusmodi, particeps factus virtutis laude decoraretur à civibus, haud secus ac si consiliis eorum omnibus interfuisset qui facinus excogitaverant. Quibusdam autem è conjuratis immanitatis esse videbatur in mulierem sævitiam exercere, quando Cajus magis ex ingenio suo quam illius impulsu omnia commiserit, quæ in causa fuerant ut & civitas malis ipsam vexantibus succumberet, & civium quosque fortissimos & nobilissimos amitteret: alii contra ejusmodi quæcunque decreta erant ipsi vitio vertebant, & omnino etiam omnium, quæ à Cajo patrata erant, malorum ipsam insimulabant, ut quæ philtrum ei dederit, ut animum ejus sibi obnoxium redderet, & ad amandum eum induceret sibique devinciret: adeo ut, illo ad insaniam adacto, ipsam omnia machinatam esse in fortunas Romanorum, orbisque totius in illorum ditionem redacti. Cumque in eam sententiam itum esset, ut morte pl ecteretur (nihil enim ipsi profuerunt qui *hoc ipsum* dissuadebant) mittebatur Lupus: nec ulla erat mora tarditate sua, quo minus imperata faciendi tempus quam primum arriperet, ne sua culpa fieret ut quidquam omitteretur quod salutis communis intererat. Cumque ingrederetur in palatium, Cæsoniam Caji conjugem offendit juxta mariti cadaver humi prostratam, & destitutam rebus omnibus quas moris est exhiberi mortuis, cruore vulnerum ipsamque fœdatam, & miserandum in modum afflictam, filia propter ipsam procumbente: nec in ejusmodi luctu & mœrore aliud quidpiam exaudiebatur quam Caji accusatio, quod ipsi, quæ toties eum præmonuerat, fidem non habuerit. Quæ verba & eo tempore in utramque partem accipiebantur, & nunc ambiguam etiam præ se ferunt sententiam ea audientibus, quippe qui faciunt ut utrinque, prout volunt, propendeant. Nam alii quidem ista hoc sibi velle perhibuerunt, ac si consuluisset ei ut ad saniorem mentem rediret, & in cives *suos* sævire desineret, ne *male* interiret ab illis suo more acceptus: aliis vero persuasum est, ipsam, cum rumor de conjuratoribus percrebresceret, Cajum hortatam esse, ut omnibus, etiamsi nihil inique egissent, nulla mora interposita & è vestigio interfectis, sese extra periculi metum poneret. idque tum exprobratum illi, quasi ad agendum segniori, postquam ab ipsa præmonitus fuisset. Atque ista quidem sunt quæ à Cæsonia dicta erant, quæque de ea sentiebant *homines*. Illa vero, quamprimum Lupum advenientem conspicit, ostendebat ei Caji cadaver, & cum lachrymis & lamentis orabat, ut propius accederet. Cumque eum vidisset mente attonitum, & quasi ad aliquid agendum quod sibi displiceret accedentem, facta ei cognitione qua de causa veniebat, prompte admodum jugulum nudabat, deûm hominumque fidem implorans, quemadmodum ii consueverunt qui vitam

De Cæsonia uxore Caji diversa sententia.

Cæsonia fortiter moritur.

h Πρόθεσιν λειτουργίαν,] Πρόθεσιν vel πρόθεσιν in libris, excepto *Lugd. Bat.*

i Χρησόμενον.] *L. B.* χρησάμενον.

k Η συμβουλῇ] Hic μᾶλλον subaudiendum relinquitur, ut in locis aliquammultis *N. Fuller.*

l Τὴν μὲν ἐπὶ τοιούτοις] Τὸν μὲν & mox γνώμην in *Editis Aliisque*, τὸν μὲν & infra γνώμην *Vat.* & *Hen. à pr. m.* unde rescripsi τὴν μὲν, i. e. ἐ. α. γνώμην.

m Ἐπέφερον.] Ita *Bosb.* & *Vat.* ὑπέφερον in *cæteris*.

n Αὐτῇ ψηφιούμενον,] Αὐτῷ *Bosb.*

o Ὡς εἰς μανίαν μεταστάντος,] Ita lego è *Cod. Bosb.* ὡς deerat in *Editis Aliisque*.

p Ὥστε αὐτὴν τελευτᾶν,] Ὥστε non agnoscit *Bosb.* & commode satis abesse potest.

q Καισωνίαν,] Ita scribo ex *Dione Cassio*. in *Josephi* libris Κεσωνίαν vel Κεσωνίαν.

r Ἀτυχίᾳ ὧν χαρίζοιτο] Sc. ἀπορίᾳ.

s Καταμεμψαμένης τοῦ Γαΐου,] Ita *Bosb.* καταμεμψαμένη in *Editis Aliisque.* καταμεμψαμένη *Vat.*

t Πιθανὴν οὐ σχόντος.] Iterum cum *Bosb* assentiente *Voss.* πιθανὸν in *Editis Aliisque*.

v Αὐτοὺς ὁ λόγος] Hic δὲ αὐτὸς ὁ λ. *Voss.*

x Γὰρ ἀποσημαίνειν ἔφασαν] Illud γὰρ è *Cod. Voss.*

y Μὴ παρ' αὐτῶν] *L. B.* καὶ παρ' αὐτῶν.

z Τῷ αὐτοῦ] Abest à *L. B.*

a Μαλακῶς] *L. B.* μαλακῷ satis bene. HAV.

b Ἐπεί τε τῇ διανοίᾳ] Ita lego ex conjectura. ἐπεί τε τῇ διανοίᾳ συνηρηκότα ἑώρα τὸν Λοῦπον, καὶ πάνυ προσιόντα ὡς ἐπὶ πρᾶξιν οὐκ αὐτῷ κεχαρισμένην in *Editis* & *MSS.* ἐπεί τε διανοίᾳ οὐκ αὐτῷ συνειρηκότα ἑώρα τὸν Λοῦπον, καὶ πάνυ προσιόντα ὡς ἐπὶ πρᾶξιν κεχαρισμένος *V. Cl. T. Terry Gr. L. Pr.*

c Ἐφ' ὃ ἐχώρει,] Ἐφ' ὃ *Vat. Lugd. Bat.* & *Hen. à pr. m.* forsan pro ἐφ' ὅ.

d Ὀλοφυρομένη] Conf. supr. c. 1. §. 17. ποτνιώμενοι. SPANH.

e Ἀν-

tam in desperatis planeque perditis habent, jubensque ut perficere non moraretur quod in ipsam constituerant. Atque illa quidem forti & magno animo moritur hoc modo à Lupo occisa, ac deinde filiola *ejus*. moxque Lupus, ista ut nunciaret, ad Chæream properavit.

Caji elogium.

5. Cajus igitur, cum quatuor annos demptis quatuor mensibus Romanis imperasset, ita moritur. vir, etiam antequam imperium adeptus est, durus & vecors & summe maleficus; voluptatibus deditus, & fautor delatorum. iis quidem quæ terribilia erant obstupescens, adeoque in cædem paratissimus; potestatem vero habens in hoc ipsum, ut stolide ferox & elatus eos quos minime oportet injuriose tractarit, & occidendo & contra leges agendo sibimet quærens divitias. Et diis quidem & legibus superior esse & haberi voluit, populi tamen assentationibus obnoxius. Quibuscunque etiam lex, tanquam factu turpibus, notam inussit, ea omnia majoris æstimavit quam virtutem. Et quidem amicorum immemor erat, summi licet fuerint & in maximis rebus spectati, quibus *forte* irasceretur, pœnas vel ob levissima infligens, atque universos virtute præditos pro inimicis habebat; ac ad omnia quæ sua juberet voluntas, indomita & effrenata ferebatur cupiditate: quo factum ut etiam cum sorore germana stupri consuetudinem haberet, unde & illi maxime apud cives vehementius conflari cœptum est odium, quo *simile quid*, longo tempore non conspectum, & ægre fidem impetrarit, eosque ad inimicitias cum flagitii auctore suscipiendas excitarit. Opus autem ullum, *vere* magnum aut regium ab eo factum nemo memorare potest, quodve præsentis sæculi & futuri hominibus in emolumentum cedat, præter receptacula ab ipso cogitata circa Rhegium & Siciliam navibus frumentariis ex Ægypto venientibus. quod in confesso est apud omnes maximum esse opus & navigantibus utilissimum; haud tamen absolutum, sed imperfectum ab eo, dum segnius construitur, relictum. in causa autem erat rerum inutilium studium, & quod, dum pecuniam in voluptates sibi soli profuturas insumeret, in rebus ex confesso melioribus liberalis & munificus esse desierit. At vero & orator erat optimus, utraque lingua tam Græca quam Latina valde exercitatus, & quicquid diceretur celeriter arripiebat, compositis ab aliis & non mediocriter accuratis ex tempore respondens, ita factus ut majori quam quisquam alius persuadendi vi pollere videretur, tam ex ingenii felicitate, quam quod ad eam augendam multam exercitationem adhibuerit. nam necesse erat illi doctrinæ plurimum attendere, utpote filio nepotis ex fratre Tiberii, cui in imperium successit, quod & ipse, ad summam in ea gloria aspirans,

κελεύσασα μὴ μέλλειν ἐπὶ τελειώσει τοῦ δράματος οὗ ἐπ' [e] αὐτῆς συνέθεσαν. καὶ ἥδε μὲν εὐψύχως οὕτω τελευτᾷ ὑπὸ τοῦ Λούπου, καὶ ἐπ' αὐτῇ τὸ θυγάτριον. καὶ Λοῦπος ταῦτα προαγγέλλων ἔσπευδε τοῖς περὶ τὸν Χαιρέαν.

ε'. [f] Γάϊος μὲν δὴ, τέταρτον ἐνιαυτὸν ἡγεμονεύσας Ῥωμαίων [g] λείποντα τεσσάρων μηνῶν, οὕτω τελευτᾷ. ἀνὴρ, καὶ πρότερον ἢ τῇ ἀρχῇ προσελθεῖν, σκαιός τε καὶ [h] κακοπραγίας εἰς τὸ ἄκρον ἀφιγμένος, ἡδονῇ τε ἡσσώμενος καὶ φίλος διαβολῇ. καὶ τὰ μὲν φοβερὰ καταπεπληγμένος, καὶ διὰ τοῦτο ἐφ' οἷς θαρσοίη φονικώτατος. [i] τῆς δὲ ἐξουσίας ἐφ' ἑνὶ μόνῳ [k] πεπλασμένος τῷ ὑβρίζειν εἰς οὓς ἥκιστα ἐχρῆν [l] ἀλόγῳ μεγαλοψυχίᾳ χρώμενος, καὶ πορισμὸς ἐκ τοῦ κτείνειν καὶ παρανομεῖν. καὶ τῶν μὲν θείων καὶ νομίμων μείζων ἐσπουδακὼς εἶναί τε καὶ δοκεῖν, ἡττώμενος δὲ ἐπαίνων τῆς πληθύος. καὶ πάντα ὅσα αἰσχρὰ κρίνας ὁ νόμος ἐπιτιμᾷ [m] τιμιώτερα ἐνόμιζεν ἀρετῆς. καὶ φιλίας [n] ἀμνήμων ἦν, εἰ καὶ πλείστη τε καὶ διὰ μεγίστων γένοιτο, εἰς [o] ποτὲ ὀργισθείη ἐπιπλήξει κολάσεως καὶ ἐπ' [p] ἐλαχίστοις, πολέμιον δὲ ἡγούμενος πᾶν τὸ ἀρετῇ συνερχόμενον, [q] ἀναντίλεκτον ἐπὶ πᾶσιν οἷς κελεύσειε τὴν ἐπιθυμίαν λαμβάνων· ὅθεν καὶ [r] ἀδελφῇ γνησίᾳ συνῆν, ἐξ οὗ καὶ μάλιστα αὐτοῦ φύεσθαι παρὰ τοῖς πολίταις ἤρξατο σφοδρότερον τὸ μῖσος, διὰ τὸ πολλῷ χρόνῳ μὴ ἱστορημένον, εἴς τε ἀπιστίαν καὶ ἔχθραν τὴν πρὸς τὸν πράξαντα παρακαλεῖν. ἔργον δὲ μέγα ἢ βασίλειον οὐδὲν αὐτῷ πεπραγμένον [s] εἴποι ἄν τις, ἢ ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν συνόντων καὶ αὖθις ἀνθρώπων ἐσόμενον, [t] πλήν γε τοῦ περὶ Ῥήγιον καὶ Σικελίαν [v] ἐπινοηθέντος ἐν ὑποδοχῇ τῶν ἀπ' Αἰγύπτου σιταγωγῶν πλοίων. τοῦτο δὲ ὁμολογουμένως μέγιστόν τε καὶ ὠφελιμώτατον τοῖς τε πλέουσιν· οὐ μὴν [x] καὶ ἐπὶ τέλος γε ἀφίκετο, ἀλλ' [y] ἡμίεργον ὑπὸ τοῦ ἀμβλυτέρως αὐτῷ ἐπιπονεῖν κατελείφθη. αἴτιον δ' ἦν ἡ περὶ τὰ ἀχρεῖα σπουδὴ, καὶ τὸ δαπανῶντα εἰς ἡδονὰς, αἳ κατὰ μόνας ἔμελλον ὠφελεῖν αὐτὸν, ὑφαιρεῖν τὴν ἐπὶ τοῖς κρείττοσιν ἀνωμολογημένοις φιλοτιμίαν. ἄλλως δὲ ῥήτωρ τε ἄριστος, καὶ γλώσσῃ [z] τῇ Ἑλλάδι καὶ τῇ Ῥωμαίοις πατρίῳ σφόδρα ἠσκημένος· συνίει τε ἐκ τοῦ παραχρῆμα, καὶ τοῖς ὑφ' ἑτέρων συντεθεῖσί τε καὶ ἐκ πλείονος προσυγκειμένοις· ἀντειπεῖν ἐκ τοῦ ὀξέος, φαίνεσθαι πιθανώτερος ἐν μεγίστοις πράγμασι [a] παρ' ὄν τινα οὖν γενόμενος, εὐκολίας τε εἰς αὐτὸ τῆς φύσεως καὶ τοῦ [b] εἰς ἰσχὺν αὐτῇ [c] προσλαβεῖν μελέτῃ τοῦ ἐπιπονεῖν. [d] ἀδελφοῦ γὰρ παιδὸς υἱεῖ γεγονότι Τιβερίου, οὗ καὶ διάδοχος γίνεται, μέγα ἀνάγκασμα παιδείας ἀντέχεσθαι, διὰ τὸ καὶ [e] αὐτὸς εἰς τὰ πρῶ-

δ'. Τῷ γὰρ πρώτῳ τῆς Νέρωνος ἀρχῆς ἔτει τελευτήσαντος τοῦ Ἐμέσων βασιλέως Ἀζίζου, [c] Σόεμος ἀδελφὸς τὴν ἀρχὴν διαδέχεται. τὴν δὲ τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας προστασίαν Ἀριστόβουλος, [d] Ἡρώδου τοῦ Χαλκίδος βασιλέως παῖς, ὑπὸ Νέρωνος ἐγχειρίζεται. [e] καὶ [f] τῷ Ἀγρίππᾳ [g] δὲ δωρεῖται μοῖρά τινι τῆς Γαλιλαίας ὁ Καῖσαρ, Τιβεριάδα καὶ [h] Ταριχέας, ὑπακούειν αὐτῷ κελεύσας· δίδωσι δὲ καὶ [i] Ἰουλιάδα πόλιν τῆς Περαίας, καὶ κώμας τὰς περὶ αὐτὴν [k] τεσσαρεσκαίδεκα.

ε'. Τὰ δὲ κατὰ τὴν Ἰουδαίαν πράγματα πρὸς τὸ χεῖρον ἀεὶ τὴν ἐπίδοσιν ἐλάμβανε. λῃστηρίων γὰρ ἡ χώρα πάλιν ἀνεπλήσθη καὶ γοήτων ἀνθρώπων, οἳ τὸν ὄχλον ἠπάτων. ἀλλὰ [l] τούτων μὲν ὁ Φῆλιξ πολλοὺς καθ' ἑκάστην ἡμέραν σὺν τοῖς λῃσταῖς λαμβάνων ἀνῄρει, καὶ Ἐλεάζαρον δὲ τὸν Διναίου παῖδα, τὸν συστησάμενον τῶν λῃστῶν τὸ σύνταγμα, δι' ἐνέδρας εἷλε ζῶντα· πίστιν γὰρ αὐτῷ προτείνας ὑπὲρ τοῦ μηδὲν πείσεσθαι κακὸν, πείθει πρὸς αὐτὸν ἀφικέσθαι, καὶ δήσας ἀνέπεμψεν εἰς Ῥώμην. ἔχων δὲ ἀπεχθῶς πρὸς [m] τὸν ἀρχιερέα τὸν Ἰωνάθην ὁ Φῆλιξ, διὰ τὸ πολλάκις ὑπ' αὐτοῦ νουθετεῖσθαι περὶ τοῦ κρεῖττον προΐστασθαι τῶν κατὰ τὴν Ἰουδαίαν πραγμάτων, μὴ καὶ μέμψιν αὐτὸς ὄφλοι παρὰ τοῖς πλήθεσιν, [n] αἰτησάμενος ἐκεῖνον παρὰ τοῦ Καίσαρος πεμφθῆναι τῆς Ἰουδαίας ἐπίτροπον, πρόφασιν ἐπινοεῖ δι' ἧς μεταστήσεται τὸν συνεχῶς ὀχληρὸν αὐτῷ [o] γινόμενον. βαρὺ γὰρ τοῖς ἀδικεῖν ἐθέλουσι τὸ συνεχῶς [p] νουθε-

Claudio necem afferrent, ut fama erat, *ipsa* confecit, atque illico mittit Burrhum militiæ præfectum, & cum eo tribunos & libertos qui plurimum auctoritate valebant, qui Neronem in castra *prætoriana* abducerent, ipsumque imperatorem salutarent. Nero autem, hoc modo principatum adeptus, Britannicum quidem clam plerisque veneno sustulit, palam vero matrem suam non multo post *ferro* peremit; hanc illi vicem referens, non solum quod eum genuerit, verumetiam quod illius artibus Romanorum imperium acceperit. Quin & Octaviam uxorem suam occidit, multosque viros illustres, quasi in ipsum composuissent insidias.

Tyrannorum crudelissimus.

3. Sed de his quidem plura dicere supersedeo. nam multi *admodum* Neronis historiam conscripserunt: quorum aliqui in gratiam ejus, ut bene de se meriti, veritatem neglexerunt; alii vero, ex odio & inimicitiis sibi cum eo susceptis, inverecunde adeo debacchati sunt in eum mendaciis, ut digni sint qui uno hoc crimine condemnentur. Etsi non mihi subit eos mirari de Nerone mentitos, quando ne res quidem ab antecessoribus ejus gestas memoriæ mandantes historiæ veritatem retinuerunt, licet in eos nullum odium habuerint, cum longo post eos tempore vixerint. Verum istis, qui nullam veritatis rationem habent, liceat pro lubitu scribere: nam hujusmodi licentia delectari videntur. At nobis, quibus propositum est veritati unice litare, quæ ab opere nostro aliena sunt paucis admodum attingere visum est: quæ vero Judæis, popularibus nostris, contigerunt, ea non perfunctorie narramus, ut quos non piget & calamitates nostras & delicta *omnibus* declarare. Itaque ad res nostras narrandas revertar.

Josephus carpit Romanos historicos.

Veritatem profitetur.

4. Primo imperii Neronis anno, Azizo rege Emesorum defuncto, Soëmus frater ei in principatum successit. Armeniæ autem minoris præfecturam Aristobulus, Herodis regis Chalcidis filius, à Nerone accepit. quin & Agrippæ donavit Cæsar partem quandam Galilææ, Tiberiadem & Taricheas, ejus imperio parere jussas: prætereaque Juliada Peraææ urbem, & vicos quatuordecim ejus in vicinia positos.

Azizo succedit Soëmus.

Aristobulus Herodis regis Chalcidis filius.

Agrippæ ditio ampliatur.

5. Cæterum res Judaïcæ indies in deterius prolapsæ sunt. nam regio iterum latronibus repleta est, & impostoribus qui multitudinem seducebant. Sed horum quidem multos, simul cum latronibus quotidie captos, Felix sustulit: insuper & Eleazarum Dinæi filium, qui latronum agmen collegerat, ex insidiis vivum cepit: nam fide ei data, quod nihil mali passurus esset, pellexit eum ut ad se veniret, moxque vinctum Romam mittendum curabat. Cum autem Felix odio haberet Jonatham pontificem, ut qui eum sæpe admonuerit de rebus Judaïcis melius administrandis, ne ipse, qui eum à Cæsare in Judæam procuratorem mittendum petierat, populi querelis appeteretur, rationem excogitabat ipsum è medio tollendi qui factus est sibi continuo molestus. nam frequens admonitio gravis est iis quibus in animo est injuste agere. Itaque hujusmodi de causa Felix amicum Jonathæ fi-

VI. Felix castigat latrones.

Eleazarus latro captus & Romam missus.

Jonathas pontifex Felici invisus.

z Ἐῶ πλείω γράφειν.] Οἱ πλείω, pro ἐῶ πλείω γράφειν, in Cod. Busb.

a Αὐτοὺς εἶναι καταγνώσεως.] Αὐτοὺς abest Vat. & commode abesse potest.

b Ἐπανήξω τοίνυν] L. B. ἐπανάξω τοίνυν τὸν λόγον.

c Σόεμος ἀδελφὸς] Vocem Σόεμος insertam dedi è Cod. Busb. ἐμὸς ἀδελφὸς in Cod. Vat. Οὗτος ἀδελφὸς L. B. *Soëmum* meminit *Dion Cassius*, l. 59. p. 649. & *Sohemum* memorat *Tacitus* in *Hist.* l. 12. p. 13.

d Ἡρώδου τοῦ Χαλκίδος βασιλέως,] Conf. ἁλωσ. lib. 2. c. 13. §. 2. SPANH.

e Καὶ τῷ Ἀγρίππᾳ] Καὶ τῷ Ἀγρίππᾳ δίδοται μοῖρα τινι Busb.

f Τῷ —— κελεύσας.] Conf. ἁλωσ. lib. 2. c. 13. §. 2. SPANH.

g Δὲ δωρεῖται μοῖρα] Δὲ abest Vat.

h Ταριχέας.] Ταριχαίας Busb. (Ταριχαίας Ceteri) Vocem non agnoscit *Epiphanius*, qui hoc modo locum vertit, *sed Agrippa donavit Cæsar partem quandam Galilææ Tiberiadis tetrarchia, præcipiens &c.*

i Ἰουλιάδα πόλιν] Ἀβιλάν πόλιν Busb.

k Τεσσαρεσκαίδεκα.] Δεκατέσσαρας Busb. & Lugd. Bat. κώμας τὰς περὶ αὐτὴν δεκαδύο apud *Photium* in *Bibliotheca*, Cod. 238. p. 978.

l Τούτων μὲν ὁ Φῆλιξ] Sic Busb. & Epiphan. τούτους in reliquis.

m Τὸν ἀρχιερέα τὸν Ἰωνάθην] S. ἐπὶ τὸν ἀρχιερέα. In Cod. Busb. καὶ πρὸς τὸν ἀρχ. Forsan πρὸς τὸν Ἀνανίαν, inquit *Grotius* ad *Act.* 23. v. 1. HUDS. Conf. ἁλωσ. lib. 2. c. 13. §. 3. SPANH.

n Αἰτησάμενος] Gen. αἰτησαμένου. L. B. αἰτησάμενος.

o Γενόμενον.] Ita Busb. γινόμενον in cæteris.

p Νουθετεῖν.] Νουθετοῦν Busb. & Gall.

Ggg ggg 2

q Τοὺ

Sicarius à Felice immissus eum perimit.

fidissimum, genere Hierosolymitam, Doram nomine, hortatur & suadet multum pecuniæ promittendo, ut Jonathæ latrones immitteret qui ipsum interficerent. atque ille ei obsequutus, hoc modo per latrones necem pontifici machinatus est. Quidam eorum, quasi Deum adoraturi, in urbem ascenderunt, sub vestibus sicis succincti; atque Jonathæ famulitio permisti ipsum occidunt. Cum autem inulta mansisset cædes, in posterum latrones * sine omni metu in festivitatibus ascendunt, ferrumque similiter ac antea occultatum habentes, turbæ immisti, partim è suis inimicis quosdam perimunt, partim aliorum, aliis pecunia operam suam præstantes, idque non modo in urbe reliqua, sed ipso etiam in templo nonnullos. nam & illic cædem facere non verebantur, quasi ita agendo nihil pietatem læderent. Hanc ob causam arbitror etiam Deum, impietatis illorum odio, aversatum esse urbem, &, cum templum non amplius sibi purum domicilium existimarit, Romanos in nos adduxisse, urbique ignem purificantem injecisse, & nobis cum uxoribus & liberis servitutem, eo animo ut nos calamitatibus edocti ad sanam mentem rediremus.

Latronum & sicariorum audacia.

Unde Hierosolymorum excidium?

6. Et quidem ex iis quæ patrarunt latrones, fiebat ut urbs nefariis ejusmodi facinoribus repleretur. Impostores vero & fallaciis pleni homines suadebant multitudini, ut ipsos in solitudinem sequerentur. se enim ipsis ostensuros dicebant manifesta prodigia & signa, quæ Dei cura & providentia evenirent. multique, fidem habentes, dementiæ suæ pœnas pertulerunt. Eos quippe retractos Felix supplicio affecit. Eodem autem tempore quidam ex Ægypto venit Hierosolyma, se vatem esse simulans, suadensque plebejæ turbæ, ut secum montem Olivarum ascenderet, qui è regione urbis situs quinque abest stadia. inde enim ipsis se monstrare velle dicebat, quomodo suo jussu corruerent Hierosolymorum muri, per quos ipsis aditum se patefacturum esse promittebat. Fe-

Impostores & magi per Judæam.

Ægyptius pseudo-propheta.

τῶν. καὶ δὴ διὰ τοιαύτης αἰτίας ὁ Φῆλιξ τὸν πιστότατον [q] τῶν Ἰωνάθου φίλων, Ἱεροσολυμίτην τὸ γένος, [r] Δωρᾶν ὀνόματι, πείθει, [s] πολλὰ χρήματα δώσειν ὑπισχνούμενος, [t] ἐπαγαγεῖν τῷ Ἰωνάθῃ τοὺς λῃστὰς ἀναιρήσοντας. κἀκεῖνος ὑπακούσας ἐμηχανήσατο διὰ τῶν λῃστῶν πραχθῆναι τοιούτῳ τρόπῳ τὸν φόνον. [v] ἀνέβησάν τινες αὐτῶν εἰς τὴν πόλιν, ὡς προσκυνήσοντες τὸν Θεόν, ὑπὸ τὰς ἐσθῆτας [x] ἔχοντες [y] ξιφίδια, καὶ συναναμιχθέντες [z] τῷ Ἰωνάθῃ κτείνουσιν αὐτόν. ἀνεκδικήτου δὲ τοῦ φόνου μεμενηκότος, μετὰ πάσης τὸ λοιπὸν ἀδείας ἀναβαίνοντες ἐν ταῖς ἑορταῖς οἱ λῃσταί, καὶ τὸν σίδηρον ὁμοίως κεκρυμμένον ἔχοντες, συναναμιγνύμενοι τοῖς πλήθεσιν, [a] ἀνῄρουν μέν τινας ἑαυτῶν ἐχθρούς, οὓς δέ, ἐπὶ χρήμασιν ἄλλοις ὑπηρετοῦντες, οὐ μόνον κατὰ τὴν ἄλλην πόλιν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ ἱερὸν ἐνίους. καὶ γὰρ ἐκεῖ σφάττειν ἐτόλμων, οὐδὲ ἐν τούτῳ δοκοῦντες ἀσεβεῖν. [b] διὰ τοῦτ᾽ οἶμαι καὶ τὸν Θεὸν μισήσαντα τὴν ἀσέβειαν αὐτῶν ἀποστραφῆναι μὲν ἡμῶν τὴν πόλιν. τὸ δὲ ἱερὸν, οὐκ ἔτι καθαρὸν οἰκητήριον αὐτοῦ κρίναντα, Ῥωμαίους ἐπαγαγεῖν ἡμῖν, [c] καὶ τῇ πόλει [d] καθάρσιον πῦρ καὶ δουλείαν ἐπιβαλεῖν σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις, σωφρονίσαι ταῖς συμφοραῖς [dd] βουλόμενον ἡμᾶς.

ς΄. Τὰ μὲν οὖν τῶν λῃστῶν ἔργα τοιαύτης ἀνοσιότητος ἐπλήρου τὴν πόλιν. οἱ δὲ γόητες καὶ ἀπατεῶνες ἄνθρωποι τὸν ὄχλον ἔπειθον αὐτοῖς εἰς τὴν ἐρημίαν ἕπεσθαι. [e] δείξειν γὰρ ἔφασαν ἐναργῆ τέρατα καὶ σημεῖα, κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ πρόνοιαν γινόμενα. καὶ πολλοὶ πεισθέντες, τῆς ἀφροσύνης [f] τιμωρίας ὑπέσχον. ἀναχθέντας γὰρ αὐτοὺς Φῆλιξ ἐκόλασεν. ἀφικνεῖται δέ τις ἐξ Αἰγύπτου κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, προφήτης εἶναι λέγων, καὶ συμβουλεύων τῷ δημοτικῷ πλήθει σὺν αὐτῷ πρὸς ὄρος τὸ προσαγορευόμενον [g] Ἐλαιῶν ἔρχεσθαι, ὃ καὶ τῆς πόλεως ἄντικρυς κείμενον ἀπέχει στάδια [h] πέντε. θέλειν γὰρ, [i] ἔφασκεν, αὐτοῖς ἐκεῖθεν ἐπιδεῖξαι, ὡς, κελεύσαντος αὐτοῦ, [k] πίπτοι τὰ τῶν [l] Ἱεροσολύμων τείχη, δι᾽ ὧν τὴν εἴσοδον αὐτοῖς παρέξειν ἐπηγγέλλετο. Φῆλιξ δὲ, ὡς ἐπύθε-

το

q Τῶν Ἰωνάθου] Quia hic ἀρχιερεὺς appellatur, nec tamen postea ei Ismael, Phabi filius successisse dicitur, nec hic successisse Ananiæ filio Nebedæi, posset dubium videri, an hic Jonathas in serie Pontificum locum habere debeat, quoniam ἀρχιερέως nomen etiam aliis quam Pontificibus datur. Ita Valesius ad Eusebii historiam ecclesiasticam lib. II. c. 23 scribit, *post Josephum Cami filium ponendus est Ananias Nebedæi filius, de quo Josephus capite tertio libri vicesimi. Post hunc fuit Ismaelus Phabæi filius ab Agrippa juniore factus.* Ego tamen hunc Pontificum numero inserendum existimo. Scribit Josephus capite ultimo fuisse XXVIII. Pontifices ab eo tempore quo Herodes rerum potitus fuit usque ad templi excidium. Ineatur numerus.

1. Ananelus.
2. Aristobulus.
3. Jesus fil. Phabi.
4. Simon fil. Boethi.
5. Matthias Theophili.
6. Joazar fil. Boethi.
7. Eleazar fil. Boëthi.
8. Jesus fil. Sie.
9. Ananus fil. Seth.
10. Ismael fil. Phabi.
11. Eleazar fil. Anani.
12. Simeon fil. Camithi.
13. Josephus Caiaphas.
14. Jonathas fil. Anani.
15. Theophilus.
16. Simon fil. Boëthi.
17. Matthias.
18. Aljonæus.
19. Josephus fil. Camydi.
20. Ananias fil. Nebedæi.
21. Jonathas.
22. Ismael fil. Phabi.
23. Josephus.
24. Ananus.
25. Jesus Damnæi fil.
26. Jesus fil. Gamalielis.
27. Matthias fil. Theophili.
28. Phannias fil. Samuëlis.

Tolle Jonatham ex hac serie, non erunt 28. REL.

r Δωρᾶν ὀνόματι,] Ita *Busb.* & *Lugd. Bat.* Δώραν in *Editis Aliisque.* Ἰάσονα ὀνόματι juxta *Epiphanium.*

s Πολλὰ χρήματα δώσειν ὑπισχνούμενος] Vocabulum πολλὰ debemus *Cod. Busb.* & *Epiphanio.*

t Ἐπαγαγεῖν τῷ Ἰωνάθῃ τοὺς λῃστὰς ἀναιρήσοντας.] Hæc è Josepho adducit Eusebius H. Eccl. lib. II. c. XX. SPANH.

v Ἀνέβησάν τινες αὐτῶν εἰς τὴν πόλιν] Ἀνέβησαν γάρ τινες τῶν λῃστῶν solus *Busb.*

x Ἔχοντες ξιφίδια,] Φέροντες *Busb.*

y Ξιφίδια,] *L. B.* ξιφίδια. & in *Marg.* ξιφίδιον ἀπὸ τοῦ ξίφους, ξιφίδιον ἀπὸ τοῦ ξιφιδίου.

z Τῷ Ἰωνάθῃ κτείνουσιν αὐτόν.] Τῷ πλήθει, κτείνουσιν Ἰωνάθην juxta *Epiphan.* & *Zonaram.* HUDS. Conf. ἁλώσ. lib. 2. c. 13. §. 3. SPANH.

* *Sine omni metu in festivitatibus ascendunt,*] *Al.* cum omni fiducia.

a Ἀνῄρουν μέν τινας ἑαυτῶν ἐχθρούς.] Ἀνῄρουν οὓς μὲν ἑαυτῶν *Busb.*

b Διὰ τοῦτο οἶμαι καὶ] Διὰ τὰ εἰς Ἰάκωβον, τὸν ἀδελφὸν Ἰησοῦ, τοῦ λεγομένου Χριστοῦ, τετολμημένα, si fides *Origeni* in hæc verba *Josephum* (lapsu forsan μνημονικῷ) citanti.

c Καὶ τῇ πόλει] Κατὰ τὴν πόλιν καθάρσιόν τε πῦρ καὶ δουλείαν ἐπαγαγεῖν *Busb.*

d Καθάρσιον πῦρ] Conf. ἁλώσ. lib. 6. c. 2. §. 1. SPANH.

dd Βουλόμενον ἡμᾶς.] Βουλόμενος *Busb.*

e Δείξειν —— γινόμενα.] Conf. ἁλώσ. l. 2. c. 13. §. 4. & 5. SPANH.

f Τιμωρίας ὑπέσχον.] Τιμωρίαν *Busb.*

g Ἐλαιῶν ἔρχεσθαι, ὃ καὶ τῆς πόλεως] *L. B.* Ἐλαιῶν ὃ τῆς πόλεως.

h Πέντε.] Ita in *Josephi* libris omnibus (quos vidimus) tam *Editis* quam *MSS.* tam *Gr.* quam *Lat.* Locum tamen in mendo cubare sibi persuadent *Grotius* ad *Act.* c. 1. v. 12. & *Waserus* de *Ant. Mens. Hebr.* l. 1. c. 12. quod mons *Oliveti* spatio itineris Sabbatici (quod octo stadiorum erat) Hierosolymis abesse dicatur *Act.* c. 1. v. 12. Verum (ne quid dicam de *Theophylacto* & *Chrysostomo* qui ἑπτὰ pro πέντε in *Josepho* legisse præ se ferunt, aut de *Voigtio* qui in *Codice Wratislaviensi* ἑπτὰ reperiri dicit) facile cum *Josepho* conciliari potest *Lucas*: utpote quod primus pes montis ab urbe stadiis quinque abfuerit: at Christus ascensurus scanderit ulterius per tria stadia. Videsis l. 6. de *Bello Jud.* c. 3. *Drusium* in *Observat.* l. 3. *Gerhardum* in *Harmonia Evang.* c. 144. *Lightfootum* in *Centuria Chorogr.* ad *Matt.* c. 40. & *Relandum* in *Palæstina* S. p. 449.

i Ἔφασκεν,] Illud ἔφασκεν è *Cod. Busb.* & *Epiphan.*

k Πίπτοι] Ita *Busb.* πίπτει in *reliquis.*

l Ἱεροσολύμων τείχη,] Sic *Busb. Vat.* & *Epiphan.* Ἱεροσολυμιτῶν in *Editis Aliisque.*

m Τὰς

τὸ τεῖχος, κελεύει [m] τοὺς στρατιώτας ἀναλαβεῖν τὰ ὅπλα, καὶ, μετὰ πολλῶν ἱππέων τε καὶ πεζῶν ὁρμήσας ἀπὸ τῶν Ἱεροσολύμων προσβάλλει τοῖς περὶ τὸν Αἰγύπτιον· καὶ τετρακοσίους μὲν [n] αὐτῶν ἀνεῖλε, διακοσίους δὲ ζῶντας ἔλαβεν. ὁ δὲ Αἰγύπτιος αὐτὸς [o] διαδράσας ἐκ τῆς μάχης ἀφανὴς ἐγένετο. [p] πάλιν δὲ οἱ λῃσταὶ τὸν δῆμον εἰς τὸν πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον ἠρέθιζον, [q] μηδὲν ὑπακούειν αὐτοῖς [r] λέγοντες, καὶ τὰς τῶν ἀπειθούντων κώμας ἐμπιπρῶντες [rr] διήρπαζον.

ζ. [s] Γίνεται δὲ καὶ τῶν Καισάρειαν οἰκούντων Ἰουδαίων στάσις πρὸς τοὺς ἐν αὐτῇ Σύρους περὶ ἰσοπολιτείας. οἱ μὲν γὰρ Ἰουδαῖοι πρωτεύειν ἠξίουν, [t] διὰ τὸ τὸν κτίστην τῆς Καισαρείας Ἡρώδην αὐτῶν βασιλέα γεγονέναι [v] τὸ γένος Ἰουδαῖον. Σύροι δὲ τὰ μὲν περὶ τὸν Ἡρώδην ὡμολόγουν, ἔφασκον δὲ τὴν Καισάρειαν Στράτωνος πύργον τὸ πρότερον καλεῖσθαι, καὶ τότε μηδένα γεγονέναι τῆς πόλεως τῶν Ἰουδαίων οἰκήτορα. τοῦτο ἀκούσαντες οἱ τῆς χώρας ἔπαρχοι, λαβόντες ἀμφοτέρωθεν τοὺς αἰτίους τῆς στάσεως, πληγαῖς ᾐκίσαντο, καὶ τὴν ταραχὴν οὕτω κατέστειλαν πρὸς ὀλίγον. πάλιν γὰρ οἱ κατὰ τὴν πόλιν Ἰουδαῖοι τῷ πλούτῳ θαρροῦντες, καὶ διὰ τοῦτο καταφρονοῦντες τῶν Σύρων, ἐβλασφήμουν εἰς αὐτοὺς ἐρεθίζειν προσδοκῶντες. οἱ δὲ χρήμασι μὲν ἡττώμενοι, μέγα δὲ φρονοῦντες ἐπὶ τῷ τοὺς πλείστους τῶν ὑπὸ Ῥωμαίοις ἐκεῖσε στρατευομένων Καισαρεῖς εἶναι καὶ Σεβαστηνούς, μέχρι μέν τινος καὶ αὐτοὶ τοὺς Ἰουδαίους λόγῳ ὕβριζον. εἶτα λίθοις ἀλλήλους ἔβαλλον, ἕως πολλοὺς [x] παρ' ἀμφοτέροις τρωθῆναί τε καὶ πεσεῖν συνέβη. νικῶσί γε μὴν Ἰουδαῖοι. Φῆλιξ δὲ, ὡς ἐθεάσατο φιλονεικίαν ἐν πολέμου τρόπῳ γινομένην, προπηδήσας, παύσασθαι τοὺς Ἰουδαίους παρεκάλει· μὴ πειθομένοις δὲ τοὺς στρατιώτας ὁπλίσας ἐπαφίησι, καὶ πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἀνεῖλε, πλείους δὲ ζῶντας ἔλαβεν, οἰκίας δέ τινας τῶν ἐν τῇ πόλει πολλῶν πάνυ χρημάτων γεμούσας διαρπάζειν ἐφῆκεν τοῖς στρατιώταις. οἱ δὲ τῶν Ἰουδαίων ἐπιεικέστεροι, καὶ προύχοντες κατὰ τὴν ἀξίωσιν, δείσαντες περὶ ἑαυτῶν, παρεκάλουν τὸν Φήλικα τοὺς στρατιώτας [y] ἀνακαλεῖσθαι τῇ σάλπιγγι, καὶ φείσασθαι τὸ λοιπὸν αὐτῶν, δοῦναί τε μετάνοιαν ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις. καὶ Φῆλιξ ἐπείσθη.

η'. Κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν [z] ὁ βασιλεὺς Ἀγρίππας δίδωσι τὴν ἀρχιερωσύνην Ἰσμαήλῳ. [a] Φαβεῖ παῖς οὗτος ἦν. [b] ἐξάπτεται δὲ καὶ τοῖς [c] ἀρχιερεῦσι στάσις πρὸς τοὺς ἱερεῖς, καὶ τοὺς πρώτους τοῦ πλήθους τῶν Ἱεροσολυμιτῶν, [d] ἕκαστός τε αὐτῶν, στῖφος ἀνθρώπων τῶν θρασυτάτων καὶ νεωτεριστῶν ἑαυτῷ [e] ποιήσας, ἡγεμὼν ἦν· καὶ συρρήσσοντες ἐκακολόγουν τε ἀλλήλους, καὶ λίθοις ἔβαλλον. ὁ δὲ ἐπιπλήξων ἦν [f] οὐδείς· ἀλλ' ὡς ἐν [g] ἀπροστατεύτῳ πόλει ταῦτα ἐπράσσετο μετ' ἐξουσίας. [h] τοσ-

lix vero, ut ista audivit, jubet milites arma arripere; cumque multis equitibus & peditibus stipatus Hierosolymis eruptionem fecisset, invadit Ægyptium & qui ab eo stabant: ac quadringentos quidem ipsorum occidit, ducentos vero vivos cepit; Ægyptius autem ipse è pugna elapsus *statim* è conspectu evanuit. Rursum vero latrones populum ad bellum Romanis inferendum concitabant, illis nequaquam parendum esse dictitantes, & sibi non assentientium vicos incendebant & diripiebant.

Felix Ægyptium ejusque comites adoritur.

7. Quin & inter Judæos, Cæsaream incolentes, & Syros, qui in ea erant, orta est seditio, de jure civitatis ex æquo participando. Nam Judæi quidem primas sibi deferri volebant, quod rex illorum Herodes, Cæsareæ conditor, genere fuerit Judæus. Syri vero quæ ad Herodem quidem spectabant non inficiabantur, sed ajebant urbem antea Stratonis turrim appellatam, & tunc Judæorum neminem in urbe sedes habuisse. Cum ista audissent provinciæ præsides, seditionis ex utraque parte auctoribus prehensis, verberibus eos affecerunt, atque ita tumultum ad breve tempus represserunt. Rursus enim Judæi, qui in urbe erant, opibus freti atque adeo contemptui habentes Syros, conviciis eos incessebant, hoc modo illos se provocaturos esse exspectantes. Isti vero, divitiis quidem inferiores, animis tamen elati, quod maxima illorum pars, qui per ea loca sub Romanis stipendia mererent, Cæsarenses essent & Sebasteni, aliquantisper & ipsi verborum contumelias in Judæos regerebant. Inde eò ventum est ut alteri in alteros lapides jacerent, donec eveniret multos utrinque vulneratos cecidisse. victoria tamen penes Judæos erat. Felix autem, ut vidit contentionem parum admodum ab aperto bello differre, prosiliens obsecrabat Judæos ut quiescerent: cumque non parerent, milites armis instructos in eos immisit, & multos quidem illorum occidit, plures vero vivos comprehendit; nonnullasque eorum qui in urbe erant domos divitiis refertas diripiendas concessit militibus. Sed qui moderatiores inter Judæos erant & dignitate præstantes, de se suisque solliciti, Felicem rogarunt, ut milites tuba revocaret eisque de cætero parceret, & locum daret pœnitentiæ ob ea in quibus deliquerant. Atque Felix flexus est *eorum precibus*.

Magna Cæsareæ inter Judæos & Syros rixa.

In apertam pugnam erumpit.

Seditiosi à Felice castigantur.

8. Sub idem tempus Agrippa rex pontificatum confert in Ismaëlum, qui Phabi erat filius. Orta est autem & *ingens* seditio pontificum adversus sacerdotes primoresque plebis Hierosolymitanæ: adeo ut singuli illorum, collecta manu perditorum hominum novisque rebus studentium ductores se *palam* ferrent: congressique *interdum* conviciis & lapidibus se mutuo impeterent. cum interim nemo esset qui eos objurgaret: sed tanquam in civitate omni rectore destituta hæc licentius agerentur. Tan-

Ismaelus pontifex.

Seditio inter pontifices & sacerdotes.

m Τοὺς στρατιώτας] Τοῖς στρατιώταις Busb.
n Αὐτῶν ἀνεῖλε] Αὐτῶν deest Busb.
o Διαδράσας] Διαδρὰς Busb.
p Πάλιν δὲ οἱ λῃσταὶ] Conf. ἁλωσ. lib. 2. c. 13. §. 6. SPANH.
q Μηδὲν] L. B. μὴ δεῖν.
r Λέγοντες,] Θέλοντες Busb.
rr Διήρπαζον.] Διέφθειρον Busb.
s Γίνεται ——— καλεῖσθαι] Conf. ἁλωσ. lib. 2. c. 13. §. 7. SPANH.
t Διὰ τὸ τὸν κτίστην] Ita cum Cod. Busb. διὰ τὸ in cæteris.
v Τὸ γένος Ἰουδαῖον] Τοῦ γένους Busb.
x Παρ' ἀμφοτέροις τρωθῆναί τε] Παρ' ἀμφοτέρων Busb. Lugd. Bat. quoque, sed in Marg.
y Ανακαλεῖσθαι τῇ σάλπιγγι,] Ανακαλέσασθαι & mox φείσασθαι Busb. & Gall.
z Ο βασιλεὺς ——— Ἰσμαήλῳ] Ismael Pontifex à Rege Agrippa declaratus, de quo supr. lib. 3. c. 15. §. 3. Ἰσμαήλῳ δὲ παρ' αὐτοῦ ἀρχιερεὺς ὄντι· ut & lib. 18. c. 2. §. 2. SPANH.
a Φαβεῖ παῖς οὗτος ἦν.] Φιαβὶ Gall. Φαβὶ Niceph. Gall. in Epiphanii versione, Ismaeli filio Siab.
b Ἐξάπτεται δὲ] Ἐξάπτεται &c. quæ sequuntur citat Eusebius H. Eccl. lib. 11. c. 20. SPANH.
c Ἀρχιερεῦσι ——— πρώτους] Ἀρχιερέων nomine non tantum eos intelligi volo, qui maximo pontificatu aut fungebantur aut functi erant, eorumque vicarios, sed alios quoque principes XXIV. sacerdotalium familiarum, ut loquuntur I. Paralip. c. 24. v. 16. Vide Grotium ad Matt. c. 2. v. 4.
d Ἕκαστός τε αὐτῶν] [illegible] ἐγεμὼν ἦν L. B.
e Ποιήσας,] Ποιήσας, καὶ καθ' ἑαυτὸν συναγείρας ἡγεμὼν καὶ ἔξαρχος ἐγένετο Gall.
f Οὐδείς·] Οὐδὲ εἷς Busb. Euseb. in Hist. Eccl. l. 2. c. 20. & Niceph. in Hist. Eccl. l. 2. c. 26.
g Ἀπροστατεύτῳ] L. B. ἀπροστατήτῳ.
h Τοσαύτη ——— ἀδεῶς,] Pontifices servos immittunt, qui debitas sacerdotibus decimas auferant. conf. infr. c. 8. § 2. SPANH.

Sacerdotum cladas. Tanta porro pontificibus incessit impudentia & audacia, ut non vererentur servos suos ad areas mittere, qui decimas sacerdotibus debitas raperent *agerentque*. Unde accidit ut ex sacerdotibus nonnulli, quibus res familiaris angustior, præ alimentorum inopia mortem oppeterent. ita factiosorum violentia jus fasque omne penitus opprimebat.

VII. *Porcius Festus Judææ procurator. Felix Romæ accusatur.* 9. Porcio autem Festo, qui Felici succederet, à Nerone misso, primores Judæorum Cæsaream incolentium Romam ascendunt, & accusationem contra Felicem instituunt: dedissetque omnino pœnas injuriarum, quibus Judæos affecerat, nisi Nero fratris Pallantis, qui tum maxime apud eum in honore erat, precibus supplicibus multa indulsisset. Quin & duo primores Syrorum, qui Cæsareæ erant, Burro (ille enim Neronis erat magister, idemque ei à Græcis epistolis) ingenti pecuniæ vi persuadent, ut illorum in gratiam literas à Nerone impetraret, quibus Judæis adimeretur jus civitatis illis cum Syris commune. *Jus civitatis Cæsarensis Judæis ademptum.* Atque Burrus, cum imperatori supplicasset, id obtinuit ut hujusmodi epistola scriberetur. unde mala, quæ gentem nostram postea afflixerunt, ortum habuere. Judæi enim Cæsarenses, ubi cognoverunt quæ scripta erant ad Syros, eo magis in seditionibus perstabant, donec bellum exarsit.

Judæi à latronibus & Sicariis vexati. 10. Cum autem Festus in Judæam venisset, accidebat ut Judæa latronibus vexaretur, qui vicos omnes incendebant & diripiebant. Et tunc quidem ii qui Sicarii appellati erant (isti enim latronum genus) ad maximum numerum excreverant, ensiculis parvis utentes, magnitudine haud multum à Persarum acinace diversis, sed incurvis *paululum inflexisque*, quales sunt quæ Romanis appellantur sicæ; unde & nomen ipsis latronibus, multa cæde grassantibus, inditum est. nam festis diebus, ut jam ante diximus, turbæ permisti, undique in urbem religionis ergo confluenti, quotquot voluerint nullo negotio trucidabant. non raro etiam armati in inimicorum vicos irruebant, direptisque ignem admovebant. Quin & Festus equestres pedestresque copias contra eos misit, qui decepti erant ab homine quodam præstigiatore, salutem ipsis pollicente & malorum cessationem, si se usque ad desertum sequi vellent; atque ipsum deceptorem, pariter ac eos qui illum comitati sunt, interfecerunt milites ab eo missi. *Festus præstigiatorem opprimit.*

Domum ab Agrippa exstructam ægre ferunt Judæi. 11. Sub idem autem tempus rex Agrippa ædificium magnitudine insigni exstruxit prope xystum, in regia Hierosolymitana *Herodiana*, quæ olim fuerat Asamonæi filiorum regia: cumque in loco eminenti situm esset, inde amœnissimus prospectus patebat urbem aspectare volentibus. cujus rei cupidus rex, è triclinio, cum illic decumberet, quicquid in templo ageretur spectabat. Illa ubi viderunt Hierosolymitanorum proceres, vehemen-

τοιαύτη δὲ τοὺς ἀρχιερεῖς κατέλαβεν ἀναίδεια καὶ τόλμα, ὥς τε καὶ πέμπειν δούλους ἐτόλμων ἐπὶ [i] τὰς ἅλωνας, τὰς ληψομένους τὰς τοῖς ἱερεῦσιν [k] ὀφειλομένας δεκάτας. καὶ συνέβαινε τοὺς ἀπορουμένους τῶν ἱερέων [l] ὑπ᾽ ἐνδείας τελευτᾶν. οὕτως ἐκράτει τοῦ δικαίου παντὸς ἡ τῶν στασιαζόντων βία.

θʹ. [m] Πορκίου δὲ Φήστου διαδόχου Φήλικι πεμφθέντος ὑπὸ Νέρωνος, οἱ πρωτεύοντες τῶν τὴν Καισάρειαν κατοικούντων Ἰουδαίων, εἰς τὴν Ῥώμην ἀναβαίνουσι, Φήλικος κατηγοροῦντες· καὶ πάντως ἂν ἐδεδώκει τιμωρίαν τῶν εἰς Ἰουδαίους ἀδικημάτων, [n] εἰ μὴ πολλὰ αὐτὸν ὁ Νέρων τἀδελφῷ Πάλλαντι παρακαλέσαντι συνεχώρησε, [o] μάλιστα δὲ τότε διὰ τιμῆς ἔχων ἐκεῖνον. [p] καὶ τῶν ἐν τῇ Καισαρείᾳ δὲ οἱ πρῶτοι [q] δύο Σύροι [r] Βῆρον· παιδαγωγὸς δὲ οὗτος ἦν τοῦ Νέρωνος, τάξιν τὴν ἐπὶ τῶν Ἑλληνικῶν ἐπιστολῶν πεπιστευμένος. πείθουσι πολλοῖς χρήμασιν αἰτήσασθαι παρὰ τοῦ Νέρωνος αὐτοῖς ἐπιστολὴν ἀκυροῦσαν τὴν Ἰουδαίων [rr] πρὸς αὐτοὺς [s] ἰσοπολιτείαν. καὶ Βῆρος τὸν αὐτοκράτορα παρακαλέσας [t] ἐπέτυχε γραφῆναι τὴν ἐπιστολήν. αὕτη τῷ ἔθνει ἡμῶν τῶν μετὰ ταῦτα κακῶν τὰς αἰτίας παρέσχεν. πυθόμενοι γὰρ [v] οἱ κατὰ τὴν Καισάρειαν Ἰουδαῖοι τὰ γραφέντα [x] πρὸς τοὺς Σύρους, στάσεως μᾶλλον εἴχοντο, μέχρι δὴ τὸν πόλεμον ἐξῆψαν.

ιʹ. Ἀφικομένου δὲ εἰς τὴν Ἰουδαίαν Φήστου, συνέβαινε τὴν Ἰουδαίαν ὑπὸ τῶν λῃστῶν κακοῦσθαι, τῶν κωμῶν ἁπασῶν ἐμπιπραμένων τε καὶ διαρπαζομένων. καὶ οἱ [y] Σικάριοι δὲ καλούμενοι, λῃσταὶ δὲ εἰσὶν οὗτοι, τότε μάλιστα [z] ἐπλήθυνον, χρώμενοι ξιφιδίοις παραπλησίοις μὲν τὸ μέγεθος τοῖς τῶν Περσῶν [a] ἀκινάκαις, ἐπικαμπέσι δὲ καὶ [b] παραπλησίοις ταῖς ὑπὸ Ῥωμαίων σίκαις καλουμέναις, ἀφ᾽ ὧν καὶ τὴν προσηγορίαν οἱ λῃστεύοντες ἔλαβον πολλοὺς ἀναιροῦντες. ἀναμιγνύμενοι γὰρ ἐν ταῖς ἑορταῖς, καθὼς καὶ τὸ πρότερον εἴπομεν, τῷ πλήθει [c] τῶν πανταχόθεν εἰς τὴν πόλιν ἐπὶ τὴν εὐσέβειαν [d] συρρεόντων, οὓς βουληθεῖεν ῥᾳδίως ἀπέσφαττον. πολλάκις δὲ καὶ μεθ᾽ ὅπλων ἐπὶ τὰς κώμας τῶν ἐχθρῶν [e] ἀφικόμενοι, διήρπαζον καὶ ἐνεπίμπρασαν. πέμπει δὲ Φῆστος δύναμιν ἱππικήν τε καὶ πεζικὴν ἐπὶ τοὺς ἀπατηθέντας ὑπό τινος ἀνθρώπου γόητος, σωτηρίαν αὐτοῖς ἐπαγγελλομένου καὶ παῦλαν κακῶν, εἰ βουληθεῖεν ἕπεσθαι μέχρι τῆς ἐρημίας αὐτῷ. καὶ αὐτόν τε ἐκεῖνον τὸν ἀπατήσαντα, καὶ τοὺς ἀκολουθήσαντας διέφθειραν οἱ πεμφθέντες.

ιαʹ. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον, ὁ βασιλεὺς Ἀγρίππας ᾠκοδομήσατο μεγέθει διάφορον οἴκημα, ἐν τῷ βασιλείῳ ἐν Ἱεροσολύμοις, πλησίον τοῦ ξυστοῦ. [f] τὸ δὲ βασίλειον ἐγεγόνει πάλαι ὑπὸ τῶν Ἀσαμωναίου παίδων, ἐφ᾽ ὑψηλοῦ δὲ τόπου κείμενον τοῖς [g] κατοπτεύειν ἀπ᾽ αὐτοῦ βουλομένοις τὴν πόλιν ἐπιτερπεστάτην παρεῖχε τὴν θέαν· ἧς ἐφιέμενος ὁ βασιλεὺς ἐκεῖθεν ἀφεώρα κατακείμενος τὰ κατὰ τὸ ἱερὸν πρασσόμενα. τοῦτο δὲ θεασάμενοι τῶν Ἱεροσολυμι-

τῶν

[i] Τὰς ἅλωνας] Confer lib. vi. c. 13. §. 1. & infr. c. 8. §. 2. τὰς ἅλωνας· SPANH.

[k] Ὀφειλομένας δεκάτας.] Ἀποτελουμένας Busb.

[l] Ὑπ᾽ ἐνδείας τελευτᾶν.] Ὑπὸ ἐνδείας ἀπολλυμένους θεωρεῖν Euseb. & *Niceph.* HUDS. Ὑπ᾽ ἐνδείας ἀπολλυμένους θεωρεῖν. è Josepho Euseb. H. Eccl. lib. ii. c. xx. SPANH.

[m] Πορκίου δὲ Φήστου διαδόχου] Conf. ἁλωσ. lib. 2. c. 14. §. 1. SPANH.

[n] Εἰ μὴ πολλὰ] Εἰ μήπερ αὐτῷ ὁ Νέρων συνεχώρησε τἀδελφῷ Πάλλαντι πεισθεὶς παρακαλέσαντι· μάλιστα δὲ τότε διὰ τιμῆς ἄγων ἐκεῖνον. Busb.

[o] Μάλιστα δὲ] L. B. μάλιστα δέ.

[p] Καὶ τῶν ἐν τῇ Καισαρείᾳ] Καὶ οἱ ἐν Καισαρείᾳ δὲ Σύροι Zonar. καὶ οἱ ἐν τῇ Καισαρείᾳ δὲ πρῶτοι Σύρων Gall. Voss. & Epiphan.

[q] Δύο Σύροι] L. B. Σύρων.

[r] Βῆρον.] Ita rescripsi pro Βέρυλλον, voce sane mendosa, quæ in *Josephi* libros (*Gr.* & *Lat.*) dudum irrepserat.

[rr] Πρὸς αὐτοὺς] Εἰς αὐτοὺς Busb.

[s] Ἰσοπολιτείαν.] Conf. ἁλωσ. lib. 2. c. 13. §. 7. SPANH.

[t] Ἐπέτυχε γραφῆναι τὴν ἐπιστολήν.] Ἐπέτυχε γραφῆναι Busb. τὴν ἐπιστολὴν γραφῆναι L. B.

[v] Οἱ κατὰ τὴν Καισάρειαν Ἰουδαῖοι] Οἱ κατὰ τὴν Καισάρειαν οἰκοῦντες Ἰουδαῖοι τὰ παρὰ τοῦ Νέρωνος γραφέντα Busb.

[x] Πρὸς τοὺς] L. B. τὰ πρὸς τοὺς.

[y] Σικάριοι —— ἀκινάκαις,] Conf. ἁλωσ. lib. 2. c. 17. §. 6. & lib. 3. c. 9. §. 5. SPANH.

[z] Ἐπλήθυνον,] Ἐπλήθυον Busb.

[a] Ἀκινάκαις,] Vide *Fullerum* in *Miscell. S.* l. 2. c. 3. §. 165. *Drusium de tribus Sectis*, p. 119. *Nic. Abramum* in *Ciceronis Oratt.* vol. 2. p. 107. *Relandum* in *Diss.* VIII. *de Veteris Linguæ Persicæ reliquiis*, & *Bartonum de Lingua Persica*, p. 64.

[b] Παραπλησίοις] Mallem (cum Cod. Busb.) ὁμοίοις, quod vox παραπλησίοις paulo ante occurrat. (ὁμοίοις ταῖς L. B.) ἐπικαμπέσι καὶ ὁμοίοις ταῖς ὑπὸ P. Zonar.

[c] Τῶν πανταχόθεν εἰς] Illud τῶν inserui è *Cod. Busb.* accedente nunc *Lugd. Bat.*

[d] Συρρεόντων,] Συρρεόντων Busb. & *Voss.*

[e] Ἀφικόμενοι,] Ἀφικνούμενοι Busb. & *Voss.*

[f] Τὸ δὲ βασίλειον ἐγεγόνει πάλαι] Ita *Busb. Lugd. Bat.* & *Epiphan.* qui vertit, *quod palatium factum est olim à filiis Asamonai*, antea erat, τότε βασίλειον ἐγεγόνει ὑπὸ τῶν Ἀσαμωναίου παίδων.

[g] Κατοπτεύειν ἀπ᾽ αὐτοῦ βουλομένοις] Ἐποπτεύειν ὑπὸ τοῦ Busb.

h Ἐπ-

τῶν οἱ προέχοντες, δεινῶς ἐχαλέπηναν. οὐ γὰρ ἦν πάτριον οὐδὲ νόμιμον ἡμῖν, τὰ κατὰ τὸ ἱερὸν δρώμενα κατοπτεύεσθαι, καὶ μάλιστα τὰς ἱερουργίας. τοῖχον οὖν ἐγείρουσιν ἐπὶ τῆς ἐξέδρας ὑψηλὸν, ἥτις ἦν ἐν τῷ ἔσωθεν ἱερῷ τετραμμένη πρὸς δύσιν. οὐ μόνον δὲ τοῦ βασιλικοῦ τρικλίνου τὴν ἄποψιν οὗτος οἰκοδομηθεὶς ἀπετέμνετο, ἀλλὰ καὶ τῆς δυτικῆς στοᾶς τῆς κατὰ τὸ ἱερὸν ἔξωθεν οὔσης, [h] ἔνθα τὰς φυλακὰς οἱ Ῥωμαῖοι ταῖς ἑορταῖς ἐποιοῦντο διὰ τὸ ἱερόν. ἐπὶ τούτοις [i] ἠγανάκτησεν ὅ, τε βασιλεὺς Ἀγρίππας, μάλιστα δὲ Φῆστος ὁ [k] ἔπαρχος, καὶ προσέταξεν αὐτοῖς καθελεῖν. οἱ δὲ παρεκάλεσαν ἐξουσίαν αὐτοῖς δοῦναι πρεσβεῦσαι περὶ τούτου πρὸς Νέρωνα· ζῆν γὰρ οὐχ ὑπομένειν, καθαιρεθέντος τινὸς μέρους τοῦ ἱεροῦ. συγχωρήσαντος δὲ τοῦ Φήστου, πέμπουσιν ἐξ αὐτῶν πρὸς Νέρωνα [l] τοὺς πρώτους δέκα, καὶ Ἰσμάηλον τὸν ἀρχιερέα, καὶ Ἑλκίαν τὸν γαζοφύλακα. Νέρων δὲ διακούσας αὐτῶν, οὐ μόνον συνέγνω περὶ τοῦ πραχθέντος, ἀλλὰ καὶ συνεχώρησεν οὕτως ἐᾶν τὴν οἰκοδομίαν, τῇ γυναικὶ [m] Ποππηίᾳ, θεοσεβὴς γὰρ [n] ἦν, ὑπὲρ τῶν Ἰουδαίων δεηθείσῃ χαριζόμενος. ἣ τοῖς μὲν δέκα προσέταξεν ἀπιέναι, τὸν δὲ Ἑλκίαν καὶ τὸν Ἰσμάηλον [o] ὁμηρεύσοντας παρ' ἑαυτῇ κατέσχεν. ὁ δὲ βασιλεὺς, ταῦτα ὡς ἐπύθετο, δίδωσι τὴν ἀρχιερωσύνην Ἰωσήπῳ τῷ Σίμωνος παιδὶ ἀρχιερέως, ἐπικαλουμένῳ δὲ [p] Καβί.

ter succenfebant. neque enim patria confuetudo aut lex noftra ferebat, ut quæ in templo gererentur, & maxime cum res facra fieret, aliquis *præter facerdotes* afpiceret. Quam ob rem altum parietem excitabant fuper exedram, quæ erat in interiore templo ad folem occiduum verfa. Ille autem *ita* exædificatus non folum profpectum è regio triclinio intercipiebat, fed & è porticu occidentali extra templum fita, ubi Romani [*] propter templum feftis diebus excubias agebant. Ifta ægre tulerunt & rex Agrippa, & maxime Feftus præfes, eifque præcepit ut murus dirueretur. Illi vero rogarunt, ut liceret fibi legatos ea de re ad Neronem mittere: vitam enim diutius non ferendam effe, parte aliqua templi diruta. Cumque Feftus, id permififfet, ad Neronem de fuis ablegarunt decem primores, & Ifmaëlum pontificem, & Helciam facri ærarii cuftodem. Nero autem cum eos audiviffet, non folum quod factum erat eis ignofcebat, verumetiam conceffit ut ftaret maneretque ædificium; gratificatus in hoc uxori fuæ Poppææ, quæ (fœmina utpote religiofa) ei Judæorum in gratiam fupplicaverat. quæ *porro* decem quidem *viros* abire juffit, Helciam vero & Ifmaëlum apud fe *tanquam* † obfides retinuit. At rex ubi ifta refcivit, pontificatum detulit Jofepho cognomine Cabi, Simonis *olim* pontificis filio.

Murum ei tum adificant Judæi.

Quem, contra quam voluerant Agrippa & Feftus, manfurum ftatuit Nero.

Jofephus Cabi pontifex.

ΚΕΦ. Θ'.

Περὶ Ἀλβίνου, οὗ ἐπιτροπεύοντος ἀναιρεῖται Ἰάκωβος· οἷά τε ᾠκοδόμησεν Ἀγρίππας.

Πέμπει δὲ Καῖσαρ [q] Ἀλβῖνον εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἔπαρχον, Φήστου τὴν τελευτὴν πυθόμενος. [r] ὁ δὲ βασιλεὺς ἀφεῖλε μὲν τὸν Ἰώσηπον τὴν [s] ἀρχιερωσύνην, [t] τῷ δὲ Ἀνάνου παιδὶ, καὶ αὐτῷ Ἀνάνῳ λεγομένῳ, τὴν διαδοχὴν τῆς ἀρχῆς ἔδωκε. τοῦτον δέ φασι τὸν πρεσβύτατον Ἄνανον εὐτυχέστατον γενέσθαι. πέντε γὰρ ἔσχε παῖδας, καὶ τούτους πάντας συνέβη ἀρχιερατεῦσαι τῷ Θεῷ, αὐτὸς καὶ [v] πρότερον τῆς τιμῆς ἐπὶ πλεῖστον ἀπολαύσας· ὅπερ οὐδενὶ συνέβη τῶν παρ' ἡμῖν ἀρχιερέων. [x] ὁ δὲ νεώτερος Ἄνανος, ὃν τὴν ἀρχιερωσύνην [y] ἔφαμεν παρειληφέναι, θρασὺς ἦν τὸν τρόπον, καὶ τολμητὴς διαφερόντως· αἵρεσιν δὲ μετῄει τὴν [z] Σαδδουκαίων, [a] οἵπερ εἰσὶ περὶ τὰς κρίσεις ὠμοὶ παρὰ πάντας τοὺς Ἰουδαίους, καθὼς ἤδη δεδηλώκαμεν. [b] ἅτε δὴ οὖν τοιοῦτος

CAP. IX.

VIII.

De Albino, quo procuratore interficitur Jacobus: deque ædificiis Agrippæ.

Cæfar autem, audita Fefti morte, Albinum in Judæam mifit præfidem. Cæterum rex Jofepho quidem pontificatum abftulit, Anani vero filio, ipfique Anano vocato, conceffit, ut in iftum principatum fuccederet. At feniorem hunc Ananum ajunt feliciffimum exftitiffe. nam quinque filios habuit, hifque omnibus contigit Deo in pontificatu miniftraffe, cum & ipfe in primis ea dignitate in tempus longiffimum functus effet: id quod nulli unquam apud nos pontifici contigit. Interea Ananus junior, quem pontificatum accepiffe jam diximus, ferox erat ingenio & infigniter audax; fectam etiam Sadducæorum fequebatur, qui præ cæteris Judæis in judiciis acerbi & immites, quemadmodum antea indicavimus. Talis igitur cum ef-

Albinus Judææ procurator.

Ananus, Anani filius, pontifex.

h Ἔνθα —— ἱερόν.] Conf. fupr. c. 4 (5.) §. 3. SPANH.

* *Propter templum feftis diebus excubias agebant.*] *Sc.* ad omnes tumultus arcendos.

i Ηγανάκτησαν] Ηγανάκτησεν ὅ, τε β. Αγρ. καὶ μάλιστα *Bosb.*

k Επαρχος,] Επαρχος hic dicitur, qui propriè Ἐπίτροπος feu Procurator dicebatur. SPANH.

l Τὰς πρώτας δέκα,] Δέκα ἐκ τῶν πρώτων *Zonar. de fuis primoribus decem*, ut vertit *Epiphan.* Videfis Cl. *Vitringam* de *Decem-Viris otiofis*, p. 205.

m Ποππηίᾳ,] Ita ex nummis. Ποππίᾳ aut Πομπηίᾳ in *Jofephi* libris.

n Hν,] Hν αὕτη *Bosb.*

o Ομηρεύσοντας] *L. B.* ὁμηρεύοντας.

† *Obfides retinuit*] Obfequii nempe Judæorum.

p Καβί.] Ita *Bosb. Voff.* Καβεῖ in *cæteris Gr.* in *Epiphanii* libris *Gaddis* aut *Gadis*.

q Αλβῖνον εἰς τὴν Ιουδαίαν ἔπαρχον,] Conf. ἁλωσ. lib. 2. c. 14. §. 1. & lib. 6. c. 5. §. 3. SPANH.

r O δὲ βασιλεὺς] O δὲ Αγρίππας αὐτ. *Bosb.*

s Αρχιερωσύνην,] Ita *Bosb.* & *Epiphan.* ἱερωσύνην in *Editis Aliisque.*

t Τῷ δὲ Ανάνου παιδὶ,] *Nicephorus* (in *Eccl. Hift.* l. 2. c. 4.) hunc *Ananum* eundem effe dicit cum *Anania* illo, qui *Paulum* colaphis cædi juffit, *Act.* c. 23. v. 2. Sed eum longe falli oftendit *Valefius* ad *Eufeb.* l. 2. c. 23.

v Πρότερον τῆς τιμῆς] Ita *Bosb.* & *Gall.* αὐτὸς in *Editis Aliifque.*

x O δὲ —— αὐτῷ] Adducuntur hæc ab Eufebio H. Eccl. lib. II. c. XXIII. p. 65. D. ab iis verbis: ὁ δὲ νεώτερος Ἄνανος &c. SPANH.

y Εφαμεν παρειληφέναι,] Εἰρήκαμεν *Eufeb.* in *Hift. Eccl.* l. 2. c. 23. *Niceph.* in *H. E.* l. 2. c. 38. & *Syncell.* p. 339.

z Σαδδουκαίων,] Talmudici etiam in Codice Joma teftantur adjuratum fuiffe Pontificem Maximum antequam admitteretur ad minifterium diei Expiationis, ne placita Sadducæorum fequeretur in adolendo fuffitu. Fuere ergo ex Sadducæis ipfis Pontifices aliquando. REL.

a Οἵπερ —— Ιουδαίους,] Sadducæi feveriffimi in Judiciis; Pharifæi contra mites πρὸς τὰς κολάσεις fupr. lib. 13. c. 10 § 6. SPANH. Quod hic de Sadducæis notat eos præ aliis Judæis feveriffimos fuiffe in infligendis pœnis illuftrat ea quæ in Megillath Taanith leguntur ad diem XIV. Tammuz. Sadducæos codicem confcripfiffe ספר גזרתא quem illi canonem fequebantur in quo notatum erat quinam pœna lapidationis, qui combuftionis qui alia plecti deberent אלו שנסקלין ואלו שנשרפין, idque adeo fevere exequebantur, ut dicerent עין תחת עין שן תחת שן *oculum pro oculo, dentem pro dente*, quem proximo abftulerant, pendendum effe. Hinc etiam videtur effe quod Sadducæi in primis commemorentur qui feverius etiam animadvertendum cenfuerint in Petrum & Johannem Act IV. 1. ἐπέστησαν αὐτοῖς οἱ ἱερεῖς καὶ ὁ στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ καὶ οἱ Σαδδουκαῖοι. Ita & Act. 5. 17. E contrario Pharifæi mitiores fe oftendiffe leguntur, uti Act. 5. 34. Gamaliel Pharifæus Apoftolos dimittendos fuadebat. Nec defunt alii loci tum ex corpore juris Pharifaïci, id eft Talmude, tum aliunde petiti ex quibus docemur Pharifæos lenes fuiffe admodum in plectendis reis. Adi Lightfootum ad Johann. XVIII. 31. Jofephus etiam in vita fua (erat autem Pharifæus) manfuetudinem fuam prædicat & quod non affecerit pœnis quos poterat, idque plus femel; quod nefas putet, aliquem ἀμαχθὰν interficere. REL.

b Ατε δὴ οὖν] Ατε δὴ τοιοῦτος Ανανος *Sync.*

esset Ananus, opportunum sibi tempus adesse ratus, eo quod Festus quidem vita cessisset, Albinus vero adhuc in itinere esset, concilium judicum cogit; inductoque in judicium fratre *illius* Iesu, qui dicebatur Christus (Jacobus ei nomen) & cum eo quibusdam aliis, in eos ut legis violatæ reos cum accusationem instituisset, *statim* lapidandos tradidit. Sed quicunque inter cives modestissimi, legisque observandæ studiosissimi habebantur, graviter hoc tulerunt: atque clam *legatos* ad regem mittunt, hortantes ut Ananum per literas monere vellet, ne quid deinceps simile moliretur; neque enim prius illud recte *atque ex jure* ab eo factum fuisse. Quinetiam nonnulli eorum Albino, ab urbe Alexandria iter facienti, occurrerunt; eumque monuerunt, non licuisse Anano absque ipsius consensu concilium judicum convocare. Horum oratione Albinus persuasus literas plenas furoris & iracundiæ Anano scribit, minatus se de illo pœnas sumpturum. Proinde rex Agrippa, adempto ei pontificatu, quem per tres menses gesserat, Jesum Damnæi filium *pontificem* constituit.

Jacobus, frater Christi, lapidatur.

Ob Jacobi necem Ananum apud Albinum accusant Judæi.

Jesus Damnæi filius, pontifex.

2. Porro Albinus, cum ad urbem Hierosolymitarum venisset, omnem curam & providentiam adhibuit, ut pacatam & tranquillam redderet provinciam, sicarios aliquammultos interficiendo. Ananias autem pontifex ad majorem indies crevit existimationem, atque benevolentiam & honorem amplissimum apud cives *suos* assequutus est. * nam pecuniam acquirendi rationem probe noverat; atque adeo donis cum Abinum tum & pontificem *ipsum* assidue deliniebat. Habebat autem servos nequissimos, qui, adjuncto sibi audacissimo quoque, areas obeuntes sacerdotum decimas vi rapiebant, nec ab iis verberandis abstinebant qui eas dare recusabant. pontifices etiam similiter ac illius servi faciebant, cum nemo *eos* impedire posset. Quo fiebat ut sacerdotes, qui olim decimis se alebant, tunc cibi penuria morerentur.

Sacerdotum decimæ vi abreptæ.

ὢν ὁ Ἄνανος, νομίσας ἔχειν καιρὸν ἐπιτήδειον, διὰ τὸ τεθνάναι μὲν Φῆστον, Ἀλβῖνον δὲ ἔτι κατὰ τὴν ὁδὸν ὑπάρχειν, καθίζει συνέδριον κριτῶν· καὶ παραγαγὼν εἰς αὐτὸ [c] τὸν ἀδελφὸν Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ, Ἰάκωβος ὄνομα αὐτῷ, καί τινας ἑτέρους, [d] ὡς παρανομησάντων κατηγορίαν ποιησάμενος, [e] παρέδωκε λευσθησομένους. ὅσοι δὲ ἐδόκουν ἐπιεικέστατοι τῶν κατὰ τὴν πόλιν εἶναι, καὶ [f] τὰ περὶ τοὺς νόμους ἀκριβεῖς, βαρέως ἤνεγκαν ἐπὶ τούτῳ· καὶ πέμπουσιν πρὸς τὸν βασιλέα κρύφα παρακαλοῦντες αὐτὸν ἐπιστεῖλαι τῷ Ἀνάνῳ, μηκέτι τοιαῦτα πράσσειν· μηδὲ γὰρ τὸ πρῶτον ὀρθῶς αὐτὸν πεποιηκέναι. τινὲς δ᾽ αὐτῶν [g] καὶ τὸν Ἀλβῖνον ὑπαντιάζουσιν ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας ὁδοιποροῦντα, καὶ διδάσκουσιν ὡς οὐκ ἐξὸν ἦν Ἀνάνῳ χωρὶς [h] τῆς [i] ἐκείνου γνώμης καθίσαι συνέδριον. Ἀλβῖνος δὲ, πεισθεὶς τοῖς λεγομένοις, γράφει μετ᾽ ὀργῆς τῷ Ἀνάνῳ, λήψεσθαι παρ᾽ αὐτοῦ δίκας ἀπειλῶν. [k] καὶ ὁ βασιλεὺς Ἀγρίππας, διὰ τοῦτο τὴν ἀρχιερωσύνην [l] ἀφελόμενος [m] αὐτὸν ἄρξαντα μῆνας τρεῖς, [n] Ἰησοῦν τὸν τοῦ [nn] Δαμναίου κατέστησεν.

β΄. Ἐπεὶ δὲ ἧκεν ὁ Ἀλβῖνος εἰς τὴν τῶν Ἱεροσολυμιτῶν πόλιν, πᾶσαν [o] εἰσηνέγκατο σπουδὴν καὶ πρόνοιαν, ὑπὲρ τοῦ τὴν χώραν εἰρηνεύεσθαι, [p] πολλοὺς [q] τῶν σικαρίων διαφθείρας. ὁ δὲ ἀρχιερεὺς [r] Ἀνανίας, καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν, ἐπὶ μέγα προύκοπτε δόξης, καὶ τῆς παρὰ τῶν πολιτῶν εὐνοίας τε καὶ τιμῆς ἠξιοῦτο λαμπρῶς. ἦν γὰρ χρημάτων ποριστικός· καθ᾽ ἡμέραν οὖν τὸν Ἀλβῖνον καὶ τὸν ἀρχιερέα δώροις ἐθεράπευεν. εἶχε δὲ οἰκέτας πάνυ μοχθηρούς· οἳ, συναναστρεφόμενοι τοῖς θρασυτάτοις, ἐπὶ [s] τὰς ἅλωνας πορευόμενοι [t] τὰς τῶν ἱερέων δεκάτας ἐλάμβανον βιαζόμενοι, καὶ τοὺς μὴ διδόντας οὐκ ἀπείχοντο τύπτειν. οἵ τε ἀρχιερεῖς ὅμοια τοῖς ἐκείνου δούλοις ἔπρασσον, μηδενὸς κωλύειν δυναμένου. καὶ τῶν ἱερέων τοὺς πάλαι τῇ δεκάτῃ τρεφομένους τότε συνέβαινε θνήσκειν, τροφῆς ἀπορίᾳ.

γ΄. Πά-

c Τὸν ἀδελφὸν Ἰησοῦ] Illa de Jacobo, *Jesu, qui Christus dicebatur, fratre* (licet agnita ab *Eusebio* (in *Eccl. Hist.* l. 2. c. 24.) Aliisque eum sequutis, disertimque à *Photio* in *Bibl.* cod. 238. p. 978.) pro mero adsumento male feriati Christiani habentur à nonnullis. quam recte *ἀκριτικώτερον* esto judicium. Quod vero attinet ad illa, ταῦτα συμβέβηκεν Ἰουδαίοις κατ᾽ ἐκδίκησιν Ἰακώβου τοῦ δικαίου, ὃς ἦν ἀδελφὸς Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ, ἐπειδήπερ δικαιότατον αὐτὸν ὄντα οἱ Ἰουδαῖοι ἀπέκτειναν, quæ, tanquam à *Josepho* prolata in *Antiquitatum* libris, affert *Origenes* (l. 1. contra *Celsum* p. 35. & in *Comment.* ad *Matt.* p. 223.) & ex eo, ut puto, *Eusebius Aliique*, verisimile est ea referri debere μνημονικῷ ἁμαρτήματι *Origenis*, ut constare videtur ex ipso *Flavio*, paulo supra, c. 7. §. 5. Certe nullibi (quod sciam) locum habere potuerunt in *Antiquitatibus*; ut quæ non agant de *Hierosolymorum Excidio*.

d Ὡς παρανομησάντων κατηγορίαν] Ὡς κατὰ παρανόμων. *Sync.*

e Παρέδωκε λευσθησομένους.] Παραδίδωσι τοῖς λιθοβοληθησομένοις *Sync.* Alia, tanquam ex *Hegesippo*, de morte *Jacobi* tradit *Eusebius* in loco jam laudato: quæ cum *Josepho* conciliare non tentabimus, utpote vel fabulosa omnia (ut dicit *Scaliger* ad *Eusebium* n. MMLXXVII.) vel (prout fatetur *Petavius* in *Epiphan.* ad *Hæres.* LXXVIII.) quædam falsa & subabsurda, genuinis *Hegesippi* addita, complectentia.

f Τὰ περὶ τοὺς νόμους ἀκριβεῖς,] Illud τὰ insertum dedi auctoritate *Eusebii*, *Niceph.* & *Sync.*

g Καὶ τὸν Ἀλβῖνον ὑπαντιάζουσιν] Καὶ τῷ Ἀλβίνῳ ὑ. ἀ. τ. Α. ὁδοιποροῦντι *Busb.*

h Τῆς ἐκείνου γνώμης] Τῆς αὐτοῦ γνώμης *Euseb.* p. 66. B. SPANH.

i Ἐκείνου γνώμης] Αὐτοῦ γν. *Euseb.* & *Niceph.* αὐτῶν perperam *Syncello.* HUDS. Αὐτῶν legit Syncellus, quod mire sensum variat. Sine præsidis consensu, aut sine illorum Judæorum consensu non licuit Pontifici Synedrium convocare. Et quia διδάσκουσι præcedit, videtur lectio αὐτῶν non rejicienda. Num enim doceri debuit Procurator Judææ; non licuisse Pontifici sine ejus auctoritate id agere? Num id ignorabat? Et quid sibi vult id πεισθεὶς, persuaderine debuit verbis eorum ut crederet vera illos dicere de eo quod Ananus fecerat? Verum ab altera parte observandum est antea Josephum scripsisse Pontificem ideo Synedrium convocasse, quia tempus videbatur ei opportunum ob absentiam Præsidis. Si Præses licentiam convocandi Synedrium dare non debuit, cur captarit hoc tempus uti opportunum. Porro [illegible] in eo peccavit quod absque aliorum Judæorum consensu Synedrium convocavit, quare Josephus post καθίσαι συνέδριον non addit χωρὶς τῆς γνώμης horum vel illorum? Præterea illi qui mittebantur ad Albinum erant missi à viris qui in urbe legum patriarum erant peritissimi. Non dicitur eos fuisse in dignitate constitutos, πρεσβυτέρους aut γραμματεῖς τοῦ λαοῦ quod necesse erat, siquidem illorum consensus requirebatur ad convocationem Synedrii. Denique an fuerant hi nuncii, qui dicunt suum consensum requiri, membra Synedrii, & an interfuerunt? si hoc? cur interfuere Synedrio illegitimo? & an membra Synedrii rogari debuerant a Pontifice an liceret Synedrium convocare? ubi id traditum est? Si non sunt membra, quinam ergo fuerant in populo ea dignitate præditi, ut jus haberent licentiam concedendi Pontifici ipsi convocandi Synedrium? Fuere ergo hi tales, qui Procuratori indicarunt quid actum esset, & eum edocuerunt quomodo res se haberet, & quæ consuetudo obtineret: ideoque iratus scripsit Præses Pontifici persuasus ut hoc faceret ipsorum dictis quibus eum incitaverant & sibi pœnas daturum minatus est: quod Agrippa ablato Pontificatu præstitit. Si tantum in eo peccasset Pontifex, ut inconsultis nonnullis Judæis Synedrium convocasset, putamusne adeo iratum futurum fuisse Albinum, & Pontificatum ei demturum Agrippam? Ne addam codices Josephi constanter ἐκείνου legere, & Syncellum sæpe esse corruptissimum. REL.

k Καὶ ὁ βασιλεὺς Ἀγρίππας.] Βασιλεὺς δὲ Ἀγρ. solus *Euseb.*

l Ἀφελόμενος] Ἀφελόμενος αὐτὸν ἄρξαντα *Euseb.* & *Niceph.*

m Αὐτὸν ἄρξαντα] Αὐτὸν ἄρξαντα *Euseb.* p. 66. C. SPANH.

n Ἰησοῦν τὸν τοῦ Δαμναίου] Syncellus ex Josepho profert Ἰησοῦν τὸν Ἰδουμαῖον. Male. Monstro simile est Idumæum videre Pontificem & Agrippam regem in illum qui ne Israelita quidem esset hoc munus conferre. Ignoratio τοῦ Δαμναίου peperit vocem notiorem. REL.

nn Δαμναίου κατέστησε.] Ita *Busb.* *Lugd. Bat.* *Gall.* & *Niceph.* Δαμμαίου *Euseb.* Ex *Epiphanii* libris incertum utrum Δαμμαίου an Δαμναίου legerit. Δαμαίου in *Editis*, nec aliter apud *Photium.* Ἰησοῦν τὸν Ἰδουμαῖον *Syncell.*

o Εἰσηνέγκατο σπουδὴν] Εἰσήνεγκε *Busb.*

p Πολλοὺς] *L. B.* τοὺς πολλούς.

q Τῶν σικαρίων διαφθείρας.] Conf. ἁλωσ. lib. 2. c. 17. §. 6. & supr. c. 7 §. 10. SPANH

r Ἀνανίας] *Sc.* Nebæi filius. *Usserius* ad *A. M.* 4066. Vide *Gatakerum* in *Advers. Miscell.* p. 78.

* *Nam pecuniam acquirendi rationem probe noverat*;] Nam locuples erat, *Epiphan.*

s Τὰς ἅλωνας] Conf. supr. c. 7. §. 8. SPANH. In *Marg.* *L. B.* ἅλως.

t Τὰς — βιαζόμενοι,] Conf. supr. c. 7. §. 8. SPANH.

γ Κα-

γ'. Πάλιν δὲ οἱ σικάριοι [v] κατὰ τὴν ἑορτὴν, ἐνειστήκει γὰρ αὕτη, διὰ νυκτὸς εἰς τὴν πόλιν παρελθόντες, συλλαμβάνουσι ζῶντα τὸν γραμματέα τοῦ στρατηγοῦντος Ἐλεαζάρου· παῖς δὲ ἦν οὗτος [x] Ἀνάνου τοῦ ἀρχιερέως· καὶ δήσαντες ἐξήγαγον. εἶτα πέμψαντες πρὸς τὸν Ἀνανίαν, ἀπολύσειν ἔφασαν τὸν γραμματέα πρὸς αὐτὸν, εἰ πείσει τὸν Ἀλβῖνον δέκα δεσμώτας τοὺς ἐξ αὐτῶν ληφθέντας ἀπολῦσαι. καὶ ὁ [y] Ἀνανίας, διὰ τὴν ἀνάγκην πείσας τὸν Ἀλβῖνον, τῆς ἀξιώσεως ἐπέτυχε. τοῦτο μειζόνων κακῶν ἦρξεν. οἱ γὰρ λῃσταὶ πάντας ἐπεμηχανῶντο τῶν Ἀνανίου τινὰς [z] συλλαβεῖν οἰκείων, καὶ συνεχῶς ζωγροῦντες οὐκ ἀπέλυον, πρὶν ἤ τινας τῶν σικαρίων ἀπολάβοιεν. γενόμενοί τε πάλιν ἀριθμὸς οὐκ ὀλίγος, ἀναθαρρήσαντες, τὴν χώραν ἅπασαν ἐκάκουν.

3. Rursum etiam sicarii dum festum ageretur, quod tum supervenerat, nocte urbem ingressi, vivum comprehendunt scribam Eleazari templi prætoris (ille enim erat Anani pontificis filius) vinctumque abduxerunt. Deinde, nuncio ad Ananiam misso, dixerunt, se scribam *velle* ad ipsum remittere, si Albino persuaderet, ut decem ex illis, quos captos vinctosque habebat, ipse dimitteret. Atque Ananias, id cum Albino necessitate coactus persuasisset, voti compos factus est. unde majores ortæ sunt calamitates. Nam id modis omnibus agebant, ut aliquem è necessariis atque amicis Ananiæ deprehenderent: cumque frequenter eos vivos caperent, non prius dimittebant quam è sicariis aliquot reciperent. Itaque, ubi rursus eis magnus accrevit numerus, fiducia resumpta totam regionem infestabant.

Sicariorum audacia.

